REI RVSTICAE

SCRIPTORES

SCRIPTORES

REI RVSTICAE

EX RECENSIONE

IO. GOTTLOB SCHNEIDER

CVM NOTIS

TOMVS SECVNDVS

AVGVSTAE TAVRINORVM
EX TYPIS IOSEPHI POMBA
ANNO MDCCCXXVIII.

M. TERENTII VARRONIS

RERVM RVSTICARVM

LIBER SECVNDVS.

DE

RE PECVARIA

ARGVMENTVM

1. *De origine ac dignitate rei pecuariae.*
2. *De pecudibus, arietibus et agnis.*
3. *De capris, hircis, et haedis.*
4. *De sue.*
5. *De bubus et vaccis.*
6. *De asinis.*
7. *De equis et equabus.*
8. *De mulis et hinulis.*
9. *De canibus.*
10. *De pastoribus.*
11. *De lacte, caseo, lana.*

Viri magni nostri maiores non sine causa praeponebant rusticos Romanos urbanis, ut ruri enim, qui in villa vivunt ignaviores,[a] quam qui in agro versantur in aliquo opere faciundo; sic qui in oppido sederent, quam qui rura colerent, desidiosiores[b] putabant. Itaque annum ita diviserunt, ut nonis modo

VARIETAS LECTIONIS.

(a) *igniavlore* Ienss. *ignianiores* P. (b) *desidiores* Ienss. Br. (c) *nisi mult.*

Vt ruri enim) Ex comparatione loci Columellae I, praef. 17, qui haec imitatione elegantissima expressit, Vrsinus plura resecanda esse verba suspicabatur, ut statim ab initio *ruri*, deinde *viverent* malebat, postea verba *in aliquo opere faciundo* tollebat. Ego vero nihil abundare censeo.

diebus urbanas res usurparent, reliquis VII ut rura
2 colerent. Quod dum servaverunt institutum, utrumque sunt consecuti, ut et cultura agros foecundissimos haberent, et ipsi valetudine firmiores essent: ac ne Graecorum urbana desiderarent gymnasia, quae nunc vix satis singula sunt: nec putant se habere villam, si[c] non multis vocabulis retineant Graecis, quum[d] vocent particulatim loca, *προκοιτῶνα*,[e] *παλαίστραν*, *ἀποδυτήριον*, *περίστυλον*,[f] *ὀρνιθῶνα*,[g] *περιστερεῶνα*,[h] *ὀπωροθήκην*.
3 Igitur quod nunc intra murum fere patres familiae correpserunt relictis falce et aratro, et manus movere maluerunt in theatro ac circo, quam in[i] segetibus ac vinetis,[k] frumentum locamus, qui nobis advehat, qui[l] saturi fiamus ex Africa,[m] et Sardinia: et navibus vin-
4 demiam condimus[n] ex insula Coa,[o] et Chia. Itaque

I. I-G. (d) *quin* I. I-G. Br. Eadem Br. paulo antea *valitudine* habet. (e) *procoeconam* I. B. R. Br. *procoectona* P. (f) *perystilon* I. B. R. Br. *prystilon* P. (g) *ornytona* I. B. R. *ornythous* Br. (h) *peristercon* I. B. R. Br. *peripteron* P. 4. *peripetron* Pol. 2. (i) *in* deest Herv. (k) *vinetis ac frum.* I. B. R. Br. (l) *qui saturi .... vindemiam condimus* desunt I. B. R. Br. (m) *aphryca* P. (n) *condamus* P. (o) *cea* I. B. R. Br. et Cod. Vrsini. (p) *et alius ar.* I. B. R.

Reliquis septem) Vrsinus *septem* abundare censebat propter locum Colum. ubi est: *nundinarum etiam conventus manifestum est propterea usurpatos, ut nonis tantummodo diebus urbanae res agerentur, reliquis administrarentur urbanae.* Inter nundinas binas septem intercedunt dies, ut apud nos octo dies numerantur ab uno die solis ad alterum.

Cultura — valetudine) Haec duo vocabula ex glossa esse orta statuit Vrsinus.

Retineant) Gesneri est coniectura *retinniat*, i. e. resonet, legentis, sane non inelegans!

προκοιτῶνα) In villa sua nominat Plinius Epist. II, 17, 10. Locus ante cubiculum, ubi servi plerumque degebant. ἀποδυτήριον, ubi vestem deponebant, balneum vel palaestram ingressuri; *Spoliarium* latine dictum deinde; haec annotavit Schoettgen. Reliqua nomina, infra a Varrone repetita, explicabimus.

Quod nunc intra murum fere patresfamiliae) Pontedera in Curis post. inseruit *omnes* post *fere*. Columella libri I initio *fere* omisit: deinde ex eodem Columella verba *frumentum locamus qui nobis advehat* auget verbis *ad hastam* insertis, quorum vestigium latere ait in lectione Edd. pr. et Codd. ubi est *ac frumentum*. Postea *Itaque in qua terra culturam agri dii docuerunt pastores progeniem suam* ex eodem

m qua terra culturam agri docuerunt pastores progeniem suam, qui condiderunt urbem, ibi contra progenies eorum, propter avaritiam, contra leges ex segetibus fecit prata, ignorantes non idem esse agriculturam et pastionem. alius enim opilio, et [p] arator: nec si possit [q] in agro pasci, armentarius non aliud ac bubulcus. Armentum enim id, quod in agro natum non creat, sed tollit dentibus. contra, bos domitus causa fit, ut commodius nascatur frumentum in segete, et pabulum in novali. Alia, *inquam*, ratio ac scientia coloni, alia pastoris. coloni, ut [r] ea quae

A. Ba-G. Br. (q) *possunt* I. B. R. Br. (r) *ut* om. I. B. R. Br. Pol. et Codd.

Columella inserto vocabulo *dii* corrigit Varronis locum. De postrema hac emendatione iam olim dubitavi.

Agri docuerunt) Colnmella: *itaque in hoc Latio et Saturnia terra, ubi Dii cultus agrorum progeniem suam docuerant, ibi nunc ad hastam locamus, ut nobis ex transmarinis provinciis advehatur frumentum, ne fame laboremus, et vindemias condimus ex insulis Cycladibus ac regionibus Baeticis Gallicisque.* Vnde Pontedera h. l. legi malebat *Dii docuerunt pastores.* quod mihi non videtur. Varro pastores vocat conditores urbis, quos Columella deos; atque omnino Columella locum Varronis imitatione sua et graviorem atque elegantiorem effecit. Transposuit etiam et commutavit orationis membra, ut ordine pondus et gravitas orationi accederet.

Aliud ac) Vt antea fuit *alius opilio et arator*, ita hic debet esse *alius ac bubulcus.* Graeca est locutio. Sic in Platonis Critone sect. 8, p. 85, ed. Berolin secundae: ἀλλ' ὦ θαυμάσιε, οὗτός γε ὁ λόγος, ὃν διεληλύθαμεν ἔμοιγε δοκεῖ ἀνόμοιος εἶναι καὶ ὁ πρότερος. ita enim recte legit Priscianus p. 1192, quum vulgo pessime sit editum ὅμοιος εἶναι τῷ προτέρῳ. Recte Basil. Editio secunda, nisi quod habet καὶ πρότερος. *Aliud sentire et loqui* dixit Cicero ad Divers. VIII, 1 et alibi.

Non creat) Vrsinus malebat *colit*, cui recte obnititur Gesner. Aptius enim opponuntur *creat* et tollitur. Verba *id quod natum in agro* significant fruges.

Coloni) Scripturam veterem Scaliger probabat hanc: *coloni aeque agricultura factum ut nascerentur* e *terra; contra pastoris ea quae nata ex pecore,* interpretatus: aequus utrique labor; colonus satagit ex terra fructus percipere, pastores ex pecore. Contra Pontedera lectionem eam ita refingebat: *Coloni ea, quae in agricultura faciunt, ut sperentur* e *terra: contra pastoris ea, quae nata* e *pecore.* Hanc sententiam ait Columellam paucioribus verbis expressisse in Praef. libri VI: *ille* (agricola) *fructum e terra speret; hic* (pastor) *e pecore.* Columellae hunc locum comparaverat iam antea Popma, vulgata lectione acquiescens. Vrsinus nihil nisi *nascantur* mutabat in *nascuntur;* quocum equidem sentio. — Pontedera in Curis post. ita h. l. redinte-

in agricultura nascantur[t] e terra, fructum faciant. contra pastoris, ut[v] ea quae nata ex pecore. quarum[x] quoniam[y] societas[z] inter se magna, propterea quod pabulum in fundo compascere,[a] quam vendere plerumque magis expedit domino fundi; et stercoratio ad fructus terrestres aptissima,[b] et maxime ad id pecus[c] appositum: qui habet praedium, habere utrumque debet, et agriculturam et disciplinam pecoris pascundi, et etiam villaticae pastionis. Ex ea enim quoque fructus tolli possunt non mediocres, ex orni-
6 thonibus, ac leporariis, et piscinis. E queis quoniam de agricultura librum Fundaniae uxori propter eius fundum feci: tibi, Niger Turrani[5] noster, qui vehementer delectaris pecore, propterea quod te emturientem

Victor. (s) *aeque agr.* Pol. *aequae agr.* Codd. Victorii. (t) *factum ut nascerentur e terra. Contra* I. B. R. Pol. Codd. Victor. Br. (v) *ut* om. I. B. R. Br. Codd. Victorii. (x) *Quare* I. I-G. A. (y) *quoniam* deest I. B. R. Br. (z) *consocietas* I. B. R. Br. (a) *compescere* Herv. (b) *apt. est, max. si ad* I. I-grat: *Coloni ea quae uti nascerentur agricultura factum est, e terra sperat: contra pastoris ea, quae nata ex pecore;* addito tantum e Columellae loco hinc expresso verbo *sperat.*

Ex pecore) fructum faciant. Male Vrsinus supplet, *quae nata sunt terra, pascant pecora.*

Quarum quoniam) Ex lectione *quarum consocietas* Pontedera efficiebat *quarum cum societas.*

Qui habet praedium etc.) Sic Pontedera in Curis post. ex scriptis et editis, probante Schneidero, qui dedit: *qui habet praedium, habere utramque debet disciplinam, et agriculturae et pecoris pascendi* etc.

Feci, tibi) Pontedera inserit *hunc tibi* Ita sana omnia praestare audet. Vitium sanare voluit Vrsinus ita, ut verba *propterea—equarias* parenthesi includeret.

Niger Turrani noster) Eundem in fine libri alloquitur. In Cicerone nominatur *D. Turranius*, alibi *Turannius* et *Turanius*. Plinius Turanium Cracculam, vel ut in libris scriptis est, Gracilem nominat Hispanum, virum doctum. Poëtam tragicum Turranium Ovidius IV, 16, 29 Epist. ex Ponto. Cicero ad Attic. I, 6: *χρηστομαθῆ* vocat; atque iterum VI, 9.

Macros) Plinius III, s. 7, flumen Macra Liguria finis. Inter Lunam et Pisam Strabo libro V collocat τὸ Μάκρης χωρίον, eoque fine Tyrrheniae et Liguriae quosdam uti ait. Caseum Lunensem in argumento fertilitatis pecuariae ex Plinio et Martiali laudavit Scaliger. Cf. de Macra Oberlinum ad Vibium Sequestrem p. 145. Hodie fluvius *Magra* vocatur. Columella VII, 2 de ovibus *quae circa Parmam et Mutinam Macris stabulantur campis.*

in campos Macros ad mercatum adducunt crebro pe-
des, quo facilius sumtibus multa poscentibus ministres,
quod eo facilius faciam, quod et ipse pecuarias ha-
bui grandes, in Appulia oviarias, et in[h] Reatino equa-
rias: (Qua) de re pecuaria breviter ac summatim 7
percurram, ex[i] sermonibus nostris collatis cum iis, qui
pecuarias habuerunt in Epeiro magnas, tum quum
piratico bello inter Delum et Siciliam Graeciae clas-
sibus praeessem, incipiam hinc.

I. Quum[a] Menas[b] discessisset, Cossinius mihi, Nos[c]

G. A. (c) *sit* ins. I. I- G. A. (g) *Turanni* a. V. (h) *in* omitt. I. B. R. Ba. G. Br. A. (i) *et* I. B. Br. R. Deinceps *his qui — Epiro* Br.

CAP. I. (a) In antiquo sic extat: HIC INTERMISIMVS. *Cum* Pol. Ita in omnibus suis Codd. literis maioribus scriptum reperit etiam Victorius, qui inde lacunae indicium colligebat cum Scaligero et Vrsino. (b) Vulgo *Menates* A. Ba. G. *Menuas*. (c) *noste* iunct. Pol. 2. *nosse* P. 4. *ignosce* I. B. R.

Qua de re) De sententia Vrsini Gesner *Qua* inclusit, ut inutile; Victorius malebat: *Quare de pecuaria*. Gesner verba ita collocari voluit: *ministres, de re pecuaria breviter ac summ. perc. quod eo facit, faciam — equarias:* ita tamen, ut verba *quod eo fac. — equarias* in parenthesi dicta esse intelligas. Popma corrigebat: *aeque de re pecuaria* vel *ea, quae de re pec.*

Pecuarias) Cicero pro Cluentio c. 69: *qui in agro Larinati praedia, qui negotia, qui res pecuarias habent.* Idem pro Quintio 3: *erat ei res pecuaria magna.* Hinc greges pecorum ipsos *pecuaria* post antiquos scriptores dixere Gratius et Nemesianus. De loco, ubi pecorum greges consistunt et pascuntur, dici pecuarias, male ex loco Varronis hoc ipso posuit Gesner in Thes. L. L. Quod denique ibidem vult pecuaria dici etiam de pascuis, falsum est. In loco enim Ciceronis Brut. c. 22, rectius veteres Editt. habent *picarias*, quod restituit Ernestiana.

Ex sermonibus) Nondum excogitavi, quae ratio impulerit Gesnerum, ut lectionem primarum Edd. revocaret pessimam *et sermonibus*. Cicero ad ad Divers. X, 4: *litterae quas ex sermone Furnii te scripsisse animadverto.*

Siciliam) Male Vrsinum *Ciliciam* corrigere, cum Pontedera monui in Vita Varronis.

CAP. I. *Quum Men. disc.*) Ex librorum scriptorum indicio lacunam hic esse in Varronis oratione, recte iam olim suspicatus erat Victorius, assentientibus Scaligero et Vrsino. Hic quidem argumentum addidit ex eo, quod infra cap. 8 est: *Venit a Menate libertus, qui dicat, liba absoluta esse;* et deinde ex cap. 5, ubi est: *quum Q. Licinium alius salutasset, alius convitiatus esset, qui tam sero venisset ad constitutum.* Denique ex eodem capite 5 Vrsinus suspicatur, hos de pecuaria re sermones Palilibus fuisse habitos. Quidquid sit de tempore, scena certe nondum ita est apparata a Var-

te non dimittemus,[d] inquit, ante[e] quam tria illa explicaris, quae coeperas nuper dicere, quum[f] sumus[g] interpellati. Quae tria, inquit Murrius? An ea, quae mihi[h] here dixisti de pastoricia[i] re? Ista,[k] *inquit*[l] *ille*,

I. I. Br. (d) *demittemus* P. (e) *te ante* I. B. R. Br. (f) *cum* deest P. (g) *fuimus* I. B. R. A. Ba- G. Br. Deinceps *Murius* Br. Ald. (h) *tria here dix. mihi* I. B. R. *here* quoque P. Vulgo *heri*. (i) *pastoria* a. V. (k) *Insta* P. I. B.

rone, ut personas singulas nosceremus, causamque, quae eas collegerat in unum locum. Fateor, ad ipsius argumenti tractationem nihil desiderari posse a lectore; utique ad scenam, et initium sermonum. Quare inepta est Gesneri defensio, qui Varronem putabat affectasse poëtarum epicorum initia hac abrupta sua actione. Ceterum eam scripturam posui nominis, cui similem dedit Iucundus in Aldina, et quam confirmat locus cap. III, s. 11, *ut Menas*. — Cap. I initium mancum quomodo sit redintegrandum, coniiciebat Pontedera in Curis post. ex extremis his exordii verbis: *ex sermonibus nostris collatis cum iis, qui pecuarias habuerunt in Epiro magnas, tum quum piratico bello inter Delum et Siciliam Graeciae classibus praeessem*. Sermones igitur istos extra Italiam habitos fuisse. Attamen Romae fuisse institutos ista ostendere, quae Cap. V Q. Lucienus senator ad Murium: *Tu vero, Muri, veni mi advocatus, dum asses solvo Palibus, si postea a me repetant, uti testimonium perhibere possis*. Romani enim, inquit, cives Romae censi erant, et ubi censi, asses solvebant. Item libri extrema: *Et simul Vituli libertus in urbem veniens ex hortis devertitur ad nos, et ego ad te missus, inquit, ibam domum rogatum, ut diem festum faceres breviorem, et mature venires*: arguunt, Romae fuisse, qui de re pastoritia loquebantur. Igitur verba: *ex sermonibus nostris — in Epiro magnas*: aliter accipienda esse, atque fecerunt hucusque interpretes. Varronem enim voluisse dicere: se ex sua et aliorum peritia, quam sermonibus istis elicuerit et collegerit, imbutum hunc librum composuisse. Praeterea coniiciebat Pontedera, ut disserentes de agricultura libro primo in aedem telluris, de villa autem libro tertio in villam publicam in campo Martio convenerant, ita nunc, qui de pecore loquuntur, ad Palis aedem convenisse. Proximum quidem fuisse locum, ubi asses solvebantur Palibus; quippe cito reversum esse Q. Lucienum. Hinc Palilia eo die celebrata fuisse, licere coniicere ex mentione festi diei, facta a liberto Laenatis. Ceterum *Palibus* cap. 5, sect. 4 cum Edd. pr. quatuor Codd. Flor. et Caesenate probans Palis sacerdotes aut exactores interpretatur; denique hoc in loco *Laenatem* praefert *Menati*, quo melius *Laenas*, a laena seu lana dictus, conveniat cum reliquis nominibus Vaccii, Murrii (a mure vel murino colore dicti, ut interpretatur Pontedera) Scrofae, Vituli.

Cossinius) L. Cossinium Tiburtem damnato T. Coelio civem romanum factum nominat Cicero in Orat. pro Balbo c. 25. Idem L. Cossinium Servii Sulpicii ex tribu Lemonia tribulem et amicum sibi habet ad Div. Ep. XIII, 23, ad Attic. I, 20, II, 1. Ciceroni amicus factus per Atticum fuit. Hunc a Varrone intelligi, bene suspicatur Ernesti in Indice Ciceroniano.

Here) formam antiquam ex libris

quae coeperat[m] hic disserere, quae esset origo, quae dignitas, quae ars: quum Petam[n] fessum[o] visere venissemus, ni[p] medici[q] adventus nos interrupisset.[r] Ego vero, *inquam,* dicam duntaxat, quod est ἱστορικὸν,[s] 2
de duabus rebus primis,[t] quae accepi, de origine, et dignitate. de tertia parte, ubi est de arte, Scrofa suscipiet:[v] ut semigraecis pastoribus dicam Graece, ... ὅσπέρ[x] μου πολλὸν ἀμείνων.[y] Nam is magister C.[z] Lucilii[a] Hirpi generi tui, cuius nobiles pecuariae in Brutiis habentur. Sed haec[b] ita a nobis accipietis,

R. Br. (l) *anquid* P. 1. (m) *coeperas* I. B. R. Br. (n) *poëtam sesum* P. 1 *sensum* P. 2. *poëtam sesum* ex Codd. suis laudavit Victor. in optimo nota mendi apposita erat. (o) *sessum* I. B. Br. R. (p) *ne* P. testante etiam Victorio, I. B. Br. R. (q) *medica* P. 2. (r) *inredisset* P. teste etiam Victor. *irreptisset* I. B. Br. R. (s) *historicon* I. B. R. Br. (t) *primum* I. B. R. Br. Deinceps *ac dignit.* Br. A. (v) *suscipiet*: ὅς πέρ etc. *ut semigraecis* I. I-G. A. (x) Graeca verba absunt I. B. R. Br. ὅς πέρ divis. I. I-G. ὅς ὑπέρ Zwing. (y) ἄμεινον Iuntt. ἀμείνω P. (z) *Sc.* P. *est* a. V. (a) *Luculli* P. Ienss. *Lucilli* a. V. Vulgo *Hipri.* (b) *hoc* I. B. R. Br. (c) *aestis* H. A. Gr. G. *esus*

Varroni restitui, quam ex Plauto et Festo notam habemus Similem supra I, 4, s. 4, Polit. liber dat, *ube* pro *ubi* exhibens.

Petam) Ex lectione libri Polit. Scaliger corrigebat: *Cum portam* (i. e. in portam) *sesum vis e re venissemus* (i. e. sessum vix commodum ven.) *ne medici adv. nos inredisset*, i. e. irretisset ac retardasset; Petam nomen romanum esse negans. Vrsinus recte *Petam* mutavit in *Paetum*, *fessum* interpretatus aegrotum. Sic infra III, 16, *regem fessum*. Popma corrigebat: *Cum proretam fessum*, et sermones, a Varrone cum Epiroticis hominibus habitos, suspicabatur de re pecuaria tum, quum classi praefectus in bello piratico proretam aegrum inviseret. Equidem Vrsinum lubens sequor cum Gesnero, qui fessum pro aegro annotavit praeterea ex Varrone I, 13, 1.

Interrupisset) Vrsinus ait in Codd. antiquis esse *inrediisset*, unde corrigit *impediisset*, approbante Gesnero. Contra Triller Observ. IV, 27, probabilius lectionem Codd. interpretatur *inretisset* seu *irretiisset*.

Vbi est de) Vrsinus malebat *quae est de*. Recte, puto!

C. Lucilii Hirpi) Vrsinus *Hirpi* reperit in V. L. vulgo est *Hipri*. Pro *Lucilio* Edd. primae nominant *Lucillum*, Polit. liber *Lucullum*. Vrsinus *Hirpum* interpretabatur ex Festo: *Irpini appellati nomine lupi, quem Irpum dicunt Samnites*. Sed ita dicendum erat *Hirpini*. In gente Lucilia nulla Hirporum vel Hirpinorum familia nominatur a scriptoribus; potius in gente Quintia et Fulvia, monente Popma. Lucceiorum cognomen Hirrus fuit, quos multos nominavit Cicero. An igitur olim h. l. fuit *C. Lucceii Hirri?*

In Brutiis) pecuariae hae olim in

inquit Scrofa, ut vos, qui estis[c] Epirotici[d] pecuarii[e] athletae, remuneremini nos, ac quae scitis, profe-
3 ratis in medium. Nemo enim omnia potest scire. Quum accepissent conditionem, ut[f] meae partes essent primae, non quo non ego pecuarias in Italia habeam, sed non omnes qui habent citharam, sunt citharoedi: igitur, *inquam*, et homines et pecua[g] quum semper fuisse sit necesse (1) (nam sive aliquod fuit principium generandi animalium, ut putavit Thales Milesius, et Zeno Cittieus:[h] sive contra principium horum exstitit nullum, ut credidit Pythagoras Samius, et Aristoteles[i] Stagerites),[a] necesse est humanam vitam[l] a

Pol. 2. (d) *epitrotici* Gr. G. (e) *thietate remine reminiee. Haec quae scitis* a. V. quibus verbis praepositum erat stellae signum in I. I-G. A. *thiete remuneremuni etc.* P. 1. *pecuaria thietate* P. 2. *Qui estis pecuria thietae remune reminiinos ac* in Codd. suis reperit Victorius, unde effinxit *Athletae*. Ita enim infra III. 5. 8. pro eo vocabulo Codex Victorii habebat scriptum *Nos athietae*. (f) *et* P. (g) *pecu* P. *pecus* I. B. Br. R. *pecudes* I. I-G. Victorius in libris suis reperit *pecua*. (h) *Cythieus* I. B. R. Br. Ba-G. A. *Cytheius* Iuntt. *cytieus* Pol. (i) *Aristotiles* B. R. (k) *Stagirites* B. R. A, I. I-G. H. St-D. (l) *humanam vitam* Cresc. a Gesnero laudatus. Sed in Basil. et antiqua mea

Ciceronis Bruto c. 22 erant, sed picariae deinde locum obtinuerunt rectius. Vide supra Praef. II, sect. 6.

Athletae) Victoriana correctione non contentus Pontedera malebat ex vestigiis antiquae scripturae: *qui estis pecuris* (vel *pecuarii*) *athletae remuneremini nos*. Sane in scriptura Codicis Victorii non insunt Epirotici, sed in lectione Edd. principum insunt. Quod addit Pontedera pro argumento, Varronem nec fuisse Epiroticum pecuarium, nec talem se finxisse, id vanum mihi videtur. Scrofa enim, quum ait, *ita a nobis accipietis*, secum dicit simul Varronem, qui primas loquendi partes susceperat.

In medium) Xenophontis locum in Symposio expressum a Varrone putat Victorius hunc: καὶ ἐπιδείξω γε, ἔφη, ἐὰν καὶ ὑμεῖς ἅπαντες εἰς μέσον φέρητε ὅ τι ἕκαστος ἐπίστασθε ἀγαθόν.

Accepissem) Vrsinus corrigit *accepissent*. Recte! nam Varro iam antea accepisset: *Ego vero dicam duntaxat* etc. — Correxi. *T.*

Primae) Scilicet historicae, ad quas exsequendas libris et memoria magis quam usu opus esset, recte monente Gesnero.

(1) Ita hic et paulo post edendum curavi ex Vrsini correctione, Schneidero probata. Vulgo: *q. s. f. sit necesse natura* (*sive enim aliquod* etc.). Ex *nam* librarios finxisse *natura*, coniiciunt viri docti. *T.*

Humanae) Vrsinus corrigit: *humanam vitam — adscendisse*. Recte! Partem coniecturae firmat Cresc. Lovan.

summa memoria[m] gradatim descendisse ad hanc aetatem, ut scribit Dicaearchus: et summum gradum 4 fuisse naturalem, quum viverent homines ex iis rebus,[n] quae inviolata[o] ultro ferret terra: ex[p] hac vita in secundam descendisse pastoriciam,[q] e feris atque agre-

ix. c. 1. haec verba non reperio. (m) *ad summam memoriam* I. B. R. Pr. *ad summam memoria* P. 1. a. *summam memoriam* P. 2. (n) *his rebus* Cr. *rebus* deest margo D. (o) *quas inculta terra ferebat* Cr. (p) *et ex* Ba. G. A. (q) *agriculturam videlicet et pastoricam, et propter utilitatem coeperunt colere agros et fructus percipere, plantare arbores utiles et colligere fructus, item deprehendere animalia concludere et mansuefacere ipsa.* Cresc. Basil. ubi

Iis rebus) Vrsinus haec ita legi malebat: *iis, quae — terra, et ex hoc in secundum descendisse, cum e feris atque agrestibus arboribus — sic animalibus* etc. Reliqua spuria censebat. Vitium loci sensit etiam I. F. Gronovius, cuius hanc emendationem prodidit Graevius in Lection. Hesiod. ad versum 115. Ille igitur legi volebat: *pomaque collegerant*, et deinde *mansuefacerent.* Postea τὴν *cum* intellectu et constructione ad initia retrahebat, quasi esset: *Cum e feris atque agrestibus, ut — collegerant — sic ex animalibus — mansuefacerent.* Contra vulgatum *mansuescerent* defendere, et primum *ut* gemina notione, causali et comparativa, positum tueri conatus est Gesner. Difficile est iudicare de his virorum doctorum conatibus, nisi quod omnium ineptissimam rationem Gesneri esse facile video. Nimis multa rescindit Vrsinus; contra facillima ratio est Gronovii. Addo quod Crescentii Basileensis editio ex h. l. *mansuefacere* posuit. Antiqua tamen mea ibi habet *mansuescere*. Ceterum mirabile mihi accidit, lectiones eas, quas Gesnerus ex editione Lovaniensi Crescentii laudavit in varietate, in duabus meis non apparere, sed totum locum plane diversum legi; ex cuius varietate forte ingenium felicius coniectando veram huius loci lectionem inveniet. Video nunc demum, Salmasium de Vsuris p. 302 locum sic distinguere: *pastoritiam e feris et agrestibus. Vt ex arboribus — collegerant* etc. Mihi brevissima ratio corrigendi nunc videtur haec, ut legamus *pastoritiam. Vt ex arboribus — collegerant ad usum, sic ex animalibus feris atque agrestibus coeperunt propter — deprehendere — mansuescere.*

Ex hac vita in secundam etc.) Pontedera legit: *Ex hac vita in secundam descendisse pastoritiam e feris atque agrestibus* (id est quum prius essent feri atque agrestes), *uti arboribus ac virgultis fructus decerpendo, glandem, arbustum, mora, poma colligerent ad usum: sic ex animalibus* (quae utilia videbantur, desumerent), *quum propter eamdem utilitatem, quae possunt, silvestria deprehenderent, ac concluderent et mansuescerent.* Vbi nihil ex ingenio accessit, nisi quod *fructus* additum fuit, cuius reliquias latere in lectione *ac decerpendo* Edd. pr. et quattuor Codd. Florentinorum puta Pontedera. Vulgatum *mansuescere* defendit idem exemplo Lucretii VI. 396 ubi *consuescunt* est pro consuefaciunt In sequentibus *placiditatem* Codex Po-

stibus, ut ex[r] arboribus ac virgultis[s] decerpendo glandem, arbutum,[t] mora, pomaque[v] colligerent ad usum; sic ex animalibus, quum[x] propter eandem utilitatem quae possent[y] silvestria deprehenderent,[z] ac concluderent, et mansuescerent. In queis[a] primum non sine causa putant oves assumtas, et propter utilitatem, et propter placiditatem. maxime enim hae[b] natura quietae, et aptissimae ad vitam hominum. ad cibum enim lacte[c] et caseum adhibitum, ad (corpus) vestitum et pelles (et lanam)[d] attulerunt. Tertio denique gradu a vita pastorali ad agriculturam descen-

antiqua mea *mansuescere* habet. (r) *ex* om. I. B. R. Br. (s) *ac* addunt I. B. R. Br. (t) *arbustum* I. B. R. Br. (v) *poma* I. B. R. Br. (x) *mox* Cresc. Lovan. (y) *possunt* I. B. R. Br. (z) *dependerent* Br. Voluit *deprenderent*. (a) *et primo coeperunt oves propter utilitatem et facilitatem, haec namque m. n quietae sunt, ad vitam h. apt.* Cresc. (b) *hae natura* om. I. B. R. Br. (c) *lac* I. B. R. Br. Ba. G. A. *lac et caseum competunt* Cr. Basil. sed antiqua mea *caseus*. (d) *ad vestitum vero pelles et lana. Deinde* cet. Cresc. Vulgo *lanam*

lit. et S. Repar. mutat in *laciditatem*, quam ex *lacio* verbo, pro *capio*, *decipio* derivatam Pontedera nimis cupide defendit, interpretatus, naturam hebetem, quae facile dolis decepta inducitur. Paulo post *corpus vestitum* defendens ad ipsas oves refert; quod mihi propter plures rationes ineptum videtur. De utilitate enim, quam oves vitae humanae, non sibi ipse afferunt, loquitur Varro.

Decerpendo) In Codd. Victorius reperit scriptum *decarpendo*; et sic habet Bruschiana.

Assumtas) Infra c. 2, 2, *e feris enim pecudibus primum dicis oves comprehensas ab hominibus ac mansuefactas*

Placiditatem) Magis probo Crescentii *facilitatem*, cuius explicationem sequentia aptiorem praebent, alias satis inepte ταυτολόγα.

Hac natura) Haec verba damnavit Vrsinus, in cuius nota scriptum legitur *naturae*.

Lacte) Hoc ex libris suis reposuit Victorius aliisque Varronis locis apud Nonium comprobavit.

Adhibitum) Verbum Vrsinus deleri volebat. Crescentius Basil. *lac et caseum competunt*, sed antiqua mea *lac et caseus competunt*. Ad vulgatum *adhibitum* intellectu adiungere oportet sequens *attulerunt*. Caseum tamen Cato etiam genere neutro dixit.

(*Corpus*) Inclusi vocem, inepto loco positam, a Crescentio meo etiam utroque omissam, monitus praeterea a Pontedera. Forte ex lectione Crescentii *competunt* orta est lectio *corpus*

Et lanam) Has duas voces ex Crescentio addi debere, monuit etiam Pontedera, comparans Varronis locum infra c. 11, et Columellae VII, 2.

A vita pastorali) Haec verba deleri malebat Vrsinus.

derunt. in qua ex duobus gradibus superioribus retinuerunt multa. et[f] quo descenderant, ibi processerunt longe, dum ad[g] nos perveniret. Etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum sunt aliquot, ut[h] in Phrygia ex ovibus, ubi greges videntur complures; ut in Samothrace caprarum, quas latine rotas appellant. sunt enim in Italia circum Fiscellum[i] et

deest. *vestium et pelles* Brusch. (e) *Deinde autem coeperunt et domesticaverunt animalia caetera quae humano generi utilia esse perpenderunt, et ad haec ex omnibus generibus domesticatis multa silvestria esse affirmantur in locis diversis.* Ita pergit Cresc. *Deinque* Br. (f) *etiam quae* I. B. R. Br. *et in quae* Cresc. Lovan. (g) Libri omnes editi et scripti *annus*. Emendavit Victorius; et sic habet *ad nos* Cresc. Lovan. (h) *ab ovibus, ut in Phrygia* I. B. R. Br *nam in Phrisia multi dicuntur esse ovium ferarum greges. In Samotrace caprae. In Italia multas esse sues feras nemini est ignotum.* Cresc. Basil. et antiqua mea. Pergit: *In Dardania Media et Thracia multi boves ferae. Asini feri* et cet.

Dum ad nos) Ita librorum omnium lectionem *dum annus* emendavit Victorius, cuius correctionem firmat Crescentius Lovaniensis, a Gesnero laudatus. Nam in utraque mea hic locus plane non exstat.

Latine rotas) Lectio inepta. Quomodo enim caprae Samothraciae, fando tantum notae romanis scriptoribus, latine potuerunt appellari, et *rotae* quidem? Igitur certatim h. l. emendare studuerunt viri dicti. Pelisserius apud Turnebum Advers. IV, 6 corrigebat *platycerotas*. quos Scaliger deinde interpretabatur *cervos palmatos* in vita Gordianorum; quos nunc damas vocamus. Idem sensit Vrsinus. Sed ex cervino genere platycerotes locum hic non habent. Vrsinus apposuit locum Isidori XII, 1: *Capros et capras a carpendis virgultis quidam dixerunt — nonnulli a crepitu crurum, unde eas capreas vocitatas, quae sunt caprae agrestes, quas Graeci pro eo quod acutissime videant, ἀπὸ τοῦ ὀξὺ δέρκεσθαι dorcadas appellaverunt.* ubi Codices alii *creas* et *crepas* legunt. *Creas* ex Isidoro retulit Vincentius 18, c. 27. Festus in *Capra*: *Caprae dictae, quod omne virgultum carpant, sive a crepitu crurum. Vnde et crepas eas prisci dixere.* Idem *Caperatum rugosum, a cornuum caprinorum similitudine.* Sed iste locus non pertinet ad hanc disputationem. Equidem h. l. *strepsicerotas* intelligi censeo, de quibus Plinius XI, s. 45, 18, s. 80. Hoc genus ovis vulgari maius differt etiam ab eo cornibus erectis, intortis seu contortis, quae in utroque sexu adsunt. Habitat montosa Cretae, insularum Archipelagi, Hungariae, Wallachiaeque usque ad Austriam. Quas vero Varro in Italia reperiri ait capras silvestres, sunt puto rupicaprae et ibices, quas recte Plinius Alpibus assignat. Rupicapras Galli *Chamois*, vel cum Italis *Camozze* vocant. In scriptoribus medii aevi dicuntur *Camusii, Camociae, Camuzzi*. Vide Comment. ad Friderici II. Reliqua p. 84.

Sunt enim) Gesner corrigebat *sunt*

Tetricam montes multae. De suibus[k] nemini ignotum, nisi qui apros non putat[l] sues vocari. Boves perferi etiam nunc sunt multi in Dardania, et Medica,[m] et Thracia. Asini feri[n] in Phrygia, et Lycaonia. Equi feri in Hispaniae[o] citerioris regionibus aliquot. Origo
6 quam dixi:[p] dignitas, quam dicam. De antiquis illustrissimus quisque pastor erat, ut ostendit[q] Graeca et Latina lingua, et veteres poëtae, qui alios vocant πολύαρνας,[r] alios πολυμήλους,[s] alios πολυβούτας,[t] qui[v] ipsas pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt,[x] ut Argis Atreus, quam sibi Thyestem subduxe[y] queritur: ut[z] in Colchide Aceta,[a] ad cuius

(i) *Fiscelium* I. I-G. A. (k) *subus* Pol. (l) *putant* ante Victor. (m) *Medica* P. Vulgo *Media*. (n) *feri* om. I. B. R. Cod. Vrs. *Chaonia* Ienss. Br. et Cresc. *Lythaonia* B. R. *Licaonia* I. I-G. A. (o) *Hispania exteriore* I. B. R. Br. *Hispaniae exteriore* Pol. *Hispania citriore* Cresc. Codex Vrsini *Equi in Hispania citeriore* habebat, ipso probante. (p) *dixi*, *et* a. V. (q) *et* ins. P. (r) *polyarnas* I. B. R. Br. (s) *polymelas* I. B. R. Br. *polymelos* P. (t) *polybutas* I. B. R. Br. πολυβοῦτας Iuntt. (v) *quod* P. I. I. (x) *prodiderunt* I. B. Br. R. (y) *subduxisse* a. V. *Thiestem* Br. *Thyesten* A. (z) *et* I. B. R. Br. · (a)

etiam, atque ita Aldina habet cum Gryphiana 1535, et Editione anno 1528 sine loci nota facta.

Fiscellum) Noster infra 3, 3, *in Sauracti Fiscello*. Plinius III, s. 17, Fiscellum montem et iuxta Vacunae nemora memorat. Hodieque nomen retinet in confiniis Abrutii ulterioris ad oppidum *Civita Reale*, monente Harduino. De Tetrica Silius VIII, 417· *nec non habitata pruinis Nursia et a Tetrica comitantur rupe cohortes*. Ad fines agri Piceni situm monet Schoetgen. *Tetricae horrentis* est in Aeneide VII, 713, ubi vide Heinsium. Ceterum sensum loci plane diversum reddit Crescentius, ut ex varietate supra posita vides.

Sues vocari) Plinius 8, s. 78: *placuere autem et feri sues*. Apicius VIII, 4, *ovem ferum* habet.

Medica) Hanc Polit. aliorumque codicum scripturam praetuli vulgatae *Media*, probante Pontedera in Curis post. Est enim pro Μαιδική. Vide Interpretes ad Librum Aristotelicum de Mirabil. Auscult. p. 4, ed. Beckmanni. Maedi sunt sub monte Pangaeo. Intelligere Varro videtur *bonasum*, in Maedica et Paeonica olim habitantem.

Quod ipsas) Gesner malebat *quum ipsas*.

Queritur) apud Pacuvium, cuius versus exstant apud Ciceronem de N. D. III, 27: *agnum inter pecudes aurea clarum coma quondam Thyestem clepere ausum esse e regia*. monente Victorio.

arietis pellem profecti regio genere dicuntur[b] Argonautae: ut in Lybia[c] (ad) Hesperidas, unde aurea mala, idest, secundum antiquam consuetudinem, capras et oves, (quas) Hercules ex Africa in Graeciam exportavit. Ea enim (a) sua voce Graeci[d] appellarunt μῆλα.[e] Nec multo secus nostri ab eadem voce, sed[f] alia litera, *bela*[g] vocarunt. non enim *me*, sed *bee* sonare videntur[h] oves[i] vocem efferentes: a[k] quo[l] belare[m] dicunt, extrita litera,[n] ut in multis. Quod si apud antiquos non magnae dignitatis pecus esset, in

Orta a. V. except. Herv. *sic: actum (acaetam)* Pol. (b) *dicant* Herv. *dicuntur* Ald. (c) *libro* P. (d) *Graece* P. (e) *mela* I. B. R. Br. *mela* P. (f) Vulgo intersertum *ab* deest I. B. R. Br. (g) Ita scripsi ex A. I. I-G. Vulgo erat: *litera. vox earum non me.* (h) Ita scripsi cum A. I. I-G. pro *videtur: oves beelare vocem.* (i) Victorius primus addidit *beelare*. In P. 1. est *balare* in P. 2. *belare.* (k) e P. (l) *post* ins. a. V. (m) *balare* I. B. R. Br. (n) e

Ad Hesperides) Puto *ad* delendum esse; de personis enim loquitur. Igitur inclusi; ut sequens *quas* inclusit Gesner.

Ea enim) Vrsinus corrigit: *eas enim a sua voce.* Recte; igitur *a* inserui; et deinceps Victorianam lectionem correxi.

Belare dicunt) Vrsinus malebat *dictum*. Versum Cratini apud Eustathium ad librum IX Iliadis memoravit iam Victorius: ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ λέγων βαδίζει. *Extrita syllaba dixti* est apud Quinctil. IX, 3.

Multi numerant) Aratus tamen Phaenom. 546, a cancro exorditur, monente Victorio Var. Lect. 32, cap. 20.

Gemini) Alii interpretabantur Castorem et Pollucem. Vide Hygini Astronomicum p. 215, ed. Commelin.

A pecuariis addiderunt) Vrsino haec verba abundare videbantur.

Ab his regionum notae? a pecore) Haec verba omnia, ut ex glossematе orta, damnavit Vrsinus; Gesner verba *a pecore* tantum inclusit.

Graecia) Pontedera addi voluit *magna*, quia Plinius cum Virgilio hoc oppidum, alias Argyripam dictum, in Italia collocat. Sed Graeciae Ἄργος ἵππιον et ἱππόβοτον satis notum est. C. Seii, Varronis amici, equum argivum ex Thraciis Diomedis equis oriundum laudat Gellius III, 9.

Sua voce Graeci) quod est in Codice Polit. *graece* pro vulgato *Graeci*, eo utitur Pontedera argumento, totum vocabulum ortum habere ex interpretatione verborum *sua voce*, deinceps locum ita constituit: *ab eadem voce; sed alia litera (vox earum non me sed* bee *sonare videtur) oves belare vocem efferentes dicunt, extrita litera; ut in multis.* Quae enim inter *efferentes* et *dicunt* interseruntur *a quo post belare* (in quatuor Codd. Florent. est: *e quo post belare*) declarationem antecedentium habent; igitur subduxit Pontedera in Curis post.

caelo describendo astrologi non appellassent eorum vocabulis signa, quae non modo non dubitarunt ponere, sed etiam ab his principibus XII signa multi numerant: ut[o] ab ariete et tauro, quum ea praeponerent Apollini, et Herculi. ii[p] enim dii ea sequuntur,
8 sed[r] appellantur Gemini. Nec satis putarunt de XII signis sextam partem obtinere pecudum nomina, nisi adiecissent, ut quartam teneret capricornus. Praeterea a pecuariis addiderunt capram, hoedos,[v] canes. An non[x] item in mari terraque ab his regionum[y] notae? [a pecore] in mari, quod nominaverunt a capris Aegeum pelagus: ad Syriam montem Taurum: in Sabinis Canterium[z] montem: Bosphorum[a] unum Thra-
9 cium, alterum Cimmerium.[b] Nonne in terris multa, ut oppidum in Graecia ἵππιον ἄργος? Denique[c] Italia a vitulis, ut scribit Piso. Romanorum vero populum a pastoribus esse ortum quis non dicit? quis Faustulum nescit pastorem fuisse nutricium, qui Romulum et Remum educavit? Non ipsos quoque[d] fuisse pastores obtinebit, quod Parilibus potissimum condidere ur-

litera, ut fit in I. I- G. Ita etiam A. (o) *ut* abest I. B. R. Br. (p) *hi* Br. Ald. (r) *et* A. Iunt. G. Paulo antea *eum sequuntur* Br. (v) *hoedos* A. et sic infra Gesneriana; itaque restitui. (x) Vulgo additum *etiam* cum I B. Br. R. omisi, et damnavit Vrsinus. (y) *regionibus* Eaedem. (z) *cantherium* P. (a) *Bosp.* om. V. (b) *Cimerium* Br. Ald. (c) *in* add. P. (d) *quoque*

Vt quartam teneret capricornus) Sic Edd. pr. et quatuor Florent. quod restituit Pontedera in Curis postumis, probante Schneidero, quum vulgo legeretur: *ut quartam tenerent, capricornum*. Deinceps verba *a pecore* recte idem defendit, contra *a capris* releganda censet, quoniam Varro nihil tale addidit ante Taurum, Canterium et Bosporum. *T.*

Piso) Repetet infra cap. V. s. 3, Festus: *Italia dicta, quod magnos Italos, hoc est boves habeat, vituli enim itali sunt dicti*. Cf. Varronem apud Gellium XI, 1. Pisonem puto intelligi scriptorem annalium, Frugi dictum.

Nutricium) A Glossatore vocabulum hoc additum censet Vrsinus.

Obtinebit) vincet esse verum.

Parilibus) Infra cap. V, 1, *Palilibus* scriptum exstat; in Columellae libro VII, 3, 11, est etiam scriptum *Parilibus*, ubi libri optimi habent

bem? non item, [e] quod multa etiam nunc ex vetere instituto bubus [f] et ovibus dicitur? et quod aes antiquissimum, quod est [g] flatum, [h] pecore est notatum? Et quod urvo urbis, [i] quum condita est, tauro, et vacca

omitt. I. B. Br. R. *ipsosque* P. (e) Vulgatum *idem* cum Vrsino correxi. Deinceps *mulcta* B. R. Iuntt. (f) *bobus* I. B. R. Br. (g) *est* om. I. I-G. A. (h) *flatum pecore, pecore* ante Gesnerum erat, qui prius *pecore* cum Codice Vrsini omisit, suadente Buchnero Epist. P. 2. n. 116. et Pontedera *conflatum* I. I-G. Ald. (i) Vulgo est *quod urb. cum.* In Cod. Pol. est *urbis.* In Codice Vrsini est *quod urbis* in margine vero eadem manu scriptum est: *Taurus*

Paribus, in altero Varronis loco *Palibus.* Eodem modo variatum est vocabulum in Cicerone de Divin. II, 47, ubi Tarutii Firmani mathematici ratio traditur, qui diem natalem Romae a Parilibus repetiit, quum Luna esset in libra, Sol in tauro, Iupiter in piscibus, Saturnus cum Venere, Marte et Mercurio in Scorpione. Vide etiam Solinum c. 2. Hinc sidus Pariliciurn apud Plinium 18, s. 66, hyades significat, quae ipso die natali Romae XI Calendas Maii clarissimae apparebant. In Varrone scriptura aequalis observari debebat Manilius IV, 772: *Hesperiam sua libra tenet, qua condita Roma urbis in imperio retinet discrimina rerum. — qua genitus cum fratre Remus hanc condidit urbem.* Diei 21 Aprilis Palilia assignant etiam Fasti Verrii Flacci, ubi Foggini p. 56 egregie de ipso festo die disputavit. Vide infra c. V, sect. 6.

Bubus et ovibus) Vrsinus malebat *ovibus et bubus* ex loco Plinii 18, s. 3: *Multatio quoque nonnisi ovium boumque impendio dicebatur, non omittenda priscarum legum benevolentia. Cautum quippe est, ne bovem priusquam ovem nominaret, qui indiceret multam.* Gellius XI, 1: *Multa quae appellabatur suprema instituta est in singulos duarum ovium, boum triginta: pro copia scilicet boum, proque ovium penuria. — Postea lege Hateria constituti sunt in oves singulas aeris deni, in boves aeris centeni.* Minima multa est *ovis unius.* Varronis de eadem multa locum posuit Festus in *Multa* et *Ovibus.* Huc pertinet locus Varronis L. L. 4, p. 25: *Hinc peculatum publicum primo, ut cum pecore diceretur multa, et id esset coactum in publicum, si erat aversum* (i. e. subtractum). Huc pertinet locus Ciceronis ex libro Reipublicae apud Nonium in *Pecuniosus: Multaque ditione ovium et boum, quod tunc erat res in pecore, et in locorum possessionibus ex quo pecuniosi et locupletes vocabantur*, quae repetens Isidorus Origin. X, habet *multa quae editione.* Pertinet huc etiam locus Servii ad Georg. III, 387: *apud maiores homicidii poenam noxius arietis damno luebat: quod in Regum legibus legitur.*. Ceterum apud Athenienses ex lege Solonis ei, qui lupum interemerit, drachmas V datas, qui lupam, unam, sed pro pecuniae caritate illi bovem, huic ovem datam fuisse, ex Plutarcho refert Pontedera in Curis sec. De numis Atheniensium idem, quod Varro de Romanis, refert Pollux IX, 61, Cf. Salmasius de Modo Vsurar. p. 374.

Vrvo urbis) Ita recte h. l. correxit ex Codice suo Vrsinus, nisi quod dein-

(iunctis), qui[k] essent muri[l] et portae definitum? Et quod populus Rom. quum lustratur,[m] suovitaurilibus[n]

et vacca in urvo urbis condendae unde Vrsinus *urvo urbis* scribendum esse vidit, quod posui, inserto deinceps verbo *iunctis*. (k) *quae* P: unde malebat Gesner *qua*. (l) *muris portae* I. B. R. Br. (m) *lustraretur* I. B. R. Br. (n) ceps inserui *iunctis*. De *urvo* sic Varro de L. L. IV, p. 32: *Imburum fictum ab urbo, quod ita flexum, ut redeat sursum versus, ut in aratro quod est urbum*. Idem p. 33: *Bura a bubus; alii hoc a curvo curvum appellant. Sub iugo medio Coum, quod bura extrema addita appellatur, vocatur covum a cavo.* ubi margo Durdr. *oppilatur* habet. Praeterea ibi lege *curvo urvum*. In priore loco Editio Parmensis anni 1480 habet *Imburo — versus in aratro quod est arvum*. Idem Varro p. 34: *Qua viam relinquebant in muro, qua in oppidum porturent, portas. Oppida condebant in Latio Etrusco ritu* (ut inserit margo) *multa, id est, iunctis bubus, tauro et vacca, interiore aratro circumagebant sulcum. Hoc faciebant religionis causa die auspicata. ut fossa et muro essent munita. Terram unde exsculpserant, fossam vocabant, et introrsum factum murum. Postea quod fiebat orbis, urbs. Principium quod erat post murum, pomerium dictum.* ubi Editio Parmensis: *orbis urbis principium quod* continue scriptum habet. Servius ad Aeneid. V: *Condituri civitates taurum in dextra et vaccam intrinsecus iungebant et cincti Sabino ritu, id est, togae parte caput velati, parte succincti, tenebant stivam incurvam, ut glebae omnes intrinsecus caderent et ita sulco ducto loca murorum designabant, aratrum suspendentes circa loca portarum.* Isidorus Origin. XV, 2: *Vrbs vocata — vel ab urbo, parte aratri, quo muri designabantur, unde est illud Optavitque locum regno — et concludere sulco. Locus enim futurae civitatis sulco designabatur, id est, aratro. Cato: qui urbem, inquit, novam condit, tauro et vacca aret, ubi araverit, murum faciat; ubi portam vult esse, aratrum sustollat et portet, et portam vocet: Ideo autem urbs aratro circumdabatur dispari sexu iuvencorum propter commixtionem familiarum et imaginem serentis fructumque reddentis.* Isidorus Servii locum integriorem in suo Codice legisse videtur. Festus: *Vrvat. Ennius in Andromeda significat circumdat, ab eo sulco, qui fit in urbe condenda urvo aratri, a curvatione buris, quae sit forma simillima uncini, et dentis, cui praefigitur vomer.* Itaque bura et urvum in aratro est ea pars, quam Graeci γύην dixerunt. Vide ad I, 19, 2. Ex glossis Placidi Vrsinus posuit: *oburbas, circumscribis, dictum ab urbo.* Eundem morem in coloniis deducendis observabant, teste Cicerone Philipp. II, 40. Servii et Festi locum Vrsinus, Isidori Schoëttgen annotaverat. In Servio Vossius ad Velleium II, 2, corrigebat *vaccam in sinistra — cincti ritu Gabino — stivam obliquam*. Manilius IV, 556: *iunctisque iuvencis moenia subcinctus curvo describit aratro*. Donatus ad Terentii Adel. IV, Sc. VII: *Porta autem dicta est, quod in eo loco coloniae deductor et conditor subiunctis vacca et tauro aratrum, quo urbem designat, suspendit manu, ne imprimat sulcos, ubi civitatis aditus relinquendi sint.* De Covo addo locum Festi: *Cohum lorum, quo temo buris cum iugo conligatur, a cohibendo dictum.* ubi malim *locum* legere.

Qui essent muri et portae) quae es-

circumaguntur verres, aries, taurus? Et quod nomina multa habemus ab utroque pecore, a maiore et a minore? A[o] minore, Porcius, Ovinius, Caprilius: sic a maiore Equitius, Taurius[p] . . . . cognomina adsignificari, quod dicuntur ut[q] Annii[r] Caprae, Statilii Tauri, Pomponii Vituli: sic a pecudibus alii multi. 14
Reliquum est de scientia pastorali, de qua quod[s] est

solitaurilibus ante Victor. Vrsinus in Codd. esse ait *Suovetaur.* Vide ad Caton. 141. (o) *A minore* om. I. B. R. Br. (p) Ita cum I. I. scripsi probante Victorio Var. Lect. 32. c. 11. Vrsino et Gesnero. Vulgo erat *Taurus.* Deinceps lacunae signa apposui. (q) *ut* om. I. I- G. (r) *Anni* I. I- G. *Anini caprae* Codd. Victorii. *Anni* Pol. Deinceps *Pomponi vitulus* Pol. In Brusch. est *quot dicuntur ut Auni caprae Statili tauri.* et sic Ald. (s) Vulgo est *qua est dicendum* ...

sent muri et portae ex libro Polit. praefert Pontedera in curis post. quia *quae* rectius quam *qui* complectitur muros et portas; deinceps legit: *Et quod nomina multa habemus ab utroque pecore: a minore Porcius, Ovinius, Caprilius: sic a maiore Equitius, Taurius, Asinius. Et cognomina quod dicuntur, uti Anini Caprae, Statili Tauri, Pomponi Vituli. Asinii* nomen latere censet in lectione Edd. primarum *assiguari*, quod post cognomina insertum posteriores Edd. *adsignificari* scripserint.

Ovinius) Etiam *Ovius* nomen fuit quorundam.

Taurius) Hanc formam reliqua nomina postulant: vulgatum *Taurus* potius est cognomen. Vitium at lacunam huius loci primus animadvertit Vrsinus, ita corrigens et supplens: *Equitius Thorius, Asinius; a maiore item cognomina.* Victorius tamen iam antea *Taurius* scribi maluit cum Edd. I. I. Familiae Thoriae nomen a tauro deductum fuisse, ex numis argenteis arguit Vrsinus, ubi taurus incisus reperitur. Scilicet ex nomine *Taurius* factum deinde *Turius* haesit familiis aliis, inde pronuntiando formatum *Torius* et addita aspiratione *Thorius* iterum familias quasdam a reliquis distinxit. Formas eas omnes reperimus positas in Scriptoribus et inscriptionibus vetustis. Ceterum quod attinet emendationem Vrsini, non necesse est, Asinium addi; at recte is cognomina a nominibus distingui voluit. Quomodo verba *cogn. adsignificari* voluerit emendari, an potius omitti maluerit *adsignificari*, non dixit. Equidem malim: *item cognomina adsignificant*, ut infra cap. XI, sect. 10.

A maiore et minore) Haec verba abesse malebat Vrsinus.

Annii Caprae) Erant etiam Annii Aselli. Statiliorum Taurorum familiam novam fuisse, ex Velleio admonuit Vrsinus.

Pomponi) Negat Vrsinus, Pomponiae familiae cognomen fuisse, contra Voconiae tribuunt numi argentei; ex gente Octavia vitulum nominat Inscriptio vetus, a Popma laudata, qui Pomponiae gentis familias duas Ruforum et Mularum annotavit. Sed de his cognominibus Pomponiae familiae dubitari video; de Voconia non item.

Quod est dicendum) Vulgatam *de*

dicendum, Scrofa noster, cui haec aetas defert rerum rusticarum omnium palmam, quo melius potest,[t] dicet. Quum convertissent in eum ora omnes, Scrofa, Igitur, inquit, est scientia pecoris parandi, ac pascendi, ut fructus quam possunt[v] maximi capiantur ex ea, a quibus ipsa pecunia[x] nominata est. nam
12 omnis pecuniae[y] pecus fundamentum. Ea partes habet novem[z] discretas, ter ternas; ut sit una de minoribus pecudibus: cuius genera tria, ovis,[a] capra, sus. altera de pecore maiore,[b] in quo sunt item ad[c]

cendum. quod, Scrofa. (t) Ante Gesnerum omnes *potest dici, cum.* Gesner. *potes, dice.* (v) Ita pro *possint* scripsi ex A. Iunt. G. *possit* Iens. P. (x) *pecuaria* I. B. Br. R. (y) *pecuariae* Eaedem. (z) *discretas novem* I. B. Br. R. (a) *oves* P. (b) *maiori pecore* Br. Ald. (c) *aliae* A. Iunt. G. (d)

qua est dicendum, quod — melius potest dici, quum — omnes. Scrofa, primus Scaliger rectius distinxit, et legi voluit *dic.* Pelisserius apud Turnebum IV, 6, *dicet* praeferebat; quam lectionem equidem facillimam esse censebam; itaque recepi coniunctam cum emendatione Vrsini, qui *quod* in suum locum reposuit, et praeterea corrigi voluit: o *Scrofa noster — potest dice.* Gesner suam coniecturam *quo melius potes, dice* posuit. Apostrophe mihi h. l. incommoda visa est: *quo melius potest, dicet* interpretor, *quod optime omnium de pecuaria dicere potest, hanc ille partem* dicet. — Pontedera in Curis post., reiecta Gesneri emendatione, legit: *de qua est dicundum, quo Scrofa noster, cui haec aetas defert rerum rusticarum omnium palmam, quo melius potest, dicit*: interpretatione abstinuit: Vnde *quo* prius duxerit, ignorabam.

A verbis *Scrofa*: *Igitur, inquit, est scientia* novum orditur Caput, quod ab historia pastorali recte pastoralis doctrina seiungatur. Ceterum lectionem *pecuria — pecuriae* pro *pecunia — pecuniae* probat etiam idem Pont.

Ex ea a quibus) Gesner malebat *eabus*, ut ad *pecudibus*, in *pecore* intellectis, referatur. Duram esse vulgatam, confiteor et ipse, atque haud scio, an bene a fructibus pecudum, non ab ipsis pecudibus origo pecuniae derivetur. Forte quibusdam non improbabilis videbitur lectio primarum Edd. *ipsa pecuaria — omnis pecuariae.* ut nunc Varro pecuariae originem atque argumentum explicet. Dicit igitur scientiam pecoris parandi ac pascendi, ita, ut fructus, quam maximos possumus, ex ea capiamus, vocari pecuariam ab his ipsis fructibus; esse enim pecuariae omnis pecus fundamentum. Vix manum abstinui, quin eam ipsam lectionem restituerem. Pecuniae enim etymologiam iam supra posuit Varro; cuius alter locus est de L. L. 4, p. 25: *pecus — a quo pecunia universa, quod in pecore pecunia tum consistebat pastoribus*, qui me dubium adhuc tenuit.

Ad tres species) Edd. I. I- G. *aliae*

tres species natura discreti,[d] boves, asini, equi. ter-
tia pars est in pecuaria,[e] quae non paratur, ut ex
iis[f] capiatur fructus, sed propter ea, ut[g] ex ea sint,
muli, canes, pastores. Harum unaquaeque in se ge-
nerales[i] partes habet[k] novenas, quarum in pecore
parando necessariae quatuor, alterae in pascendo
totidem; praeterea communis una. Ita fiunt omnes[l]
partes minimum octoginta et una, et quidem neces-
sariae, nec parvae. Primum ut bonum pares pecus, 13
unum scire oportet, qua aetate quamque pecudem
parare habereque expediat. Itaque in bubulo pecore
minoris[m] emitis[n] anniculam et[o] supra decem anno-
rum, quod a bima, aut trima fructum ferre incipit,
neque longius post decimum annum procedit. Nam 14
prima aetas omnis pecoris et extrema sterilis. E qua-
tuor altera pars est cognitio formae uniuscuiusque
pecudis, qualis sit. Magni enim interest, cuiusmodi
quaeque sit, ad fructum. Ita[p] potius bovem emunt
cornibus nigrantibus, quam albis: capram amplam,

discreta I. B. Br. R. *discretae* A. Iunt-G. (e) *pecuario* I. B. Br. R. (f) *ex ea* A. Ba. G. (g) Ita ex Cod. Vrsini scripsi pro *eam aut ex ea sint.* A. Ba-G. *eam ut muli.* I. B. Br. R. *sicut muli.* (h) *Horum* I. B. Br. R. (i) *generalis* Br. (k) *omnium* I. B. Br. R. *hominum* P. (l) *omnium* Eaed. Edd. (m) *nec minor* A. Ba-G. (n) *emitur annicula* Eaedem. *emptis* P. 1. *emptio est* P. 2. *emptam* Ryck. (o) *et quae est supra X quod* I. B. Br. R. *nec quae est supra decem annos* A. Ba-G. (p) *Itaque* I. B. Br. R. A. Ba. G. (q) *sint* om. B.

species — discretae. Edd. primae *discreta* habent; quod, si pecora intelligas, praeferendum puto vulgato.

Propterea, ut) Malui ita cum Vrsino ex Codice scribere, quam in vulgata *eam aut* explicanda cum Gesnero argutari.

Habet novenas) In lectione librorum optimorum *partes omnium* vel *hominum* latere mihi videtur hic et paulo post vocabulum *omnino.*

Vnum scire) Vrsino *unum* spurium et ortum videtur ex interpretatione vocis *primum*, ut apud Caesarem B. G. III, c. 19: *ut ne unum quidem nostrorum impetum ferrent.* ubi malebat *ut ne primum quidem.*

Quam albis) Haec verba, ut deinceps *quam parvam* temere damnat, postea etiam *parandum* non *quaerendum* legit Vrsinus.

quam parvam: sues procero corpore, capitibus ut sint parvis. Tertia pars est, quo sint[q] seminio quaerendum. Hoc nomine enim[r] asini Arcadici[s] in Graecia nobilitati, in Italia Reatini, usque eo, ut mea memoria asinus venierit sestertiis millibus LX, et unae quadrigae Romae constiterint quadringentis[t] millibus. Quarta pars est de iure in[v] parando, quemadmodum quamque pecudem emi oporteat civili iure. Quod enim alterius fuit, id ut fiat meum, necesse est aliquid intercedere. Neque in omnibus satis est stipulatio, aut solutio numorum ad mutationem domini.[x] In emtione alias stipulandum statim esse e[y] valetudinario, alias e sano pecore, alias e neutro. Alterae partes quatuor sunt, quum iam emeris, observandae, de pastione, de foetura, de nutricatu, de sanitate.

R. (r) *hoc enim nomine* Br. Ald. (s) *Archadici* I. B. Br. R. *Arecadi* Codd. Victor. *Archadi* P. (t) *quadringenti* P. (v) *imperando* I. B. Br. R. *imparando* P. (x) *dominii* a. V. (y) *esse statim alias e sano* I. B. Br. R. Etiam

Mea memoria) Varronianam elegantiam haec verba non resipere censet Vrsinus.

Millibus LX.) Infra III, 2, 7: *quae asinum tuum, quem mihi quadraginta millibus emtum ostendebas apud te.* quem locum ex Plinio 8, s. 68, emendavit Vrsinus, ubi est: *Asinum quadringentis millibus emtum Q. Axio senatori auctor est M. Varro, haud scio an omnium pretio animalium victo.* Igitur simili modo etiam h. l. corrigit Vrsinus, praeterea *usque adeo* legit. Praeterea Gronov. de P. V. l. 4, p. 22, monet, legendum esse *sestertium* vel HS.

Quadringentis millibus) Vrsinus legit XII HS. ex loco infra c. 2, 3: *Reatino, ubi trecenis ac quadrigenis millibus admissarii aliquot venierunt.*

De iure in parando) Haec verba ab Vrsino damnata inclusit Gesner.

E valetudinario) Haec verba Edd. primae et libri scripti omittunt, damnat etiam Pontedera. Vrsinus contra haec ita corrigit: *stipulandum sanum esse, alias non e valetudinario.* Rationem, qua Pontedera utitur, ut verba haec damnet, plane aliena est. Quis enim, inquit, pecus e valetudinario emerit? At emtor stipulatur infra II, 6, in ovibus de pecore morboso non esse. Idem facit in suibus cap. 4, 5. Alibi emtor stipulatur e *sano* esse, alibi sana ipsa pecora, in capris denique (vide c. 3, 5,) e neutro stipulatur, id est, nec ipsas sanas, nec ex sano pecore, quia capras sanas sanus nemo praestat. Igitur verum vidisse Vrsinum censeo.

Pascendi primus[z] locus qui est, eius ratio triplex. In qua regione quamque potissimum pascas, et quando et[a] queis? ut capra in montuosis[b] potius locis et[c] fruticibus,[d] quam in herbidis campis; equas contra. neque eadem loca, aestiva et hiberna idonea[e] omnibus ad pascendum. Itaque greges ovium longe abiguntur ex Appulia in Samnium aestivatum, atque ad publicanum[f] profitentur, ne, si inscriptum pecus paverint,[g] lege censoria committant.[h] Muli e Rosea campestri aestate exiguntur in Gurgures[k] altos montes. Qui potissimum quaeque pecudum pascatur, habenda 17

Codd. Victorii om. e *valetudinaria*. (z) *primum* P. (a) *E queis* vel *E quis* omnes praeter P. *et qui* Codex optim. Victor. *et queis* Cod. Vrsini. (b) Ita ex P. pro *montosis* scripsi. (c) *quam* I. B. Br. R. (d) *fructibus* Iuntt. (e) *in* ins. B. R. (f) *publicatum* Herv. (g) *paverit* I. B. R. Br. (h) *committant mulictos, et a campestri*, a. V. *committant mulieros, et a* P. 4. *committunt mulieres* Pol. 2. super ultima vocis *Muli e*. Codex vetustissimus Victorii: *Mulieros et a campestri*. alii *Mulieres* habebant. (i) *aetate* Iuntt. (k) *bur-*

Et queis) Codicis sui lectionem *et qui* praeferebat Victorius, quoniam infra sect. 47 sic est. Sed recte monet Gesner ibidem, esse eadem notione, qua h. l. i. e. quibus rebus.

Inscriptum pecus) Vrsinus comparavit locum Lucilii: *facit idem, quod illi, qui inscriptum ex portu portant clanculum, ne portorium solvant*. Asconius in Divinat. Cicer. *mancipes sunt publicanorum principes, romani homines, qui quaestus sui causa — si pascua publica redimunt, pecuarii appellantur, quorum ratio scriptura dicitur*. Festus in *scripturarius ager*: *publicus appellatur, in quo ut pecora Pascantur, certum aes est, quia publicanus scribendo conficit rationem cum pastore*. Hinc *scriptura* Siciliae ex pascuis apud Ciceronem Verrin. II, 70. In scriptura pro magistro dare operam apud eundem Epist. ad Divers. XIII, 65. Scilicet apud publicanos, scripturam exercentes, pastores quotannis publice nomina sua profitebantur; quod de aratoribus testatur Cicero Verr. III, 52, qui agros publicos araturi apud decumanos nomina sua profitebantur. Bene de scriptura tradidit Ernestianus Index. Hodieque oves ex Samnio (Abruzzo) autumno in Apuliam (Puglia) abiguntur, ibique foetus edunt. Scripturam exercet *Tribunale della Dogana della mena delle pecore di Puglia*. Cf. Swinburne Itiner. Neapol. T. I. p. 464, vers. Germanicae.

Censoria committant) Censores enim agros et vectigalia locabant. Quinctiliani locum ex Declam. *Quod quis professus non est apud publicanos, pro commisso tenetur*. annotavit Vrsinus; ibidem sequitur: *publicano scrutari liceat, quod quis professus non fuerit, perdat*. Vsum Ciceronianum dabit Clavis Ernestiana.

Gurgures) Vrsinus malebat deleto

ratio.[l] nec solum, quod foeno fit[m] satura equa, aut bos, quum sues hoc vitent, et[n] quaerant[o] glandem: sed quod hordeum, et faba interdum sit quibusdam obiiciendum, et dandum bubus lupinum, et lactariis Medica, et cytisum. praeterea quod ante admissuram diebus xxx arietibus, ac[p] tauris datur plus cibi, ut vires habeant: foeminis bubus demitur, quod mace-
18 scentes melius concipere dicuntur. Secunda pars est de foetura. Nunc[q] appello foeturam a conceptu ad partum: hi enim praegnationis primi[r] et extremi fines. quare primum videndum de admissione, quo quaeque tempore ut ineant facere oporteat.[s] nam, ut suillo pecori[t] a favonio ad aequinoctium vernum putant aptum, sic ovillo[v] ab arcturi occasu, usque ad aquilae occasum. praeterea habenda ratio, quanto[x] ante quam incipiat admissura fieri, mares a[y] foeminis secretos habeant: quod fere in omnibus binis mensi-
19 bus ante faciunt et armentarii et opiliones.[z] Altera pars est in foetura quae sint[a] observanda, quod alia[b] alio tempore parere solet. equa enim ventrem fert xii menses, vacca[c] decem, ovis et capra quinque,[d] sus quatuor. In foetura res incredibilis est in Hispania, sed est vera, quod in Lusitania ad oceanum in

bures P. Victorius ait in libris suis esse *Gurgures*, in editis *Burbures*. (l) *est* add. I. B. R. Br. (m) *satura fit* A. (n) *et* om. I. B. Br. R. (o) *quaerunt* Eaedem. (p) *et* Br (q) *Vnde* I. B. Br. R. (r) *primi praegn* Br. (s) *oportet* I. B. Br. R. (t) *pecore* P. (v) *ovilo* I. B. R. *ovili* Br. A. Iunt. G. *ovilli* Vict. quod mutavit Gesner. (x) *quando* I. B. Br. R. (y) *ac* I. B. R. (z) *cipilones* P. (a) *sunt* I. B. Br. R. (b) *alii* Br. (c) *vaca* Br. (d) Ita pro

altos legi *querqueros*. cuius glossam esse putabat *altos*. De re ipsa vide infra ad cap. 8, sect. 5.

Faba interdum) Vrsinus corrigit: *fabam interdum ovibus obiiciendum — medicam et cytisum*. Etiam I. Fr. Gronov. *fabam* correxit.

Opiliones) Polit. liber *cipilones* habet, ubi forte *aipilones* latet, vel *aipolones* ex graeco αἰπόλος, αἰπολίων, ut βουκόλος, βουκολίων, quanquam opilionem ex graeco οἰπόλος, οἰπολίων derivant.

ea regione, ubi est oppidum Olysippo,[e] monte Tagro, quaedam e vento certo tempore concipiunt equae, ut hic gallinae quoque solent, quarum ova ὑπηνέμια[f] appellant.[g] Sed ex his equis, qui nati pulli, non plus triennium vivunt. Quae nata sunt matura, et chorda,[h] ut pure et[i] molliter stent, videndum, et ne obterantur. Dicuntur agni chordi,[k] qui post tempus nascuntur, ac remanserunt in volvis intimis. vocant χορίον,[l]

quinos Edd. a. V. (e) *Obsippo* P. et Cod. Victor. *Vlysippo* H. *Olisippo* Br. et Codex Bessarionis, teste Surita ad Antonini Itiner. p. 416. ed. Wessel. *Olisyppo* Ald. (f) *hippenemia* a. V. (g) *appellabant* P. (h) *corda* P. (i)

Monte Tagro) Ex Columella VI, 27, 7, *monte Sacro* corrigebat Scaliger; Vrsinus Plinii locum posuit 18, c. 24: *Constat, in Lusitania circa Olysipponem oppidum et Tagum amnem equas Favonio flanti obversas animalem concipere spiritum, idque partum fieri, et gigni pernicissimum.* unde dubitabat, an *amne Tago* scribi debeat h. l. Salmasius ad Solinum p. 196 corrigit *monte Artabro.* probante Schoëttgen, quia promontorium Sacrum nimis sit longe ab Olysippone remotum, vicinum vero Artabrum adeo, ut Olysipponense multi vocarent, teste Plinio IV, 21. Cum Surita Scaligero accedit Wesseling. ad Antonin. p. 417. Servius ad Georg. III, 273: *Hoc etiam Varro dicit: In Hispania ulteriore verno tempore equas, nimio ardore commotas, contra frigidiores ventos ora patefacere ad sedandum calorem, et eas exinde concipere et edere pullos, licet veloces, diu tamen minime duraturos: nam brevis admodum vitae sunt.*

ὑπηνέμια) Et zephyria, latine irrita dixit Plinius X, 60. Cf. Aristotelis H. A. V. 1, VI, 2, et Cerda ad Virgilii Georg. II, 273.

His equis) Antiqui pro *equabus.* Fabulosus hic conceptus equarum est, et falsus. Gallinaceum quidem genus ova parit, sed infoecunda absque coitu; sed in brutis et quadrupedibus animalibus et vivipariis corpora modo lutea reperiuntur sine coitu nata, ut demonstravit Blumenbachii Specimen Physiologiae comparatae inter animalia calidi sanguinis vivipara et ovipara, Goettingae 1789, p. 6. In mulabus eadem lutea corpora reperisse Nicolaum Stenonis testantur Acta Hauniensia T. II, p. 229. reperit etiam Brugnone de Cura equor p. 213, vers. germanicae.

Triennium) Silius III, 383, septennium eis concedit: *Sed non multa dies generi, properatque senectus, septimaque his stabulis longissima ducitur aestas.* Is Vettonum regioni equos hos assignat.

Volvis) Vrsinus malebat *valvolis intimis quas vocant*, ex Festo, qui *valvolos* interpretatur *folliculos fabae*, quos nominavit etiam Columella VII, 3. Sed Plinius XI, 37, de utero: *quod alio nomine locos appellant, hoc in reliquis animalibus vulvam.* ubi locat sunt Graecorum χορία, quasi χωρία.

20 a quo chordi appellati. Tertia res est, de[m] nutricatu quid[n] observari oporteat, in quo, quot diebus matris sugant mammam, et id quo tempore, et ubi: et si parum habet lactis mater, ut subiiciat sub[o] alterius mammam, qui appellantur subrumi,[p] idest sub mamma. antiquo enim vocabulo mamma rumis,[q] ut opinor. Fere ad quatuor menses a mamma non diiunguntur[r] agni, hoedi tres, porci duo;[s] e queis, quom[t] puri[v] sunt ad sacrificium, ut immolentur, olim appellati[x] sacres, quos appellat Plautus, quum ait, Quanti sunt porci sacres? sic boves altiles, ad sacrificia publica[y]
21 saginati, dicuntur opimi.[z] Quarta pars est de sanitate: res multiplex, ac[a] necessaria. quod morbosum pecus, et[b] vitiosum, et quando † non valet, saepe ma-

et abest I. B. R. Br. (k) *cordi* P. (l) *chorion* I. B. R. Br. (m) *de* abest I. B. R. Br. (n) *quae* I. B. R. Br. *qua adservari* P. (o) *subalternis* iunct. I. B. R. Br. (p) *subruini* Ienss. Br. *Subgruni* P. (q) *ruinis* Ienss. Br. (r) *disiunguntur* a. V. (s) *duos* I. I. G. A. (t) *qui iam* Herv. (v) *pori* P. (x) *appellatis* Ienss. Br. (y) *puplica* Bon. (z) *optimi* I. B. R. Br. (a) *et* Br. (b) *est* P. (†) *quoniam* Br. I. B. R. et Codd. Victor. (c) *magna afficiun-*

Etymologiam Varronis ineptam esse censuit etiam Scaliger. Eodem tamen modo Graeci sua μετάχοιρα sunt interpretati, ut infra videbimus. Ii sunt porci sero nati. Ecce Servius ad Georgica III, 136: *genitali arvo, pro muliebri folliculo, quam scilicet vulvam vocant, ut etiam Plinius docet; nam folliculus ante dicebatur.* Locos mulieris vocat Cato c. 157, s. 11; vitium locorum similiter dixit Celsus V, 25, s. 3. A volva est vulva; sed *volva pomorum* ap. Scribonium Comp. 104, cum H. Iunio male huc refertur a Gesnero. Locus enim iste vitio laborat scripturae.

Chordi) Antiqui teste Festo *frumenta corda*, et *foenum cordum* dicebant, *quae sero maturescunt*. Plinius. VIII, 47: *Cordos vocabant antiqui post id tempus* (legitimum) *natos*.

Tertia res est, etc.) *Tertia res est nutricatu quoad servari oporteat* corrigit Pontedera in Curis post. ex Edd. pr. et Cod. Polit.

Subiiciat) Pastor. An potius *subiicias* legendum?

Subrumi) Vide infra ad II, 11, 5.

Quom puri) Recte Vrsinus vidit, vulgatum *quoniam* mutari debere, quod feci approbante ipso Gesnero. De porcis sacris vide nostrum II, 4, 16, Festum, et Plautum in Menaechmis II, 2, 15, item in Rudente II, 6, 4.

Vtiles) Vide infra cap. V, 10. Almeloveen malebat *patales*, i. e. cornua patentia et diversa habentes; de quibus Scaliger ad Varronem de L. L. p. 43.

Et quando non valet) Haec mihi otiosa et spuria videntur verba. Sca-

gna[c] gregem afficit calamitate. Cuius scientiae genera
duo: unum ut in hominem, ad quem adhibendi[d] medici;[e]
alterum,[f] quo ipse etiam pastor[g] diligens
mederi possit. Eius partes sunt tres. nam animadvertendum,
quae cuiusque morbi sint[h] causae, quaeque
signa earum causarum sint, et quae quemque morbum
ratio[i] curandi sequi debeat. Fere morborum cau- 22
sae erunt,[k] quod laborant propter aestus, aut propter
frigora,[l] nec non etiam propter nimium laborem, aut[m]
contra,[n] propter nullam exercitationem, aut si quum
exercueris, statim sine intervallo cibum aut potionem
dederis. Signa autem sunt, ut eorum, qui sive[o] ex
aestu, sive[p] e labore febrem habent, adapertum os,[q]
humido spiritu crebro, et corpore calido. Curatio 23

tur P. Codd. Victor. I. B. R. Br. (d) *ahibendi* I. B. R. *ut in hom. unum ahib.* Br. (e) *medices* P. Ienss. (f) *altera quae* I. B. Br. R. (g) *fustor* P. (h) *sit causa* I. B. Br. R. Deinceps *causarum earum* Br. (i) *curatio sequi* I. B. Br. R. Pol. (k) *in bobus hac sunt* Cresc. (l) *frigura* P. (m) *ut* P. (n) *contrarium nullam* I. B. Br. R. (o) *sive ex aestu* om. I. B. Br. R. Polit. (p) *sine e* om. P. *sine labore* I. B. Br. R. (q) *os* om. Eaedem. et Codd. Victorii.

liger deinceps antiquam lectionem *saeps magna adficiuntur* probatam defendebat figura enallages. Pontedera etiam, quia pecus sit nomen collectivum. Idem in Curis secundis, de vitiosa eiusdem rei repetitione h. l. monuit; igitur cum Polit. legebat: *est vitiosum*, i. e. vitia et morbos aliis adfert atque immiscet.

Scientiae) Hoc vocabulum et deinceps *ut in hominem* spuria censebat Vrsinus. Gesner *in hominem* dictum interpretatur pro *in homine*.

Quo) Vrsinus corrigebat *quoi*, sed vulgatam *quo*, ut antiquam etiam dativi formam ex Perizonio ad Sanctium p. 525 defendit Gesner.

Morborum causae) Crescent. 9, 65: *morborum causae in bobus, ut ait Varro, hae fere sunt — aut propter nimium laborem vel e contra — potum dederis.*

Signa) Cresc. *et cognoscuntur quum febriunt, quia sunt calidi tactu et maxime in lingua et auribus et anhelitus ipsorum est spissus et calidus.*

Vt eorum) Pontedera malebat *ut equorum*; seu antique *ecorum*. Deinceps Codices Victorii habebant scriptum: *qui si e labore febrem habent.* unde Scaliger corrigebat: *qui si vel ab ore fervent, habent adapertum, humido spiritu.* Vrsinus verba *ut eorum, qui — febrem habent* delet, et reliqua sic legit: *et crebro, corpore calido. Curatio autem haec; perfunditur aqua* etc. Pontedera librorum Victorii lectionem probabat; unius enim modo febris curationem tradi.

autem, quum hic est[r] morbus, haec. perfunditur aqua, et perunguitur oleo et vino tepefacto, et item[s] cibo sustinetur, et iniicitur aliquid ne[t] frigus caedat,[v] sitienti aqua tepida[x] datur. Si hoc genus[y] rebus non proficitur, demitur[z] sanguis, maxime e[a] capite. Item ad alios morbos aliae causae, etiam[b] alia signa in omni pecore, quae scripta habere oportet[c] magi-
24 strum pecoris. Relinquitur nonum,[d] quod dixi, de numero, utriusque partis commune. Nam et qui parat pecus, necesse est constituat numerum, quot[e] greges, et quantos[f] sit pasturus, ne aut saltus desint, aut supersint, et ideo fructus dispereant. Praeterea scire oportet in grege quot foeminas habeat, quae parere possunt,[g] quot arietes, quot utriusque generis soboles,[h] quot reiiculae sint alienandae. In alimoniis,

(r) *est haec perfund.* I. B. Br. R. (s) *idem* Eaed. *et item cibus* Ryck. *item* om. Cresc. (t) *ni* Br. A. Ba. G. sed in Ald. distinguitur: *ni frigus cedat, sitienti — datur.* (v) *cedat* I. B. Br. R. A. Ba. G. *caedat* Iunt. Viel. *frigidus cedat* Cr. edit. tres. (x) *frigida* Cr. (y) *genus rebus* om. Cr. (z) Ita pro *dimmittitur* I. B. Br. R. (a) *a* Eaedem et Cr. sed Cresc. Lovan. *demittitur ex* habet (b) *et* Br. (c) *op. habere* Br. (d) *novum* lens. Br. Herv. (e) *quod gr., et quando* P. 1. (f) Vulgo *quanto.* (g) *possint a.* V. (h) *soboles,*

Sustinetur) Vrsinus *abstinetur* malebat, Gesner cum libro Ryckiano *cibus*. In Vegetio eadem phrasis occurrit, in Varrone tamen non probanda. Mihi videtur legendum esse *et pauco cibo sustinetur*. Ita etiam Apsyrtus Geoponic. XVI, 4. In Curis sec. Pontedera vulgatam probat. Quia, inquit, e labore febrit, cibo sustineri expedit, quippe laborando vires exhauriuntur.

Caedat) Vrsinus *laedat* malebat.

Aqua tepida) Crescentius *frigida*. Columella etiam VI, 9, et Vegetius I, 3 frigidam dat eum Geoponicis XVII, 20; contra *tepidam* propinat Apsyrtus ibidem XVI, 4.

Demitur) Vulgata lectio *dimittitur* vel *demittitur* nimis est inepta, quam ut probare eam possem. Igitur meliorem ex Cresc. meo substitui. Longe aliud quid significat in pecore sanguinem demittere in pedes vel genua, vel aliam corporis partem. Vide ad Colum. VI, 30, 6.

De numero) Haec verba Vrsino spuria videntur esse. Vide supra sect. 12.

Quantos) Vrsini hanc emendationem probavit etiam Gesner, nec tamen recepit.

Reiiculae) Ex lectione librorum *quot epulae* Scaliger coniiciendo efficiebat *quot petilae*, vel *quot taedulae?* vel potius *quot pullae?* Popma *quot depulsae*. Pontedera ipsum illud *epu-*

si sunt[i] plures nati, ut quidam faciunt, sequendum, ut quosdam subducas. quae res facere solet,[k] ut reliqui melius crescant. Vide, inquit Atticus, ne te fal- 25
lat,[l] et novenae istae partes non exeant extra pecoris minoris ac maioris nomen. Quo pacto enim erunt[m] in mulis et pastoribus novenae partes, ubi nec admissurae, nec foeturae observantur? In canibus enim[n] video posse dici. Sed do etiam in hominibus posse 26
novenarium retineri[o] numerum, quod in hibernis habent in villis mulieres, quidam[p] etiam in aestivis, et id pertinere putant, quo facilius ad greges pastores retineant, et puerperio[q] familiam faciant[r] maiorem, et rem pecuariam fructuosiorem. Si, *inquam*, numerus non est, ut[s] sit ad amussim, ut non est, quum dicimus mille naves iisse[t] ad Troiam, centumvirale esse iudicium Romae: deme[v] (si vis) duas res de mu-

quod epulae P. *quot epulae* Codd. Victorii. (i) *sint* a. V. (k) *solent* I. B. Br. R. (l) *numerus fallat et ne* A. Iunt. G. (m) *ferunt* P. (n) *enim* defic. I. B. R. Br. (o) *retinere* I. B. R. Br. (p) *et qu.* a. V. (q) *puerperiis* a. V. (r) *faciunt* P. (s) *ut sit* absunt I. I-G. A. (t) *isse* P. (v) *Quare deme* P. *Qu.*

lae tenet, interpretatus agnos et verveces pingues ad epulas vendendos. Easdem oves Catoni dici *deliculas*, id est, selectas et optimas, a *deleco* pro deligo. Varronem II, 4 delicum porcum ita dixisse. Gesner cum I. II. Vrsino Observ. Philol. c. 6, p. 65: *epulas oves* censet esse, quae epulis servire possunt, et ad lanium perveniunt. Nescio quid tantopere vulgatam corrigere conati sint viri docti hic et infra cap. V, sect. 17. Ecce enim Varro apud Nonium p. 168 Mercerii: *et ut in grege opilio oves minus idoneas removere solet, quas reiculas appellat; saepe enim unus puer petulans atque impurus inquinat gregem puerorum.* ubi Editio Parmensis 1480 *rheiculas* habet. Nonius aetate aut morbo graves interpretatur.

Atticus) Vrsinus malebat *Vaccius*, qui deinceps etiam sect. 27 respondet. Recte! Gesner tamen oggerit, inter personas huius libri c. 2, s. 2, aperte Atticum etiam referri.

Fallat) Vrsinus malebat *fallant novenae — partes et non exeant.* Aliter I. I-G. *numerus fallat, et ne novenae.*

Quo pacto erunt) *Quo pacto enim ferunt* in Codd. 4 Florentinis et Ambrosiano repertum *ferunt* pro *erunt* Pontedera in Curis post. interpretatur nomen ferunt et obtinent.

Mille) plures Dictys et Dares tradiderunt; quod valet etiam de iudicio centumvirali.

Deme) Quum in libris optimis sit *quare demes*, non inepte Vrsinus cor-

27 lis, admissuram, et parturam.[x] Vaccius,[y] Parturam,[z] inquit? proinde[a] ut non aliquoties[b] dicatur Romae peperisse mulam. Cui ego ut succinerem, subiicio, Magonem et Dionysium scribere mulam,[c] et equam, quum conceperint, duodecimo mense parere. Quare non, si hic in Italia quum peperit mula sit portentum, adsentiri omnes terras. Neque enim hirundines, et ciconiae, quae in Italia pariunt, in omnibus terris pariunt. Non scitis palmulas caryotas[d] in Syria pa-
28 rere in[e] Iudaea, in Italia non posse? Sed Scrofa, Si exigere mavis sine mularum[f] foetura[g] et nutricatu numerum octoginta et unum, est qui expleas duplicem istam lacunam: quod[h] extraordinariae fructuum[i] species duae accedunt magnae. quarum una est tonsura, quod oves ac capras detondent,[k] aut vellunt: altera, quae latius patet, est[l] de lacte, et caseo, quam scriptores Graeci separatim τυροποιΐαν[m] appellaverunt, ac scripserunt de ea re permulta.

II. Sed quoniam nos[a] nostrum pensum absolvimus, ac limitata est pecuaria quaestio: nunc rursus vos

demes I. B. R. Br. (x) *parituram* I. B. R. Br. (y) *Vactius* ante Commel. (z) *Parituram* I. B. R. Br. (a) *provide* I. B. R. Br. *perinde* Herv. (b) *aliquotiens* I. B. R. Br. (c) *mula et equa* P. Deinceps *ciconeae* Br. (d) *cariotas Syriam* I. B. R. Br. (e) *invectas in Italiam* a. V. Codd. Victorii *In iurea.* unde ipse vulgatam nunc effecit sequutus Plinii locum 13. s. 6. *Iudaea inclyta est vel maxime palmis. Item sunt quidem in Europa, vulgoque Italia, sed steriles.* Scaliger malebat inde efficere *Iturea*. Codex Vrsini *in Suria*. Ald. habet *palmas cariotas.* (f) *mulorum* I. B. R. Br. (g) *admissura et foetura mum.* I. I-E. A. sed Ald. post *foetura* additum é habet. (h) *quae* I. B. R. Br. (i) *fructum* P. (k) *detondunt* I. B. R. *dentondunt ac* Br. *detundent* Iuntt. *et capras* A. (l) *est* abest I. B. R. I. I. Br. (m) sic τυροποιΐαν (TYPOTCIAN) P. deest plane I. B. Br. R.

rexisse videtur: *Sic, inquam — quare demas.*

Romae peperisse) In prodigiis Livius et Iulius Obsequens satis frequenter factum Romae retulerunt.

Scribere, mulam et equam) Ex quatuor Florentinis Pontedera in Curis post. probat lectionem: *scribere, mula et equa quum conceperint, duodecimo mense parere*; denique *palmulas* mutat in *palmas*; quod fecerat iam Aldina; nam *palmulae* sunt ipsae *caryotae*.

reddite nobis, o[b] Epeirotae, de unaquaque re, ut videamus, quid pastores a[c] Pergamide, Maledove[d] potis[e] sint. Atticus, qui tunc[f] T. Pomponius, nunc Q. 2
Caecilius cognomine[g] eodem, Ego opinor, inquit, incipiam primus, quoniam in[h] me videre[i] coniecisse oculos: et dicam de[k] primigenia pecuaria.[l] E feris enim[m] pecudibus primum dicis oves comprehensas ab hominibus, ac mansuefactas. has primum oportet bonas emere. Quae[n] ita (cognoscuntur) ab aetate, si neque vetulae sunt, neque merae agnae, quod alterae iam nondum, alterae iam non possunt dare fructum.

Cap. II. (a) *eos* B. R. (b) o deest I. B. R. Br. (c) *a pergamidae* I. I. H. A. Gr. G. A. *quibus verbis praepos. est stellae signum in* A. Ba-G. *apergamidae iunct.* I. B. R. Br. (d) *Maledone* I. B. R. Br. *in Alcdone* I. I-G. A. (e) *poti* I. B. R. Br. (f) *nunc* Ba-G. A. (g) *eum nomine* a. V. (h) *vos in* I. I-G. A. (i) *video* a. V. (k) *de* abest I. I-G. A. (l) *pecuariae* I. I-G. A. *pecuariae feris* P. I. B. R. Br. (m) *cum* I. B. R. Br. (n) *quaesita aet.* I. I-G. A. (o) *quo* P. (p)

Cap. II. *Pergamide*) Neutrum locum aliunde notum habeo. Scripturam vulgatam ex libris suis posuit Victorius. Aliter Editiones reliquae.

Cognomine eodem) Ita emendavit Victorius lectionem Edd. primarum et librorum scriptorum, ubi erat *cum nomine*. Scilicet post adoptionem ab avunculo suo nomen habuit *Q. Caecilius Pomponianus Atticus*, quum antea esset T. Pomponius Atticus, teste etiam Cicerone ad Attic. III, 20, ubi gratulatur Attico adoptionem istam, in Epiro tum commoranti, quum Cicero de reditu in patriam et domo sua recuperanda anxius esset Thessalonicae. Pertinet Epistola ad A. V. 696.

Primigenia pecuaria) Ita Victorius ex libris suis correxit vulgatum antea *pecuariae*, addiditque exempla vocabuli *primigenius* ex Nonio.

Quae ita ab aetate) Crescent. IX, 67: *oves bonae cognoscuntur ab aetate — nam alere nondum possunt, nec dare fructum.* ubi antiqua mea habet: *alere nondum iam non possunt dare fructum.* Codex Vrsini habebat scriptum: *bova emere actate, quae ita erunt*, eamque lectionem probat comparatis locis II, 4: *eligere oportet primum bona aetate;* et II, 6, *ut mares foeminasque bona aetate sumat.* Equidem malui cum Ponted. ex Cresc. inserere verbum *cognoscuntur*. Bonae oves scilicet animadvertuntur primum ab aetate, deinde a forma et sic deinceps. Ita noster II, 4: *boni seminis sues animadvertuntur a facie et progenie.* Quanquam in Curis sec. mutata sententia nullo fulcro opus esse censet, si intelligamus *ita bonae sunt ab aetate.* Festus: *Adasia ovis vetula recentis partus.* Isidorus: *Adasia ovis maior natu.* Iterum Festus: *Avillas agnas recentis partus.* In priore glossa verba *recentis partus* spuria censeo; nec enim commode interpretari licet.

sed ea melior aetas, quam sequitur spes, quam ea
3 quam mors. De forma, ovem esse oportet corpore
amplo, quae lana multa sit et molli, villis altis, et
densis toto corpore, maxime circum cervicem et col-
lum, ventrem quoque ut habeat pilosum: itaque quae[o]
id non haberent,[p] maiores nostri apicas appellabant,
ac[q] reiiciebant. esse oportet cruribus humilibus, cau-
4 dis observare[r] ut sint in Italia prolixis, in Syria bre-
vibus. In primis videndum, ut boni seminis pecus
habeas. id fere[s] ex duabus rebus potest animadverti,
ex forma, et[t] progenie. Ex forma, si arietes sint fronte
lana vestiti bene, tortis[v] cornibus pronis[x] ad ro-

habent P. (q) *ac reiiciebant* desunt I. B. R. Br. (r) *observate* P. (s) *fere* omitt. P. (t) *ex* I. B. R. Br. *et ex* I. I- A. (v) *intortis* a. V. (x) *promis*

Aetas) Cresc. addit *est.*

De forma) Cresc. *item cognoscitur a forma, nam ovem* etc. Geoponica XVIII, 1: ἄρισταί εἰσι τοκάδες αἱ ἔρια φύουσαι πολλὰ καὶ μαλακά, τοὺς μαλλοὺς βαθεῖς πεπυκνωμένους καθ' ὅλον μὲν τὸ σῶμα, μάλιστα δὲ περὶ τὸν τράχηλον καὶ τοὺς αὐχένας. ἔχουσαι δὲ καὶ τὴν κοιλίαν ὅλην δασεῖαν ἐρίων πλήθει καὶ μαλακότητι καὶ ὁμοχροίᾳ. Addunt in fine: Optimas esse oves, habentes lanas simplices et planas (ἡπλωμένα), crispam vero lanam (παρουλότριχα) naturam arguere debilem.

Villis altis) Hinc in Inscript. Fratrum Arvalium apud Philippum a Turre Monum. Antii p. 389: *Iovi berbeces II altilaneos, Marti arietes altilaneos II.*

Quae id) Polit. liber *quo id*, quod Pontedera *quoniam* interpretatus probabat.

Apicas) Festus: *Apice dicitur ovis, quae ventrem glabrum habet.* Plinius 8, s. 48: *quibus venter nudus esset, apicas appellabant, damnabantque.* ubi Vincentius habet *tapitas.* Recte Dalecamp et Scaliger deducunt a Graeco πεικὸς ἄπειχος. Nescio quid Gesnerum impulerit, ut suspicaretur *apilas*, vel Pontederam, ut *atricas* ex ἄτριχας corrigendum putaret.

Cruribus) Plinius 8, 48, s. 75: *in ipsa ove satis generositatis ostenditur brevitate crurum, ventris vestitu — Syriae cubitales ovium caudae, plurimumque in ea parte lanicii.*

Caudis) Cresc. *caudis prolixis in Italia, sed in Syria brevibus. Item cognoscuntur ex progenie, si agnos solent procreare formosos.* Geoponica 18, 1: εἶναι δὲ χρὴ αὐτὰς εὐοφθάλμους καὶ μακροσκελεῖς καὶ μακροκέρκους. ἄρισται γὰρ αὗται πρὸς ἀρνοτροφίαν.

Pecus habeas) Manifestum est, legi debere *arietem habeas.*

Tortis) Antiquum *intortis*, ex h. l. retulit etiam Columella VII, 3, s. 3, ubi de forma cornuum dicam.

Fronte) Cresc. IX, 69: *cauda longissima et lata, curtis cornibus, pronis*

strum, ravis oculis, lana opertis[y] auribus, amplo[z] pectore, scapulis et clunibus latis, cauda lata et longa. animadvertendum quoque linguane[a] nigra, aut varia sit, quod fere qui eam[b] habent, nigros aut varios procreant agnos. Ex progenie autem animadvertitur, si agnos procreant formosos. In emtionibus iure utimur eo, quod lex praescripsit. in ea enim alii plura,

P. 1. (y) *opertis, auribus amplis, pect. et* ante Commel. (z) *ampli* P. Ryck. Vulgatam *amplis pectore et scapulis*, ex Cresc. correxi. (a) *lingua ne* div.

ad rostrum, lana apertis auribus, amplo pectore, scapulis et clunibus latis velleris depressi, fronte lata etc. quae ex Palladio Iul. IV, 2 sunt admista. Geoponica 18, 1: τοὺς δὲ κριοὺς εὐπαγεῖς, καλοὺς τῇ θέᾳ χαροποὺς τοῖς ὄμμασι, δασυμετώπους, εὐκέρωτας, ὀλιγοκέρωτας, σκεπομένους τὰ ὦτα τῇ πυκνότητι τῶν ἐρίων, πλατυνώτους, ἔχοντας τοὺς διδύμους μεγάλους, μηδὲν ἑτερόχρουν ἐπὶ τοῦ σώματος ἔχοντας. ubi vocem ὀλιγοκέρωτας, quae *curtis cornibus* reddit, omittit Codex Gottorp. Sed Varronis vulgatam *tortis* defendit sequens *pronus ad rostrum* et locus Columellae VII, 3: *habitus probatur quum est altus atque procerus, ventre promisso atque lanato, cauda longissima densique velleris, fronte lata, testibus amplis, intortis cornibus: non quia magis hic sit utilis, nam est melior mutilus aries, sed quia minime nocent intorta potius quam surrecta et patula cornua.* quae repetiit Palladius. Inde igitur patet, *fronte lata* h. l. veram esse lectionem, quod monuit etiam Vrsinus, etsi Geoponica, δασυμετώπους reddentia, *fronte lana vestiti* expresserunt. Deinde ante Victorium h. l. *intortis* legebatur, quam lectionem retulit etiam Columella; eandemque repraesentat Crescentii *curtis*. Vulgatam *fronte lana* conciliare possis cum Columella, si sequaris in Columella lectionem Polit. libri, ubi est: *velleris densi in fronte lata*, et in Varrone legas: *fronte lata lana vestiti bene.* Verum equidem in utroque scriptore praefero simpliciter frontem latam; et in Varrone verba *lana vestiti bene* ad ventrem omissum pertinere puto.

Amplo pectore) Ita ex Cresc. correxi vulgatum *amplis pectore et.* atque ita voluit etiam scribi Vrsinus. Geoponica brevius: πλατυνώτους. Pontedera probabat libri Polit. *ampli*, quasi antiqui *amplis* pro *amplus* dixerint.

Cauda lata et longa) Vox *lata* ad caudam non pertinet. Nam in Italia prolixas caudas supra Varro requirebat, in Syria breves, quae simul esse solent latae et pinguedine refertae. Igitur *lata* excidit suo loco et post *fronte* reponendum est vocabulum: etsi ex h. l. Crescentius habere videtur: *cauda longissima et lata.*

Eam habent) Geoponica 18, 6: ἐὰν εὕρῃς γλῶσσαν αὐτοῦ μέλαιναν, μέλαν τέξεται, ἐὰν δὲ λευκὴν, γεννήσει λευκόν. ἐὰν δὲ ποικίλην, ποικίλον ἔσται τὸ τικτόμενον. Sed male haec ad ovem praegnantem refert capitis inscriptio. Reliqua dabo ad Columellam.

Procreant) Cresc. *procreare solent.*

Lex) sc. mancipii. Magius Miscell.

alii pauciora excipiunt. Quidam enim pretio facto in singulas oves, ut agni chordi [c] duo pro una ove annumerentur, et si cui [d] vetustate [e] dentes absunt, item binae pro singulis ut procedant. [f] de reliquo antiqua fere formula utuntur. quum emtor dixit, Tanti sunt mi [g] emtae? et ille respondit, [h] Sunt, et expromisit [i]
6 numos: emtor stipulatur prisca formula sic, Illasce oves, qua de re agitur, sanas recte esse, uti pecus ovillum, quod recte sanum est, extra luscam, surdam, [k] minam (idest, ventre glabro), neque de pecore mor-

a. V. (b) *eam* I. B. R. Br. *talem* A. I. I-G. Vulgo erat *ea*. (c) *cordi* P. (d) *quae* P. *qui* I. B. R. Br. (e) *veteres absint* P. 2. (f) *prodant* I. I-G. A. (g) *mii* I. B. R. Br. *mihi* I. I-G. A. (h) *respondet* a. V. (i) *exprompsit* a. V. Deinceps *illasque* Br. *ovilum* Eadem. (k) *surdem* Iuntt. (l) *etiam hab.* I. B.

IV, 3 comparat locum Horatii Epist. II, 2, 18: *prudens emisti vitiosum, dicta tibi est lex.*

Procedant) i. e. valeant, ducantur, numerentur. Ita Gellius V, 19. Vsum hunc loquendi egregie illustravit Gronov. ad Livium V, 48, p. 213, Tom. II, ed. Drakenb.

Expromisit) De verbo hoc copiose disputavit Gesner ad h. l. in Indice, quae deinde transtulit in Thes. L. L. ubi vide.

Qua de re agitur) Formulam iuris et legis fuisse solemnem, ex Ciceronis Orat. pro Muraena cap. 12 admonuit Vrsinus.

Pecus ovillum) Haec verba spuria esse censuit Vrsinus, qui simul monuit, fuisse iuris formulam Q. R. F. E. V. apud Probum. Gellius 16, 4: *uti quod recte factum esse voles.* eoque respicere Varronem.

Minam) Festus: *minam ait Aelius vocitatam mammam alteram, lacte deficientem.* Hunc locum apposuit Vrsinus, qui simul de formula antiqua iuris *extra quam* admonuit. Apicam eandem esse cum mina, vix credam interpolatori, qui locum Varronis vitiavit. Mecum sentire video nunc Pontederam. Apicas seu ventre glabro oves nemo facile excipiet, quoniam in oculos incurrunt statim. Pontedera sterilem intelligit, mammis siccis vel exilibus; et verba *id est ventre glabro* deleri iubet. Interim inclusi. Italis pastoribus sterilis *sterpa* audit, monente Pontedera, qui locum Columellae de eadem re apposuit: *maiorem trima dente minacem, sterilem repudiabis* VII, 3, sect. 7, ubi Sangerm. *trimae dentem* habet. Sed ibi latere puto signum idem istud, quod Varro posuit, qui forte inde emendandus est; quanquam illud Columellae signum nondum satis intelligo. Scaliger, ab interpolatore deceptus, credebat esse, quas Aristoteles H. A. VIII, 10 κολεράς dixit. Ita vero ille: εἰσὶ δὲ εὐχειμερώτεροι αἱ πλατυκέρκοι ὄϊες τῶν μακροκέρκων καὶ αἱ κολεραὶ τῶν λασίων. ubi Albertus: *Similiter autem, quae habent pilos multos, melius sustinent hiemem, quam habentes lanam paucam.*

boso esse,[l] habereque recte licere, haec sic recte fieri spondesne?[m] Quum id factum est, tamen grex dominum non mutavit,[n] nisi si[o] est adnumeratum.

R. Br. (m) *spondes? Nec cum* omnes praeter Pol. qui *Ne cum*. Br. *Haec si recte*. (n) *mutat* I. I-G. A. (o) *sit aes* alii praeter Ryck. I. B. R. Br.

Adhuc autem quaecunque animalia habent pilos curtos et crispos, hiemem graviter patiuntur. Thomae versio: *maxime bene hiemales.* Sed ex Alberti seu Scoti versione recte iam olim Scaliger et Casaubonus emendarunt: δυςχείμεροι· atque ita suadet rerum natura, ut existimemus, laticaudatas oves et κολεϱὰς esse frigoris impatientiores, quam hirsutas et longicaudatas. Κολεϱὰς Albertus de pilis curtis et crispis, Gaza similiter: *crispae etiam algoris impatientes sunt.* sed is antea dixerat: *et glabrae exutiores quam vestitiores.* Thomae versio κολεϱὰς aperte interpretatur *membris grossae lanosis.* Scilicet versiones omnes et scripti libri veteres verba, quae vulgo sequuntur: δυσχείμεροι δὲ καὶ αἱ αἶγες mutant in δ. δ. καὶ αἱ οὖλαί. Itaque tria ovium genera distinguit Aristoteles: λασιὰς, i. e. hirsutas (Codices δασία habent), οὐλὰς, i. e. crispas, et κολεϱὰς, quae, quum hirsutis opponantur, debent esse brevi pilo. Hesychius: κολεϱὰ νῶθα, νωθϱὰ, ἔνιοι δὲ πρόβατα τραχέα. i. e. aliqui dicunt esse oves asperas seu hirtas. Inepte! Gallicus Interpres non melius dixit *qui ont la laine claire.* Miras et perperas oves, ex Plauto allatas, Scaliger interpretatur inutiles et glabras. Locus est in Truculento III, 1, 9, ubi de pretio ovium Tarentinarum, a patre venditarum, quod fuit viginti minarum, filius sic: *condo in crumenam. ille abiit. ego perperas, minas oves in crumena hac in urbem detuli.* Sed Muretus legit: *propere minas oves.* Forte lusit iuvenis in eo etiam, quod minae dicuntur oves quaedam, et forte Tarentinae, quas antea nominaverat. Sed tuto loco illo Plauti uti non licet in re dubia. Ex Geoponicis supra admonui, oves lana simplice et recta esse fortiores, contra lanam crispam arguere debilitatem naturae. Plinius 8, s. 73. Apulas oves breves villo nec nisi paenulia celebres esse ait. Scriptores romani rei rusticae *hirtas* oves, *molles* et *pellitas* nominant. Varro hirtas a pellitis distinguit II, 2, 18 et 19, pellitas autem simul vocat Tarentinas et Atticas. Locus alter II, 2, 20, ubi pellitae antea nominabantur, corrigendus et caprae substituendae sunt. Similiter Columella I Praef. 26 hirtum genus opponit Tarentino; atque iterum VII, 2, 5 hirtas mollibus opponit. Plinius 8, s. 72: *Ovium summa genera duo, tectum et colonicum.* Tecti meminit etiam Columella VII, 4. Plinius 8, s. 73: *est et hirtae lanae, pilo crasso in tapetis antiquissima gratia.* Breviter nunc definiam singula genera. Hirtae oves sunt λασιαὶ vel δασεῖαι Aristotelis, vulgares seu colonicae Romanis scriptoribus, quarum eae, quae pilo sunt breviores, dicuntur κολεϱαί. Pecus graecum Geoponicis παρουλότριχα πρόβατα, debili natura, hinc molle genus Romanis, et pellitum, Aristoteli οὐλαί· quae lanarum crispa natura oritur inde, quod pelle teguntur, at lana saepius ungitur.

Spondesne) Ita emendavit Vrsinus vulgatum *Spondes? Nec cum.* emendationem auctore libro Polit. recepit etiam Gesner.

Est adnumeratum) Hanc lectionem

Nec non emtor pote[p] ex emto vendito[q] illum damnare, si non tradet,[r] quamvis[s] non solverit numos: ut ille emtorem simili iudicio.[t] si non reddit[v] pretium. De alteris quatuor rebus deinceps dicam, De pastione, foetura, nutricatu,[x] sanitate. Primum providendum, ut totum annum recte pascantur intus, et foris. stabula idoneo loco ut sint: ne ventosa: quae spectent magis ad orientem, quam ad meridianum (tempus). ubi stent, solum oportet esse eruderatum, et procli-

(p) *potest* a. V. (q) *venditorem damn.* I. I-G. A. (r) *tradat* a. V. (s) *quam* P. *cum is* I. I-G. A. (t) *iudici* Herv. (v) *reddidit* I. I-G. A. (x) *et* ins. I. B.

recte restituit Gesner propter locum, iam a Magio laudatum l. 35, §. 5 de coutrah. emt. *Si pro numero corporum pretium fuit statutum, Sabinus et Cassius tunc perfici emtionem existimant, quum adnumerata, admensa appensave sint: quia venditio quasi sub hac conditione videtur fieri, ut in singulas metretas aut in singulos modios, quos quasve admensus eris, aut in singula corpora, quae adnumeraveris. Ergo etsi grex venierit, si quidem universaliter, uno pretio, perfecta videtur, postquam de pretio convenerit. Si vero in singula corpora certo pretio, eadem erunt, quae proxime tractavimus.* Vide et ad Caton. 148.

Ex emto vendito) Hanc ex libris suis (et Edd. primis) lectionem restituit Victorius, interpretatus *actione* emti venditi, comparato loco Ciceronis N. D. III, 30.

Primum providendum) Cresc. *de pastione primum videndum est, ut per totum annum* etc. unde recte monuit Pontedera, ex more Varronis legi debere: *De pastione, primum* etc.

Stabula) Cresc. *in stabulo idoneo sint, non ventoso, quod magis ad or. — meridiem spectet, ubi stent — esse virgultis aut paleis aut aliis straminibus stratum atque declivum, ut mundari ac purum fieri ab humiditate urinae facile possit* etc. Geoponica 18, 2: τοὺς σηκοὺς πλείους καὶ μᾶλλον πλατυχώρους εἶναι δεῖ. θερμοὺς τε καὶ ξηροὺς κατασκευαστέον. καὶ τὰ ἐδάφη δὲ τούτων κεκλιμένα λίθοις τε καταστορεσθέντα ὁμαλιστέον· τακτέον δὲ καὶ πρὸς τὸ ὑψηλὸν τοῦ ἐδάφους τὰς φάτνας κλίμακάς τε ὑπὲρ αὐτῶν ἐμπηκτέον, ὅπως τὰ πρόβατα τὴν τροφὴν λαμβάνοντα κωλύηται ὑπερπηδᾶν.

Tempus, ubi stent) Haec verba spuria esse censuit Vrsinus; Popma solum *tempus* voluit deleri, adstipulante Crescentio; atque inepte omnino dicitur locus aliquis spectare ad tempus meridianum. Igitur inclusi. Reliqua *ubi stent* satis defendit Crescentii auctoritas.

Eruderatum) Cresc. pro hoc ita *locum oportet esse virgultis aut paleis aut aliis straminibus stratum.* unde excidisse h. l. quaedam recte suspicatus est Pontedera, quod arguit etiam sequens: *subiicere oportet virgulta alia.* Columella VII, 3: *deturque opera, ne quis humor consistat, ut semper quam aridissimis filicibus vel culmis stabula*

vum, ut everri facile possit, ac fieri purum. non enim solum ea uligo lanam corrumpit ovium, sed etiam ungulas, ac[y] scabras fieri cogit. Quum[z] aliquot dies 8
steterunt,[a] subiicere oportet virgulta[b] alia,[c] quo mollius requiescant, purioresque sint. libentius enim ita pascuntur. Faciendum[d] quoque septa secreta ab aliis, quo incientes[e] secludere possis, item quo cor-

R. (y) *ac eas* I. I-G. A. (z) *Cumque* I. I-G. A. (a) *ita steterint* I. I-G. A (b) *virculta* P. (c) *et alia* I. I-G. A. (d) *Faciendumque se* I. B. R. Br. (e) *inicientes* P. quod etiam in libris suis repertum correxit Victorius *enitentes*

constrata sint, qua purius et mollius incubent foetae, neque earum valetudo infestetur uligine. Geoponica: καὶ τὰ ἐδάφη κεκλιμένα λίθοις τε καταστορεθέντα ὁμαλιστέον. Pellitarum stabula Varro infra sect. 49 lapide strata esse vult, ut urina necubi in stabulo consistat. Itaque h. l. eunde ratum ea Geoponicis interpretor ὁμαλιστέον, solum est aequandum.

Ea uligo) Haec lectio postulat, ut antea cum Crescentio legamus *purum ab humiditate*, vel: *purum ab urina*, monente Pontedera. Idem Cresc. *lanas* habet.

Ac scabras) Cresc. *ungulas scabras*, sed antiqua mea interserit *aut*. Columella I, 6 humorem cavet, ne ungulae pecudum corrumpantur. Virgilius Georg. III, 298 de ovilibus: *et multa duram stipula filicumque maniplis sternere subter humum, glacies ne frigida laedat molle pecus scabiemque ferat turpesque podagras.*

Steterunt) Cresc. *steterint, subiicere oportet alia virgulta vel paleas, quo melius requiescant* etc. ubi antiqua mea *requiescunt*. Vnde apparet, quod monuit iam Pontedera, in antecedentibus quaedam excidisse; quam lacunam, ut aliquo modo explerent Edd. I. I-G. habent: *virgulta et alia*. Forte tamen traiectione verborum locus potest sanari, ita, ut legatur: *fieri cogit. Itaque substernere oportet virgulta vel paleas, quo mollius requiescant, purioresque sint. Quum aliquot dies steterunt, subiicere oportet virgulta alia. Libentius enim* etc.

Virgulta) Quod est in libro Polit. *virculta* probabat Pontedera, derivans a *vi* cum *r* finali et *colo*, vel ab *hir*, vola manus, quippe virgulta putari atque, ut recta surgant, in diversa flecti; quare hominum manu culta dici *virculta*. Quid? si contra virgam ab ἀριχῷ, vase vimineo, derivavero?

Faciendum) Crescentius: *faciendum quoque infirmis et his, qui agnos parvos habent, secreta septa ab aliis, quo eas recludere possis.* Vnde egregie comprobatur emendatio Victorii, qui vulgatum *enitentes* emendavit ex libri sui *inicientes*. Festus in *gravida* — *inciens propinqua partui, quod incitatus sit fetus eius.* Plinii et Arnobii locos, ab Vrsino memoratos, posuit Gesneri Thes. L. L. Rhemmius Palaemon editus in Observ. Miscell. Novis T. IX, p. 986; *iniciens in partu.* Arnobius VII, p. 225: *incientibus scrofis*, et p. 227: *Telluri matri scrofa inciens immolatur et foeta.* ubi Vrsinus priore in loco vulgatum *ingentibus* similiter correxit.

pore aegro. haec magis ad villaticos greges animadver-
9 tenda. Contra illi[f] in saltibus qui pascuntur, et a tectis absunt longe, portant secum crates,[g] aut retia, quibus cohortes in solitudine faciant, caeteraque utensilia. longe enim, et late in diversis locis pasci solent, ut multa millia absint saepe hibernae pastiones ab aestivis. Ego vero scio, *inquam*, nam mihi greges in Appulia hibernabant, qui in Reatinis montibus aestivabant.[h]
10 Quum inter haec bina loca, ut iugum continet sirpiculos,[i] sic calles[k] publicae[l] distantes pastiones;

a. V. (f) *illa* I. B. R. Br. *ille* P. A. I. I-G. Vulgo erat *illae — quae*. (g) *grates* P. (h) *aestuabant* Iens. Br. (i) *scirpiculos* I. I-G. A. (k) *colles* a.

Haec magis) Cresc. *haec autem magis in villaticis* (antiqua mea *violaticis*) *gregibus sunt servanda. nam in his, quae pascuntur in saltibus, custodes secum portant* etc. Vnde Pontedera vulgatam huius loci scripturam: *illae — quae pascuntur*, ita emendabat, ut legeret: *contra ad illas — quae — custodes portant secum*. In Curis tamen secundis accessit Vrsini sententiae, emendantis *illi — qui*. quam equidem rationem, ut facillimam, secutus sum.

Retia) Plinius 18, s. 3: *sunt, qui optime stercorari putent sub dio nunc retibus inclusa pecorum mensione*. Retia intelligit spartea, quibus Columella XII, 44, 2, arbores adversus aves contegit. Hodieque in Hispania greges ovium migratores in eiusmodi stabulis retibus sparteis conclusi tenentur. In Plinio tamen Codicea *cratibus* habent.

Et late) Cresc. addit *et varie*. Contra Vrsinus verba *et late*, ut supervacua deleri volebat. Pontedera supplementum Crescentianum probabat.

Apulia hibernabant) Supra I, sect. 16, et libro III, 17, s. 9. Recte Heinsius Advers. III, p. 495, comparavit locum Lucani IX, 183: *Sic ubi depastis submittere grami ni campis et renovare parans hibernas Appulus herbas igne fovet terras, simul et Garganus et arva Vulturis et calidi lucent buceta Matini*. Horatius Epod. I: *pecusve Calabris ante sidus fervidum Lucana mutet pascua*.

Sirpiculos) Scaliger interpretabatur carrorum, seu vehiculi generis, quod *sirpeam* dixerit Varro L. L. IV, p. 34. Contra Gesner intelligit corbes duas, iugo seu ligno transverso incurvo iunctos, dum portantur. Scaligeri sententiam improbavit etiam Gron. ad Plauti Pseudol. I, 3, 98, et Scheffer de Re vehicul. p. 360, monente Gesnero. Gesnerum si sequaris, iugum erit; quod Graeci ἄσιλλαν dixerunt, illustratam ab Hemsterhusio ad Hesychii Αστυπολεῖ. cui humeris utrisque imposito ligno curvo utrinque appensae portabantur fiscellae, corbes aliaeque sarcinae. Locus est in primis accommodatus ad rem Epistolae Alciphronis I, p. 6, a viro egregio correctae: τὰς ἀσίλλας ἐπωμίους ἀνελόμενοι καὶ τὰς ἑκατέρωθεν σπυρίδας ἐξαρτήσαντες. Forte etiam iugum stateraa licebit interpretari

easque[m] ibi, ubi pascuntur in eadem regione, tamen temporibus distingunt, ut aestate, quod cum[n] prima luce exeunt[o] pastum, propterea quod tunc herba roscida[p] meridianam,[q] quae est aridior, iucunditate praestat: sole exorto potum[r] propellunt, ut redintegrantes rursus ad pastum alacriores[s] faciant. Circiter 11

V. (l) *publice* A. I. I. et post has omnes. (m) *caeque* vulgatum correxit Gesner. Deinceps *distinguunt* praeter P. Br. Ald. et Victor. aliae. (n) *tum* omn. praeter I. B. R. Br. (o) *in* ins. I. I-G A. (p) *rosida* P. 2. Ie. Br. I. I-G. A. *ruscida* Pol. 1. (q) *meridiana* I B. Br. R. *meridianae* Iuntt. (r) *puro* a. V. qui dedit ex libris suis *puto*. Ego Pontederam sequor. (s) *al-*

si *sirpiculus* legere et de σπαρτίῳ interpretari velis, quod iugum divisum aequali pondere sustinet ap. Aristotelem in Mechanicis.

Calles publicae) Hanc scripturam recte revocavit Gesner ex primis Edd. reliquae *publice* dederunt. Sequentia ita legebat Vrsinus: *distantes pastiones, atque ubi pascantur*. Infra cap. 9: *quod accidit iis, qui per calles silvestres longinquos solent comitari*. Vrsinus calles interpretatur vias publicas, pecoribus destinatas, ex hibernis in aestiva redeuntibus. Laudat Ciceronis locum pro Sestio c. 5: *Italia calles atque pastorum stabula*. In eiusdem Orat. pro Cluentio c. 58, est: *Quum quaedam in collibus, ut solet, controversia pastorum esset orta*. ubi Ernesti recte munet, *callibus* legi debere. Suetonius Caes. c. 19: *ut provinciae futuris Consulibus minimi negotii, id est, silvae callesque decernerentur*. ubi vide Interpretes. Equidem Calles esse et dici censeo loca silvestria, per quae transeuntia pecora pascuntur, dum in longinqua pascua hiberna abiguntur. Feminino sexu calles dixit etiam Livius, aliique scriptores apud Nonium.

Easque) Ita Gesner scripsit pro *eaeque*. Pontedera servata lectione antiqua, *eaeque ibi*, corrigit *distinguuntur*. Praeterea ex Vetere Codice Vrsinus memorat lectionem: *quod aestate cum prima luce — sole autem exorto*. Monet etiam, Varronem apud Nonium dixisse *claro* et *primo luci*. Locum Nonius laudat ex Ciceronis Offic. III, 31, ubi hodie *prima luce* legitur, sed Anemoecius edidit *cum primo lucis*. unde suspicatur recte Heusinger, in eius Codice fuisse *primo luci*. In Philippica XII, 10, editio etiam Ernestiana postrema habet *luci*, pro *interdiu*.

Aestate) Geoponica 18, 2: θέρους μὲν οὖν καὶ ὑπαίθρια τρέφονται καὶ ἔξω αὐλίζονται· ἀλλ᾽ ὅταν ὁ ἥλιος οξύτατος ᾖ, ὑπὸ σκιὰν ἀγέσθω. οὐ μὴν τὸ ἀνάπαλιν· σφόδρα γὰρ βλάπτει τὸ ψύχος αὐτὰ — ἐπὶ δὲ τὴν νομὴν ἐξακτέον θέρους μὲν πρὶν ἥλιον ἀνασχεῖν, ἔτι τῆς δρόσου κειμένης, χειμῶνος δὲ καὶ τῆς πάχνης ἤδη καὶ πάσης τῆς δρόσου διαλελυμένης. ἑκάστοτε δὲ τὸν ἥλιον κατ᾽ οὐρὰν ἔχειν αὐτὰ προνοητέον.

Potum) Ita scripsi cum Pontedera. Vulgatum *puto* seu *puro* probabat Vrsinus, et deinceps legebat: *propellunt rursus ad pastum, ut redintegrantes alacriores fiant*. Sed verbum *redintegrare* sensu activo usurpat Varro statim postea. Pontederae emendatio-

meridianos aestus, dum defervescant,[t] sub umbriferas
rupes, et arbores patulas[v] subiiciunt, quoad refri-
geratur[x] aër, et vespertino rursus pascunt[y] ad solis
occasum. ita pascere pecus oportet, ut averso[z] sole
agat. caput enim maxime[a] ovis molle est. Ab occasu
parvo intervallo interposito ad bibendum appellunt,
et rursus pascunt, quoad[b] contenebravit. iterum enim
tum iucunditas in herba redintegrabit.[c] Haec ab Ver-
giliarum exortu ad aequinoctium autumnale maxime
12 observant. Quibus in locis messes sunt factae, inigere
est[d] utile duplici de[e] causa, quod et caduca spica sa-
turantur, et obtritis stramentis, et stercoratione fa-
ciunt in annum segetes meliores. Reliquae pastiones

griores P. (t) *defervescat* B. R. *defervescunt* A. Iunt. G. (v) *patulas subiiciunt: quoad* P. (x) Vulgo est: *refrigerato aere resp.* P. 1. *refrigeratu.* P. 2. *refrigerata.* (y) Vulgo *pascant.* P. 1. *pascunt* mecum. (z) Vulgatum *adverso* omittere praeter P. 1. I-G. monet Gesner. Habet Br. et Ald. (a) *c. en. ovis molle maxime est* Br. Ald. (b) *quaad* P. ut fere alibi. (c) Ita P. pro *redintegravit.* (d) Omnes *interest* ante Gesn. (e) *de* om. I. B. Br. R.

nem comprobat comparatio Virgilii Georg. III, 324, quem sequitur Columella VII, 3, 23. Is *puto* ortum putabat ex antiquo *putum* pro potum, ut legimus *Cungrum*, *funtes*, *frundes*, *Acherunta*.

Meridianos aestus) Infra cap. 4: *post meridiem rursus lenito fervore pascunt.* unde h. l. Vrsinus malebat legi *meridiem, aestus dum defervescat.* Edd. B. R. habent ipsum *defervescat.*

Refrigeratur aër et) Ita duce libro Polit. dedi pro *refrigerato aëre vespertino.* etsi malim legere: *dein refrigerato aëre, vespertino rursus pascunt.* *Pascunt* dedit idem liber Polit. pro *pascant.*

Averso sole) Vulgatum *adverso* vitiosum esse, monuit Vrsinus, qui mutari voluit in *aversa soli*, vel *aversa a sole*, vel *averso sole.* Postremam rationem, ut facillimam, probavit Gesner, sed operae aberrarunt. De re ipsa vide Columell. VII, 3, et ibi notam.

Redintegrabit) Ita scripsi ex Pol. pro *redintegravit.* Paulo antea: *sole exorto potum propellunt, ut redintegrantes rursus ad pastum alacriores faciant.* Monuit etiam Vrsinus. Noster III, 7, 6: *ut redintegrentur columbae fastidientes.*

Messes sunt factae) Cresc. *Quum messes sunt factae, teneantur in stipulis, quod est utile duabus ex causis, nam et caduca spica saturantur et obtritis stramentis et stercorationem faciunt in annum sequentem et segetes meliores.* ubi antiqua mea recte omittit postremum *et.*

Inigere) Vrsini emendationem, a Popma et Pontedera probatam, recepit

hiberno ac verno tempore hoc mutant, quod pruina iam exhalata, propellunt in pabulum, et pascunt diem totum, ac meridiano tempore semel agere potum satis habent. Quod ad pastiones attinet, haec fere sunt: 13
quod ad foeturam, quae dicam. Arietes, quibus sis

Gesner et confirmat Crescentius. Vulgo erat *interest*. — At Pontedera in Curis post. Vrsini emendationem reiicit, et antiquum *interest* cum Beroaldo in *iter est* dissolutum probat. *T.*

Hoc mutant) i. e. differunt. Alia Varronis exempla ex Libris de L. L. et Nonio, deinde Gellio XIII, 3, et XVIII, 12, posuit Vrsinus. Vide ad cap. XI, 12. Ceterum observare licet, Graecos gregum duces mares constituisse, a iuventute usque assuetos, quos diutius vivere affirmat Aristoteles H. A. VI, 19, hos, voce compellatos, antecedere gregem. Idem hodie Hispani in gregibus ovium ambulantibus faciunt. Ecce Servius ad Georg. III, 446, ubi de ariete est: *Musimonem dicit ducem gregis, quem ita et Varro commemorat.* Nonius locum Catonis habet, ubi post asinum et ante arietem nominat musimonem. De nominis notione disputant grammatici; mihi non liquet. De musimone ad Columellam iterum dicetur. Nunc suspicor, veteres romanos scriptores equos non castratos, forte etiam pecudes quosdam mares *musimones* vocasse a musone vel mutone, id est membro virile, quod *mutinum* etiam dixerunt. In loco Lucilii apud Nonium *musconis* est, ubi Dacerius ad Festum *musonis* restituit. In altero Lucilii loco musmones, equos, mulos, asinos breves interpretatur Dalecampius ad Plinii locum VIII, sect. 75, ubi de musmone Hispaniae et Corsicae tradit, addens: *Quorum e genere et ovibus natos prisci Umbros vocarunt.* Scilicet ut Scaliger ad Varronem nostrum I, 18, 6, *umbrum*, *imbrum*, *ibrum* dici monet genus animalium ambigenarum et spuriorum. Laudat ex Glossario *Imbrum*, ἡμίονον, πρόβατον. Item: *Iber*, ἡμίονος. Hinc hybridas etiam homines dixerunt. Horatius Satyr. I, 7, 2. Suetonius Aug. c. 19. Martialis VIII, 22. Proprie tamen hybridas natos ex sue cum apro vocabant, teste Plinio 8, s 79, et Martiali VIII, 22. Canes etiam, imparibus parentibus natos, hoc est ex venatico et gregario, hybridas vocari, et aquilam eam, quae ex aquila et vulture nascatur, tradunt Porphyrion et Acron ad Horatii locum. Isidorus Orig. XII, 1: *Hibride ex apris et porcis,* ut editio princeps habet; aliae *Hibridae*. Eugenius Toletanus Carmine XXII de Ambigenis, *Burdonem sonipes generat commixtus asellae, mulus ab Arcadicis et equina matre creatur, Titirus ex ovibus oritur hircoque parente, musmonem capra verveno semine gignit, apris atque sue setosus nascitur Ibris, at lupus et catula formant coeundo Lyciscam.* De Lycisca consentiunt Isidorus XII, 2, et Servius ad Eclog. III, 18. De origine graeca quae commentus est Scaliger ex vocabulo ὀμβρίκαλοι, falsa sunt. Ceterum ex his locis omnibus sequitur, plures ovium, caprarum, suum canumque varietates, ex diversis generibus natas, fuisse notas veteribus, quas utinam accuratius descripsissent!

Aries) Ex graeca ἄριχα ἄρρεν πρόβατον recte derivavit Varro de L. L.

usurus ad foeturam, bimestri tempore ante secernendum, et largius pabulo explendum. Quum redierunt[f] ad stabula e pastu, ordeum[g] si est datum, firmiores fiunt ad laborem sustinendum. Tempus optimum ad admittendum ab arcturi occasu ad aquilae occasum, quod quae postea concipiuntur,[h] fiunt vegrandes,
14 atque imbecillae.[i] Ovis praegnans[k] est diebus CL. itaque fit partus exitu[l] autumnali, quum aër est modice temperatus, et primitus oritur herba imbribus primoribus evocata. Quamdiu admissura fit, eadem aqua uti oportet, quod commutatio et lanam facit variam,

(f) *redierint* a. V. (g) *Si hordeum est d. fiunt firm.* Br. *fiunt firm.* etiam Ald. (h) Vulgatum *concipiunt* corr. Vrsin. (i) *invecillae* P. 1. (k) *prae-*

arietem. Scilicet alii ἄρβυξ disere, unde apud eundem ἀρβίνη στέαρ, Σικελοί; Latinis *arvina*.

Bimestri tempore) Geoponica 18, 3: τοὺς κριοὺς πρὸ δύο μηνῶν τῆς ὀχείας χωριστέον καὶ δαψιλεστέρᾳ τροφῇ χρηστέον. Palladius 8, 4, 5: *aliqui duobus ante mensibus arietes a coitu revocant, ut facem libidinis augeat dilatio voluptatis.* Addunt Geoponica: ὅταν δὲ εὐσαρκίαν καὶ δύναμιν ἀθροίσωσι, ταῖς θηλείαις ἐπαφετέων.

Ab arcturi) Plinius 8, s. 72: *Coitus omnibus ab Arcturi occasu, id est ad tertium Idus Maias, ad aquilae occasum in X Cal. Augustas. Gerunt partum diebus centum quinquaginta: postea concepti invalidi Cordos vocabant antiqui post id tempus natos.* ita recte Pintianus ex Codice Toletano legendum esse docuit, quum, Harduinus cum reliquis posuerit: *ad Arcturi occasum id est a tertio.* Nam in Cod. Tolet. et Salmantic. Pintianus reperit: *id est ad tertium Idus.* quod esse debebat *ante tertium I. M.* Praeterea ille Petavius emendabat *in XIII Cal. Aug*, illi enim diei ipse Plinius 18, s. 69, aquilae occasum assignat. Arcturi vero occasus incidit eodem auctore in ante V Idus Maias. Plinii locum ex Vetere Codice emendavit etiam Vrsinus ad h. l. et restituit *ab Arcturi occasu.* Sed deinde etiam *omnibus* mutandum censeo in *optimus.*

Concipiuntur) Ita recte emendari iussit ex Plinio Vrsinus, qui praeterea malebat: *qui — imbecilli.* Eam emendationem sibi vindicavit Popma. Similiter infra de equis II, 7, 7: *quae post id tempus nascuntur, fere vitiosa atque inutilia nascuntur.*

Praegnans) Liber Pol. *praegnas*; idem infra cap. 4, s. 7: *praegnax* habet; cap. VI, s. 4, *praegnates*; cap. 7, s. 10, *praegnatibus*; sect. 11, *praegnatis*; cap. 9, sect. 11, *praegnates.* Atque ita in Terentii Hecyra Codex romanus vetustissimus *praegnas* habet, teste Pierio ad Aeneid. VIII, 104.

Fit partus) Cresc. *fieri debet admissura tali tempore, quod partus nascatur circa finem autumni—prioribus evocata.*

Quod commutatio) Cresc. *quia commutatio aquae et lanam variam et corr.*

et[m] corrumpit uterum. Quum omnes conceperunt, rursus arietes secernendi: ita factis praegnantibus quod (si)[n] sunt molesti, obsunt.[o] Neque pati oportet minores, quam bimas[p] saliri, quod neque natum ex his idoneum est, neque[q] non ipsae fiunt (etiam)[r] deteriores: et[s] non meliores, quam trimae admissae. deterrent ab saliendo fiscellis[t] e iunco, aliave qua re, quod[v] alligant[x] ad naturam. Commodius servantur, 14

gnas P. ut alibi. (l) *exitus* P. an ut *interdius?* (m) *corrumpit et* Br. (n) *si* addidi de meo. (o) *absunt* I. B. Br. R. (p) *trimas* A. Ba. G. (q) *nec non* Br. Ald. (r) *etiam* a. P. omissum inclusi. (s) *Minores quam trimae deter.* A. Ba. G. (t) *fiscellas* I. B. R. *et fiscellas* Br. (v) *quam* A. Iunt-G. (x)

ut. unde malim h. l. *variat*. Geoponica: τοῖς αὐτοῖς δὲ καὶ μὴ ξενίζουσιν ὕδασι χρηστέον. Plinius 8, 47, *mutatio aquarum potusque variat lanicium.* Primus ita Aristoteles docuit H. A. III, 12, praeter eum Aelianus VIII, 21. In equabus idem praeceptum habet Anatolius Hippiatric. p. 59.

Omnes conceperunt) Cresc. *oves conciperint, arietes secernendi sunt, quia, quum sunt molesti, obsunt. nec oportet pati — saliri, neque natum — nec non ipsae fiunt deteriores. Ovis praegnans* et cet. Vnde Pontedera verba *ita factis praegnantibus* h. l. suspecta habebat glossematis. Contra Scaliger deleri volebat verbum *obsunt*, et putabat traiectionem h. l. esse similem locis II, 1, 4, et II, 9, 5, pro *quod ita factis* pr. sunt molesti. Scaligero obsecutus Gesner incluserat verbum obsunt. De suibus similiter Varro II, 4, *quum omnes conceperunt, rursus segregant verres.* ubi plenius Geoponica: ὁρμῶντες γὰρ ἐπ' αὐτὰς καὶ σπαράττοντες, ἐκτιτρώσκειν αὐτὰς ποιοῦσιν. Equidem interim inserui *si*: quo facto verbum *obsunt* et reliqua defendi possunt.

Bimas saliri) Geoponica 18, 3: ἡλικία δὲ πρὸς ὀχείαν χρήσιμος τῶν κριῶν ἀπὸ δύο ἐτῶν ἕως ή. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν θηλειῶν.

Deteriores) Edd. duae deinceps habent: *minores quam trimae*. Columella VII, 3, 6: *femina post bimatum maritari debet, iuvenisque habetur quinquennis, fatiscit post annum septimum.*

Fiscellis) Xenophon Cyneg. VI, 1, et inde Pollux V, 9, canes deterret, adhibens στελμονιὰν, clavis infixam. Virgilius III, 399, hoedos a matribus arcens: *primaque ferratis praefigunt ora capistris.* Cato 54, s. 5: *boves fiscellas habere oportet, ne herbam sectentur, quum arabunt.* Plinius 18, s. 49: *Si inter arbores vitesque aretur, fiscellis capistrari, ne germinum tenera praecerpant.* Vides igitur, fiscellas easdem esse cum capistro, nisi quod capistrum potuit etiam coriaceum fieri, et infixos habere clavos vel aculeos. Vincentius Spec. Doctr. II, c. 46: *Capisterium quod agnis vel furonibus in caput ponitur.* furonibus videlicet, qui cuniculos latebris suis expellere docentur et capere. Aprum capistratum habet Petronius c. 47, et Martialis I, epigr. 105. In alio usu fuit πύσσαχος, ξύλον καμπύλον τοῖς μό-

si secretas pascunt. In nutricatu quum parere coeperunt,[y] inigunt in stabula ea,[z] quae habent ad eam rem seclusa, ibique nata recentia[a] ad ignem prope ponunt,[b] quoad convaluerunt,[c] biduum aut[d] triduum retinent; dum agnoscant[e] matrem agni, et pabulo se saturent. deinde dum[f] matres cum grege pastum[g] prodeunt, retinent agnos, ad[h] quos quum reductae ad[i] vesperum, aluntur lacte, et rursus discernuntur,[k] ne noctu a matribus conculcentur. Hoc item[l] faciunt mane ante quam matres in pabulum exeant, ut agni satulli[m] fiant lacte. Circiter decem[n] dies quum praeterierunt, palos offigunt,[o] et ad eos alligant libro, aut qua alia re levi distantes,[p] ne toto die cursantes inter se teneri, delibent aliquid membrorum. Si ad

alligent I. B. Br. R. (y) *coeperint, iniiciunt* a. V. et Cr. Lovan. (z) *eaque hab.* I. B. Br. R. (a) *recent. nata* Br. (b) *ponant* P. (c) *convaluerint* a. V. (d) *ad* P. (e) *adcognoscant* P. (f) *dum* om. I. B. Br. R. Iunt. (g) *in pastum* A. Ba-G. (h) *qui cum* a. V. *qui, cum* Ald. (i) *sunt ad* A. Ba-G. (k) *discernentur* P. (l) *idem* I. B. Br. R. (m) *saturi* a. V. et Cr. Lovan. (n) *dies decem* Br. (o) *affig.* a. V. et Cr. Lov. (p) *destantes* P. (q) *accedit* A.

σχοις περὶ τοὺς μυκτῆρας τιθέμενον ὃ κωλύει θηλάζειν apud Hesychium et Hephaestionem de Metris p. 13.

Parere coeperunt) Cresc. IX, 74: *quum parere incipiunt oves, pastores eos iniiciunt in ea stabula, quae ad eam rem habent seclusa, ibique agnos, recenter natos, ad ignem apponunt* (antiqua mea *proponunt*) *et per biduum — retinent cum matribus* (antiq. mea omittit duo haec verba) *dum cognoscunt matrem, et pabulo se saturant.* In libro Pol. est *ad cognoscant.* Voluit credo *quoad cognoscant.* Ceterum vocem *agni* deleri volebat Vrsinus, in quo habet consentientem Crescentium. Antiquam lectionem *iniiciunt* nescio an praeferam. Fuit enim *iniicunt* scriptum antiquo more pro *inigunt;* etsi Ennium usum antiquum literae *c* pro *g* positae mutasse tradunt Grammatici.

Dum matres) Cresc. *quum matres ad pastum e. g. prodeunt* (antiq. mea *proderent*) *retinent agnos, qui quum creati ad vesperum fuerint, aluntur lacte et rursus secernuntur* (antiq. mea *decernuntur*) *noctu a matribus, ne* (omitt. antiq. *ne*) *conculcentur. Hoc idem — ad pabulum exeant* — Geoponica: τὰ δὲ τεχθέντα μετὰ τὸ πληρωθῆναι τοῦ γάλακτος, καταμόνας αὐλιστέον, συναυλιζόμενα γὰρ ταῖς τεκούσαις συμπατεῖται.

Satulli) Cresc. *saturi.* sed antiqua mea *satulli.* — *praeterierint* — *affigunt — libro et cortice aut qua alia re leni — tota die — delibent aliquod m.* ubi antiqua mea *cortice* — *delibent id est destinant.* Ex editione Lovan. Gesner

matris mammam non accedet,[q] admovere oportet, et
labra agni unguere[r] butyro aut adipe suilla,[s] et ol-
facere labra lacte. Diebus post paucis obiicere his vi-
ciam molitam,[t] aut herbam teneram, ante quam
exeunt[v] pastum, et quum reverterunt. Et sic nutri- 17
cantur quoad[x] facti sunt quadrimestres. interea ma-
tres eorum his temporibus non mulgent[y] quidam;[z]
melius[a] qui omnino perpetuo, quod et lanae plus fe-

Iunt. G. (r) *ungi* I. B. Br. R. *ungere* A. (s) *suillo* A. Iunt. G. *et squilla* Cr. Lovan. (t) *mollitiam* Iens. *molitium* P. *mollitam* a. V. (v) *exeant* I. B. R. Br. A. Iunt. *in pastum* A. Ba-G. Pro *teneram* Cod. Vict. optimus habebat *tenentiam*, in quo latere *tenellam* putabat. (x) *quodad* P. (v) *mulgeant*: I. B. Br. R. (z) *quidem* Herv. (a) Vulgo *qui ut melius*. Sed a. V. deerat *ut* me-

laudavit *destruant*. In vetere Codice Varronis Vrsinus reperit scriptum: *debilitent*. unde malebat *debilent*, quod verbum Nonius habet; sed vitiosum, ut alii monuerunt. Vocem *satulli* primus h. l. restituit Victorius, qui Varronem apud Nonium *satullare* dixisse hinc monuit. Ex Crescentio Lovan. Gesner laudavit *saturi*. Verbi delibare, eadem notione positi, alia exempla dabit Index et Gesneri Thes. L. L.

Accedet) Cresc. *accedent*.

Labra agni) Columella: *erigi debet atque uberibus admoveri, tum etiam diductum os pressis humectare papillis, ut condiscat maternum trahere alimentum*. Ceterum unguinis huius usus aeque supervacuus esse videtur, atque colostrae antea emulgendae praeceptum apud Columellam.

Suilla) Cresc. *suillo*, sed antiqua mea *suilla*. Lovan. *et squilla*. Deinceps Cresc. *mollitam — exeant — revertuntur, et sic nutriuntur*.

Obiicere) Haec de agnis recte habent; sed quae sequuntur: *antequam exeunt — reverterunt* vitiosa sunt et pertinent ad matres. Compara Columellam: *satisque est mane priusquam grex procedat in pascua, deinde etiam crepusculo redeuntibus saturis ovibus admisceri agnos, qui quum firmi esse coeperint, pascendi sunt intra stabulum cytiso vel medica, tum etiam furfuribus, aut si permittat annona, farina ordei vel ervi*. Vnde apparet, quam inepte vulgatum *mollitam* defenderit Gesner.

His temporibus) Crescentii antiqua mea Editio *his qui temporibus. — mulgant.* ubi Basil. *his temp. — mulgent. donec depulsi sunt — est adhibenda.* ubi antiqua mea: *quum depulsi*. Geoponica: μέχρι δὲ μηνῶν δύο οὐκ ἀμελκτέον τοῦ γάλακτος. κάλλιον δὲ εἰ μηδέποτε. εὐτραφέστατοι γὰρ ἔσονται οἱ ἄρνες. ubi librarius ex numeri nota δ' pessime effecit δύο. Aristoteles H. A. III, 21: πολὺ δὲ γάλα ποιεῖ καὶ τῶν φυσωδῶν ἔνια προσφερόμενα. οἷον καὶ κυάμων πλῆθος ὀλίγον οἳ καὶ αἰγὶ καὶ βοῒ καὶ χιμαίρᾳ. ποιεῖ γὰρ καθιέναι τὸ οὖθαρ — τὰ πρόβατα ἀμέλγεται μῆνας ὀκτώ. Per menses octo mulgebant oves Graeci.

Melius qui) Ita legi voluit Vrsinus. Vulgo erat: *qui ut melius*. Sed *ut* ineptum infersit Victorius.

runt, et agnos plures. Quum depulsi sunt agni[b] a matribus, diligentia adhibenda est, ne desiderio senescant. itaque deliniendum in nutricatu pabuli bonitate: et a frigore et aestu ne quid laborent, curandum. Quum oblivione iam lactis non desiderant[c]
18 matrem, tum denique compellendum in gregem ovium. Castrare oportet agnum non minorem[d] quinque mensium, neque ante quam calores aut frigora se fregerunt.[e] Quos arietes submittere volunt, potissimum eligunt ex matribus, quae geminos parere solent. Pleraque similiter faciendum in ovibus pellitis, quae

dium. (b) *a matribus agni, adh. dil. est* Br. (c) *desiderat* P. (d) *minores. mensum* P. (e) *exegerint* a. V. *eregerunt* (*c. se regerunt*) P. Victorius libro-

Agnos plures) Vrsinus malebat *agni pinguiores*, ex Geoponicis, ubi est εὐτραφέστατοι γὰρ ἔσονται οἱ ἄρνες. Vulgata certe inepta est lectio. Oves enizae iam non sunt mulgendae, ut agni fiant alibiliores et quo plus nutrimenti ex lacte materno habeant, non quo plures agnos oves enitantur. Crescentius haec verba plane omisit. Potest tamen forte vulgata lectio explicari inde, quod in Italia oves geminos saepius pariunt, quam in nostris regionibus; itaque si nunquam mulgentur, virium plus habent ad geminos concipiendos atque intra alendos. Obiter moneo de loco Festi: *Avillas agnas recentis partus*. quod nisi est pro *ovilla*, ductum videtur ex graeco ἄρνες, quasi *anillas* pro *arnillas*.

Deliniendum) Crescentii Editio mea antiqua et Lovan. addit *id est blandiendum*.

Tum denique) Cresc. *tum denique compellendi*. sed antiqua mea: *tamen denique compellendum*.

Castrare) Plinius 8, s. 75: *Castrari agnos nisi quinquemestres praematurum existimatur*.

Se fregerunt) Ita recte Victorius, comparato Ciceronis loco Orat. I, 62: *paulum requiescet, dum se calor frangat*.

Geminos) Aristoteles H. A. VI, 19: διδυματοκοῦσι δὲ καὶ πρόβατα καὶ αἶγες διά τε εὐβοσίαν, καὶ ἐὰν ὁ κριὸς ἢ ὁ τράγος ᾖ διδυματόκος ἢ ἡ μήτηρ.

Pellitas) Megarensium πρόβατα δέρμασιν ἐσκεπασμένα ex Diogenis Laërtii Vita Diogenis memorat Victorius. *Dulce pellitis ovibus flumen Galesi* norunt omnes ex Horatio. Idem posuit ex Mimo Laberii: *Nihil refert mollem e lanitia Attica an pecore ex hirto vestitum geras*. Popma memorat ex Strabone IV: ὑποδιφθέρας ποίμνας, ex quarum lana Romanos ait conficere laenas; Plinius ex Apulis lanis, brevibus villo, paenulas celebratas fuisse ait. Apulae vero oves ad pellitas pertinebant. Denique posuit Popma locum Lucilii: *Pascali pecore ac montano, hirto atque soloce*. Festus: *solox lana crassa vel pecus, quod passim pascitur non tectum*. Polybius IX, p. 127 ed. Schweigh. μαλακὰ πρόβατα dicit pellitas oves, easque ait circa urbem

propter lanae bonitatem, ut[f] sunt Tarentinae et Atticae,[g] pellibus integuntur, ne lana inquinetur, quo minus vel infici recte possit vellus,[h] vel lavari, ac putari.[i] Harum praesepia ac stabula ut sint pura, ma- 19
iorem adhibent[k] diligentiam, quam hirtis.[l] itaque faciunt lapide strata, ut[m] urina necubi in stabulo consistat. His quaecunque iubentur, vescuntur, ut folia ficulnea,[n] et palea, et[o] vinaceae.[p] furfures obiiciuntur modice, ne parum, aut nimium saturentur. utrumque enim ad corpus alendum inimicum. at[q] maxime amicum cytisum, et Medica. Nam et pingues
facit facillime,[r] et genit[s] lac.[t] De sanitate sunt multa, 20

rum suorum *eregerunt* mutavit in *fregerunt*. (f) *non sunt. Tarent.* I. B. Br. R. (g) *Antiasicae* Eaedem. *Altiuates* A. Iunt-G. (h) *vellus* addidi ex Br. et Pol. (i) Hanc Codicum suorum et Pol. lectionem pro *parari* recte probavit Victor. et Scaliger. (k) Vulgo *adhibeant*. (l) *hircis* I. B. Br. R. (m) *et* P. (n) *figulnea* P. (o) *et* om. I. B. Br. R. Pol. (p) *vinacia* I. B. Br. R. (q) *Vt* P. (r) *facilime* Br. (s) *generat* I. B. Br. R. *gignit* A. Iunt. G. (t)

pasci solitas. Romani raro foris pascebant, teste Columella.

Atticae) Ita ex libris suis scripsit Victorius comparato loco Plutarchi περὶ τοῦ ἀκούειν: μηδὲ ἱμάτιον περιβαλέσθαι εἰ μὴ προβάτων Ἀττικῶν εἴη τὸ ἔριον. His opponuntur *pascales*. Festus: *pascales oves pro pascuales inscienter Cato dixit in ea oratione, quam scripsit. Pascalis ovis — vetuit. item pellitam laxentinam (lege tarentinam) appellat in ea oratione quam scripsit. Pretio Tarenti plus C sestercus (sestertiis) pellitam ovem, quam ignaro (in agro) Tarentino quod pasceretur.* Idem deinde: *Passales et oves et gallinae appellantur, quod passim pascuntur.*

Putari) i. e. purgari. Hinc *imputatus nondum purgatus* apud Festum monente Victorio. Inficiuntur lanae a tinctoribus. Vulgatum *parari* iam antea in *putari* mutaverat Popma ad Catonem c. 39, et I. Fr. Gronovius, antequam Polit. auctoritas accessisset.

Adhibent) Ita scripsi pro vulgato *adhibeant*. quod sequens *faciunt* damnat.

His quaecunque) *His* scilicet praesepibus, recte monente Vrsino.

Ficulnea) Geopon. 18, 2 nominant cytisum, medicam, foenum graecum, bromum (avenam) leguminum et hordei paleas, inprimis muria conspersas, grossos deciduos et folia ficulnea siccata. Insulae Cei incolae oves pascebant cytiso, foliis ficulneis, et oleae caducis, leguminum paleis, et spina quadam, teste Aeschylide apud Aelianum 16, 32. Vinacea in ovium cibo nescio an alius memoraverit. Bobus quidem dat Columella VI, 3, 4.

Genit lac) Aristoteles H. A. III, 21: ἡ μηδικὴ πόα σβέννυσι τὸ γάλα, καὶ μάλιστα τοῖς μηρυκάζουσι.

sed ea (ut dixi) in libro scripta[v] magister pecoris habet: et quae opus ad medendum, portat secum.[x] Relinquitur de numero, quem faciunt alii maiorem, alii minorem. nulli enim huius moduli naturales. illud fere omnes in Epeiro[y] facimus, ne minus habeamus in centenas oves hirtas[z] singulos homines: in capra[a] binos.

III. Cui Cossinius, Quoniam satis[a] balasti, inquit,

lacte San. P. *genit lacte San.* etiam Codd. Victor. (v) *libro mag. pec. scripta habet* Br. (x) *sec. portat* Br. Ald. (y) *Epiro* Br. (z) *hircas* P. (a) Vulgo *in pellitas binos.* I. B. Br. R. et Pol. 4. *in pellitas caprae binos* P. 2. *in pel. captae binos.*

Cap. III. (a) *satis* om. I. B. Br. R. (b) *cordo* P. Ba. G. cum Aldina,

Vt dixi) Loquitur Atticus. De libro vero dixerat Scrofa II, 1, 21 et 23: *item ad alios morbos aliae causae, etiam alia signa in omni pecore, quae scripta habere oportet magistrum pecoris.* Itaque Morgagni Epist. I, §. 97 aut h. l. legendum esse *dixti*, aut verba illa Attico non Scrofae tribuenda esse monuit.

Numero) Multa h. l excidisse, recte monuit Pontedera: Supra enim cap. V definit ipse Varro, quas res numero comprehendere soleat, hoc est non solum numerum pastorum, sed etiam quot in grege foeminas quot mares habere oporteat, quot utriusque generis soboles submitti debeant, quot reiiculae sint alienandae. Quorum maxima pars h. l. desideratur. De pastoribus vero infra c. 10 est: *de numero pastorum alii angustius, alii laxius constituere solent; ego in octogenas hirtas oves singulos pastores constitui. Atticus in centenas.* Arguit etiam ipse Varro c. 3 de caprino genere loquens, deesse hic multa. Ibi enim est: *relinquitur de numero, qui in gregibus est minor caprino quam in ovillo; quod caprae lascivae.* Denique Crescentius IX, cap. 69 sic habet: *Centum ovibus unus aries sufficere fertur, et quotque sunt centenaria, tot arietes. sufficere ait Varro,* ubi antiqua mea Editio habet *tot anes.* Haec ita bene demonstravit Pontedera. Ineptias vulgatae demonstrat etiam illud, quod *in pellitas* (centenas) *binos* homines postulat, quum teste Columella VII, 4 graecum pecus seu pellitum raro foris et plerumque domi alatur. Lectio ipsa, quam sequitur Crescentius, ineptissima est. Quis enim arietem centum ovibus sufficere credet, quum hirci singuli vix viginti capris admittantur; teste Varrone cap. 3? Vltimum remedium nobis superest in lectione librorum Polit. et Edd. primarum, ubi exstat *caprae binos,* quam ego mutatam in *capras binos* unice veram puto; eamque adeo restitui Varroni pro vulgata *pellitas binos.* Noster enim cap. seq. satis magnum gregem caprarum esse ait circiter quinquagenas; itaque centenis capris opus est binis pastoribus. Miror, egregium Pontederam potuisse *captas* probare et interpretari de pellitis, quasi impeditas.

Cap. III. *Balasti*) De ovibus docui-

o Faustule noster, accipe a me cum Homerico Me-
lanthio chordo[b] de capellis, et quemadmodum opor-
teat[c] breviter dicere,[d] disce. Qui caprinum gregem
constituere vult, in eligendo animadvertat oportet,
primum aetatem, ut eam paret, quae iam ferre pos-
sit fructum, et de iis[e] eam potius, quae diutius: no-
vella enim quam vetus utilior.[f] De[g] forma videndum 2
ut sint firmae, magnae, corpus lene ut habeant, cre-
bro pilo,[h] nisi si glabrae sunt. duo enim genera ea-
rum. sub rostra duas ut mammulas[i] pensiles habeant:
quod eae[k] foecundiores sunt.[l] ubere sint[m] grandiore,

quae tamen in reliquis locis eandem scripturam corrigi iussit in Emendandis. (c) *oportet* I. B. Br. R. (d) *dicere* om. Eaedem. *br. op.* Ald. (e) *his* Br. (f) *melior* A. Iunt. G. (g) *De* om. I. B. Br. R. (h) *pilo crebro* Br. A. (i) *mammillas* a. V. (k) *hae* Br. A. (l) *sunt* om. P. (m) *sint* om. I. B

sti. Vox ovium exprimitur verbo *balare*, quod vitiatum est usu loquendi ex antiquo *belore*, de quo supra Varro II, 1, 7. Graeci dicunt βληχᾶσθαι; capras vero μηκάζειν, simili vocis imitatione.

Chordo) Melanthius apud Homerum est caprarum Vlyssis pastor. *Cordo*, quod est in libris Polit. Scaliger mutat in *Condo* i. e. ταμίᾳ, assentiente Vrsino. Forte Varro Melanthio pastori dignitatem voluit facete addere, cognomine familiarum romanarum familiari. Cordos enim in illis fuisse, monet etiam Quinctilianus I, 4, 25.

Animadvertat) Crescentius IX, 26: *animadvertere — primo — et de hiscam.*

Novella enim) Cresc. omittit *enim. utilior est. In forma — sint formae — leve, crebro pilo.* Vrsinus malebat legi *novella enim melior*, reliquis omissis.

Firmae magnae) Pontedera dubitabat an sit ex Crescentio legendum *forma magna* vel *magnae*. Sed repetitio eiusdem vocabuli in hac vicinia displicet mihi. Geoponica 18, 9: δεῖ δὲ ἐκλέγειν ἀπὸ τῶν τοκάδων τὰς εὐπαγεῖς μεγάλας τε καὶ μεμυωμένας.

Corpus lene) Vrsinus *leve* malebat ex Geoponicis, ubi est: τὸν μὲν χρῶτα λεῖον ἐχούσας, δασύτριχας. τὰ οὔθατα μεγάλα καὶ ὀγκώδη ἐχούσας. αἱ δὲ τοιαῦται καὶ πρὸς ἐπιμονὴν κρείττους εἰσί.

Duo enim genera) De quibus vide ad Columellam VII, 6, sect. 1, et infra ad cap. XI, s. 12.

Sub rostra) Cresc. *sub mento duas ut mammillas — quia hae — grandiore sint, et lac multum — habeant. Hircus cum similibus sub mento mammillis, gurgulione longi, brevi plenaque cervice:* et caetera quae ex Palladio Novembri 13 ducta sunt.

Mammulas) Festus: *Noneolae vocantur papillae, quae ex faucibus caprarum dependent.* Verruculas appellat cum Columella VII, 6 Palladius

ut et lac multum,[n] et pingue habeant pro portione. Hircus melior[o] is et potissimum pilo albo, ac cervice et collo brevi,[p] gurgulione[q] longiore. Melior fit grex, si non est ex collectis comparatus, sed ex consuetis una. De seminio[r] dico eadem, quae Atticus in ovibus.

Br. R. (n) *lac pingue habeant et multum* Br. (o) *mulior* P. *melior is et* I. B. Br. R. *molliori pilo et pot.* A. Iunt. G. Vulgo *molliori et pot.* legitur. (p) Ita pro *breve* Herv. (q) *curculione* I. B. Br. R. (r) *siminio* P. (s) Ita pro

Proportione) Omisit Crescentius et ut spuria damnavit Pontedera.

Hircus) Columella: *Caper cui sub maxillis binae verruculae collo dependent, optimus habetur, amplissimi corporis, cruribus crassis, plena et brevi cervice, flaccidis et praegnantibus auribus, exiguo capite, nigro densoque et nitido atque longissimo pilo, nam et ipse tondetur.* ubi tamen recte Sangerm. liber omittit *nigro*. Crescentius ex h. l. retulit: *hircus cum similibus sub mento mammillis, gurgulione longi.* Vulgata lectio: *hircus molliori et potissimum pilo albo* inepta est. hircus enim pilum molliorem non habet. Quare restitui lectionem Edd. primarum *melioris et.* ad quam ducit etiam libri Polit. *mulior*. Sanam tamen eam lectinnem praestare nolim. Potius excidisse deinceps puto verba, a Crescentio servata, et praeterea alia, ut apparet ex Geoponicis ubi sic est: τῶν δὲ τράγων ἐγκρίνουσι τοὺς μεγάλους καὶ εὐπλεύρους, ἰσχία τε μείζονα ἔχοντας, δασύτριχας, μακρότριχας, λευκότριχας, αὐχένα καὶ τράχηλον βραχὺν καὶ παχὺν ἔχοντας, βρόγχον δὲ μακρότερον. Vnde apparet, post *brevi* addendum esse *crassis* vel *plenis*. Gurgulin est βρόγχος, sed non trachea intelligitur, seu fistula, spiritum in pulmonem ducens. Ea enim in quadrupedibus non est longior ipso collo; quanquam in multis avibus id usu venire novimus. Sed esse videtur laryngis protuberantia maior in quadrupedum genere masculino, ut in humano.

Brevi) Hanc lectionem recipi iussit etiam Cannegieter ad Aviani Fab. p. 93.

Gurgulione) Alii arteriam asperam seu fistulam pulmonalem dixerunt, sed hoc loco larynx seu caput tracheae esse videtur, qui solet in maribus generis humani atque animantium esse exstantior. Graec. γαργαρεών est. Vnde verbum gargaridare duxit Varro apud Nonium: *Quinctiporis Clodiani forias ac poëmata gargaridans dices, O Fortuna, o Fors Fortuna quantis comoditatibus hunc diem.* Ita enim locum eum correxit L. Carrio Antiq. Lect. III, 7, eiusque correctionem posuit altera Mercerii Editio. Intelligitur Cn. Lentulus Clodianus, cuius malas comoedias memorat Varro apud Nonium in *edolare*. Malus item orator fuit, iudice Cicerone in Bruto c. 66. Bene comparavit Demosthenicum λαρυγγίζειν Gesneri Thes. L. L.

Collectis) Columella: *melius est unum gregem totum quam ex pluribus particulatim mercari, ut nec in pastione separatim laciniae diducantur, et in caprili maiore concordia quietae consistant.*

hoc aliter, ovium semen tardius esse, quo hae sunt[s]
placidiores; contra caprile mobilius esse. De quarum
velocitate in Originum libro Cato scribit[t] haec: in
Sauracti,[v] Fiscello[x] caprae ferae sunt, quae saliunt
e saxo pedes plus sexagenos. Oves enim, quas pascimus, ortae sunt ab ovibus feris, sic caprae,[y] quas
alimus, a capris feris sunt[z] ortae, a queis propter
Italiam Caprasia insula est nominata. De capris quod 4
meliore semine eae, quae[a] bis pariant, ex his potissimum mares solent submitti ad[b] admissuras. quidam
etiam dant operam, ut ex insula Media capras ha-

sint I. B. Br. R. (t) *scripsit* Eaedem. (v) *Soracti* a. V. (x) *Fiscelio* A. Iunl. G. (y) *caprae* om. Br. I. B. R. (z) *sunt* om. Eaedem. (a) *caeque* I. B. R. (b) *summitti admissuris* I. B. Br. R. *summitti* etiam Ald. *admissuras*

Hoc aliter) i. e. hoc diversum, seu aliter sentio et dico. Similiter dicitur *hoc amplius*, quum sententiam quis fert, monente Vrsino.

Semen tardius esse) Plinius VIII, sect. 76: *nec unquam febri carere Archelaus auctor est; ideo fortassis anima his quam ovibus ardentior calidioresque concubitus.* Vterque ex Aristotele H. A. IX, 3: *ἐγκαθεύδειν δὲ ψυχρότεραι αἱ ὄϊες αἰγῶν. αἱ γὰρ ὄϊες μᾶλλον ἡσυχάζουσι καὶ προσέρχονται πρὸς ἀνθρώπους.* ubi ex Varrone et Plinio legendum est *συγκαθεύδειν*.

Cato) Crescentius IX, 76: *Catho scribit in Fiscello scrutati esse capras quae ex saxo saliunt plus sexagenos pedes.* quae verba Basileensis editio plane omisit. *Soracti* habent Edd. primae h. l. Phoebo sacrum Soracte ex Silio VIII, 493, et VII, 662 annotavit Schoettgen. Servius ad Aeneid. II, 785 montem Hirpinorum ait esse in Flaminia collocatum. Iuxta Tiberim non procul Faleriis et Veiis situm fuisse, monet Schoettg. qui miratur, Fiscello iungi h. l. quippe ex quo Nar fluvius oriatur, teste Plinio III, 12 Sed recte monet, simul nominari, quia in utraque ferae caprae habitabant. Fiscelli capras dixit noster supra II, 1, 5. Ad Vestinos refert Silius VIII, 519: *Quae, Fiscelle, tuas arces Pinnamque virentem.*

Ortae sunt ab ovibus) Malim *ut ortae sunt ab ovibus.* Sequitur enim *sic caprae* et cet.

De capris) Crescent. *ex capris meliores sunt quae bis pariunt, ex his potissimum mares sunt eligendi ad admissuras.* ubi antiqua mea Editio omittit *ad.* Vnde h. l. malim: *Ex capris* meliores *semine sunt, quae bis pariunt.* Vrsinus malebat *quae binos.* Supra cap. 2, 18: *quos arietes submittere volunt, potissimum eligunt ex matribus, quae geminos parere solent.* ubi vide notam. Vrsini emendationem probo.

Ad admissuras) Haec verba Vrsinus spuria censebat esse.

Media) Insulam Melum interpretatur Scaliger. Contra gallinas *melliceas* dictas fuisse, quae erant Medicae. Capras Scyrias ob lactis abundantiam

beant, quod ibi maximi, ac pulcherrimi existimantur[c]
5 fieri hoedi. De emtione aliter dico[d] atque fit, quod capras sanas sanus nemo promittit. nunquam enim sine febri sunt. Itaque stipulantur paucis exceptis verbis: ac Mamilius[e] scriptum reliquit sic: Illas capras hodie recte esse, et bibere posse, habereque recte[f] licere,[g] haec spondesne? De quibus admirandum illud, quod etiam Archelaus scribit, non ut reliqua animalia naribus, sed auribus spiritum[h] ducere
6 solere, pastores curiosiores aliquot[i] dicunt.* De alteris quatuor, quod est de[l] pastu hoc dico. stabulatur

sine *ad* P. 1. *ad admissuris* P. 2. (c) *fieri exist.* Br. Ald. *haedi* Br. (d) *adque fiet* Codd. Victorii. *fiet* etiam I. B. Br. R. *aliter atque de ovibus dico, quod* A. Iunt. G. atque de *omnibus* margo Durdr. (e) *Manilius* a. V. *Manilibus* P. (f) *recte* abest I. B. R. Br. (g) *licet* B. R. (h) *si tritum* P. (i) *aliqui* I. B. R. Br. (k) *hoc dic.* a. V. (l) *idem* I. B. R. Br. (m) *exortos* P.

laudat Pindarus apud Athenaeum II, p. 28. Scyrias et Naxias in Samum insulam traductas fuisse a Polycrate, ait Alexis apud Athenaeum XII, pag. 540. Et videntur in pluribus maris Aegei insulis caprae ob solum montuosum et silvestre bene provenisse.

Atque fit) Ita emendavit Victorius librorum suorum lectionem *adque fiet*. quae est etiam in Edd. primis. In aliis est: *aliter atque de ovibus dico*. Quam equidem lectionem praefero. Quam enim vulgata veluti Varronis peculiarem de emtione caprarum sententiam exhibet, eandem Mamilius in formula posuit, ut statim dicetur. Ceterum Geoponica: *φυσικῶς ἀεὶ πυρέττει καὶ εἴ ποτε ἐπιλείψῃ ὁ πυρετός, διαφθείρονται*. Archelao hanc sententiam adscribit Plinius in loco quem supra posui; iterumque 28, sect. 42.

Sanas) Cresc. *sanas enim capras nemo* et cet. Basil. editio omisit *enim*.

Mamilius) Hoc nomen in Varrone saepius restituit ex libris suis Victorius. Sed in locis Ciceronis, a Victorio laudatis, magna est etiam librorum varietas. Vide Indicem Ciceronianum in nomine Manii Mamilii.

Illas capras) Ex simili formula de ovibus, subus, bubus et invencis Pontedera malebat etiam h. l. legi: *illasce capras*. Vocabulum *recte* Ursinus interpretatur, arbitrio boni viri ex L. 73 D. de Verborum Significatione.

Archelaus) Et ante eum Alcmaeon apud Aristotelem H. A. I, 11. De aegagris idem tradit Oppianus Cyneget. II, 340. De rupicapra fabula translata fuit ad capras mansuetas. In rupicapra tamen originem fabulae dederunt sinus cocci rutanei utrinque post cornua positi, ut docui ad Aelianum p. 32, libri I, cap. 53.

Pastores) Vitium his verbis haesisse puto, quod tolles inserto *ut* ante *etiam Archelaus*. Ex pastorum narratione eadem refert Aelianus l. c.

Stabulatur) Cresc. *huic pecori sta-*

pecus melius ad hibernos exortus[m] si spectat, quod
est alsiosum.[n] Id ut pleraque[o] lapide, aut testa sub-
sterni oportet, caprile quo minus sit uliginosum, ac
lutulentum. Foris quum est pernoctandum, item in
eandem partem caeli quae spectent,[p] septa oportet
substerni virgultis, ne oblinantur. nec[q] multo aliter
tuendum hoc pecus in pastu, atque ovillum,[r] quod
tamen habet[s] sua propria quaedam, quod potius sil-
vestribus saltibus delectantur,[t] quam pratis. Studiose 7
enim de agrestibus fruticibus[v] pascuntur, atque in
locis cultis virgulta carpunt: itaque a carpendo ca-
prae nominatae. ob[x] hoc in lege locationis fundi ex-

(n) *alsiomum* P. 2. (o) *plerique* I. B. R. Br. Pol. 2. (p) *spectant septa substernimus* I. B. R. Br. (q) *Non* P. (r) *ovilum* Br. (s) *habent* P. *sua quaedam* Br. (t) *del. salt.* Br. (v) *fructibus* I. B. Br. R. Herv. (x) *Ab* P. (y)

bula meliora (Basil. male *meliores*) *sunt, quae spectant ad hibernos solis ortus, quae lapide aut testa sunt strata, ut caprile minus sit uliginosum aut lutulentum.* ubi antiqua mea habet *caprioli.* Pergit Cresc. *Item substernantur — obliniantur teneri, et pasci hoc pecus debet quasi ovillum; sed habet propria quaedam* et cet. Vrsinus h. l. emendabat legendo *stabulum melius ad — exortus spectat, pecus quod* et cet. Equidem duce Crescentio malim: *Stabulum huic pecori melius ad — exortus spectat.* Columella: *ipsum vero caprile vel naturali saxo vel manu constratum eligi debet, quoniam huic pecori nihil substernitur; diligensque pastor quotidie stabulum converrit, nec patitur stercus aut humorem consistere, lutumve fieri, quae cuncta sunt capris inimica.* Vocabulum *pleraque* respicit ad *stabulum.*

Alsiosum) Geoponica: φύσει γὰρ δύσριγον τὸ ζῶόν ἐστι. Aristoteles H. A. VIII, 10: δυσχείμεροι δὲ καὶ αἱ αἶγες, ὑγιεινότεραι μὲν ὄϊες τῶν αἰγῶν. ἰσχύουσι δὲ μᾶλλον αἱ αἶγες τῶν οἰῶν. Idem IX, 3: εἰσὶ δὲ αἶγες δυσριγότεραι τῶν οἰῶν. Remedium adversus sternutationem hircorum ex perfrictione tradunt Scholia Aristophanis ad Plutum versu 313: μινθώσομεν ὥσπερ τράγου τὴν ῥῖνα.

Testa) i. e. latere cocto, quem testam dici docet Vitruvius II, 8.

Substernitur) Miror igitur, Columellam ne in stabulo quidem hiberno aliquid virgultorum substernere capris. Forte is genus, brevi villo indutum, non alterum prolixiore et peregrinum respexit.

Fruticibus) Cresc. *agrestis saltibus — caprae dicuntur. ideoque in lege — capram in fundo pascat.*

In locis cultis) Pontedera malebat *incultis.* Sed de incultis seu silvestribus fruticibus antea dixit Varro; nec virgulta a fruticibus sunt diversa, nisi quod virgulta sunt etiam arborum sativarum, oleae et cet.

cipi solet, ne colonus capra natum in fundo pascat. Harum enim dentes inimici sationis, quas etiam astrologi ita receperunt in caelum, ut extra limbum[y] XII signorum excluserint. [Sunt duo hoedi, et capra non
8 longe a tauro]. Quod ad foeturam pertinet, desistente autumno exigunt a grege in[x] campos, hircos in caprilia, item ut in arietibus dictum. Quae concepit,[a] post quartum[b] mensem reddit[c] tempore verno. In

lembum P. (x) *in campo* Iens. Br. *e campis* A. Ba. G. (a) *concipit* P. (b) *quattuor menses* I. B. Br. R. (c) *redit* Herv. Deinceps vulgo *sint.* (d) *quia*

Capra natum) An licet capram matrem, non hoedum? Inepta est vulgata lectio; rectius Crescentius *capram in fundo pascat.*

Limbum) Polit. liber *lembum.* quod ferri potest, si ex graecô λέγνον descendit, significatione eadem. Varro apud Probum ad Eclog. 17: *per quam limbus pictus bis sex signis stelli micantibus.*

Sunt duo — tauro) Haec verba ex libro I, 2 huc translata censuit Vrsinus; igitur inclusit Gesner.

Autumno) Crescentius: *post autumnum exigunt in gregem hircos, quia, quae concipit post quartum mensem, reddit tempore verno.* Columella: *Tempus admissurae per autumnum fere ante mensem Decembrem praecipimus, ut propinquante vere gemmantibus frutetis partus edatur.* Geoponica: ἀρίστη δὲ ὥρη πρὸς τὴν τούτων ὀχείαν ἡ πρὸ τροπῶν τῶν χειμερινῶν. Palladius 12, 13, 7: *Concipiunt Novembri mense ut Martio pariant.* Vrsinus vulgatam huius loci lectionem: *exigunt a grege in campos, hircos in caprilia*: ita corrigebat: *exigunt hircos in caprilia*, reliquis omissis. Contra Pontedera: *exigunt gregem in campos*: i. e. revocant ex saltibus et montibus in campos capras, et hircos, antea seorsim pastos, in gregem ad admissuram reducunt. Sed omisit vir egregius docere, quomodo hirci ita dici possint exigi in caprilia, dum caprae in campis pascuntur. Septa enim, in quibus foris pernoctant, ipse Varro a caprili distinxit. Locus de arietibus, quem respicit Varro, hic est: *arietes, quibus sis usurus ad foeturam bimestri tempore ante secernendum et largius pabulo explendum. Quum redierunt ad stabula e pastu, ordeum si est datum, firmiores fiunt ad laborem sustinendum. — cum omnes conceperunt, rursus arietes secernendi, ita factis praegnantibus quod sunt molesti.* Ex quo loco constat, vulgatam nullo modo defendi posse, nec locum habere emendationem Pontederae. Neque enim in campis pascuntur caprae; igitur de montibus in campos exigi vix dici possunt, ut hirci admittantur. Deinde exigi a grege, desinente autumno, dici non magis possunt, quia tunc fit admissura. Restat igitur, ut cum Crescentio et Vrsino legamus: *exigunt in gregem* (caprarum) *hircos* (ante separatos) reliquis omissis. Forte tamen exciderunt verba quaedam.

Quartum mensem) Vrsinus *quintum* legi volebat ex Aristotelis H. A. VI, 19, Plinio VIII, 50, et Geoponicis 18,

nutricatu hoedi, trimestres quum sunt facti, tum submittuntur, et in grege incipiunt esse. Quid dicam de earum sanitate, quae[d] nunquam sunt sanae? nisi tamen illud unum, quaedam[e] scripta habere magistros pecoris, quibus remediis[f] utantur ad morbos quosdam earum, ac vulneratum[g] corpus, quod usu venit iis[h] saepe, quod inter se cornibus pugnant, atque in spinosis locis pascuntur. Relinquitur de numero, qui 9
in gregibus est minor caprino, quam in ovillo,[i] quod caprae lascivae, et quae dispergant[k] se. contra oves, quae se congregant et[l] condensant in locum unum.

a. V. (e) *quod quaedam remedia scr. op. habere* A. Ba-G. (f) *remediis* om. A. Ba-G. (g) *vulnera. Tum* I. B. Br. R. (h) *his quod saepe inter* Eaedem. *quod usu saepe venit his* Ald. (i) *ovilo* Br. (k) *dispergunt* a. V. (l) Ita

9, Plinius 8, 50 Novembri concipere, Martio parere ait; numero tamen mensium dierumque non definito. Vrsini emendationem repetiit Popma. Equidem verum Varronis dissensum non video. Ait enim quinto mense parere; nec ullus scriptorum, ab Vrsino laudatorum, affirmavit, post quintum demum mensem parere capram, sed quinque menses uterum ferre ut ovem.

Tum submittuntur) Cresc. omisit *tum*. Ceterum Edd. primae variant scripturam inter *hoedi* et *haedi*. Varronis L. L. IV, p. 25: *Hircus quod Sabini fircus, et quod illic fedus, in Latio rure hedus, quod in urbe ut in multis A addito haedus.* ubi Editio Parmensis anni 1480: *foedus — rure Edus — aedus.* Haedum lactentem lex Licinia sumtuaria in coena vetuit apponi, ut ex versibus Laevii poëtae apud Gellium II, 24 monuit Conradi Parerg. p. 321: eoque respicit Iuvenalis XI, 77, ubi, postquam ad coenam amico promiserat *haedulum de Tiburtino agro pinguissimum, herbae inscium, nec dum ausum virgas humilis mordere salicti, qui plus lactis haberet, quam sanguinis*, subiicit: *haec olim nostri iam luxuriosa senatus coena fuit.*

Quaedam scripta) Recte Edd. Ba-G. *quaedam remedia scripta oportet habere — quibus utantur*: quam lectionem recepissem, si quis liber scriptus auctor et cognitor accessisset. Supra II, 2, 20: *de sanitate sunt multa, sed ea, ut dixi in libro, scripta magister pecoris habet: et quae opus ad medendum, portat secum.*

Vsu venit) Crescentius: *Accidit etiam saepe, ut in corporibus vulnerentur, quibus subveniendum est, eo quod inter se cornibus pugnant, ac etiam spissis spinosis locis pascuntur.*

Caprae lascivae) Crescentius: *satis magnum gregem — quinquagenas, eo quod caprae lascivae sunt, et se dispergunt. contra oves se congregant ac condensant in l. u.* ubi antiqua mea habet *condempsant.*

Itaque in agro Gallico greges plures potius faciunt,
quam magnos, quod in magnis cito exsistat[m] pestilen-
10 tia, quae ad perniciem eos[n] perducat.[o] Satis magnum
gregem putant esse circiter quinquagenas. quibus as-
sentiri putant id, quod usu venit Gaberio equiti R.
Is enim, quum in suburbano mille[p] iugerum haberet,
et a caprario quodam, qui adduxit capellas ad ur-
bem x,[q] sibi in dies singulos denarios[r] (singulos)[s]
dare audisset,[t] coëgit mille caprarum,[v] sperans se
capturum[x] de praedio in dies singulos denarium[y]
mille. Tantum enim fefellit,[z] ut brevi omnes amise-
11 rit morbo. Contra in Sallentinis[a] et in Casinati ad
centenas pascunt. De maribus et foeminis idem[b] fere
discrimen, ut alii ad denas capras singulos parent
hircos, ut ego: alii etiam[c] ad xv, ut Menas: non-
nulli etiam, ut Murrius,[d] ad viginti.

IV. Sed quis[a] e porculatoribus Italicis prodit, ac

pro *congregent ne condensent* I. B. Br. R. A. Ba- G. *et condensent* P. (m) *existit* I. B. Br. R. *existunt pestilentiae* A. Iunt- G. (n) Ita pro *eum* A. Iunt. G. (o) *perducit* I. B. R. *perducitis* Brusch. *perducunt* A. Iunt. G. (p) *haberet agrum iugerum mille* A. Ba-G. (q) *decem* Br. Iunt. P. *denarios sibi in dies singulos dare* A. Ba-G. (r) *denarios* om. A. (s) *singulos* om. I. B. Br. R. A. Ba-G. igitur inclusi. (t) *audisse* P. (v) *gregem* add. A. Ba. G. (x) *capturam* P. (y) *denarios* A. Ba-G. (z) Ita pro *fefellerit* Edd. a Victor. (a) *Salentinis* a. V. H. St-D. (b) *id* P. (c) *et* I. B. R. Br. (d) *Murius* a. V.
Cap. IV. (a) Vulgo *quis e portu post Italico* I. B. Br. R. *qui se portu*. P. 2

Fefellit) Quod in libris suis omnibus esse affirmat Victorius, ex vetere Codice affert etiam et comprobat Vrsinus. Comparat etiam locum nostri I, 13: *ibi tantum circumfluxerit mox cervorum*. Ita enim ibi ex eodem Codice legi volebat. Sed istius loci alia est ratio; igitur antiquam lectionem restitui.

Casinati) Vide infra ad III, 5—8.

Denas capras) Cresc. *singulis decem capris singuli sufficiunt hirci. ultra octo annos servandae non sunt* et reliqua, quae ex Palladio ducta sunt, ubi tamen verba priora hodie non exstant; nec hanc disputatiunis partem attigit Columella.

Cap. IV. *Sed quis*) Vulgatam *e portu post Italiae* vitii suspectam habuit iam olim Scaliger, emendans: *Sed quid Epirota post ita ilico prodit*. Pecuarios athletas Epiroticos supra nominat II, 1, 2. Et capite sequenti nominantur συνηπειρῶται eodem sen-

de suillo pecore expedit?[b] tametsi Scrofam potissimum de ea re dicere oportere,[c] cognomen eius significat. Cui Tremellius, Ignorare, inquit,[d] videre, cur appeller Scrofa. Itaque ut etiam hi[e] propter te sciant, cognosce meam gentem suillum cognomen non habere, nec me esse ab Eumaeo[f] ortum. Avus meus primum appellatus est Scrofa; qui quaestor quum esset Licinio Nervae[g] Praetori in Macedonia provincia relictus,[h] qui praeesset exercitui, dum praetor rediret, hostes[i] arbitrati occasionem se habere victoriae, impressionem facere coeperunt in castra. Avus,[k] quum cohortaretur[l] milites, ut caperent arma, atque exirent contra, dixit, celeriter se illos ut scrofa porcos disiecturum. id[m] quod fecit. nam[n] eo praelio hostes ita fudit, ac fugavit, ut eo Nerva[o] praetor Imperator sit appellatus, avus[p] cognomen invene- 2
rit, ut diceretur Scrofa. Itaque proavus,[q] ac supe-

qui portu. Posui Gesneri coniecturam, quae potest intelligi. (b) *expetit* I. B. Br. R. (c) *oportet* Br. (d) *Igitur inq. videris* A. Iunt. G. (e) *id* I. B. Br. R. (f) *eo avo* I. B. Br. R. *at avis eius cognominis* A. Iunt. G. *ab eum aevo ortum* Codd. Victorii, qui hinc vulgatam effecit. (g) *Nerva praetore* A. Iunt-G. (h) *esset* add. P. (i) *hostes se arbitrari* Br. (k) *Avos* P. (l) *hortaretur* a. V. *ac exirent* Br. A. (m) *idque fecit* a. V. (n) *nam si* Herv. (o) *parte* add. I. B. Br. R. (p) *et avus* A. Iunt. G. (q) *proavos* I. B. R. I. I. A.

su. Sed in emendatione Scaligeri posterior pars displicet. Saltim esset *epirota Italicus*. Pontedera cum Vrsino in vulgata tricatur, nihil tamen extricat. Gesneriana coniectura vix melius quid excogitari poterit. Triller Observ. IV, 27 coniecit: *Sed quis expertos post ista, alia prodit?*

Licinio Nervae) Intelligi A. Licinium Nervam legatum ad exercitus in Macedonia visendos missum A. V. 585, et deinde praetorem A. V. 587 ex Livio 44, 18, et 45, 44 monet Schoettgen.

Vt Scrofa) Plautus Trucul. II, 2, 13: *ego te hic, mulier, quasi sus catulos pedibus proteram*. Sed Servius ad Aeneid. II, 357 laudat ex Plauto: *et ego te conculcabo ut sues catulos suos*. Ceterum ex graeco γρόμφος factum scropha, ut ex γρύτη, scruta, γράφω, scribo, γλάφω, γλύφω, scalpo, sculpo.

Vt diceretur Scrofa) Haec verba spuria visa sunt Vrsino. Aliam aeque lepidam sed minus honestam cognominis rationem edidit Macrobius Saturn. I, 6.

riores, de Tremelliis nemo appellatus Scrofa; nec minus septimus sum deinceps praetorius in gente nostra. Nec tamen defugio,[r] quin dicam quae scio[s] de
3 suillo[t] pecore. Agri enim culturae ab initio fui studiosus: nec de pecore suillo mihi[v] et vobis, magnis pecuariis, ea res non[x] est communis.[y] Quis enim fundum colit nostrum, quin sues habeat, et qui non audierit patres nostros dicere, ignavum, et sumptuosum esse, qui succidiam in carnario[z] suspenderit potius ab[a] laniario, quam ex domestico fundo? Ergo qui suum gregem vult habere idoneum, eligere oportet primum bona aetate, secundo bona forma. Ea est, cum[b] amplitudine membrorum, praeterquam pedibus et[c] capite, unicoloris[d] potius quam varias.[e] Quum

Gr. G. *inter proavos* Hervag. (r) *diffugio* a. V. (s) *sciam* a. V. (t) *sullo* P. (v) *mihi minor cura est, quam vobis ma. pec. Cui enim ea res* I. I-G. A. (x) *necnon* I. B. R. Br. (y) *communis?* I. I-G. A. (z) *carnarios* P. (a) *e* I. B. R. Br. (b) *cum excellit* A. Ba-G. (c) *et* addidi ex A. Iunt. G. (d) *unius*

Mihi et vobis) Bene Iucundus in Aldina hunc locum correxisse videtur. Deinceps eadem Aldina *Quis enim nostrum colit fundum.*

Patres nostros) Cato apud Ciceronem de Senect. c. 16: *Iam hortum ipsum agricolae succidiam alteram appellant.* Plinius 19, s. 19: *Hinc primum aestimabantur agricolae prisci, et sic statim faciebant iudicium, nequam esse in domo matremfamilias (etenim haec cura feminae dicebatur) ubi indiligens esset hortus. Quippe e carnario aut macello vivendum esse.* quem locum vitiosum esse suspicor; neque enim alibi legi traditum, curam hortorum unquam pertinuisse ad foeminas romanas; quin succidiarum cura ad eas semper pertinuit, eiusque mentionem in loco Plinii fuisse factam puto. Ceterum succidiam a suibus caedendis derivavit Varro de L. L. IV, p. 28, igitur *sucidiam* scribi voluit; eamque scripturam veram puto. Generale est vocabulum, quo caro suis concisae omnis sale et fumo durata significatur. Hinc succidias humanas facere dixit Cato apud Gellium XIII, 24, unde coarguitur etymologia, a succidendo ducta, quam sequi tamen maluit Gesner.

Vni coloris) Cresc. *unius coloris potius quam varii.* Geoponica XIX, 6: τὰς μὲν θηλείας χοίρους δοκιμάζουσι τὰς παραμηκεστέρας καὶ περιοχὴν ἐχούσας καὶ μεγάλας τοῖς σώμασιν, ἐκτὸς τῆς κεφαλῆς, καὶ τῶν ποδῶν. αἱ γὰρ μικροκέφαλοι καὶ βραχυσκελεῖς ἀμείνους εἰσὶ καὶ αἱ ὁμοχροοῦσαι τῶν ποικίλων αἱρετώτεραι. τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ τοὺς κάπρους ἐγκρίνουσι. πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις ὅταν τὰ περὶ τὸν αὐχένα καὶ τὰς συνωμίας ἔχωσι μεγάλα, τήν τε λοφιὰν δασεῖαν, καὶ ὅταν ἔχωσι

haec eadem ut habeant[f] verres videndum, tum utique
sint cervicibus amplis. Boni seminis sues[g] animadver- 4
tuntur[h] a facie, et progenie, et regione (caeli). A
facie, si formosi sunt[i] verris, et scrofa. a[k] progenie,
si porcos multos pariunt. a regione, si potius ex his
locis, ubi nascuntur amplae,[l] quam exilis,[m] pararis.
Emi solent sic, Illasce[n] sues sanas esse, habereque 5
recte licere, noxisque[o] praestari,[p] neque de pecore
morboso esse, spondesne? Quidam adiiciunt per-
functas esse a[q] febri, et a foria.[r] In pastu locus huic

coloris Ba-G. A. (e) *varii* a. V. (f) *habent* Ienss. *habet* P. (g) *Sues enim* I. I-G. A. (h) *animadvertantur* I. B. R. Br. (i) Ita Polit. pro *sint verres.* (k) *A* deest P. (l) *ampli* a. Vict. qui dedit *amplas.* (m) *exiles. Parari et emi* a. V. *exilis, parari emi* P. (n) *Vt hasce* P. (o) *noxiisque* I. I-G. A. (p) Ita pro *praestare* I. B. R. I. I. Br. (q) *a* omitt. I. B. R. Br. (r) *furia* I.

τὸν λεγόμενον κόλλοπα πολύν. κόλλοπα δὲ καλοῦμεν τὸ ἐν τῇ χρήσει λεγόμενον κάλλωσον. Vides, κόλλοπα esse callum, callosam cervicis partem, glandulosam, hinc glandia Latinis dictam. Τράχηλον Hippiatrica in equo dixerunt p. 89. Vide Cangii Gloss. Graecum. Καπριδίου κόλλωπα inter mensae delicias refert poëta apud Athenaeum; callum aprugnum dixit Plautus in Persa et Plinius.

Tum utique) Vrsinus malebat *tum uti.*

Regione (*coeli*). Inclusum *coeli* alienum esse ab h. l. recte vidit Pontedera; nec deinceps coeli fit mentio.

Sunt verris) Ita Polit. et Victorius *verris* in vetustissimo libro reperit. Vulgo *sint verres.* Vrsinus malebat: *si formosae sunt scrofae.* quam lectionem et ipse praefero; nam de solis scrophis sermo in sequentibus est.

Progenie) Cresc. *item ex bona progenie ut porcos multos pariat.* Aldina cum Brusch. habet *multos porcos.*

Ampla quam exiles) Antiquam lectionem temere mutavit Victorius edendo: *amplas quam exilis.* Nam in bona progenie ex bona regione id quaeritur minime, ut sues amplas emas, sed ut ex ea regione emas, ubi nascuntur tales. Vrsinus malebat: *amplae quam exiles, paratae.*

Noxisque praestari) Vrsinus memorat lectionem *noxisque s. praestare.* quam interpretatur *noxisque solutas praestare.* Sed monet ipse cap. 5, sect. 11, bis similiter legi *noxisque praestari.* Ceterum *praestari* etiam h. l. restitui ex antiquis Edd. quas deseruit cum Victorio Gesner.

Foria) Reinesius ad Inscript. pag. 932, *soria* id est suria legi volebat. Surire enim Latini dicunt, quod Graeci θυᾷν et καπρᾷν. Sed *foria* recte habet. Nonius II, 352 interpretatur stercora liquidiora. Hinc *forire* ventrem exonerare apud Scholiast. Iuvenalis III, 38. *Foriolus*, soluti ventris apud Nonium. *Foricae* latrinae publicae apud Iuvenalem. *Foricarii* in Pandectis, qui foricas conducunt;

pecori aptus uliginosus, quod delectatur non solum aqua, sed etiam luto. itaque ob eam rem aiunt lupos quum sint nacti sues, trahere usque ad aquam, quod
6 dentes fervorem carnis ferre nequeant. Hoc[s] pecus alitur maxime glande, deinde faba, et ordeo, et caetero frumento. quae[t] res non modo pinguitudinem efficiunt,[v] sed etiam carnis iucundum saporem. Pastum exigunt[x] aestate[y] mane, et antequam aestus incipiat, (meridie) subigunt in umbrosum locum, maxime ubi aqua sit. post meridiem rursus lenito fervore pascunt. hiberno tempore non prius exigunt pastum, quam pruina evanuit, ac colliquefacta est glacies. Ad foeturam verres duobus mensibus ante
7 secernendi. Optimum ad admissuram tempus a favo-

B. R. Br. (s) *Hoc autem* a. V. (t) *Quodque* P. (v) *faciunt* I. B. R. Br. (x) *exsigunt* P. (y) *mane in aest.* I. B. R. Br. Deinceps addidi *meridie.*

conforire Nonius ex Pomponio affert. De prufluvio ventris igitur recte h. l. interpretatus est iam olim Con. Gesner in Hist. Quadrupedum. Malum hoc suibus irremediabile esse, affirmat Aristoteles.

Saporem) Cresc. IX, 77: *Sed deficientibus alimentis per hiemem praebenda sunt pabula glandium, castanearum et similium, vel faba, vel hordeum vel frumentum. Haec enim non solummodo pinguedinem efficiunt, sed etiam carni iucundum saporem addunt.* Geoponica 19, 6: αἱ δὲ κριθαὶ πρὸς τὸ πιαίνειν καὶ κατὰ τὴν γέννησιν εὐδιαφορεῖν ποιοῦσι τὸ ζῶον. ubi recte Con. Gesner H. Quadrup. p. 988 emendavit: πρὸς γεῦσιν, et εὐδιαφορεῖν interpretatur excellere, διαφέρειν. Recte! Editio antiqua Cresc. habet: *carnes iocundum saporem pastum exigunt* et cet.

Aestate) Cresc. *Aestate mane et antequam aestus incipiat, subigunt in locum umbrosum, maxime ubi sit aqua; post meridiem rursus lento fervore pascuntur — et liquefacta est glacies.* Geoponica: χειμῶνος οὐ πρότερον ἐξάγουσιν πρὶν διαφορηθῆναι τὸν πάγον.

Subigunt) Vitium haesit. Lego *Meridie subigunt in umbrosum locum maxime* et cet. Columella VII, 10, per ortum caniculae non solum bis ad aquam duci iubet; sed iuxta fluvium aut stagnum detineri, quia quum sit aestuosissimum pecus, non sit contentum potione aquae, nisi obesam illuviem demerserit et refrigeraverit, nec ulla re magis gaudeat, quam rivis et lacu coenoso volutari. Interim insertum *meridie* inclusi. Cresc. editio antiqua habet: *subigunt i. vadunt in locum umbrosum.*

Secernendi) et saginandi, ut robustiores ad venerem fiant; etsi hoc omisit Columella. Aristoteles H. A. V, 14: ὀχεύειν δὲ ἕωθε χορτασθείς.

Optimum) Cresc. *secernendi sunt.*

nio ad aequinoctium vernum: ita enim contingit, ut
aestate pariat. quatuor enim menses[z] est praegnans.[a]
et tunc parit, quum pabulo abundat terra. Neque mi-
nores admittendae quam anniculae. Melius xx men-
scs exspectare, ut bimae pariant. quum coeperunt,[b]
id facere dicuntur usque ad septimum annum[c] recte.
admissuras quum faciunt,[d] prodigunt in lutosos[e] li- 8
mites ac lustra, ut volutentur in luto, quae[f] est[g] il-

(z) *mensibus* I. B. R. Br. (a) *praegnax* P. (b) *coeperiut* a. V. (c) *annum. Recte adm.* I. B. R. Br. (d) *et* ins. P. (e) *lutuosos* I. B. R. Br. *lutosus* P. (f) *quod est illarum* Ba-G. A. (g) *enim* I. B. R. Br. (h) *homini* I. I-G. A. (i)

optimum admissurae tempus — vernum, id est Kal. Februariis ad diem 12 Martii; ita enim — pariant; mensibus est praegnans, et tunc pariat. Geoponica: ἀρίστη δὲ ὥρα εἰς τὴν τούτων ὀχείαν ἀπὸ ζεφύρου πνοῆς ἕως ἐαρινῆς ἰσημερίας, ὥστε γίνεσθαι κατὰ τὸ θέρος τὸν τοκετόν. Locum Aristotelis ex H. A. qui hiemales foetus probat, dedi ad Columellam VII, 9. Crescentii Editio antiqua rectius habet: *optimam admissuram — vernum i. a. Kal.* id est *in ante* Kalendas.

Quum coeperunt) Ante Victorium erat *coeperint*, atque ita Crescent. qui *id* sic habet: *coeperint, dicuntur hoc facere — recte. In luto volutantur libenter, quae illorum requies est, ut lavatio hominis.* sed Editio antiqua: *coeperunt—recte. admissuras quum faciunt, in luto.*

Lutosos) Edd. primae dant *lutuosos*. quae forma forte antiquior fuit. Similes dabo infra ad cap. 6, sect. 4.

Limites) Limites videtur appellare a *limo*, si locus est sanus. Male vias interpretatur Gesner. Ecce Festus: *Lustra significant lacunas lutosas, quae sunt in silvis, aprorum cubilia.* ubi Scaliger veterum Editionum *lamas* praeferebat. In antiqua Pomponii editione reperio *lucanas* scriptum. Idem Festus: *lacuna aquae collectio, quam alii lamam, alii lustrum dicunt.* Scholia ad Horatii Epist. I, 10, versu 10: *Lama est vorago.* λάμος *enim est ingluvies. Lamiae quoque dicuntur devoratrices puerorum.* Alter Scholiastes addit locum Ennii: *silvarum saltus latebras lamasque lutosas.* Videtur auctor prior scholii in animo habuisse vocem λαμός, quae fortasse recte derivatur a λάμα, λάμια. Nam λάμια, τὰ χάσματα interpretatur Etymolog. M. in voce Λάμια et Hesychius in Λάμβαι. Lamiam ipsam Nicander apud Antoninum c. 8 interpretatur feram immanem, in spelunca montis Parnassi habitantem et armenta cum hominibus depraedantem. Inde postea feminarum forma Lamiae fuerunt effictae. Quid si Lamia illa, quam alii Σύβαριν appellabant, teste Nicandro, aper fuit, a lama Λάμια dictus? Deinde piscem cetaceum et rapacem ex cetaceorum genere Lamiam, Oppianus contracte Λάμναν dixerunt. Hinc derivatum λαμυρὸς significat, voraginosum, capacem, magnum, horrendum, immane. Vide ad Nicandri Theriac. vers. 293.

lorum requies, ut lavatio hominis.[h] Quum omnes con
ceperunt,[i] rursus segregant[k] verres. Verris[l] octo
mensium[m] incipit salire: permanet,[n] ut id recte fa-
cere possit, ad[o] trimum. deinde it[p] retro, quoad[q]
perveniat[r] ad lanium. hic enim conciliator suil-
9 lae[s] carnis datus[t] populo. Sus Graece dicitur ὗς,[v] olim
θῦς[x] dictus, ab illo verbo quod dicunt[y] θύειν,[z] quod

conceperint I. B. R. Br. (k) *segregat* P. Br. (l) *Verres* a. V. (m) *mensum* P. (n) *permanetque, et ut* I. B. R. Br. *permanet, et ut* P. *permanetque ut* I. I-G. A. (o) Victorianum *primum* recte deseruit Popma et *trimum* dedit, sed solus. *usque ad quartum annum, deinde castratur, saginaturque, quoad perv.* A. I. I-G. (p) *id* I. B. Br. R. idem in libris suis repertum correxit Vict. (q) *id* ins. B. R. (r) *pervenit* I. B. R. Br. (s) *suinae* I. B. R. Br. *suivae (c. suillae)* P. 4. (t) *datur* a. V. (v) *vys* Pol. (c. ὗς olim θῦς Sus. nam τὸ u

Conceperunt) Cresc. *conceperint, rursus segregant — salire, idque usque ad quadriennium recte facere potest; deinde saginatus pervenit ad lanium.* Geoponica: ἡνίκα δὲ συλλάβωσιν, χωρίζουσιν ἐξ αὐτῶν τοὺς κάπρους. ὁρμῶντες γὰρ ἐπ' αὐτὰς καὶ σπαράττοντες ἐκτιτρώσκειν αὐτὰς ποιοῦσιν.

Trimum) Aristoteles: κάπρος ἀγαθὸς ὀχεύειν μέχρι ἐπιτριετοῦς. quod Plinius VIII, cap. 51, vertit: *mares ultra trimatum non generant.* Columella usque ad quadrimatum durare ait VII, 9. Itaque recte vulgatum *primum* corrigi iusserunt Scaliger, Vrsinus et Morgagni. *Trimum* recte solus Popma expressit.

It retro) Aristoteles: τῶν δὲ πρεσβυτέρων χείρω γίνεται τὰ ἔκγονα. οὐ γὰρ ἔτι γίνεται αὐτοῦ ἐπίδοσις οὐδὲ ῥώμη. Sed Aldina dedit: *deinde castratur saginaturque quoad.* Crescentius etiam Basileensis: *deinde saginatus pervenit ad lanium*; sed antiqua mea: *deinde id retro quoad pervenit ad lanium i. impossibilitatem coëundi.* Vnde apparet, Basileensem Crescentium ex Aldino exemplo interpolatum esse; Aldina vero correctionem duxit ex Columella VII, 9, 4.

θῦς dictus) Ita legendum esse pro vulgato antea θύτης, et quod Victorius posuit, *thysus*, ex loco Clementis Stromatum II, λέγεται γοῦν τινα τῶν φιλοσοφούντων ἐτυμολογῆσαι τὴν ὗν θῦν εἶναι φάναι, ὡς εἰς θύσιν καὶ σφαγὴν μόνον ἐπιτήδειον. monuerunt Scaliger, Casaubonus et Pontedera. Eundem Clementis locum, qui legitur p. 405 D. posuit Rhoër ad Porphyrium de Abstinentia p. 259, et lectionem θῦς pariter probavit. Porphyrius ipse: ἡ δὲ ὗς οὐ δι' ἄλλο τι πλὴν θύεσθαι ἐγεγόνει καὶ τῇ σαρκὶ τὴν ψυχὴν ὁ θεὸς οἷον ἅλας ἐνέμιξεν. Ab eodem vocabulo verbum θυᾷν, suhare, scropharum libidinosarum esse, monuit Scaliger, ut de verre dicitur καπρᾷν. A verbo θύειν Varro derivat θῦν; quam bene, nunc non disputo. Athenaeus IX, p. 401: οἱ δὲ σῦν εἰρῆσθαι οἱονεὶ θῦν τὸν εἰς θυσίαν εὐθετοῦντα. Verbum *subare* et *surire* de lihidine suum habet Festus in *Suillum.* Arnobius I, p. 3: *animalia terris sueta atque in aquis degentia non suriunt nec concipiunt.* Idem de Baccho V, p. 177, lasciviam *surientis* habet. Feminae sui

est immolare. Ab[a] suillo enim genere[b] pecoris immolandi initium primum sumptum videtur, cuius vestigia, quod initiis Cereris[c] porci immolantur, et quod initiis pacis foedus quum feritur, porcus occiditur, et quod nuptiarum initio antiqui reges ac sublimes viri in Hetruria in coniunctione nuptiali nova nupta et novus maritus primum porcum[d] immolant. Prisci quoque Latini, et[e] etiam Graeci in Italia idem factitasse videntur. Nam et nostrae mulieres, maxime nutrices, naturam, qua[f] foeminae sunt, in virginibus appellant porcum,[g] et Graecae[h] *χοῖρον*,[i] significantes esse dignum insigni[k] nuptiarum. Suillum pe-

pro aspiratione poni apud antiquos solet.) (x) *Θύτης* a. V. qui *thysus* dedit. *Θύς is dictus* P. 2. *Θύτης ab illo verbo dictus quod dicitur* Br. (y) *dicitur* a. V. (z) *Θήειν* Iuot. *Θυεῖν* Iens. (a) *A suillo* Br. (b) *pecore et genere* I. B. Br. R. *gen. pecore* P. *pecoris genere* Ald. (c) *Ceris* P. (d) *portum* Herv. (e) *et* om. I. B. Br. Iunt. (f) *quam* P. (g) *porcam* A. Iunt-G. (h) *Graeci* a. V. (i) *echoeron* P. (k) *insigne* I. B. Br. R. *in signum* A. Ba. G. (l) *pecu*

subare tribuit Plinius; atque ita Apuleius Apolog. p. 438: *feminae subent, mares suriant*. Nonius *catulire, surire vel libidinari*. De femina *subare* dixit etiam Horatius Epodon XII, 11.

Genere pecoris) Vocabulum *pecoris* ut glossema deleri voluit Vrsinus. Ceterum Varro L. L. IV, p. 28 initium ab hoc pecore factum etiam carnis edendae arguere videtur. En tibi verba: *Hinc* (ab oleribus) *ad pecudis carnem perventum est. Suilla sic ab illis generibus cognominata. Hanc primo assam, secundo elixam, tertio e iure uti coepisse natura docet.* Scilicet sacrificium, sue factum, occasionem praebuit suillae primum assae comedendae. Assam primum homines in sacrificio degustasse tradit etiam Athenio comicus apud Athenaeum XIV, p. 660. — Lectionem Edd. pr. *pecore et genere* Pontedera in Curis post. restitui voluit, interpretatione abstinuit.

Foedus quum feritur) Laudavit Vrsinus Virgilianum: *caesa iungebant foedera porca.*

In coniunctione nuptiali) Haec verba ut spuria deleri maluit Vrsinus.

Nuptiarum) Veneri sacrificatam fuisse etiam in Graecia *suem*, refert Athenaeus III, p. 96, ubi vide notas Casauboni. Matri deae incientem scrofam immolari solitam fuisse, refert Arnobius; et Festus *confoetam suem* dici tradit, quae cum omni fetu adhibetur ad sacrificium. Talis fuit illa, quam Aeneas cum triginta porcis mactavit. Eodem sensu immolari dicuntur ambegni boves et verveces.

Graecae χοῖρον) Plurimis in locis Aristophanes ita dixit *χοῖρον*, ut docent Indices eius poëtae. *Porcam* Catonis cap. 157, 16, huc trahit Scaliger.

cus[l] donatum ab natura dicunt[m] ad epulandum. Itaque iis animam datam[n] esse proinde[o] ac salem, quae servaret carnem. E queis succidias Galli optimas et maximas facere consueverunt.[p] Optimarum signum, quod etiam nunc[q] quotannis e Gallia apportantur Romam
11 pernae tomacinae,[r] et taniacae,[s] et petasiones. De

P. deinceps *a natura* Br. (m) *iis* add. P. (n) *datam pro salo, qui* a. V. (o) *pro in ac.* P. (p) *consuerunt* P. (q) *num quod annis Gal.* P. (r) *comatinae* P. (s) *taniactae* I. B. R. *canarae* P. *canatae* ex libro suo laudat Victorius.

— *et Graecia* in Codd. reperit Victorius, *et Graeciae* Politianus, unde *Graeciae* antique dictum pro *Graecae* suspicatur Pontedera in Curis post. ut *Galliae mulieres* in Fragmento libri IV Historiarum Sallustii.

Dignum insigni) Vrsinus malebat: *esse id insigne nuptiarum.*

Proinde ac salem) Clemens Stromat. II: δεδόσθαι γὰρ τῷ ζώῳ τῷδε ψυχὴν πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἢ ἕνεκα τοῦ τὰς σάρκας σφιγᾶν. Ad Chrysippum auctorem dictum refert Cicero de Finibus V, 13, Nat. Deor. II, 64. Ad Cleanthem Clemens Stromat. VII: p. 718. B. ἀνθ' ἁλῶν αὐτοὺς ἔχειν τὴν ψυχὴν, ἵνα μὴ σαπῇ τὰ κρέα. Vide etiam Plinium 8, s. 77, et Plutarchum Symp. Quaest. V, 10, quos laudavit Victorius et Gesner. Hinc Dio Orat. 8, p. 280, de pinguibus et ventricosis viris: οἶμαι γὰρ αὐτοὺς τῶν ὑῶν ἧττονα ψυχὴν ἔχειν. quae verba temere tentavit Reiske.

Tomacinae) Vulgarem lectionem *tomacinae* et *taniacae* ita emendabat G. Pelisserius apud Turnebum IV, 6, ut legeret *comacinae*, a parte Galliae Narbonensis Comacina Plinio III, 4, dicta; Turnebus tentabat: *et canatae*, mox tamen praeferebat *sequanicae*, quia de Sequanis Strabo: ὅθεν αἱ κάλλισται ταριχεῖαι τῶν ὑείων κρεῶν εἰς τὴν Ῥώμην κατακομίζονται. Idem in loco Plauti apud Festum in voce *Narcia* sic legi volebat: *Naricam bonam et sequanicam et Comacinas.* ubi vulgo est: *naricam bonam et canutam et tagnma quinas fartas conchas piscinarias.* Contra Scaliger vulgatam ita distinguit et emendat: *pernae, tomacinae et taeniacae.* Tomacinas interpretatur recte *tomacula*; unde Iuvenalis *candiduli divina tomacula porci.* Graeci vocant τόμους, τεμάχη. Taeniacas interpretatur offas oblongas, graece σχελίδας καὶ πλευρίδας, Gallis hodie *Longes.* Popma in tomacinis assentitur Scaligero, deinde *tanaecae* legit, et ex graeco τανaὸς longas offas interpretatur. Ita quum sapere plus videri vellet quam Scaliger, risum dedit. De tomacinis seu tomaculis nulla est dubitatio. Praeter locum Iuvenalis X, 355, alia vide in Gesneri Thesauro, et in Cangii Glossario sub voce *Toma.* De taniacis quid suspicer, lector statim videbit ex loco Isidori XX, 1, ubi est: *Taxea lardum est Gallice dictum. Vnde dicit Afranius: In prosa. Gallum saginatum pingui partum taxea.* ubi Interpres monet hinc fortasse Hispanicum *tocino*, carnem suillam salsam, et *tassaio* carnem salsam, ortum esse. Isidorus unde sua duxerit, nondum investi-

magnitudine Gallicarum succidiarum Cato scribit his verbis: in Italia in scrobes terna atque quaterna mil-

gavl; sed In voce *taxea* veram hulus loci scripturam latere suspicor. Video nunc Scaligerum ad Festum In voce *Penem*, ubi *offam penitam* Interpretatur *offam porcinam cum cauda*, afferre locum Arnobii VII, p. 229, *naenias offasque penitas*. altero In loco est: *quid tucceta? quid naeniae? quid offae?* Ibi igitur Scaliger emendat: *taeniae* et comparat Varronis *teniacas*. Alii, quos sequitur Gesner In Thes. L. L. inepte naenias interpretantur intestinum ieiunum. Possis etiam *lucanicae* legere; quas a patria dixerunt, ut Faliscos, seu ventres Faliscos porcinos. Nunc denique video, In loco Arnobii nihil esse praesidii, nam vulgares libri ex Scaligeri editione *taeniae*, princeps romana editio *naeniae* bis exhibet; et recte quidem quod addita interpretatio docet: *intestini est porrectio* (vel *prosectio*) *per quam proluvies editur, succis perexsiccata vitalibus*. Ita enim Festus: *Naeniae: quidam aiunt naeniae ductum nomen ab extremi intestini vocabulo*. Est igitur naenia intestini ieiuni prosectio, in farcimen composita.

Petasiones) Potius *petasones* esse debere cum diversitate pernae et petasonis, docui ad Catonis cap. 162.

Italia) Vulgatum *Italia in scrobes* Turnebus Advers. IV, 6, emendabat legendo: *Italia Insubres — millia succidias habere*. Scaliger malebat: *Insobreis — millia a vila Succi Duuvirei sus usque*. et *Italia Insubris* interpretatur: in Italiae agro insubrensi. Dixisse enim veteres *Insubros* et *Insubres*. Deinde verba *terna atque quaterna millia a vila* (i. e. villa) *Succi Duuviri* (i. e. Duumviri Mediolanensis), interpretatur gallice: *de trois à quatre miles à l' entour*. In Turnebi emendatione Scaliger reprehendit primum illud, quod In ea magnitudo succidiarum non appareat; deinde latine dici negat *millia succidias*. Scaligero successit Vrsinus emendans: *In Gallia verres terna — millia habent succidia. Sus vero usque adeo*. Memorat deinde emendationem alienam: *In Italia in Scrofae pernas quaternas milliaria succidia*; et ipse monet, niti eam falsa lectione libri III, cap. 4, ubi *apri milliarii* sunt. Popma cum Vrsino censet, Catonem haec de Gallia transalpina, in qua Sequani sint, non Cisalpina, ubi sint Insubres, referre; itaque legit: *Insalita in scrobes, terna atque quaterna millia, Gallia succidia habere. Sus. millia* interpretatur pondo, et *Gallia* pro Gallica. Pontedera vidit etiam, Catonem de Gallicis succidiis tradere voluisse, sed de emendatione huius loci desperat. Coniicit tamen legendum esse: *In Gallia Insubres terna aut quaterna millia lautia succidia habere. Sus usque* etc. Mihi vero *lautia* haec aeque displicent, quam Scaligeri *villa Succi Duumviri*. et Turnebum sequi malim. Cato *succidias humanas facere* dixit in oratione apud Gellium XIII, 24. Locus hic sumtus esse videtur ex Originibus. Ceterum magnitudinem numero declarari et pro copia poni, monet Pontedera. Pertinet huc locus Polybii II, c. 15, de Galliae Cisalpinae ubertate et quercetorum magnitudine: πλείστων γὰρ ὑικῶν ἱερείων κοπτομένων ἐν Ἰταλίᾳ διά τε τὰς εἰς τοὺς ἰδίους βίους καὶ τὰς εἰς τὰ στρατόπεδα παραθέσεις, τὴν ὁλοσχερεστάτην χορηγίαν ἐκ τούτων συμβαίνει τῶν πεδίων αὐτοῖς ὑπάρχειν. Haec ille pro-

lia aulia succidia. Vere sus usqueadeo pinguitudine crescere solet, ut se ipsa stans sustinere non possit, neque progredi usquam. Itaque eas[v] si quis quo traiicere vult,[x] in plostrum[y] imponit. In Hispania ulteriore in Lusitania[z] sus quum[a] esset occisus, Attilius Hispaniensis minime mendax, et multarum rerum peritus in doctrina, dicebat L. Volumnio Senatori missam esse[b] offulam cum duabus costis[c] quae[d] penderet III et XX pondo: eiusque suis a cute ad os pedem et III digitos[e] fuisse. Cui *ego*: non minus res admiranda, quum[f] mi[g] esset dicta, in Arcadia[h] scio me[i] esse spe-

(v) *si quis eas* Br. (x) *velit* ante Victorium. *volet* P. (y) *plastrum* P. (z) *ulteriore* repetit I. B. R. Br. (a) *cum sus esset* A. (b) *esse* omisit A. Iunt-G. *offullam* Br. (c) *coctis* P. (d) *quam* I. B. Br. R. (e) *digitos* om. I. B. Br. R. (f) *quam quae nunc est dicta* A. Iunt-G. (g) *mihi* I. B. Br. R. (h) *Archadia* Br. (i) *me* om. A. Iunt-G. (k) *spectatum* Br. *spectatam* A. Iunt-

didit anno V. C. 606. Polybii hunc classicum et antiquissimum locum, qui docet, iam illa aetate annonae militaris partem praecipuam fuisse porcinam carnem recentem et salitam, miror omissum a Godofredo, qui recentiorum temporum annonam militarem eiusque partem praecipuam, porcinam erudite tractavit ad Cod. Theodos. T. II, p. 293 seqq. ed. Ritteri.

Sus) Cresc. ita: *Sus usque adeo pinguedine crescere solet, ut se ipsa stans sustinere non possit neque progredi usquam. Nam in Hispania* etc. Plerique viri docti consentiunt, *vere* ex antecedentibus adhaesisse alieno loco; quod arguit etiam locus Crescentii, quem apposui; is enim media cum voce *vere* omisit. Editio antiqua mea Cresc. habet *seipse — nam in luxitania fertur.*

Hispania) Cresc. *nam in Lusitania fertur sus esse occisus, qui fuit inventus viginti tribus pondo, id est quingentis septuaginta quinque libris, eiusque suis a cute ad os pedem et tres digitos fuisse, lardum cum carne uno pede et tribus digitis grossum, ut ait Varro.* Credidit igitur Crescentius pondo continere libras 25, sed rectius antiqua mea Editio habet: *fuisse, id est, habuisse lardum* etc.

L. Volumnio) Quocum magnus fuit usus Ciceroni, quem vide ad Divers. VII, 32.

Offulam) De qua vide ad Catonis cap. 162.

Pedem et tres) Edd. primae omittunt *digitos*, et vetus Codex Vrsini, qui suspicatur, olim fuisse simpliciter positum signum quadrantis ⚌.

Esse spectatum) Crescent. *Addit Varro, etiam se in Arcadia vidisse suem, qui prae pinguedine non modo surgere non posset, sed etiam in eam murem nidum fecisse et peperisse mures.* Vrsinus in Codice reperit scriptum *scio isse spectatum*. vulgatam tamen excusat exemplo Plauti in Milite Glo-

ctatum[k] suem, quae prae pinguitudine carnis non modo surgere non posset, sed etiam[l] ut in eius corpore sorex exesa carne[m] nidum fecisset, et peperisset mures. Hoc etiam in vineta[n] factum accepi. Sus ad foe- 13
turam quae[o] sit foecunda, animadvertunt fere ex

G. (l) *etiam ut* om. I. B. Br. R. *et in* P. (m) *carne* om. Eaedem Edd. (n) *iuvenca* A. Iunt. G. Pol. 2. (o) *quam* A. Iunt. G. (p) Vulgo *sed eos*,

rioso. Scilicet Vrsinus sequitur lectionem *scio esse spectatum* omisso ioepto *me*. Ceterum ex Crescentio malit quis legere: *sed etiam in eius corpore soricem — fecisse — peperisse mures*. Antiqua mea editio Cresc. habet: *Archadia spectatum suem, qui in pinguedine* etc. Plinius 11, a. 85: *sues spirantes a muribus tradunt arrosas.*

Exesa carne) Iucundus primns *carne* addidit, ineptum vocabulum. *Adipe* debebat; et nisi fallor ex h. l. habet Priscianns p. 657, ed. Putsch. *Varro in II rerum rusticarum adipes illa pro adeps.* quem locum nondum se reperisse fatetur Gesner in Thes. L. L. sub voce *adeps*. Igitur olim fuisse videtur h. l. *exesa adipe illa* scilicet sorex. Verum nunc suspicari incipio, Priscianum respexisse locum infra cap. XI, 7, *adipe suilla*.

Vineta) Hoc vulgato *iuvenca* ex libris suis substituit Victorius, ipsum tamen etiam vitiosum censens. Suspicatur igitur, latere iu eo *Venetiam*, in quo assentientem habuit Scaligerum. De iuvenca enim nimis est ineptum commentum. Popma verba haec ex margioe et anuotatione lectoris irrepsisse, nec de loco Vioeta porro quaerendum esse censet. Venetiam Livius et alii scriptores regionem eam vocant, quam Veneti incolebant. Servius ad Georg. I, 262: *Pleraque pars Venetiarum fluminibus abundans lintribus exercet omne commercium, ut Ravenna Altinum, ubi et venatio et aucupia et agrorum cultura lintribus exercetur.* Vide etiam Melam II, 4.

Sus ad foeturam) Cresc. *foecunditas scrophae perpenditur, quia in primo partu agit, non multum in reliquis mutat.* Sues ad apros saepe admittebant veteres rustici et hioc natos porcos hybridas vocabant, ut docui supra ad cap. 2, sect. 12. Addo nunc Vgutioni *cicurrin* dici *porcum natum ab apro sylvestri et domestica porca*, teste Cangio in Glossario Lat. Locum Eugenii Tolosani ita expressit Isidorus XII, 2: *in animalibus bigenera dicuntur, quae ex diversis nascuntur, ut mulus ex equa et asino, burdo ex equo et asina; hibridae ex apris et porcis, titirus ex ove et hirco, musino ex capra et ariete. Est autem dux gregis.* Servius ad Eclog. I: *Laconum lingua Tityrus dicitur aries maior, qui gregem anteire consuevit.* In loco Vgutionis infra ad sect. 21 ponendo Cangius edidit altero in loco *cincurris*. Sed ecce Festus: *Bigenera dicuntur animalia, ex diverso genere nata, ut leopardus ex leone et panthera; cicur sus ex apro et scropha domestica, mulus ex equa et asino.* ubi corrige *cicurris* ex Vgutione vel *cicurinus*, ut sunt Veturii Cicurini apud Varronem.

primo partu, quod non multum in reliquis mutat. In nutricatu quam porculationem appellant, binis mensibus porcos sinunt cum matribus. secundum ea[p] quum iam pasci possunt, secernunt. Porci qui nati[q] hieme, fiunt exiles propter frigora, et quod matres aspernantur, propter exiguitatem lactis, et[r] quod dentibus sauciantur[s] propterea mammae.[t] scrofa[v] in sua quaeque[x] hara[y] suos alat[z] oportet porcos, quia[a] alienos (non) aspernatur:[b] et ideo si conturbati sunt

cum P. *Secundo ea cum* cum libro Victorii. (q) *sunt* add. A. Iunt. G. (r) *et* om. I. B. Br. R. Iunt. (s) Interpungunt I. B. R. (t) *matrem scrofam sua* I. B. Br. R. *quaque* Br. (v) *scrofas* P. *scrofam* A. Iunt-G. (a) *quamque* A. Ba-G. (y) *hora* P. (z) *ut alat* A. Iunt-G. (a) Vulgo *quo*. I. B. Br. R. *quae*. A. Ba-G. *quoniam*. (b) Vulgo *non* deest, et post Victorium

In nutricatu) Cresc. *subulci binis mensibus porcos sinunt cum matribus, deinde quum iam pasci possunt, secernunt.*

Appellant) Sic emendabat Vrsinus ex coniectura, quam confirmavit Codex S. Reparat. Correctionem probant Pontedera et Schneider. Vulgo *appellabant*. T. — Sequens *secundum ea* ea scriptura *secundo ea* in Polit. Victorii, s. Reparat. et Vindob. reperta derivatum improbavit Pontedera, qui Codicum scripturam, ita mutatam: *secundo eat*, interpretabatur *sequendo eas* nempe matres. Sequentia ita constituit: *lactis: quod dentibus sauciantur. Praeterea scrofa in sua quaeque* et cet. ubi nihil aliud ex ingenio mutavit nisi vulgatum *propterea* Ceterum in Polit. libro esse *scrofa in* admonet, quod aliter annotatum est a Gesnero.

Secundum ea) Hoc voluerunt substitui vulgato *sed eos* Scaliger et Vrsinus, ex libro Polit. ubi *secundo ea* est scriptum. Confirmavit uterque emendationem verbis Florentini: ἐάσαντες ταῦτα μετὰ τῶν μητέρων δίμηνον, μετὰ ταῦτα χωρίζουσι. Addo nunc Crescentii auctoritatem, supra positam, qui *deinde* interpretatus est *secundum ea*.

Nati hieme) Cresc. *porci nati hieme fiunt exiles propter frigora, et quia matres aspernantur eos, propter exiguitatem lactis, quia ex hoc dentibus sauciantur ab eis earum mammae.* Geoponica: τὰ δὲ τικτόμενα διὰ χειμῶνος λειπόθηλα γίνεται, διὰ τὴν δυσκρασίαν τοῦ ἀέρος καὶ τὸ μὴ μεταλαμβάνειν γάλακτος ἱκανῶς, τῶν μητέρων αὐτὰ διωθουμένων, διὰ τὸ τὰς θηλὰς σπανιζούσας γάλακτος βίᾳ θλιβομένας ὑπὸ τῶν ὀδόντων ἑλκοῦσθαι. Pontedera ex Crescentio malebat addi *eos* post aspernantur, ne sententia dubia esset. Vno verbo graece dicuntur hieme nati porci μετάχοιρα, et propter incommodum alimenti λειπογάλακτα apud Eustath. ad Odyss. p. 532, ed. Basil. λειπόθηλα a Florentino. Alio sensu μετάχοιρα dixit Aristoteles H. A. VI, 18, de Gener. II, 8, III, 4. Ceterum ad h. l. pertinere arbitror locum Plinii VIII, s. 77: *diebus decem circa brumam statim dentatos nasci Nigidius tradit* (porcos).

(*Non*) *aspernatur*) Vulgatam olim

in foetura, sit deterius. Natura[c] divisus earum[d] an- 14
nus bifariam,[e] quod bis parit in anno, quaternis men-

aspernantur editum est. (c) *Natura* om. I. B. Br. R. Cr. (d) *eorum* I. B. Br. R. *eius* H. St-D. *est eius* A. Iunt-G. (e) *bifaria* P. (f) *ab* I. B. Br.

quae alienos aspernatur corrupit Victorius reponendo *quo al. aspernantur.* Vitium vidit et corrigere conatus est Scaliger, legens: *quo alienos spernant,* i. e. separent. Ita enim Ennius in Hectoris lytris apud Nonium: *Melius est virtute ius. nam saepe virtutem mali nanciscuntur; ius atque aequum* (Codex Guelferb. *ecum* antique) *se a malis spernit procul.* Ipsum verbum *spernere* a Greco σπείρω, σπέρνω, ut a πείρω πέρνω derivat Scaliger. Sensum loci aperit Columella VII, 9: *curet maxime, ne quis sub nutrice aliena educetur, nam facillime porci, si evaserint haram, miscent se, et scrofa quum decubuit, aeque alieno ac suo praebet. Itaque porculatoris maximum officium est, ut unamquamque cum sua prole claudat.* Geoponica: καὶ ἑκάστην δὲ χοῖραν τίκτουσαν ἐν ἰδιάζοντι συφεῷ ἐμβλητέον, ὥστε μὴ μίγνυσθαι ἀλλήλοις τὰ παρὰ διαφόρων τικτόμενα — ἐὰν γὰρ ἀλλήλοις συναναμιγῇ, ἀδύνατον διαγνῶναι αὐτὰ τὰς τεκούσας. βέλτιον δὲ, εἰ ἑκάστη τρέφοι τοὺς ἰδίους. In correctione Scaligeri persona tertia ab hoc loco aliena est, et aliae sunt rationes, quae eam aspernantur. Rectius Vrsinus *quod matres non aspernantur.* Contra Pontedera Scaligeranae correctionis vestigiis insistens: *quo alieni spernantur.* quae quidem emendatio cum reliquis verbis aptius coit, vera tamen non est. Ita enim ratio non apparet eius sententiae, quae sequitur: *et ideo si conturbati sunt*, i. e. *si permixti sibi invicem porci sunt.* Itaque debet antecedere mentio facilitatis, qua scrofa alienos etiam foetus ad ubera admittit. Excidit negatio propter similitudinem extremi antecedentis *alienos.* Propterea Vrsini rationem ceteris praetuli.

In foetura) Foeturam Varro supra cap. I, s. 18, a conceptu ad partum vocari ait; praeterea foetura dicitur novus proventus, foetus ipse in lucem editus. Nutricatio foetus porcini dicitur porculatio. Igitur *in foetura* vitiose nunc legitur. Deinde vitium arguit sequens *sit deterius*, quod quo referatur, non apparet. Gesner interpretatur damnosum est. Verum ita non apparet, matri ne an porcis seu foeturae damnosum sit, si permisceantur porci. Primum mihi Glossa Festi *deteriae porcae, id est, macilentae* huc pertinere visa est, sed sententiam mutavi, postquam vidi detrimentum omne, quod inde est, capere foeturam. Itaque nunc malim *conturbati sunt, foetura it in deterius.* Ita supra sect. 8: *verris permanet, ut id recte facere possit, ad trimum, deinde it retro*, ubi Edd. primae *id retro.* Foetura autem in deterius it, quoniam lac matris foetui saturando et suo et alieno non sufficit.

Natura divisus) Crescent. *earum mammae. Divisus est earum annus bifariam, quia bis pariunt in anno, quaternis mensibus fert ventrem, binis nutrit.* Geoponica: τὴν δὲ μητέρα βιβάζουσιν, ὥστε τοῦ παντὸς ἔτους τὴν μὲν ὀκτάμηνον εἰς κύησιν αὐτῆς μερίζεσθαι, τὴν δὲ τετράμηνον εἰς ἐκτροφὴν γεννηθέντων. Cresc. editio antiqua recte *nutricat. nam facere* habet.

sibus fert ventrem, binis nutricat. Haram facere oportet circiter trium pedum altam, et latam amplius paulo, ea altitudine abs[f] terra,[g] ne,[h] dum exsilire velit[i] praegnans, abortet.[k] Altitudinis modus sit ut subulcus facile circumspicere[l] possit, ne qui[m] porcellus a matre opprimatur; et ut facile purgare[n] possit cubile, in haris ostium esse oportet, et limen inferius altum palmipedale, ne porci ex hara, quum mater prodit,[o]
16 transilire possint. Quotiescumque haras subulcus purgat, toties in singulas[p] arenam iniicere oportet, aut

R. (g) *terram* P. (h) *nedum* iunct. I. B. R. Herv. (i) *velis* Herv. (k) *abortiat* Herv. (l) *despicere* A. Iunt. G. (m) *nequis* a. V. (n) *purigare* P. 1. *purgari* P. 2. (o) *prodiit* I. B. R. Br. Deinceps *quotiensc.* — *totiens* Br. (p) *in singulas* addidi ex A. Ba- G. *singulas* solum inserit Iuntina. (q) *item*

Haram) Cresc. *Aram facere — dum velit exire — ne quis porcellus — facile praegnare possit cubile.* Gesner ex editione Lovaniensi laudavit *abbortiat.* Antiqua mea habet *abhortet.* Nonius posuit hunc Varronis locum: *Vinum, quod ibi natum sit in quodam loco, si praegnans biberit, fieri ut aboriatur.* ubi Nonius interpretatur *abortiat.* Arnobius III, p. 105: *habere conceptus aboriri, perferre.* In Plinio VIII, sect. 77, *facilitatem aboriendi* ex Codd. vulgatae *abortiendi* recte substituit Harduinus. Gellii locus XII, 1, de foetibus ipsis habet *aboriri.* Atque ita Papias: *aboriri, male nasci* interpretatur. Eandem igitur h. l. lectionem restituendam censeo; nam verbi *abortire* vel *abortari* auctoritatem nullam probatam equidem reperio.

Circumspicere) Rectius Edd. I. I- G. *despicere.* Nam Columella iubet custodem a superiore parte numerum recensere, et considerare, si quem mater porcum decumbens oppresserit. Is altitudinem quatuor pedum harae definit.

In haris ostium) Cresc. *in aris hostium — palmipedale, id est, uno pede et palmo, ne porcelli* (Ed. antiquae *porcellum*) *ex ara — transire possint.* Ceterum locum interpunxi, ut sententia postulabat. Vulgo pessime legitur; *opprimatur, et ut facile purgare possit cubile. In haris ostium esse oportet, et limen* etc. Ita vero non apparet, cui usui ostium apponatur. Nam altitudo harae nihil facit ad commoditatem purgandae, sed ostium.

Inferius altum) Vocem *altum* incluserat Gesner, quoniam ut superfluam damnaverat Vrsinus. Sed altitudo liminis necessario addi debebat; nam mensura edita latitudini etiam convenit, quae tamen hic non debet intelligi.

Quotiescumque) Cresc. *quotienscunque — totiens arenam mittere — humorem et quum peperit.* Vulgo in Varrone legebatur: *toties arenam iniicere.* Verba *in singulas* inserui ex Edd. antiquis, et deinceps verba post humorem addita, *in singulas iniicere debet*, omisi, quod fecit etiam Crescentius, etsi is etiam priori loco verba *in singulas* non habet.

quid aliud[q] quod exugat[r] humorem,[s] et quum pepererit,[t] largiore cibatu sustentare, quo facilius lac suppeditare possit. in quibus hordei circiter binas libras aqua madefactas dare solent, et[v] hoc quoque conduplicant, ut sit[x] mane et vesperi, si alia quae obiiciant non habuerint. Quum porci depulsi sunt a 16
mamma, a quibusdam delici[y] appellantur,[z] neque iam lactentes[a] dicuntur. qui a partu decimo die habentur puri, et[b] ab eo appellantur ab antiquis sacres, quod tum ad sacrificium[c] idonei dicuntur primum. Itaque apud Plautum in Menaechmis,[d] quum[e] insanum quem[f] putat, ut pietur in oppido Epidamno,[g] interrogat, Quanti hic porci sunt sacres? Si fundus 17
ministrat, dari solent vinacea,[h] ac scopii[i] ex uvis.

I. B. Br. R. Iunt. (r) *exsiccato humore* I. B. Br. R. (s) Vulgo inserta verba *in singulas iniicere debet*, a Gesnero inclusa, omisi cum A. Iunt- G. *in sing. haras* habent I. B. Br. R. (t) *peperit* Bas. (v) *quodque cond.* I. B. Br. R. *quod cum depublicant* P. (a) *fit* Iunt. (y) *deliti* P (z) *appellant* I. B. R. (a) *lactantes* a. V. (b) *et* addidi ex I. B. Br. R. (c) *sacrificia* a. V. (d) *Menaechinis* Br. *Menaechimis* P. (e) *cum* I. B. Br. R. (f) *qui* Eaed. (g) *Epidamdo* P. (h) *vinacia* a. V. (i) Vulgo *scopi*. P. *scopei*. *scuopei* Cr. Lov.

Sustentare) Cresc. *sustentet*.

Solent) Cresc. omissis quibusdam: *solent mane et vespere. Scrofae bis in die lactis causa bibant.* Ceterum *madefactus aqua* ea Columella debemus interpretari coctum hordeum. Ita madere pro coqui Virgilius aliique. Antiqua Cresc. editio *si alia — habuerint* rectius interponit.

Hoc quoque conduplicant) Ex lectione Polit. et S. Repar. *quodque condepublicant* Caesen. *quodque dum depublicant*, Vindob. *quodque quum depublicant* Pontedera in Curis post. probat verbum *depublicant* interpretatus diffundere, quum sit *publicare* longe et late spargere. Capite item VII, s. 5, de iuba equina expressum quod est typis *implicata in dexteriorem partem cervicis*, in Codd. S. Repar. et duobus Laurentianis (ut in Vindob.) scriptum esse *impublicata*, id est diffusa vel sparsa.

Quum porci) Cresc. *quum porci a mamma depulsi sunt, si fundus* etc. *Delici* videntur Conr. Gesnero H. Quadrup. p. 1020 dici ex graeco δελιχρὰ, τὰ ἡμίχοιρα. De vocabulo *delici* vide ad Caton. c. 2, s. 7.

Decimo die) Plinius VIII, c. 51: *suis foetum quinto die purum esse, pecoris octavo, bovis tricesimo.* ea quo loco Varronem corrigebat Harduinus. Plauti locum pleniorem, sed minus integrum habet Festus in vocabulo *Sacrem*, ubi vide Interpretes. Vrsinus ad h. l. malebat legi: *quum parasitum, insanum.*

Vinacea) Cresc. *dare solent vinaceae ac scropei ex uvis. A partu decem*

Amisso nomine lactentis,[s] dicuntur nefrendes, ab eo quod nondum fabam frendere possunt,[t] id est, frangere. Porcus[m] graecum est nomen antiquum, sed obscuratum, quod nunc eum vocant χοῖρον.[n] In eorum foetu[o] scrofae bis die ut bibant, curant, lactis causa. Parere tot[p] oportet[q] porcos, quot[r] mammas habeat.

scapi a. V. (k) *lactantis* a. V. (l) *possint* a. V. (m) *Porcus enim* a. V. (n) *choeron* P. (o) *potu* a. V. *petu* P. et Codex antiq. Vict. recentior *pecu*. unde effecit *foetu*. (p) *nunc* I. B. Br. R. (q) *oportere* P. (r) *quo* Br. (s)

diebus etc. *Scopi* sunt, quos Columella *scopiones* appellat; quibus dependent acina. Sed praetuli lectionem *scopei* Polit. cui similis Crescentii *scropei*. unde fiunt scopiones. In Catone c. 112, s. 3, *scopius* in margine Polit. libri mutatur in *scopionem*; alii libri habent ibidem *scapi*. Supra tamen I, 54, 2, *scopi* sine varietate leguntur.

Nefrendes) Recte interpretatur Varro. Martialis III, 47: *nondumque victa lacteum faba porcum*. ubi Heinsius Advers. III, p. 524 malebat *fresa*. qui recte comparat Varronis fragmentum: *Grunit tepido lacte satur mola mactatus porcus*. ubi Codex Palat. rectius *obgrunit*, scilicet mactandus porcus, habet, teste Gebhardo Antiq. Lect. II, c. 8. De faba fresa vide Indicem et Scaligerum ad Festi *fabam retrivam*. Serenus Samonicus: *copia farris uti frendentibus edita saxis*. Arietes etiam nefrendes dici, quod dentibus frendere nondum possint, adeoque ipsos infantes, annotat Festus in hac voce. Apud Fulgentium de prisco sermone est porcum castratum dici nefrendem, quasi sine renibus seu νεφροῖς. Inepte! Alia ratione porca biseta dicebatur olim autore Festo cuius a cervice setae bifariam dividuntur, quum iam esse incipit maior sex mensium. Idem Festus *dissulcus*, inquit, *porcus dicitur, quum iam in cervice setas dividit*. ubi Scaliger ex Glossario annotavit: *Bisaenus*, χοῖρος, ἑξαμηνιαῖος. ubi legd. *bisetus*. In eodem Glossario est: *disulcis*, χοῖρος διχαίτης. Vides igitur, quam diligenter animalium domesticorum aetatem veteres nominibus aptis distinxerint. Iubatas dorsi setas, post sextum aetatis mensem enatas, dividi, observaverant accurate! Hinc Claudianus de apro Erymanthio vers. 109: *horrebant trifidis nigrantia corpora setis*.

Id est frangere) haec spuria videntur Heinsio Advers. III, p. 524.

Graecum) Varro de L. L. IV, p. 25, 36, ed. Dordr. Quod Athenis in libris sacrorum scriptum est κάπρῳ καὶ πόρκῳ.

Foetu) Debetur Victorii emendationi. Ex lectione Codd. *petu* et *pecu* efficit Pontedera *fotu* vel *foetu*. Crescentius deinceps habet *in die* recte!

Parere tot) Cresc. *Varro ait, quod tot porcos parere potest, quot mammas habet; si minus pariat, esse portentum*. Liber Polit. habet *oportere*, quod non spreverim; ita enim statim sequitur *bis esse*. Huc pertinet annotatio Plinii XI, s. 95: *sues generosae duodenas mammas, vulgares binis minus*. Mammarum numerus etiam in canibus variatur, aliisque animalibus domesticis; sed ex natura ferarum non sequitur, ut numerum mammarum foe-

si minus pariat, fructuariam idoneam non esse. si plures pariat, esse portentum. In quo illud antiquis- 18
simum fuisse scribitur, quod sus Aeneae[s] Lavinii xxx porcos pepererit[t] albos. Itaque quod portenderit, factum xxx[v] annis, ut Lavinienses[x] condiderint[y] oppidum Albam.[z] Huius suis, ac porcorum etiam[a] nunc vestigia apparent Lavinii:[b] quod et simulacra eorum ahenea[c] etiam nunc in publico posita, et corpus matris ab sacerdotibus, quod in salsura fuerit, demonstratur.[d] Nutricari[e] octonos porcos parvulos primo 19
possunt: incremento facto, a peritis dimidia pars re-

lavini Aenae I. B. R. *Lavini Aeneae* Br. *Aenae lavini* A. Iunt. G. Pol. (t) *peperit* Br. A. Ba- G. (v) *trigesimum annum* I. B. Br. R. (x) *Lavinenses* Eaed. *Labinienses* R. (y) *conderent* A. Iunt- G. (z) *Alba* I. B. Br. R. (a) *etiam et nunc* Br. (b) *in omne, quod sim.* I. B. Br. R. *apparent. Iamne simul.* A. Iunt- G. Pol. 2. *iamne quod et simul.* P. 1. ex qua lectione correxit vulgatam Victor. (c) *ab Aenea* I. B. Br. R. *aenea* A. Iunt- G. (d) Signum interrog. add. A. Iunt- G. (e) Ita pro *nutricare* ex P. scripsi. (f) Victo-

tu expleant; plerumque enim pauciores pariunt, scilicet eae, quae in universum paucos pariunt. Colorem etiam album videntur Romani in foetura probasse; unde Iuvenalis VI, 176: *scrofa foecundior alba* nisi is ad fabulosam illam scrofam respexit, de qua noster mox refert, quamque albam fuisse tradunt ceteri scriptores.

Pepererit) Cresc. *peperit*. Vrsinus ad h. l. posuit locum Nonii: *Grundules Lares dicuntur Romae constituti ad honorem porcae, quae triginta pepererat*. Quod deinceps est in Edd. quibusdam *conderent*, postulat quidem vulgaris scribendi regula, sed eam num Varro ubique secutus fuerit, dubitari potest. De scrofa locus est Varronis L. L. IV, p. 35. Alium eius locum posuit Servius ad Aeneid. III, 392. Grundules lares nominat etiam Arnobius I, p. 45. Locum Cassii Heminae de iis posuit Diomedes I, de dubia Verborum positione p. 379.

Lavinii) Hoc nomen effecit Victorius ex lectione: *iamne quod et sim.* In altero libro erat: *iamne sim.* Pontedera malebat *Interamnae* hinc efficere; idem etiam videbatur Morgaguio, qui quidem in lectione Codicum non magis Lavinii quam Romae vestigia apparere ait. Quod equidem non censeo. Monet etiam Victorius, in *Iamne* facile potuisse L. depravari in I. Historia vetus de ipsa re fabulosa tacet: igitur lectio dubia manet.

Nutricare) Cresc. *nutricari octo porci parvuli possunt primo, incremento facto a porcis dimidia pars removeri, quia neque mater sufficienter potest lac praebere, neque generati roborari*. Vulgatam olim: *neque mater sola* emendavit Victorius, et vocem *sola* in libris scriptis deesse testatur Vrsinus. Nec

moveri solet, quod nec[f] mater potest sufferre lac, neque congenerati alescendo roborari. A partu decem diebus proximis non producunt ex haris matrem praeterquam potum. praeteritis decem diebus sinunt exire pastum in propinquum locum villae, ut crebro reditu lacte[g] alere possit[h] porcos. Quum creverunt,[i] cupiunt[k] sequi matrem[l] pastum: domique secernunt a matribus, ac seorsum pascunt, ut desiderium ferre possint parentis,[m] quod decem diebus assequuntur.

rius et deinceps caeterae *quod mater neque pot.* I. B. Br. R. *quod nec mater sola potest.* Ald. et ceterae *quod neque mater sola pot.* (g) *lacte* om. I. B. Br. R. inclusit Gesner. (h) *possint* Eaed. (i) *creverint* Eaed. (k) *cupiuntur* P. *capiuntur* Codd. Victorii. (l) *matrem, tum domi* A. Iunt-G. (m) *paren-*

habuit Cresc. a quo admonitus ordinem vulgatum *quod mater neque* mutavi.

Sufferre lac) Gesner malebat *sufficere;* atque hoc ipsum espressit Cresc. habet enim *sufficienter praebere.* Ita sufficere dixit Virgilius Georg. II, 423, 435; Iustinus 44, 1, 4; Gratius Cyneg. 145: *si quis vitium nociturus sufficit humor, ulceribus fluet, et venas durabit inertes.* ubi virgulta humore nosio turgentia scarificari iubet. Inepte nuperus Interpres interpretatur locum Helmstadiensis.

Praeterquam potum) Cresc. *nisi propter potum. elapsis decem — proximum locum villae, erebro reditu lacte alere possint porcos.* Scaliger et Vrsinus vocem *lacte* voluerunt deleri; igitur incluserat Gesner. Editio antiqua Cresc. *aut erebro.* Crebro reditu refertur ad propinquitatem pastionis; crebro enim redire ad porcos eosque alere potest lacte ex loco vicino.

Creverunt) Cresc. *creverint secuntur matrem ad pastum, denique secernunt — seorsum pascunt. Nutrices subulcus assuescere debet, ut omnia faciant ad bucinam.* Pro *capiunt* laudat Victorius ex libris scriptis *capiuntur.* Gesner ait in Polit. libris esse *cupiuntur*, nisi librarius aberravit. Turnebus Advers. VIII, 8 *capiuntur* praefert, interpretatus *expetunt;* Turnebum sequitur Fruterius T. V. Lamp. Critic. Grut. p. 35. Scaliger: naturali motu impelluntur. Neuter esemplum probum eius notionis attulit. Contra Pontedera *capiuntur* interpretatur *impediuntur*, eiusque significationis exempla quaedam posuit, ubi tamen infinitum tempus non sequitur. Miror Pontederam non admonuisse de varietate apud Crescentium. Supra fuit sect. 13: *binis mensibus porcos sinunt cum matribus; secundum ea, quum iam pasci possunt, secernunt.*

Seorsum pascunt) Vrsinus coniiciebat, *sero pascunt*, atque hine dictos putat serarios porcos Catonis cap. 150. Ita etiam ratio apparet, quomodo desiderium matris porcis tollatur, sero scilicet pastis, ut paulatim lactis obliviscantur. Sed omnia, quae sequuntur usque ad *subulcus*, omisit Crescentius.

Parentis) Hanc vocem, ut glossam additam *desiderio*, deleri voluit Vr-

Nutrices subulcus[n] debet consuefacere, omnia ut fa-
ciant ad bucinam.[o] Primo quum[p] incluserunt, quum
bucinatum[q] est, aperiunt, ut exire possint in eum
locum, ubi ordeum fusum sit[r] in longitudine. Sic enim
minus disperit,[s] quam[t] si in acervos positum,[v] et plu-
res facilius accedunt. Ideo ad bucinam[x] convenire
dicuntur, ut silvestri loco dispersi ne dispereant. Ca- 21
strantur verres commodissime anniculi, utique ne
minores, quam semestres:[y] quo facto nomen mu-
tant, atque e verribus dicuntur maiales. De sanitate

tis. Nutrices: quod I B. R. Br. et Codd. Victorii. (n) Vulgo *Subulcus debet.* (o) *buccinam* a. V. quocum facit Cresc. Lovan. (p) *eum iam* I. B. Br. R. (q) *buccinatum* a. V. (r) *sit* addidi ex I. B. Br. R. A. Ba-G. Cresc. nisi quod in Edd. his est *longitudine sit.* (s) *deperit* A. Ba-G. (t) *quamvis in* I. B. Br. R. *quam si id in* A. Ba-G. (v) *est* add. A. Ba-G. (x) Ita ex Codd. Vrsini et Cresc. scripsi pro *ad XII* vulgato. Hervag. *ad XXII* habet: *duodecim* P. et Ryck. *buccinam* edidit Popma. (y) *sexmestres* P. (z)

sinus. In libris scriptis Victorius additum reperit *nutrices*, ut habent etiam Edd. antiquae. Itaque suspicabatur, *nutricis* legendum esse, in quo assentientem sibi habuit Scaligerum. Pontedera ex lectione Crescentii supra posita suspicatur, verba *ut desiderium — assequuntur* in libris scriptis quibusdam non fuisse, sed postea ex alio addita. Recte etiam monet, *nutrices* esse ponendum ante *Subulcus*; quod feci. Nam prius matres assuefaciendae sunt buccinae, a quibus discent porci. I. Fr. Gronov. corrigebat: *possint parentis nutricum.* interpretatus *nutrices* ubera.

Fusum) Cresc. *effusum sit in longitudine — quam in acervos positum — faciliter accedunt ideoque ad buccinam convenire dicuntur, ne sylvestri loco dispersi pereant.*

Ideo ad buccinam) Vulgatam *ad XII* ipse adeo Gesner cum Vrsino et Pontedera damnavit, corrigere tamen non ausus. Idem malebat *docentur.* Sed vulgatam interpretari ita licet: ideo dixi, debere convocari buccina. Contra Pontedera *dicuntur* interpretatur *iubentur.* (At in Curis post. legit *discuntur*, et interpretatur *docentur.* Quem verbi usum equidem aliunde ignoro). Distinctionem post *dispersi* sustuli. De usu buccinae infra ad III, c. 13, s. 1, vide notam.

Commodissime) Cresc. *commode anniculi, minores — mutant et pro verribus.* Sed antiqua mea editio babet *et verribus.* Castrandi rationem geminam tradidit Columella VI, 26, et VII, 11. Verrium iuvenculorum castratorum testiculos, in cibo adhibitos, memorat Galenus III de Aliment. Facult.

Maiales) Isidori glossae: *Maialis porcus pinguis, quod Deae Maiae sacrificabatur, quasi Matri Mercurii.* Glossae: δέλφαξ, *porcellus maialis.* Aliae: *maialis*, τομίας, χοῖρος. Vgutio apud Cangium: *nefrendis dicitur por-*

suum unum modo exempli causa dicam. Porcis* lactentibus si scrofa[a] lac non potest suppeditare, triticum frictum dari[b] oportet (crudum enim solvit alvum), vel ordeum obiici ex aqua, quoad fiant tri-
22 mestres. De numero, in centum sues decem verres satis esse putant. quidam etiam hinc demunt. Greges maiorum[c] inaequabiles[d] habent. sed ego modicum puto centenarium. aliquot maiores faciunt, ita ut ter quinquagenos habeant.[e] porcorum gregem alii duplicant, alii etiam maiorem faciunt. minor grex, quam maior, minus sumptuosus, quod comites subulcus pauciores quaerit. Itaque gregis numerum pastor ab[f] sua utilitate constituit, non ut quot ver-

Porcos P. (a) *Scrofae* Hervag. A. (b) *dare* a. V. (c) Ita pro *maiores* ex P. scripsi. (d) *inaequales* I. B. Br. R. Herv. (e) *porcos in grege* deinceps A. Iunt-G. (f) *ad suam utilitatem* I. B. Br. R̂. *suam* etiam Polit. (g) *Haec hic* ad sequens caput retrahunt I. B. Br. R. Ald.

cus domesticus, carens testiculis: sic dictus, quia non frendet dentibus. Hic alio nomine dicitur maialis; quomodo cincurris dicitur natus ex apro sylvestri et domestica porca. Vtitur vocabulo Cicero in Pison. c. 9.

Crudum enim solvit alvum) Columella etiam II, 9, sect. 14, hordeum affirmat omnia animalia melius pascere quam triticum; idem in pascendis bobus VI, 3, paleas tritici hordeaceis postponit. Accedit auctoritas Theophrasti C. P. IV, 10, ubi multa animalia ait perire tritico pasta, addens: ἴδιον δ' ὅτι καὶ συμβαίνει τὰς κοιλίας ἐκπνευματοῦσθαι ἢ πᾶσιν ἢ τοῖς ἔχουσιν ἐχῖνον (ruminantibus) φυσῶδες γὰρ καὶ οὐκ εὐκατέργαστον ὁ πυρὸς ὠμὸς ὤν, ἔτι δὲ ἧττον προσφιλὲς τὸ ἄχυρον (paleae) μέγα δὲ καὶ τὸ ἀσύνηθες εἶναι.

Vnum modo) Cresc. *unum solum — lactantibus — suppeditare non potest, — dare oportet.*

Centum sues) Cresc. *trimestres: in centum scrophis — putantur.*

Greges maiorum) Ita dedi ex Polit. libro. Vulgo *maiores*. Pontedera malebat *maialium inaequales*, quasi seorsum voluerit pasci Varro scrophas cum verribus, deinde maiales, postea porcos. Sed ita numerus gregis scrophis non fuerit definitus. Varro enim id solum monet, quot verres in centum sues, si tot scrophis grex compositus sit, putentur; ipse quem numerum probet, nondum edidit. Sed statim deinde distinguit de numero gregis maiorum, quo nomine scrophae, verres et maiales comprehenduntur, et porcorum, quos iam antea dixerat seorsum pascendos. Iam olim Aristoteles monuit sues gregatim pro aetate pasci solere suapte natura.

Ab sua utilitate) Praefero lectionem Edd. principum; *ad suam utilitatem*. Etiam in Polit. libro est *ad suam*.

Non ut quot) Gesner malebat: *non ita vel non item.* Recte, puto.

res habeat: id enim a natura sumendum. Haec[f] hic.

V. At Q. Lucienus Senator, homo quamvis humanus, ac[a] iocosus, introiens, familiaris omnium nostrum,[b] *συνηπειρῶται*,[c] inquit, *χαίρετε*,[d] ct Varronem nostrum, inquit, *ποιμένα*[e] *λαῶν*. Scrofam enim manc salutavi. Quum alius eum salutasset, alius conviciatus esset, qui tam sero venisset ad constitutum, Videbo

Cap. V. (a) *et iocosi* Br. Ald. (b) *nostrorum* B. R. (c) *Sio epirotae* I. B. Br. R. *Sio epirotice* A, Iunt-G. *Sin συνιπ.* Pol. in suia libris Victor. reperit *sin epirotae*. unda correxit h. l. (d) *chareto* P. (e) *ποιμαίνα* Herv.

Cap. V. *Lucienus*) Graeca nomen hoc efferri Λουκιανόν, monuit Varro L. L. V, p. 44, ubi male legitur editum vulgo *Lucianus*, monente Scaligero.

Συνηπειρῶται) Victorius h. l. emendavit, reperta in vetere Codice lectione *sin epirotae*.

Et Varronem) Structuram verborum insolitam aposiopesi salutatoria defendebat Gesnerus, qui figurae eius exemplum aliud utinam commemorasset. Debebat etiam docere, cur Varro solus excipiatur et privatim salutetur. Contra ad dialogi et dramatis formam apposite Brenckmann in Epistola ad Schoettgen edita in Observ. Miscell. Belgicis VI, p. 579 emendabat *en Varronem nostrum, inquit.* Scilicet ingrediens Lucienus primum omnes una allocutus salutat. Interim dum illi resalutant, se collegisse videtur, et omnes aut plerosque agnovisse; quumque inter ipsos Varronem quoque videret, hunc, ut primarium et praecipuum, ante omnes alios alloqui voluit. Itaque ad eum accedens, quum propius adstaret Scrofa, quem praeterire debebat forte, ne praetereundo tacitus offenderet, familiariter eum respexisse videtur, et velut pro excusatione in transitu allegare, se illum iam mane vidisse et salutasse.

Videbo iam vos) Statim adero et satisfaciam vobis. Sed dubitatur de significatione vocabuli *balatrones*. Professionis fuisse alicuius vocabulum, apparet ex Horatio I, Serm. 2, 2: *Mendici, mimae, balatrones, hoc genus omne*. Vopiscus in Carino: *mimis et balatronibus deputarent*. Nec esse convicium aut probrosum vocabulum natura sua, colligo ex Horatii loco Serm. II, 8, 21, ubi Maecenas secum ad coenam adducit Servilium Balatronem. Qui Servilius sive id familiare id nomen habuit, seu a professione, ut videtur scenica et theatrica aliqua habuit, ut videtur, satis demonstrat vocabulum ipsum natura sua non fuisse inhonestum. Verum deinceps quum genus hominum theatro et scenae familiare omne in despectum publicum venisset, universe homines nugatorii dicti fuerunt balatrones; quocum Scaliger et Turnebus Gallicum *belitre* comparant, nescio quam recte. Quaeritur iam, quo respiciens Lucienus amicos suos balatrones appellaverit? Brenckmann l. c. probat etymologiam eam, quam vetus Horatii interpres affert, sed ipse damnat, ubi a balatu deducitur balatro. Brenckmann contra ex balatu et latratu simul compositum vocabu-

iam vos, inquit, balatrones,[f] et huc[g] afferam meum corium et flagra. Tu vero, Murri,[h] veni mi[i] advocatus, dum asses solvo Palilibus,[k] si postea a me repetant,
2 ut testimonium perhibere possis. Atticus[l] Murrio,[m] Narra[n] isti, inquit, eadem, qui sermones[o] sint habiti, et quid reliqui sit, ut ad partes paratus veniat: nos interea secundum actum de maioribus adtexamus. In quo quidem, inquit[p] Vaccius,[q] meae partes, quoniam boves ibi. Quare dicam, de bubulo[r] pecore, quam acceperim scientiam: ut si quis quid ignorat, discat;[s] si quis scit, nuncubi[t] labar observet. Vide[v] quid
3 agas, *inquam*,[x] Vacci.[y] Nam bos in pecuaria maxima debet esse auctoritate: praesertim in Italia, quae a

(f) *balathrones* I. B. Br. R. I. I. Ba. (g) *hoc* Ienss. Br. (h) *Muri* a. V. (i) *mihi* a. V. (k) *Palibus* I. B. R. Br. (l) *Vaccius* aut *Vactius* I. I-G. A. (m) *Murio* a. V. praeter Ba. quae *Murius*. (n) *Narrasti* iunct. I. B. Br. R. Pontedera ex Velio Longo admonet Varroni hic et alibi *narare*, unde ait *gnarus* et *ignarus* esse restituendum velut proprium. (o) *sermonis* P. (p) *inquit Vaccius* desunt I. I-G. A. (q) *Vactius* I. B. R. Br. (r) *bubulco* I. B. R. Br. (s) *a me discat* I. B. R. Br. (t) *ubi nunc* A. I. I-G. Vulgo *nunc ubi*. Vide III, 2, 4, monente Vrsino. (v) *Menas. Vide* I. I-G. Ald.

lum auspicatur, et Lucienum convicantes sibi amicos hinc balatrones appellasse iocose, vocabulo scilicet quasi rustico, et rei, de qua sermo inter eos erat, apto. Scio equidem, Varronem etymologias, etiam ineptissimas, amare et frequentare; sed hoc in loco nimis rusticum mihi videbatur convicium balatro, si vocabulum derivetur a balatu et latratu. Praeterea loca Horatii demonstrant, fuisse id vocabulum olim professionis alicuius scenicae; quam si accuratius definire liceret, causa liquidius posset explicari, cur conviciantes sibi amicos Lucienus appellet balatrones.

Solvo Palilibus) Palilibus, quae sunt pastorum feriae, hos de pecuaria re sermones fuisse habitos, ut sementivis feriis reliquos de agricultura, suspicatur Vrsinus, vocem tamen *Palilibus* additam putat ab eo, qui voluerit indicare, qui dies is esset, quo asses solverentur. Equidem iocose haec omnia dici et agi puto. Lucienus, qui sero advenit, convicia amicorum ita excipit, ut paratum se esse dicat solvere multam et deinde singulis adeo de corio suo satisfacere. Sed cui multa deponitur? Pali, pastorum deae, puto, et ex Pali puto factum ineptum Palilibus, quibus scilicet diebus festis hi sermones habiti videntur. *Palem* genere masculino dixisse Varronem, monet Servius ad Georg. III, 1.

bubus nomen habere sit[x] existimata. Graecia enim antiqua (ut scribit Timaeus) tauros vocabant[a] ἰταλούς,[b] a quorum multitudine, et pulchritudine, et[c] foetu vitulorum, Italiam dixerunt. Alii scripserunt,[d] quod e Sicilia Hercules persecutus[e] sit eo nobilem taurum, qui[f] diceretur Italus. Hic socius hominum in rustico 4
opere, et Cereris[g] minister. Ab hoc antiqui manus ita abstineri[h] voluerunt, ut capite sanxerint, si quis occidisset. qua in re testis Attice,[i] testis Peloponnesos.[k] Nam ab hoc pecore Athenis Buzuges[l] nobilitatus, Argis[m] ὀνόγυρος.[n] Novi, *inquit ille*,[o] maiestatem boum,

(x) *inquit* Basil. (y) *Vacti* I. B. R. Ba. G. Br. Aldin. (z) *sic* P. (a) *vocabat* a. V. (b) *italos* I. B. R. Br. (c) *a fetu* I. B. R. Br. (d) *scripserunt* deest I. B. R. Br. (e) *prosecutus* I. B. R. Br. (f) Ita pro *ut* scripsit Gesn. ex A. Iunt-G. (g) *Caereris* Ienss. Ba. *Caeteris* B. R. (h) *abstinere* I. B. R. Br. (i) *Attica* I. I-G. (k) *Peloponnesus* I. I-G. A. (l) *Byzezer* sive *Buzezes* Ienss. Br. *Byzeser* B. R. (m) *Agris* I. B. Br. R. P. 4. (n) *homogiros* I. B. R. Br. *homogyros* (c. *homorygos*) P. 4 et 2 it. Ryck. (o) *dinae* Ienss.

Vitulorum) Scilicet a vitulis, graece ἰταλοὶ, Italiam dictam fuisse, volebat Piso supra c. I, 9.

Hercules) Vestigium fabulae reperio in Fragmento Catonis Originum: *Etsi Graeci de more quidam a bobus Herculis, vel quod optimos gignat Italia, ut ait Hellanicus, aut a vitulo egresso, ut Herodotus, vel quidam Graeci boves vocant* Ἰταλοὺς, *ut fabulatur Timaeus.*

Et Cereris minister) Haec esse lacunosa, mox ex Columella docebo.

Capite) En tibi exemplum romanae severitatis! Plinius 8, s. 45: *Damnatus a populo romano die dicta, qui concubino procaci rure omasum edisse, se negante, occiderat bovem, actusque in exsilium tanquam colono suo interemto!* Idem narrat Valerius Maximus VIII, sect. 8.

Attice) De condemnata securi festo Buphoniorum die publice, qua olim bos fuerat occisus contra legem, laudant Interpretes Pausaniam Attic. c. 24, et Interpretes ad Plin. 8, s. 45.

Buzyges) Boves aratro primus iunxisse dicebatur. Vide Plinium 7, 56. Suidam et Hesychium in hoc nomine. Ipsum Triptolemum Buzygem dictum fuisse, tradit Servius ad Georgica I, 19. Suidas Buzygi heroi nomen ait fuisse Epimenidis. Scholia Aristidis, T. II, p. 130: Βουζύγαι καλοῦνται οἱ τὰς ἱεράς βοῦς ἐν Ἐλευσῖνι ἀροτριούσας τρέφοντες. ἐκ τούτων δὲ Περικλῆς κατήγετο. τὸ δὲ γένος τούτων ἦν ἱερόν. Hinc Eupolis de Pericle: ὁ Βουζύγης ἄριστος ἀλιτήριος,

Ονόγυρος) Interpretes tacent. In Attica Ανάγυρον heroem, a quo demus aliquis nomen habuit, memorant Scholia Aristoph. ad Lysistr. vers. 67. Sed quum considero locum

et[p] ab his dici pleraque magna, ut βούσυκον,[q] βούπαιδα,[r] βούλιμον, βοῶπιν. uvam[s] quoque bumammam.[t] praeterea scio hunc esse, in quem potissimum Iuppiter se convertit, quum exportavit[v] per mare e Phoenice[x] amans Europam; hunc esse, qui filios Neptuni e[y] Menalippa servarit, ne in stabulo infantes grex boum obtereret. denique ex hoc putrefacto nasci dulcissimas apes mellis matres, a quo eas Graeci βουγόνας[z] appellant, et hinc[a] Plautium[b] locutum esse Latine, quum[c] Hirrium[d] praetorem renunciatum Ro-

Br. *inqu divae* Pol. 1. *inquidine* ex libris suis Victor. laudat. qui h. l. correxit. *divinae* B. R. *Menas* I. I-G. A. (p) *et* om. I. B. R. Br. (q) *bysycon* Pol. 1. *busicon* I. B. Br. R. Pol. 2. βούσυκον Herv. (r) *bupaeda* P. 1. abest P. 2. βούπιννα I. B. R. Br. βούπαινα I. I-G. A. (s) *Vnam* I. B. R. Br. (t) *Bummam* B. R. *humaniam* le. Br. (v) *Se prostravit* I. B. R. Br. (x) *foenice* I. B. R. (y) *a* I. I-G. Br. Ald. (z) βούγονας Zwing. *bugones* Br. (a) *hunc* P. (b) *Plancium* Hervag. (c) *Quam* P. (d) *Hirtium* a. V. (e) *habe-*

Columellae Praef. libri VI, sect. 7 ex hoc nostro ductum, vitium et lacunam deprehendo. Ita vero ille: *mas et femina boves aratro terminum signaverunt, velut pecus: quod item Atticis Athenis Cereris et Triptolemi fertur minister: quod inter sidera particeps coeli, quod deinde laboriosissimus adhuc hominis socius in agricultura, cuius tanta fuit apud antiquos veneratio, ut tam capital esset bovem necuisse quam civem.* Qui quidem locus et ipse in verbis *velut pecus* mire vitiosus et lacunosus est. Sed vel sic apparet inde, hunc Varronis locum olim diverso ordine et integriorem lectum fuisse a Columella, ita fere: *qui diceretur Italus Qua in re testis Attice, testis Peloponnesus. Nam ab hoc pecore Atticis Athenis Buzyges, Cereris et Triptolemi minister nobilitatus, Argis Onogyrus. Hic socius hominum in rustico opere; ab hoc antiqui — occidisset, Novi, inquit ille.* De Argivo Onogyro nihil mihi aliunde constat; suspicor tamen, huc pertinere, quod Argivae Iunonis sacerdos ad aedem Iunonis iunctis bobus ire solebat, teste Servio ad Georgica III, 532.

Βούσυκον) Festus in *Bulimam. Hinc est quod grandes pueros bupaedas appellant et mariscam ficum busycon.*

Bumammam) Columella III, 2, 1 maluit graece bumaston dicere.

Menalippa) Vide argumentum tragoediae Euripideae inter fragmenta et Interpretes ad Hygini Fab. 186.

Dulcissimas) Recte Vrsinus aut *apes* deleri aut *dulcissimi* legi voluit.

Βουγόνας) Scaliger negat graece βουγόνας dictas fuisse apes, sed βουγενεῖς plures dixere poëtae. In Geoponicis libri XV capitis secundi titulus habet: περὶ μελισσῶν καὶ πῶς ἂν ἐκ βοὸς γένοιτο ὃ καλεῖται βουγόνη. ubi interpres legit γένοιντο. Habes igitur exemplum vocabuli, ea notione dicti, quam h. l. postulat, nisi forte

mam in Senatum scriptum habere.[e] Sed bono animo
es, non minus satisfaciam tibi, quam qui Bugoniam[f]
scripsit.[g] Primum in bubulo genere aetatis gradus 6
dicuntur quatuor. Prima vitulorum, secunda iuvencorum, tertia boum[h] novellorum, quarta vetulorum. Discernuntnr in prima vitulus et vitula; in secunda iuvencus et iuvenca; in tertia et quarta, taurus et vacca. Quae sterilis est vacca, taura appellata;[i] quae praegnans, horda. ab eo in fastis dies hordicalia no-

mus P. (f) *bugonem* P. 2. (g) *scribit* I. I-G. Ald. (h) *bovum* P. (i) *appel-*

de auctoritate tituli istius dubitare liceat; nam sect. 44 ibidem legitur αἱ βουγονεῖς. ubi vide Niclas disputantem etiam de hoc Varronis loco.

Scriptum habere) Historiam ignoramus; igitur de lectione huius loci restituenda vera desperavit Scaliger, irridens Turnebum VIII, 8 qui corrigebat: *in Senatu scriptum averes.* Popma vocabulum *Romam* delebat, M. Plautinm Silvanum interpretatus, cuius legi de iudiciis, cum senatoribus communicandis, obstrigilasse putabat Hirrium Praetorem. Huic Plautium minanti respondentem facit Popma verbis his: *Sed bono animo es* etc. — Pontedera probat *scriptum habemus* ex Polit. duobus Codd. Florent. Caesen. et Vindob. Interpretationem non addidit, nisi verba: occultare, vel quid item scriptum in Senatum romanum. Scilicet *Romanum* legit pro *Romam.*

Bugoniam) Salmasius ad Solinum p. 603 Eumelo tribuebat βουγονίαν, eamque cum Scaligero ad Eusebium interpretabatur opus de apibus. Sed deinde in notis ad Chronicon Hieronymi, editis ab H. L. Schurtzfleisch cum Notitia Biblioth. Vinariens. n. 4250 recte negavit, Bugoniam significatione ea potuisse dici; itaque in Eusebio Eumeli Bugoniam mutabat in Theogoniam, quam Eumelum censet ex Hesiodo vertisse. Igitur Varronis loco nullum porro auxilium inde erit.

Vetulorum) Crescentius IX, 60: *aetatum gradus — vitularum — iumentorum, tertia boum, quarta.* Ex Lovau. Edit. Gesner laudavit: *primi vitulorum, secundi iumentorum.*

Taura) Festus: *tauras vaccas steriles appellabant, ait Verrius, quae non magis pariant, quam tauri, sed verosimilius fit ex graeco dictas, quia Graeci vaccas ταύρας appellant.* Copiose dicetur de taura ad Columellam VI, 22, 4. Servius ad Aeneid. II: *Quae sterilis autem est, taurea appellatur, unde ludi Taurei dicti.* Inepta etymologia peperit vocabulum *taurea* pro *taura.*

Hordicalia) In Libro de L. L. quinto noster: *Fordicidia*, inquit, *a fordis bubus. Bos forda quae fert in ventre.* Vnde sua derivavit Ovidius Fastor. IV, 634, et Festus in *Fordicidiis et Hordae.* Fasti diem feriis assignant XVII Kalendas Maias. De permutatione litterarum *f* et *h* antiqua laudavit Vrsinus locum Velii Longi de Orthographia, Gesner Quinctilia-

7 minantur, quod tunc* hordae boves immolantur. Qui gregem armentorum emere vult, observare debet primum, ut sint hae pecudes[l] aetate[m] potius ad fructus[n] ferendos integrae, quam iam expartae;[o] ut sint bene compositae,[p] ut integris membris,[q] oblongae,[r] amplae, nigrantibus cornibus, latis frontibus, ocu-

latur a. V. (k) *tum* P. (l) *ut sint vaccae* Cresc. (m) *aetatis potius integrae* Cr. (n) *fructos* P. (o) *expertae* omnes praeter Polit. *Ex parte* in libris suis reperit Victor. *exactae* Codex Vrsini. Correxit Gesner. *Expartes* pro *expertes* malebat Pontedera. *Imperfectae* Cresc. editiones tres. (p) *compositae ut omnia membra sint grossa invicem sibi respondeant*, altissima *forma corporum* (*longi* addit antiqua mea) *uteri capacis, lata fronte, oculis nigris et grandibus, pulchris cornibus et praecipue nigris pilosis auribus comp. malis* Cr. (q) *pilosis* add. I. B. R. Br. et deinceps ante *auribus* omittunt. (r) *longae* Hervag.

num I, 4, 14, et Scaurum de Orthogr. p. 2283. Sabinorum sermoni permutatam literam *h* cum *f* adscripserunt veteres grammatici; sed ipsis Latinis antiquis tribuere mavult Foggini ad Fastos Verrii Flacci p. 72. In Curiis fuisse immolatas praegnantes boves, ait Varro l. c. Matri Deum sues praegnantes (incientes) immolabantur. Fordicidia diei 19 Aprilis assignant Fasti Verrii p. 55. Suffimine confecto ex cineribus vituli utero fordae bovis essecti lustrabatur populus cum urbe Palilibus, quae diei 21 Aprilis assignant Fasti Verriani p. 56. Vitulum istum fordicidiorum die cremabat Vestalium maxima; nec licebat die Paliliorum animatum quicquam immolare. Vide Foggini notam ad Fastos Verrii p. 56.

Nominantur) Vrsinus repertum in Codice vetere *nominatur* probat; unum enim fuisse diem festum hordicidiis assignatum.

Compositae) Vrsinus corrigebat: *compositis et integris membris*. propter locum Geopon. XVII, 2, ubi est εὐπαγεῖς σώμασι, περιμήκεις, εὐμεγέθεις.

Nigrantibus cornibus) De forma miror nihil addi, ut supra cap. 2, 4, in capris torta et prona ad rostrum probat. Columella in bobus probat: cornua procera nigrantia ac robusta. Palladius robusta ac sine curvaturae pravitate lunata. In tauris cornua breviora, in vaccis cornua venusta laevia et nigrantia annotavit Columella. Virgilius Georg. III, 50: *camuris hirtae sub cornibus aures*; ubi Servius: *curvis unde et camerae appellantur. — Camuri enim boum sunt, qui conversa introrsum cornua habent, quibus contrarii patuli, qui cornua diversa habent; laevi, quorum cornua terram spectant; his contrarii licini, qui cornua sursum reflexa habent.* Vocabulum *licinus* hodie non reperitur in libris veterum, sed *relicinam comam et frontem* dixit Apuleius in Floridis, et Glossa vetus Licinus ἀνάθριξ habet. Pro patulo ex Plauti Truculento *patalem bovem* interpretatur Festus, sed in *Propatulum* vocat *patulum*. Graeci πετάλους dixere. Vide Scaligerum ad Varronem L. L. p. 43, et ad Columellam VII, 3, s. 3, notam.

Oculis magnis) Geoponica μελανοφθάλμους καὶ μεγαλοφθάλμους.

lis magnis et nigris, pilosis[s] auribus, compressis malis, subsimi, ne[t] gibberi, sed spina leviter remissa, apertis naribus, labris subnigris,[v] cervicibus crassis[x] ac longis,[y] a collo palearibus[z] demissis, corpore amplo,[a] 8

(s) *pilosis* om. I. B. R. Br. (t) Ita I. B. R. Br. Vulgo *subsimisve gibberi* Basil. *sublimisve*. Ryck. *subsirrine* Ex coniectura Vrsini *sed* inserui. Post malis Cresc. pergit: *pallcariis maximis*, *apertis naribus*, *cervicibus grossis et longis*, *et collo latis* (*et humoris* addit antiqua mea) *cruribus nigris et parvis*, *cauda profusa usque ad calces*, *in inferiore parte fr. pil. subcrispis*, *rectis genibus*, *virgulis brevibus et paribus*, *corio ad factum non aspero* etc. Cresc. (v) *subagris* Pol. (x) *grassis* Pol. (y) *palea* P. 2. (z) *palear. dem.* omitt. I. B.

Subsimisve) Geopon. γνάθους συνεσταλμένας ἐχούσας, ἐνσίμους, μὴ κυρτὰς, ἀνεπτυγμένας τὰς ῥῖνας ἐχούσας. unde Vrsinus corrigebat h. l. *subsimae ne gibberae*, *sed spina*. Columella quidem habet *naribus resimis patulisque*, *dorso recto planoque et subsidente*, et sic etiam Palladius. Quam Vrsini coniecturam plane firmant libri scripti et Edd. primae, ubi est ea lectio quam restitui. Genus enim masculinum neminem morari debet; de vitulis enim nunc Varro loquitur feminis et castratis; de maribus postea. Sexus masculinus etiam in sequentibus redit. Subsimas malas nemo interpretabitur, sed ubique de facie adhibetur in animalibus vocabulum *simus*, hoc est de ea linea, quae a fronte per narem ad os ducitur. Igitur etiam Columella es h. l. uti videtur ducta iunxit verba *naribus resimis patulisque*. Gesneri igitur emendatio plane est absurda, qui quum in Geoponicis verba μὴ κυρτὰς ad nares traxisset, h. l. inde corrigere ausus est ita: *subsimis*, *ne gibberis*, *pinna leviter remissa apertis naribus*. pinnam narium septum interpretatus. Verum quis in naribus boum septum leviter remissum spectabit? Quis unquam boum nares gibberas aut vidit aut dixit? Aeque inepta est emendatio nuperi Geoponicorum interpretis pag. 1140, qui corrigebat: *subsimisve*, *gibberis spina leviter remissa*. Nam gibber ubi adest, supra spinam exstat, nec potest *spina gibberis* dici, sed recte *spinae gibber*. Graece gibber κύρτος vocatur, et gibberus κυρτός. Nec Pontederae rationem probare possum, qui corrigebat: *compressis malis*, *subsimis*, *apertis naribus*, *labris subnigris*, *gibberi spina leniter remissa*, *cervicibus crassis*. Nam Varro, ut Columella, Palladius et Geoponica, dorsum omnino planum aut subsidens potius (quod Varro leniter remissam spinam dixit): quam gibberum esse voluit. Melius procedit ratio viri docti *Dickson*, qui corrigebat: *subsimis apertis naribus*, *ne gibberi spina*, *sed* etc. Addo nunc locum nostri I, 20, 1: *amplis cornibus ac nigris potius quam aliter*, *ut sint lata fronte*, *naribus simis*, *lato pectore*, *crassis coxendicibus*.

A collo palearibus) Polit. habet: *a collo corpore dimisso bene costatos*. Ita etiam Edd. primae Pol. 2, habet *cervicibus crassis ac palea a collo corpore demissa*, *bene costatos*. In Curis sec. Ponted. lectionem libri Pol. hanc posuit: *a collo corpore apoleo demisso*. Cod. S. Reparatae *collo corpore demissa*. unde Pont. corrigebat *corpore apalo demisso palear* interpretatus,

bene[b] costatos,[c] latis humeris, bonis clunibus, codam[d] profusam usque ad calces ut habeant,[e] inferiorem partem frequentibus pilis subcrispam,[f] cruribus[g] potius minoribus,[h] rectis, genibus eminulis,[i] distantibus inter se,[k] pedibus non latis, neque ingredientibus qui displodantur,[l] nec cuius ungulae divaricent,[m] et cuius

R. Pol. Br. (a) *amplo* om. P. (b) *demisso bene* I. B. R. P. 1. *demissa bene* P. 2. (c) *costato* ante Victor. (d) *codam* P. *codam perfusam* I. B. R. Br. *coda perfusa* I. I-G. A. *cauda* tamen Basil. cum V. et Gesn. (e) *habeat inf.* I. I-G. Ald. (f) *suborispis* I. B. Br. *subcripsis* Bon. *subcrispis* etiam Cresc. *in inferiore parte* Cr. (g) *compactis crur.* I. I-G. Ald. (h) *brevioribus, quam longis, rectis* I. I-G. Ald. (i) *et enim* Ba-G. Ald. (k) *se* om. Pol. (l) *displudantur* Pol. *displodentur* I. B. R. Br. (m) *divarent* Polil.

quoniam sit corpus molle, quod sola cute constet. Crederem, olim *palea demissa* scriptum fuisse, si constaret in bove, ut in gallo paleam dictam fuisse, quae maluerunt deinceps palearia dicere. Cervicem longam et *torosam* probat cum Magone Columella.

Corpore amplo) *Pectore amplo*, εὐστέρνους Geopon. recte corrigit Pontedera, probante etiam Dickson II, p. 478. In Curis Sec. Pontedera in diversa discessit, ut antea monui.

Costatos) Gesner aut cum Edd. primis *costato* aut *costatae* scribi malebat. Graece est βαθυπλεύρους. *lateribus porrectis* dixit Columella.

Latis humeris) Columella *armis vastis*.

Bonis clunibus) Columellae *clunibus rotundis*.

Codam) Hanc librorum antiquorum scripturam ex Nonio etiam confirmat Pontedera; et miror, eum neglexisse, qui infra c. VII, 5, *codam* dederunt. Praeterea Vrsinus ex Codice praeferebat lectionem: *inferiore parte fr. pilis subcrispisve*. eoque ducit etiam lectio Edd. primarum. Colum. *caudis longissimis et setosis*. Geoponica: οὐρὰν προμήκη ψαύουσαν τῶν πτερνῶν πολύτριχα.

Cruribus) Vrsinus ex loco Columellae: *cruribus compactis et rectis, sed brevioribus potius quam longis*. malebat h. l. legere: *cruribus potius brevioribus quam longis rectis; genibus eminulis, dist.* etc. Confirmat emendationem loco Geopon. βραχίονας βραχεῖς, σκέλη ὀρθὰ στερεὰ, παχύτερα μᾶλλον ἢ μακρότερα, μὴ παρατριβόμενα πρὸς ἄλληλα· πόδας ἐν τῷ βαδίζειν μὴ πλατυνομένους ἄγαν, μηδὲ χηλὰς διεσταλμένας. Genua Columella negat esse debere *improba*; et recte Vrsinus distinctionem huius loci vulgatam corrigi iussit, quod feci approbante etiam Pontedera. *Rectis* enim pertinet ad *cruribus*, non ad *genibus*.

Displodantur) Displodantur, qui ad exteriora flectuntur. In canibus igitur laudat Varro *potius varis quam vatiis, pedibus magnis et altis, qui ingredienti ei displodantur*. Hinc plotus homo, qualis Plautus appellatus est, cuius pedes naturae vitio extrorsum vergunt. Quod in iis arte fit,

ungues sint leves[n] et pares, corium[o] attactu[p] non asperum ac durum, colore potissimum nigro, dein

(n) *lenes* I. B. R. Br. *virgulis brevibus et paribus* Cr. Voluit *ungulis* dare. (o) *torium* P. (p) *attractu* I. B. R. Br. *a tactu* P. *corio ad tactum non aspero neque duro, sed grosso, potissimum nigro, inde rubeo, tertio calvo* Cr. Basil.

qui chorum ducunt. Hinc Virgilius VI: *Pars pedibus plaudunt choreas.* Plauti similiter vocantur ranes, non propter aures, uti censebat Festus, flaccidas, sed ex pedibus displosis. Hinc etiam Statius: *vitreasque natatu plaudit aquas.* Nam qui natat, brachia displodit. Haec Pontedera in Curis sec. Ceterum hoc loco meretur annotari Hippocratis locus de Articulis p. 784, ubi admonet, bovem exeunte hieme maxime macilentum fieri propter arandi laborem gravissimum herbaeque novae brevitatem, ideoque facilius quam reliqua bruta coxendicem acetabulo emotam habere, atque omnino non admodum firmiter acetabulo haerentem gerere coxendicem; ideoque omnium quadrupedum maxime bovem εἰλίπουν esse, ut Homerus appellavit, id est, ut alibi Hippocrates, in Mochleutico et de Articulis ait, περιστροφάδην τοῦ σκέλεος ὁδοιπορεῖ, ὡς βόες. Nihilo tamen magis Columella memoravit in boum morbis coxendicum emotionem, quum armos convulsos in arando curare doceret. Hic igitur, quem Hippocrates docet, est sensus Homerici vocabuli εἰλίπους, in quo interpretando Grammatici nugantur. Pergit idem Hippocrates de labris boum: τοῖσι μὲν γὰρ ἄλλοις ἐστὶ λεπτὴ ἡ προβολὴ τοῦ χείλους, λεπτὴ δὲ ἡ ἄνω γνάθος, βοῒ δὲ παχεῖα μὲν ἡ προβολὴ τοῦ χείλους. παχεῖα δὲ καὶ ἀμβλεῖα ἡ ἄνω γνάθος· διὰ ταῦτα ὑποβάλλειν ὑπὸ τὰς βραχείας πόας οὐ δύναται· τὰ δὲ αὖ μώνυχα τῶν ζώων ἅτε ἀμφώδοντα ἐόντα δύναται μὲν σαρκάζειν (compressis labris vellere gramina et decerpere). δύναται δὲ ὑπὸ τὴν βραχεῖαν πόαν ὑποβάλλειν τοὺς ὀδόντας· καὶ ἥδεται τῇ οὕτως ἐχούσῃ πόῃ μᾶλλον, ἢ τῇ βαθείῃ· καὶ γὰρ τὸ ἐπίπαν ἀμείνων καὶ στερεωτέρη ἡ βραχεῖα πόη τῆς βαθείης, ὅτι καὶ πρὶν ἐκκαρπεῖν τὴν βαθεῖαν. Deinde cervices boum crassas et humerorum latitudinem ad iugum ferendum factas esse, monet Cicero N. D. II, 63: *Quid de bobus loquar? quorum ipsa terga declarant, non esse se ad onus accipiendum figurata: cervices autem natae ad iugum: tum vires humerorum et latitudines ad aratra extrahenda.* Quae, ex cuiuscumque demum physici observatione tradita, si vera sunt, confirmant Columellae doctrinam, qui boves melius cervicibus quam capite et cornibus adiungi iugo monet.

Divaricent) Mediceum *divarent* probabat Pontedera. *Varare* et *varationem* habent Scriptores agrimensores. Consiliis obvarare dixit Ennius apud Nonium.

Leves) Graece est τούς ὄνυχάς τε λείους καὶ ἴσους.

Attactu) Veterum librorum *attractu* praefert, et in Columella etiam *tractu corporis mollissimo* corrigit Pontedera, nimis argutus in hoc vocabulo. Graecum etiam Geoponicorum βύρσαν εὐαφῆ καὶ μὴ ἀπεξυλωμένην interpretatur corium, quod facile contrectatur.

robeo,[q] tertio helvo,[r] quarto albo. mollissimus enim
9 hic,[s] ut durissimus primus. De mediis duobus prior quam posterior melior;[t] utrique[v] pluris[x] quam nigri,

et antiqua mea. (q) Ita P. Vulgo *rubeo*. B. R. *rubro*. *deinde rubeo* Ald. (r) *thelus* P. 1. et 2. *gelvo* Cr. Lovan. (s) *hic est, primus durissimus* Cr. (t) *in eo prior* P. et Codex Victorii cum nota mendi. (v) *utque* P. 2. (x)

Robeo) Ita Pol. pro *rubeo*. Similiter in Columella VI, 1. Codices habent *robios* pro *rubros*. Scaliger ex antiqua inscriptione attulit *vitulo robio* et ex Servio *nitela mus agrestis robeus*. Festus: *Robum rubro colore, et quae ruto significari, ut bovem quoque rustici appellant*. Hinc in frumentis *robus* et *robigo* vocantur. Centum bobus fulvis P. Decium Murem donatum refert Plinius 22, s. 5, qui alibi ovem fulvam nominat.

Prior quam) Scilicet robeus. Ita Columella VI, 1, ex Magone probat boves colore robio vel fusco. Ita etiam Palladius Martio XI, 2. Sunt igitur fusci, qui Varroni *helvi*. Festus: *helvacea genus ornamenti Lydii dictum a colore boum, qui est inter rufum et album appellaturque helvus*. Male igitur Isidorus Orig. XIX, 28: *elbidum ab elbo colore — Elbum enim est medius color inter album et nigrum*. Florentinus Geopon. 18, 2: δοκιμάζουσι δὲ ἀρίστας τὰς τοῖς χρώμασι ξανθιζούσας καὶ τὰ σκέλη μέλανα ἐχούσας. Est ergo *robeus* ξανθίζων. De origine vocis ita sentio. Festus: *Helvela holera minuta*. et postea: *Helus et Helusa antiqui dicebant, quod nunc holus et holera*. ubi Scaliger ab Aeolico πέλφος niger fuscus pallidus derivat. Glossae veteres *helvola* λαχανάρια. Sed fallitur Festus, in cuius priora loco malim *genus condimenti Lydii*. Est species certa herbarum *helva, helvela et helvella* dicta. Docet locus Ciceronis ad Divers. VII, 26: *fungos helvellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius*. Idem docet locus Titinnii apud Nonium p. 240, ed. Merc. *lenti calido, elvella, rapula rumice*. ut recte, iam olim correxit Scaliger ad Festum pro *elvellae trapula romicae*. Hinc vites helvolae Columellae III, 2, quas alii varias dixerunt, nec purpureas nec nigras.

Melior) Codices addunt *in eo prior*, quam scripturam defendere et explicare ausus est Scaliger.

Vtrique) Pontedera legi plenius malebat *utrique ad laborem pluris*; annotato loco Plinii: *nigri coloris candidive ad laborem damnantur*. Ceterum verba *nigri et albi* varios seu maculosos significare, monet Gesner. Verum etiam Columella et reliqui scriptores geoponici robeos et helvos reliquis praeferunt; Geoponica graeca, robeum omnibus reliquis praeferunt, auctore scilicet Varrone, cuius sententia fiet manifestior, si mecum legas *utique pluris* etc. i. e. certe nigris et albis praestat. Itaque Gesneri interpretatio vana esset. Verum ita alia exsistit difficultas, cur demum Varro colore potissimum nigro legere iusserit? Cui occurrebat Vrsinus legendo: *colore potis. robeo dein nigro, tertio helvo*. Quae tamen correctio plane est contraria Varronis sententiae. Itaque statuere oportet, Varronem primum generatim colores ponere, quibus emendi boves spectari soleant, eo quidem ordine, ut ex nigro ad lucidiores descendat, deinde

et albi. Neque non praeterea, ut mares[y] seminis boni sint, quorum et forma est spectanda, et qui ex his orti sunt, ut[z] respondeant[a] ad parentum speciem; et praeterea[b] quibus regionibus nati sunt, refert. boni enim generis in Italia plerique Gallici ad opus: contra nugatorii[c] Ligustici. Transmarini Epirotici non solum meliores totius Graeciae, sed etiam[d] Italiae. tametsi quidam de Italicis, quos propter amplitudi-

plures P. (y) *maris* P. (z) *ut* om. I. B. Br. R. P. Ryck (a) *respondent* P. Ryck. Atque ita Cresc. IX, 60, *et qui ex his orti sunt respondent ad p. sp.* habet ex h. l. (b) *ex quibus reg. n. s. refert* Cr. (c) *nugatorii Ligusti* I. B. R. Br. *nugatori Ligusti* Codex vetus Victorii et Polit. *Ligusci* Codex Vrsini.

coloris notas singulas ad commoda agricolarum relatas iudicare. Vocabulum igitur *potissimum* non significat Varronis, approbantis hunc colorem nigrum, mentem, sed notat, summa esse genera quatuor colorum in bobus spectanda. Ceterum ordo et verborum et sententiarum rectius mihi videtur processurus esse, si legas mecum: *quarto albo. De mediis — melior; utique pluris — et albi. mollissimus enim hic ut durissimus primus.* Aliam viam ingressus est Dickson II, p. 479, qui verba prima *colore potiss. nigro* etc. ad iudicium de firmitate et mollitie corii, ex colore pendente, refert, reliqua vero ad iudicium vulgare, ubi nulla firmitatis corii vel mollitiae ratio habebatur.

Neque non) Vrsinus corrigit: *neque non ut mares boni seminis sint, filiorum est forma spectanda, quod qui ex his orti sunt respondent* etc. Comparat similem locum c. 4: *boni seminis sues animadvertuntur a facie et progenie et regione coeli.* Mihi quidem Vrsinus veram viam institisse videtur; malim tamen molliori oratione legi: *neque non ut mares b. s. sint, et qui ex his orti sunt, eorum forma est spectanda, si respondent ad parentum speciem.*

Et qui ex his) Crescentius post verba *durissimus primus* pergit: *Caeterum* (antiqua mea *ceteri*) *medii aetatis maximae triuiae* (antiqua *terniae*) *quia usque ad decennium foetus procedit, ex his utilior Tauri cognoscuntur his signis, ut sint alti atque vigentibus membris, aetatis mediae, et magis qui in iuventute minor est, quam qui declinant ad senium, parva facie, parvis cornibus, tortosa vastaque cervice, ventre substricto, et qui ex his orti sunt, respondent ad parentum speciem; ex quibus regionibus nati sunt refert.*

Refert) Damnat Vrsinus; equidem ad sententiam necessarium puto.

Nugatorii) Hanc lectionem alteri *iugatorii* recte iam praetulit Scaliger, Gallicos in Italia boves interpretatus Picenos et Circumpadanos. Liguriam parvis iumentis insignem noster ait III, 8, 3, et Columella III, 8, 3.

Epirotici) De quibus vide Plinium VIII, 45. Laus eorum antiqua, ut ad Aristotelem docebitur.

nem praestare dicunt, ad victimas faciunt,[e] atque ad deorum servant supplicia. qui sine dubio ad res divinas propter dignitatem amplitudinis et coloris praeponendi. quod eo magis fit, quod albi in Italia non tam[f] frequentes, quam[g] qui in Thracia[h] ad[i] μέλανα
11 κόλπον, ubi alio colore pauci. Eos quum emimus domitos, stipulamur, sic, Illosce boves sanos esse, noxisque praestari? quum emimus indomitos, sic: Illosce iuvencos sanos recte, deque pecore sano esse, noxisque praestari spondesne? Paulo verbosius haec,[k] qui Mamilii[l] actiones sequuntur.[m] Lanii, qui ad cultrum bovem emunt, et[n] qui ad altaria, hostiae sanitatem

Vulgo ante Gesnerum erat *iugatorii*. (d) *quam* addit Pol. (e) *faciunt* I. B. R. Ryck. Vulgo *farciunt*. Sed in Br. et sine dubio etiam in I. B. R. *ad* ante *victimas* deest. (f) *tam* om. a. Aldinam. (g) *quamquam in* P. (h) *Thratia* I. B. R. (i) ad μελ. κολ. om. a V. (k) *hoc* I. B. Br. R. (l) *Manilii* a. V. *Mamilii* V. (m) *sequuntur lanii* vulgatum correxit cum Scalig. Gesner. Sed iam Br. *sequuntur Lanii* habet. (n) *et* om. I. B. Br. R. (o)

Victimas faciunt) Nescio quomodo tot viri docti victimas fartas tolerare in h. l. potuerint. Equidem antiquam lectionem restitui. Gesnero haec non contemnenda videbatur, ideo quia *facere* verbum solenne sit pro sacrificare. Quae tamen notio ab hoc loco plane est aliena. Recte tamen idem memorat boves a Clitumno amne colorem album trahentes et in sacrificiis praelatos, de quibus Cerda ad Georgica II, 146. Forte aliquis *ad* deletum malit. Supra c. 1, 20: *boves altiles ad sacrificia publica saginati, dicuntur opimi*. Intelligit eosdem Mevanicos boves Columella III, 8, s. 3. Claudianus Epigr. lib. IV: *non tales Clitumne lavas in gurgite tauros, Tarpeio referunt quos pia vota Iovi*. Idem XXVIII, versu 506: *quin et Clitumni sacras victoribus undas, candida quae Latiis praebent armenta triumphis*.

Μέλανα κόλπον) Ubi se fluvius Melas in mare Aegaeum exonerat. Mela II, 2, 93. Plinius 4, 11. In Euboea similiter boves plerique omnes albi nascebantur, teste Aeliano H. A. XII, 36.

Mamilii) Vid. ad cap. 3, sect. 5.

Hostiae sanitatem) Atqui hostias integerrimas et sine vitio legisse constat; et multis docet Magius Miscell. IV, 4, cuius dubitationi ita occurrit Gesner, ut sanam hostiam ab integra distinguat; sanam enim oculis non agnosci, ut integram. At nec hoc remedio uti licebit propter locum Plutarchi Orac. Defect. p. 720, edit. Reiske, ubi de victimis, a sacerdotibus probatis: δοκιμάζουσι, τοῖς μὲν ταύροις ἄλφιτα, τοῖς δὲ κάπροις ἐρεβίνθους παρατιθέντες· τὸ γὰρ μὴ γευσάμενον ὑγιαίνειν οὐκ οἴονται, τὴν δὲ αἶγα διελέγχει τὸ ψυχρὸν ὕδωρ. Igitur

non solent[o] stipulari. Pascuntur armenta commodis-
sime in nemoribus, ubi virgulta, et frons multa:
hieme [quum hibernant] secundum mare, aestu
abiguntur[p] in montes frondosos. Propter foeturam 12
haec[q] servare[r] soleo. ante admissuram mensem[s] unum,
ne cibo et potione[t] se impleant, quod existimantur[v]
facilius macrae[x] concipere. contra, tauros duobus
mensibus ante admissuram herba et palea ac foeno
facio pleniores, et a foeminis secerno. Habeo tauros
totidem, quot Atticus, ad matrices LXX duo,[y] unum
anniculum, alterum bimum. Hoc[z] secundum astri
exortum facio, quod Graeci vocant λύραν,[a] fidem no-
stri. tum denique tauros in gregem redigo. Mas an 13
foemina sit concepta, significat descensu[b] taurus quum
iniit.[c] siquidem, si mas est, in dexteriorem partem
abit: si foemina, in sinisteriorem.[d] cur hoc fiat, vos
videritis, inquit[e] mihi, qui Aristotelem legitis. Non

solunt P. (p) *abiguntur* P. 2. (q) *hoc* I. B. Br. R. Cr. (r) *observare* A. Iunt-G. (s) *per mensem* Cr. (t) *cibo et potu se non impleant quia aestimantur* Cr. (v) *existimatur* I. B. R. Br. (x) *macram* I. B. R. Br. (y) *duos* ante Vict. *sexaginta vaccis duo tauri secundum Varronem* Cresc. sed etiam infra sect. 18. sunt *septuaginta matres*. (z) *Haec* P. (a) *lyram* I. B. R. Br. (b) *discensu* P. (c) *init, si quod* P. (d) *partem* add. I. B. R. Br. (e) *inquit mihi* deest I. I-G. A. *inquit: mihi* I. B. Br. R. Deinceps *Vaccae enim ante bimam aetatem eis taurus non debet admitti ut triennae pariant* Cresc. ubi anti-

credere Varroni quidem oportet, hostiae sanitatem a venditore non praestari solitam fuisse; sed sacerdotes argumentis quibusdam atque experimentis sanitatem hostiae ipsi explorabant.

Quum hibernant) Cum Scaligero et Vrsino damnata inclusit haec verba Gesner. — *Quum hibernant* ex Beroaldi Editione praefert Pontedera; Beroaldus quos auctores habuerit, non dixit.

Et potione) Haec verba abundare censet Vrsinus. In Geop. enim est XVII, 1: τὰς βοῦς πρὸ ἡμερῶν τριάκοντα τῆς ὀχείας οὐκ ἐατέον πληροῦσθαι· ὅσῳ γὰρ ἂν ἰσχνανθῶσι etc. Colum. VI, 24, 3, pabulum subtrahit vaccis.

Astri exortum) Is est III. Id. Maias Caesari et Columellae, aqua ad delphini vespertinum exortum dies 28 pertinent, monente Pontedera.

Mas an foemina) Ineptum commentum habent etiam Geoponica XVII, 6, et Columella VI, 24, simile in equarum mammis Hippiatrica p. 58.

minores oportet inire bimas, ut trimae pariant; eo melius si quadrimae. Pleraeque pariunt in decem[f] annos, quaedam etiam in[g] plures. Maxime idoneum tempus ad concipiendum a delphini[h] exortu usque
14 ad dies XL, aut paulo plus. quae enim ita conceperunt,[i] temperatissimo anni tempore pariunt. vaccae enim mensibus decem sunt praegnantes. De quibus admirandum scriptum inveni, exemptis testiculis, si statim admiseris taurum,[k] concipere. Eas pasci oportet in locis viridibus, et aquosis. Cavere oportet, ne aut angustius stent, aut feriantur, aut concurrant. Itaque[l] quod eas aestate tabani concitare solent, et bestiolae quaedam minutae sub cauda, ne[m] concitentur, aliqui solent includere septis. iis substerni

qua mea *triniae* habet. (f) *decimo anno* I. B. R. Br. (g) *in* abest I. B. Br. R. (h) *dulpini eam ortu* P. (i) *ut quae tunc concipiunt, temp. tempore anni pariant* Cresc. *conciperunt* P. *conceperint* I. I-G. (k) *taurum* ex Cod. Vrsini addidi. *statim concipere* I. B. R. Br. (l) *et quia* Cr. (m) *Alii ne concit* I. B. R. Br. omisso deinceps *aliqui*. Cresc. ita: *concitentur, includantur septis*.

Delphini) Plin. VIII, s. 70: *Coitus a delphini exortu, a. d. pridie Nonas Ianuarias diebus triginta aliquibus et autumno.* ubi Vrsinus malebat *Iunias* legi; contra Plinium errantem coarguere maluit Niclas ad Geoponica XVII, 5. Mense Iunio et Iulio admissuram fieri voluit etiam Columella VI, 24. Aristoteles, H. A. VI, 21, mense Thargelione et Scirrophorione. Delphini exortus matutinus est pridie nonas Ianuarii, vespertinus IV Idus Iunii. Vtrumque permutasse atque inde erroris occasionem habuisse putabat Niclas. Contra Pontedera Antiqq. p. 430. Caesari et Columellae delphinum emergere vesperi IV Id. Iunias, dierumque XL. intervallum finiri XIV Cal. Sextiles, postridie mane Canicula exoriente, monet in Plinio, qui Augusteum annum sequitur, legendum esse: *a. d. III Id. Iunias diebus XI.* videlicet usque in matutinum Fidiculae occasum ex a. d. prid. Id. Sextiles.

Taurum) Ex Codice Vrsini addidi vocem, quam sententia postulabat, monente etiam Scaligero. Locum Aristotelis H. A. IX, 50, et de Generat. I, 4, unde Varro haec transtulit, annotavit etiam Victorius. De Aristotelici loci prioris lectione dubia alibi dicam. Ceterum nil miri esse annotavit Pontedera; geniturам enim iam paratam seminalibus vesiculis fuisse contentam.

Minutae) Cresc. IX, 65, zentalos muscas et tabanos nominat; zentali sunt Italorum *zenzare* vel *zanzare*, Latinorum culices. Varro intelligit oestrum bovillum et haemorrhoidalem Linnaei, ova in naribus et ano boum deponentes. Tabanos antiquo

oportet frondem,[n] aliudve quid in cubilia, quo mol-
lius conquiescant.[o] Aestate ad aquam appellendum[p] 15
bis, hieme semel. Quum parere coeperunt,[q] secun-
dum[r] stabula pabulum servari oportet integrum, quod
egredientes[s] degustare possint: fastidiosae enim[t] fiunt.
Et providendum, quo recipiunt[v] se, ne[x] frigidus
locus sit. algor enim eas et famis macrescere[y] cogit.
In[z] alimoniis armenticium pecus sic[a] contuendum, 16
lactentes[b] cum matribus ne[c] cubent: obteruntur[d]
enim. ad[e] eas mane adigi oportet, et quum redierunt[f]
e pastu. Quum creverunt[g] vituli, levandae[h] matres
pabulo viridi obiiciendo in praesepiis. Item his, ut
fere in omnibus stabulis, lapides substernendi,[i] aut
quid item, ne ungulae putrescant. Ab aequinoctio
autumnali una[k] pascuntur cum matribus. Castrare non 17
oportet ante bimatum.[l] quod difficulter, si aliter fe-

(n) *frondes vel stramen aliudve in cubilia* Cresc. (o) *quiescant* Cr. (p) *Appellandum* P. Bon. *his appellandae sunt in die sed hieme* Cr. (q) *coeperint* ante Vict. et Cr. (r) *iuxta stabulum* Cr. (s) *regredientes* P. Cr. (t) *propter partum* addit Cresc. (v) *recipiant* Cr. (x) *frigidus locus ne* ante Vict. (y) *macescere* P. (z) *In alim. — contuendum* omitt. Cr. (a) *sit* Pol. (b) *lactantes* P. Cresc. Hervag. (c) *non* Cr. (d) *atteruntur* I. B. R. Br. (e) *et* I. B. R. Br. (f) *redierint* ante Vict. et Cresc. (g) *creverint* ante Vict. et Cr. (h) *sunt* addit Cr. Deinceps *et pabulum viride obiiciendum* Ald. (i) *sunt vel quid aliud* Cresc. (k) *enim una* I. B. R. Br. (l) *binum* I. B. R. Br. *bien-*

nomine vocavit etiam Linnaeus pestem armentorum.

In cubilia) Omitti malebat Vrsinus. Brusch. cum Aldina *His substern.* Deinceps Brusch. *aestate appell. ad aquam bis.*

Appellendum) Pontedera etiam lectionem *appellandum* probabat, quia bubulci boves ubique voce moderantur.

Egredientes) Lectionem P. et Cresc. *regredientes* probat Pontedera; primum enim egressas ait ad aquas vocari, deinde pasci circa stabulum, ut redintegrentur.

Ne frigidus) Brusch. *frigidus locus ne sit.* Sic etiam Aldin.

Lactentes) Ante hanc vocem ex Cresc. addi malim *nocte.*

Aliter feceris) Ex Cresc. *ante feceris* malebat Pontedera; sed vulgatum eadem ratione interpretari oportet. De re ipsa ita Aristoteles H. A. IX, 50: οἱ μὲν οὖν μόσχοι ἐκτέμνονται ἐνιαύσιοι· εἰ δὲ μή, αἰσχίους καὶ ἐλάττους γίνονται· αἱ δαμάλεις ἐκτέμνονται τὸν τρόπον τοῦτον. ita enim recte illum locum correxit Con. Gesner in Vitulo pag. 126, μόσχος enim graece anniculus vitulus, bimus δάμαλις di-

ceris, se recipiunt. qui autem postea castrantur, duri et inutiles fiunt. Item ut in[m] reliquis gregibus pecuariis, delectus[n] quotannis habendus, et reiiculae[o] reiiciundae, quod locum occupant earum quae ferre possunt[p] fructus. Si quae[q] amisit vitulum, ei supponere oportet eos, quibus non satis lactis[r] praebent matres. Semestribus vitulis obiiciunt furfures triticeos,[s] et farinam ordeaceam, et teneram herbam; et

18 ut bibant mane et vesperi,[t] curant. De sanitate sunt complura, quae exscripta[v] de Magonis libris, armentarium meum crebro ut aliquid legat,[x] curo. Numerus de tauris et vaccis sic[y] habendus, ut in sexaginta unus sit anniculus, alter bimus. Quidam habent aut minorem, aut maiorem numerum [gregum]. Nam apud eum duo tauri in septuaginta matribus sunt.

nium quia dif. si ante Cr. (m) *in* om. A. I. I-G. (n) *dilectus* P. (o) *reicolae reiciundae* Pol. (p) *possint* Herv. (q) *Si qua* Ald. Iunt-G. *Si quae amiserint vitulos eis* Cr. (r) *lactis* addidi ex I. I-G. A. (s) *triticios* P. *dentur furf. tritici et farina ordei* Cr. (t) *vespere curentur* Cr. ubi antiqua mea curetur. (v) *scripta* I. B. R. Br. *exscripta* Iunt. (x) *de eo legat* I. B. R. Br. (y) *sit* P. (z) *centaurum viginti* Pol. 1. et Codd. Victorii.

citur. Vide ad Colum. VI, 26, ubi Mago similiter teneros vitulos castrare iubet, sed non ferro, sed θλίψει, bimos ferro. Geoponica XVII, 8, bimos castrare iubent. Varro igitur ab Aristotele et Magone nescio quibus rationibus inductus dissidet.

Reiiculae) Ex lectione Pol. *reicolae* et Florent. utriusque *reiculae* efficiebat *tauricolae*, i. e. taurae. Sed reiiculae plures sunt quam taurae. Et Columella VI, 22, removet praeter tauras enixas etiam quae vetustate parere desierunt. Geoponica 17, 10, reiiculas ita describunt: τὰς στείρας, καὶ τὰς ἀσθενεῖς, καὶ τῇ ἡλικίᾳ προβεβηκυίας.

Aliquid legat) Recte Gesner damnavit *aliquid*. Ceterum Attica est structura *armentarium ut legat curo.*

De tauris et vaccis) Haec Vrsino abundare videntur.

Gregum) Recte de sententia Popmae inclusit Gesner; de numero enim gregis postea dicet.

Apud eum) Popma *apud Seium*, Vrsinus *apud Atticum*. Nam supra est: *habeo tauros totidem quot Atticus, ad matrices septuaginta duo.* Gesner putat, *eum* vel *hunc* eum demonstratione seu δεικτικῶς dici potuisse. Sed cur deinde Atticus nominatur? Ceterum Pontedera verba *quidam habent aut minorem — matribus sunt* ex glossa orta esse iudicabat, non satis idonea ex causa. Brusch. *habent aut maiorem*

Numerum gregum alius facit alium. quidam centenarium modicum putant esse, ut ego. Atticus centumviginti[a] habet, ut Lucienus. Haec ille.

VI. At Murrius, qui, dum loquitur Vaccius, cum Lucieno rediisset,[a] Ego, inquit, de asinis potissimum dicam, quod sum Reatinus, ubi optimi et maximi fiunt, e quo seminio ego hic procreavi[b] pullos, et ipsis Arcadibus vendidi aliquoties. Igitur asinorum 2
gregem qui[c] facere vult bonum, primum videndum, ut mares foeminasque bona aetate sumat, utique[d] ut quam diutissime fructum ferre possint:[e] firmos, omnibus partibus honestos, corpore amplo, seminio bono: ex his locis, unde optimi exeunt, quod faciunt

Cap. VI. (a) *reddidisset* P. 1. *redisset* P. 2. (b) *procuravi* Ba-G. A. (c) *quin* P. (d) *utrique* P. (e) *possit* cum Ald. aliae praeter P. I. B. R. Br.

aut minorem — alius alium facit; sic etiam Aldina.

Centum vigiuti) Ex lectione P. memorata etiam a Victorio *centaurum viginti* Gesner efficit *centenum viginti.* Vrsinus ex Codice vetere malebat *centum vicenum;* Pontedera *centenarium viginti;* contra quem monet Gesner, aptius ex *centaurum* effici *centuriam viginti.*

Cap. VI. *At Murrius qui — cum Lucieno rediisset*) Murrius adfuit ab initio huius libri, nec uspiam abeuntem memoravit eum Varro. Lucienus autem advenit initio cap. V, dum Tremelius Scrofa disputationem de porculatione absolvit. Adveniens statim is Murrio: *Tu vero, Murri, veni mi advocatus.* Tum vero Atticus Murrio: *Narra isti, inquit, eadem, qui sermones sint habiti et quid reliqui sit, ut ad partes paratus veniat.* Deinde Vaccius partes loquendi de boum disciplina suscipit cap. V, s. 2. Patet hinc, Murrium nunquam abiisse, sed omnibus sermonibus usque adfuisse. Verum initio cap. 4 Menas discessit; nec tamen is rediit; quoniam cap. 8 initio Menatis libertus demum advenire dicitur. Vel hinc patet, quam inepte Aldina nomen Menatis inseruerit capitis V sect. 2 et 4. Sed vitium in nomine Murrii apertum quomodo corrigam, non habeo.

Procreavi) Non inepte Iucundus in Aldina correxit *procuravi.* Nam Romae non procreaverat, sed in villa Reatina procreatos Romae vendiderat Arcadibus. Varro apud Nonium p. 69, ed. Mercerii: *An si equam emisses quadripedem, ut meo asino Reatino admitteres, quantum poposcissem, dedisses equimenti?*

Gregem qui) Crescentius IX, 59, *genus qui* legit; deinde *primo — sumat, firmas omnibus partibus corporis, amplo semineo bono.*

Vtique ut) Vrsinus malebat *uti quam.*

Vnde optimi exeunt) Crescent. *in*

Peloponnesii,[f] quum potissimum eos ex Arcadia emant;[g] in Italia ex agro Reatino. Non enim si muraenae optimae flutae[h] sunt in Sicilia, et ellops[i] ad[k] Rhodon, continuo hi pisces in[l] omni mari similes nascuntur.
3 Horum genera duo. unum ferum, quos vocant onagros, in Phrygia et Lycaonia sunt greges multi. alterum mansuetum, ut sunt in Italia omnes. Ad seminationem[m] onagrus idoneus, quod e[n] fero fit mansuetus facile, et e mansueto ferus nunquam. Quod similes parentum genuntur,[o] eligendi et mas et foemina, cum dignitate ut sint.[p] In mercando item ut caeterae pecudes emtionibus et traditionibus dominum[q] mutant, et de sanitate ac noxa solet caveri.

(f) *Peloponnesi* l. B. Br. R. *Peloponnesii* ex libris suis dedit Victorius. *Peloponnenses* I. I-G. A. (g) *emebant* l. B. Br. R. Ald. *emant* Basil. (h) *elutae* P. *stutae* Herv. (i) *Helops* a. V. (k) *in Rhodo* I. B. R. Ba-G. A. (l) *in* abest a. V. (m) *seminationes* I. B. R. Br. (n) *et e* P. (o) *gignantur* I. B. Br. R. Ba-G. A. *gignuntur* Iuntt. (p) *sit* I. B. R. Br. (q) *dominium* Br. A.

quibus optimi existunt. sed antiqua mea Editio habet *inde optimi existunt.*

Emant) Ita ex Basil. dedit Gesner. Vulgatum antea *emebant* ita Vrsinus corrigebat, ut legeret: *ut potissimum — emant.*

Flutae) Graece sunt πλῶται, Cassiodoro *Exormisti*. Vide Macrobium Saturn. II, 11. Plinium IX, 54. Martialem XIII, 80. Est Muraena Helena Linnaei. Loca scriptorum veterum examinavi in Histor. Piscium litterar. p. 43.

Ellops) Columella VIII, 16, Pamphylio mari tribuit. Vide Macrobium III, 15, et Histor. litter. Pisc. p. 125 et 329. Piscis hodie ignotus nobis, nomine tenus saltem.

Greges multi) Cresc. *horum genera sunt duo, unum ferum quod — Lycaonia, ubi sunt greges multi feri.*

Onagrus idoneus) Crescentius: *onagri idonei eligendi sunt, masculus et femina. E fero fit mansuetus facile, e mansueto ferus nunquam. semper enim similes parentibus nascuntur. Commode pascuntur* et cet. sed antiqua mea Editio habet: *onagros idoneos qui e fero fit mansuetus facile, e mansueto ferus nunquam, qui similes parentum nascuntur. Eligendi sunt masculus et femina. Commode* et cet. Vides quantum sibi permiserint in Crescentio Editores!

Et mas et femina) Haec verba spuria censebat Vrsinus. Idem recte comparavit locum Geoponic. 16, 21: ἔνιοι δὲ καλῶς ποιοῦντες καὶ τοὺς ἀγρίους ἡμεροῦσι καὶ ἔστιν αὐτῶν ἡ παιδοποιΐα καλλίστη, ἅτε μὴ κατακεκλεισμένων ἀλλ' ἀφέτων. ἐξημεροῦται δὲ σφόδρα τὸ ζῶον καὶ οὐδέποτε, καθά-

Commode pascuntur farre, et furfuribus ordeaceis. 4
Admittuntur ante solstitium, ut eodem tempore alterius[r] anni pariant. duodecimo enim mense conceptum semen reddunt. Praegnantes[s] opere levant. venter enim[t] labore nationem reddit deteriorem. Marem non diiungunt[v] ab opere, quod remissione laboris fit[x] deterior. In partu eadem fere observant, quae in equis. Secundum partum pullos anno non removent a matre. proximo anno noctibus patiuntur esse cum his, et leniter[y] capistris, aliave qua re habent vinctos.

Iunt-G. (r) *alternis annis* a. V. Cr. (s) *Praegnates* P. (t) *(c.) at labor actionem* Pol. 2. (v) *deiungunt* P. *disiungunt* a. V. (x) *sic* P. et sic in libris

περ τὰ ἄλλα ζῶα ἅπαξ ἡμερωθὲν ἀγριοῦται. τὰ δὲ τικτόμενα ἐξ αὐτοῦ γίνεται ἐκείνῳ ἐοικότα.

Ante solstitium) Crescent. *aestivum* addit, et deinde habet: *ut in eodem tempore alternis annis pariant.* ubi antiqua mea Editio habet *admittuntur autem solstitium aestivum, in eodem* et cet. Qui lectionem antiquam *alternis annis* correxit Iucundus in Aldina, nescio an libros secutus fecerit. Nam ea satis bona est. Alternis enim annis equas generosas ad equos, et ad asinos admitti testatur Columella.

Levant. venter) Crescentius: *alleviandae sunt praegnantes ex labore, eo quod nationem deteriorem reddit.* sed antiqua mea habet: *alleviandae sunt. venter enim ex labore eo* et cet. Pro *nationem* Polit. liber recentior male *actionem* habet. Egregie Festus: *Nationem item apud antiquos natum — in pecoribus quoque bonus proventus facturae bona natio dicitur.* quem locum cum Scaligero male Dacerius explicavit: plane omisit hanc notionem Gesneri Th. L. L. Huc pertinet natio apud Ardeates, quae quia partus matronarum tuetur, a nascentibus natio nominata est, teste Cicerone N. D. III, 18.

Remissione laboris) Plinius 8, c. 41: *mares in remissione operis deteriores.* Vocabulum *laboris* in vetere Codice deesse monet Vrsinus. Postea libri Victor. et Pol. habent *sic deterior*, quam lectionem probabat Scaliger. Contra Victorius malebat: *hic deterior.* Crescentius ita h. l. excerpsit: *mares vero labore alleviandi non sunt, ea quod remissione laborum deteriores fiunt.*

In partu) Sic Pontedera in Curis post. ex Codd. S. Reparatae et altero Laurent., probante Schneidero. Antea *in pastu.* Tyr.

Observant) Crescent. *servanda sunt. quae in equis. Removendi a matre proximo anno, noctibus patiantur esse cum eis, et leviter capistris laqueati habeantur iuncti.* ubi antiqua mea *capistris ablaqueati* habet. Capistrum est φορβειὰ ἐπιφατνιδία Xenophontis De re equestri cap. 5. In Crescentio vix puto ex *aliqua re* vitiatum exstitisse *ablaqueati*; potius *capistris oblaqueatos* Varronis olim in libris scriptum fuisse suspicor, et deinceps *aliave qua re habent vinctos.*

tertio anno domare incipiunt ad eas res, ad quas quisque eos vult habere in usu. Relinquitur de numero, quorum greges non sane fiunt, nisi[z] ii, qui onera portent: ideo quod plerique deducuntur[a] ad molas, aut ad agriculturam, ubi quid vehendum est; aut etiam ad arandum, ubi levis[b] est terra, ut in Campania. Greges fiunt fere mercatorum, ut eorum qui e Brundisino,[c] aut Appulia asellis dossuariis comportant ad mare oleum aut vinum, itemque frumentum, aut quid aliud.

VII. Lucienus,[a] Ego quoque adveniens aperiam carceres, inquit, et equos emittere incipiam, nec solum mares, quos admissarios habeo, ut Atticus singu-

suis reperit Victor. (y) *leviter* a. V. (z) *nisi ei* Br. *ni est ei* P. 1. *ni esto ei* P. 2. (a) *deducantur* I. B. R. Br. (b) *levior* I. B. R. Br. (c) *Bryndisino* P. *Brundusio aut Apulia* a. V. In vetere Codice Vrsini desunt verba *asellis dossuariis*. Ryckianus habet ea. *Appullia* Ald.

CAP. VII. (a) *Lucinius* P. (b) *quae, Medius* I. B. Br. R. *quae Modius* P.

Domare) Crescentius: *domari incipiunt et instrui ad eas res quas quisque.* Ex Lovaniensi Editione laudat Gesner: *domare incipiunt et strui.* In Brusch. est: *ad quas eos quisque.*

Nisi ii) Crescentius: *in usu. nam aliqui eos non eligunt nisi ad hoc ut onera portent, alii ut molas ducant, nonnulli eos ad vehendum disponunt, et plerique ad arandum, ubi levis est terra.* Vnde etiam fit manifestius vitium huius loci, quod nemo Interpretum vidit. Greges fiunt mercatorum, qui asellis dossuariis merces comportant ad mare; in reliquo usu singuli aut paria singula adhibentur. Igitur verba ita sunt concinnanda: *non sane fiunt, ideo quod plerique — Campania. Aliqui eos non eligunt nisi ad hoc, ut onera portent. Greges itaque fiunt fere mercatorum* et cet. — *Ni est ei* Codex Polit. et duo alii Flor. cum Vindob. quod Pontedera pro *est eius*, id est, interest eius, nisi eam ob causam, dictum interpretatur.

Levis est) De ea Plinius 18, s. 29: *terra eius pulverea summa, inferior bibula, et pumicis vice fistulosa — crebros imbres percolat atque transmittit; nec dilui aut madere voluit propter facilitatem culturae.* ubi Chifflet. liber *felicitatem* habet.

Asellis dossuariis) Haec verba auctore Codice vetusto omitti voluit Vrsinus et deinceps legi *onera portant.* Scilicet is putavit asinos ipsos h. l dici mercatores; ridicule! Ceterum dossuaria et dorsuaria a dorso dicuntur, ut Fabius Dorsuo apud Valerium Maximum 1, 1, 11. Ita *ossua, ossuaria, tignarii* et similia dicuntur. Ossuosa loca dixit Vegetius; ita *monstruosus, fastuosus, montuosus, saxuosus* frequentarunt scriptores laudati ab In-

los in foeminas denas, e queis foeminas Q.[b] Modius
Equiculus vir fortissimus etiam patre militari iuxta
ac mares habere solebat. Horum equorum et equa-
rum greges qui habere voluerint,[c] ut habent aliqui
in Peloponneso, et in Appulia, primum spectare o-
portet aetatem, quam praecipiunt videndum ne sint
minores trimae, maiores decem annorum. Aetas co- 2
gnoscitur equorum, et[d] fere omnium quae ungulas
indivisas habent, et etiam cornutorum,[e] quod equus

Quemodius ex libris suis laudat Victor. *Commodius* I. I-G. A. (c) *voluerunt* I. B. R. I. I. V. Br. (d) *et* abest P. *et equorum et fere* Br. Deinceps vulgo *qui ungulas*. (e) Vulgo *cornutarum*. (f) *menses* I. B. Br. R. *mensi-*

terpp. ad Petronii cap. 69. Supra c. 4, sect. 8 *lutuosos* dant Edd. primae.

Cap. VII. *Q. Modius*) Vrsinus ex vetere Codice legi volebat: *Q. Modius Aequicolus — etiam in re militari.* Comparabat locum Plinii VIII, 42: *Scythas per bella feminis uti malle, quod urinam cursu non impedito reddant*: In vulgata certe non video, quo pertineat mentio patris militaris.

Quam praecipiunt videndum) Vulgo editur: *praecipiunt. Videndum.* Vrsinus malebat legi: *spectare aetatem, ne sint minores trium, maiores decem annorum.* Geoponica: τῷ δὲ χρόνῳ μήτε νεωτέρας ἐτῶν γ, μήτε πρεσβυτέρας ἐτῶν ι. Crescent. IX, 4: *habere voluerit — aetatem, videat — trium annorum, maiores decem annorum.* Is itaque emendationem Vrsini confirmat. Ceterum coniunxi verba *praecipiunt videndum*, etsi Vrsino assentior, haec potius esse delenda. Nunc demum reperio in Brusch. *praecipiunt*: *Videamus.* — Pontedera probat antiquam scripturam *voluerunt*, et pro *videndum* ait esse in Edd. primis *videamus*, in Codd. *videmus*, ut etiam in Vindob. Itaque legit: *praecipiunt. Videmus ne sint*; quasi ita illi, qui voluerunt habere equorum greges, praecipiant aliis.

Quae — cornutorum) Vulgo *qui — cornutarum.* Verum in Geoponicis XVI, 1, ubi haec graece versa exstant, est: ἵππων καὶ πάντων τῶν μώνυχας — σχεδὸν δὲ καὶ τῶν κερασφόρων. Praeterea Crescentius IX, 10, et XI, 45, bis veram lectionem habet, unde restitui iussit h. l. Pontedera. Ceterum pessime Pontedera cornuta intelligi volebat animalia divisis ungulis, quasi quae ungulas in bina veluti cornua distinguant. Nemo enim latinorum scriptorum ita locutus est. Quod ait, inepte a Varrone omitti oves, canes, sues et alia animalia, quorum aetas ex dentibus aeque cognoscitur, si cornuta solummodo cornifera dicantur, minime me movet. Varro enim domestica animalia intelligi voluit; et cornutorum nomine oves etiam comprehendi, Pontedera vix poterat ignorare, ut capras bovesque. De suibus constat veteres credidisse, eas dentem nullum mutare.

triginta mensium[f] primum dentes medios dicitur amittere, duo[g] superiores, totidem[h] inferiores. incipientes quartum agere annum itidem eiiciunt, et totidem[i]

bus P. *in triginta mensibus* Cr. (g) *duos* a. V. *duas* Herv. (h) *et totidem* Ald. *superiores et totidem proximos, et primis eiectis totidem inferiores* Cr. (i) *eii-*

Triginta mensium) Priusquam de lectione videamus, auctoritatem constituemus. Locus antiquissimus est Aristotelis H. A. VI, 22: ἔχει μὲν ὀδόντας τεσσαράκοντα. βάλλει δὲ τοὺς μὲν πρώτους τέσσαρας τριακοντόμηνος, τοὺς μὲν δύο ἄνωθεν, τοὺς δὲ δύο κάτωθεν· ἐπειδὰν δὲ γένηται ἐνιαυτός, βάλλει τὸν αὐτὸν τρόπον, τέσσαρας, δύο μὲν ἄνωθεν, δύο δὲ κάτωθεν. καὶ πάλιν ὅταν ἄλλος ἐνιαυτὸς γένηται, ἑτέρους τέτταρας τὸν αὐτὸν τρόπον. τεττάρων δὲ ἐτῶν παρελθόντων καὶ ἓξ μηνῶν οὐκέτι βάλλει οὐδένα. — ὅταν δὲ πάντας ὦσι βεβληκότες οὐ ῥᾴδιον γνῶναι τὴν ἡλικίαν. διὸ καὶ λέγουσι γνώμην ἔχειν, ὅταν ἄβολος ᾖ. ὅταν δὲ βεβληκώς, οὐκ ἔχειν. ὅμως δὲ μάλιστα γνωρίζεται ἡ ἡλικία μετὰ τοὺς βόλους τῷ κυνόδοντι. τῶν μὲν γὰρ ἑπταετῶν γίνεται μικρός, διὰ τὴν τρίψιν. κατὰ τοῦτον γὰρ ἐμβάλλεται ὁ χαλινός· τῶν δὲ μὴ ἑπταετῶν μέγας μέν, ἀλλὰ ἀπηρτημένος. τῶν δὲ νέων ὀξὺς καὶ μικρός, ubi recte Cod. Mediceus pro ἑπταετῶν bis habet ἱππαστῶν, assentiente versione Thomae, ubi est equitatorum. Vocem ἀπηρτημένος Thomas interpretatur *productus*. Putabam, rectius memorari dentem caninum longum, non solum detritum a freno et longum, sed productum etiam carne gingivarum recedente. Varronis locum graece vertit nescio quis in Geoponicis XVI, 1, ubi est τριάκοντα μηνῶν γενόμενος ὁ πῶλος πρωτοβολεῖ τῶν ἐμπροσθίων ὀδόντων, οὓς καλοῦμεν τομεῖς, τοὺς μέσους δύο κάτωθεν καὶ ἄνωθεν ὁμοίως δύο ἀποβάλλων. ἀρχόμενος δὲ τοῦ τετάρτου ἔτους ἐκβάλλει πάλιν ἄλλους δύο κάτωθεν ἐξ ἑκατέρου μέρους καὶ ἄνωθεν ὡσαύτως. φέρειν δὲ δοκεῖ τότε καὶ τοὺς κυνόδοντας. τελειώσας δὲ τὰ δ' ἔτη καὶ τοῦ ε' ἐπιλαβόμενος, τοὺς λοιποὺς ἐκβάλλει κάτωθεν καὶ ἄνωθεν ἐξ ἑκατέρου ἕνα. τοὺς δὲ φυομένους κοίλους ἔχει. ἐμβάντος δὲ εἰς τὸ ἕκτον ἔτος ἀναπληροῦνται τῶν πρώτων τὰ κοιλώματα. ἐπιλαβόμενος δὲ τοῦ ζ' πάντας ἔχει συμπεπληρωμένους καὶ οὐδὲν ὅλως ἔχοντας κοίλωμα. τούτου δὲ συμβάντος οὐκέτι ῥᾴδιον ἐπιγινώσκειν τὰ ἔτη. unde patet, eum in Varrone legisse: *quinto anno incipiente item eodem modo amittere binos* (scilicet utrinque), *tum quos cavos habent renascentes*, eis sexto *anno impleri* (incipiunt). Crescentius etiam h. l. ita laudavit: *Quinto anno incipiente amittunt similiter alios quatuor, scilicet duos superiores et duos inferiores, praedictis proximos, qui renascentes sexto anno implere incipiunt — solent relatos.* Vides eum de caninis eiectis mentionem non facere. Ad veram lectionem ducit etiam Cod. Polit. *quum canos habeat*. Denique etiam Plinius nobiscum facit, qui ita h. l. excerpsit XI, sect. 64: *Amittit tricesimo mense primores utrinque binos. sequenti anno totidem proximos, quum subeunt dicti columellares. Quinto anno incipiente, binos amittit, qui sexto anno renascuntur. Septimo anno omnes habet et renatos et immutabiles.* Omisit Plinius mentionem caninorum eiectorum; verum simul cavitatem eiusque repletionem succedentem male omisit. Post

proximos eorum quos amiserunt, et incipiunt nasci quos vocant columellares.[k] Quinto anno incipienti[l] 3
item eodem modo amittere[m] binos, quos cavos habent

ciunt repet. I. B. Br. R. (k) *columellares quinto* I. B. Br. R. (l) *incipiente. Item* Eaed. *incipiente* etiam Ald. (m) *admitterem bimas cum canos habeat* P. Vulgo *quos caninos habent: tum.* Brusch. *equos caninos.* Cresc. *proximos, et*

secundum dentium iactum columellares seu caninos enasci, patet etiam ex loco Apsyrti Hippiatric. p. 239, ubi equos mares δευτεροβόλους castratos ait dentes minores caninos enatos habere. Vgutio apud Cangium h. v. docet, caninos dentes propter longitudinem rotundam vulgo *columellos* dici; et vetus versio Aristotelis apud Vincentium Spec. natur. XVIII, cap. 78 *culmos* dixit, dente apri exsertos, graece χαυλιόδοντας. Itaque quum ex testimoniis tot constet, et natura rerum comprobet, dentes caninos non magis quam molares eiici unquam, sed quaternos postremo renatos loco dentes primores cavitate sua aetatem equi usque ad initium octavi anni significare, septimo demum plane explendos (reliqui enim longe citius explentur) emendavi lectionem vulgatam: *quos caninos habent: tum renascentes eis sexto anno impleri.* In Hippiatricis p. 227 sub nomine Apsyrti eadem leguntur, quae in Geoponicis, sed paulu corruptiora. Ita enim ibi est: τοὺς δὲ δευτέρους ἀποβάλλει ἀρχομένου τοῦ τετάρτου ἔτους ἐν ἑξαμήνῳ. ὕστερον δὲ ἄνωθεν ἕνα καὶ κάτωθεν ἕνα ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν. φύειν δὲ δοκεῖ καὶ τοὺς κυνοδόντας τοτε. ἑτέροις δὲ μησὶ δυοκαίδεκα τὸν καταρτισμὸν φύει. τελειώσας δὲ τὰ πέντε καὶ ἓξ ἔτη καὶ τοῦ ἑβδόμου ἐπιλαβόμενος καὶ πληρώσας τὸν ὄγδοον ἐνιαυτὸν ἕξει ἴσα τὰ ἀνισώματα καὶ οὐκ ἔστι ῥᾴδιον ἐπιγινώσκεσθαι τῶν ἐτῶν τὸν λοιπὸν χρόνον. quae Ruellius ita vertit: *ubi quartum agere annum coeperit semestri spatio proximos abiicit; nec multo post in eodem quadrimatu superiorem unum et inferiorem alterum utrinque proiicit: quo tempore caninos edit: eosque secutis duodecim mensibus complet. Intra sextum deinde annum molares superiores cadunt. Sexto anno quos primum mutavit, exaequat, a septimo ad octavum omnes explet aequaliter;* Quae vides esse ineptissime non ex fide graeci Codicis, sed auctoritate Columellae et Varronis consarcinata. Graeca ita sunt constituenda, ut Apsyrtus cum reliquis scriptoribus et ipsa rerum natura in gratiam redeat: ἀρχομένου τοῦ τετάρτου ἔτους ἐν ἑξαμήνῳ ὡσαύτως ἄνωθεν. Post secundum igitur iactum recte sic dicuntur nasci canini; postea reliqui, quos καταρτισμὸν appellat Apsyrtus, quia complent numerum dentium omnium, a natura equo tributorum. Deinceps legendum est: τοῦ ἑβδόμου ἐπιλαβόμενος πληρώσας ἕξει ἴσα τὰ ἀνισώματα recisis verbis τὸν ὄγδοον ἐνιαυτὸν, quae toti sententiae et naturae repugnant. Ceterum ut Aristoteles de equo ἀκμάζει μετὰ τοὺς βόλους, ita etiam Apsyrtus paulo post: ἀκμάζει ἀπὸ τοῦ καταρτισμοῦ. De numero, forma et mutatione dentium accuratius disputavi ad Columellam. Superest locus Apsyrti in Hippiatricis hic p. 227: ὅταν δὲ γένωνται ἀπὸ τοῦ καταρτισμοῦ ἐν ἄλλοις ἔτεσι τρισὶ ῥήγνυται ὁ ὀδοὺς καὶ περιφερὴς γίνεται καὶ τρυγωνίζεται, καὶ τότε μάλιστα ῥεῦμα ἐμπίπτει εἰς τὸ

tum renascentes eis, sexto anno implere, septimo omnes habere solent[n] renatos, et completos. His[o] maiores qui sunt, intelligi negant posse. praeterquam quum dentes sint[p] facti brocchi,[q] et supercilia cana,

primi eiecti renascuntur. Quinto anno incipiente amittunt similiter alios quatuor, scilicet duos superiores et duos inferiores, praedictis proximos, qui renascentes sexto anno implere incipiunt — solent *relatos. Quum autem sunt maiores, cuius aetatis sint, intelligi negant posse.* (n) *solet relatos* P. *relatos* etiam Cr. (o) *Hoc* P. (p) *facti sunt* a. V. H. St-D. (q) *brochi* Br. Ald. (r) *lacunis* P. (s)

στόμα τῶν ἵππων. quae Ruellius ineptissime vertit: *dens dissilit raptusque rotatur et in triangularem figuram exit.* Vides enim, dentem rotundum simul trigonum esse non posse. Nec de ullo alio dente equino, nisi de canino, affirmare potuit Apsyrtus, diligens scriptor, aetate eum rotundum fieri et obtusum. Ita enim interpretor verbum ῥήγνυται. Alterum τριγωνίζεται corruptum censeo; equidem certe non intelligo. Dentes autem canini primum acuti atque utroque latere in aciem exeuntes sensim aetate detriti obtunduntur, rotundiores fiunt et simul gingivarum carne recedentes magis prominent; quod magis etiam accidit equis, frena passis, ut recte animadvertit Aristoteles in loco supra laudato, ubi recte Codex Mediceus habet: *τῶν μὲν γὰρ ἱππαστῶν γίνεται μακρὸς διὰ τὴν τρίψιν — τῶν δὲ μὴ ἱππαστῶν μέγας μὲν ἀλλ' απηρτισμένος.* ubi ex opposito apparet, in priore colo deesse quaedam; non solum enim a freno detritus dens caninus fit longior (gingivis repulsis) sed etiam obtusior et rotundior. Ita oportet interpretari vocem *ἀπηρτημένος*, nisi, ut suspicor, est corrupta. Quare malim legere: *γίνεται μακρὸς καὶ ἀπηρτημένος διὰ τὴν τρίψιν — τῶν δὲ μὴ ἱππαστῶν μέγας μὲν ἀλλ' οὐκ ἀπηρτημένος*. Et recte in posteriore membro Codex Regius et Ambros. inserunt negationem. Videtur potius a verbo *ἀπαρτίζω* ductum *ἀπηρτισμένος* verum esse. Liquidius iudicare liceret de lectione, si Apsyrti locus esset manifestior; ubi certissime ὁ *κυνόδους* legendum esse affirmo. Reliqui enim dentes equi formam non mutant. Cavitas enim, sensim replenda, ad formam non pertinet externam.

Triginta mensium) *mensibus* ex Cod. Polit. S. Repar. et duobus Laurent. et Vindob. praefert Pontedera; deinceps *incipiente* sect. 3 iisdem auctoribus. Postea corrigit: *beinos. Quom cavos habeat tum renascenteis ieis, sexsto ano impleri; septumo omneis habere solet relatos et completos.* Esse enim in Codd. Polit. S. Repar. Laurentiano *bimas cum cauos habeat*, in alio Laur. *bivias cum cavos habeat*, in Caesen. *bimas cum cavos habeat.*

His maiores qui sunt) *Hoc maioreis quei sunt — cum equum tum habere* corrigit Pontedera in Curis post. ex lectione quatuor Florent. et Ambros. (addo Vindob.) Vulgatum *equum* in Codd. (ut in Vindob.) esse ait scriptum *equorum*, unde *equum tum* effecit.

Brocchi) Crescentius male h. l. interpretatur *plicati*; alibi II, 9, 3 *torti*. Pro *lacunae* idem habet: *lacus id est concavitas.* Brocchi sunt prominentes;

et sub ea lacunae,[r] ex observatu dicunt eum equum habere annos sedecim.[s] Forma esse oportet magnitu- 1
dine media,[t] quod nec vastas[v] nec minutas decet esse equas: clunibus ac ventribus latis. Equos ad admissuram quos velis habere, legere[x] oportet amplo corpore[y], formosos, nulla parte corporis inter se non

sexdecim A. Iunt- G. (t) Ita I. B. Br. R. Cr. Vulgo *modica*. (v) Vulgo *vastos*

ut interpretatur Columella, cum gingivis aetate retractis dentes magis prominent. Hoc eodem signo hodieque utuntur aetatis. Rem ipsam ita tradunt Hippiatrica auctore Apsyrto p. 227: *λέγεται δὲ ὅταν τοὺς ὀδόντας ἔχων φανῇ προπεπτωκότας, ἔχῃ δὲ καὶ τὰς ὀφρῦς κοιλὰς καὶ τὰ ὑποκάτω τῶν ὀφθαλμῶν κοιλότερα καὶ τοὺς ὀφθαλμούς, παρατετηρῆσθαι πᾶσιν ὅτι ἐστὶν ἐν τῷ ἐκκαιδεκάτῳ ἔτει ὁ ἵππος.* Vides igitur, Apsyrtum h. l. ita interpretari, ut non solum lacunae sub superciliis adsint, sed et ipsi oculi magis cavi appareant. Antiqua mea Crescentii editio habet: *in triginta mensibus primum dentes medios dicit amittere, duos superiores et totidem proximos: et primi eiecti et totidem — facti sunt brochi, id est plicati.* ubi Basil. habet: *et primis eiectis totidem* et cet. Ceterum Crescentius caninos appellat scalones, et *πρωτοβόλον* pullum dicit primi morsus, *δευτεροβόλον*, secundi morsus; tertii iactus dentes quadratos ait vocari, et nasci pullum *cum rauchis*, ubi Editio Bas. habet *dentibus anterioribus*.

Sedecim) Columella VI, 29, 5 decem ponit; sed cum Varrone facit Plinius et Apsyrtus, ut ad Columellam doceo. Itaque Columellam ex Varrone potius quam hunc ex Columella corrigendum esse, recte censuit Pontedera. Vrsinus contra sentiebat; qui ex Nonio posuit locum: *bronci sunt producto ore et dentibus prominentibus*, alium deinde Lucilii: *brochus bovillanus dente adverso eminulo: hic est rhinoceros.* Denique ex argenteis denariis memorat aliquem *L. Furium Brocchum*. Titum Brocchum nominat Cicero pro Ligario.

Forma) Crescentius IX, 2: *formam esse oportet, ut ait Varro, magnitudine media, quia nec vastas nec exiles decet esse equas, clunibus — latis.* ubi antiqua mea editio habet: *vallas nec minutas.* Vnde vulgatam huius loci distinctionem correxi, monente etiam Pontedera, qui recte comparavit locum Geoponicorum 16, 1, ubi de equabus est: *τὰς θηλείας ἵππους εἶναι χρὴ εὐπαγεῖς καὶ μέγεθος ἐχούσας ἱκανὸν καὶ ὡραίας ἰδεῖν, πλάτος τε ἔχειν ἐν τοῖς μέρεσι τῆς κοιλίας καὶ κατὰ τὰς λαγόνας.* Gesn. vulgatam ineptissime defendebat.

Quod nec vastas) Lectionem *vallos* pro *vastos* Codicum Polit. Repar. Laurentiani, Caesen. Pontedera interpretatur, quasi *valos* dictum sit de proceritate non modica, quemadmodum vulgus in Italia de homine procero et gracili soleat *egli è un palo.* Editio princeps et antiqua mea Crescentii *vallas* habent.

Ad admissuram) Cresc. *equos quos propter admissuram velis — corporis incongruos.*

congruenti.[y] Qualis[z] futurus sit equus, e[a] pullo coniectari potest, si caput habet non magnum, nec membris confusis: si est oculis nigris, naribus non angustis, auribus applicatis (cervice molli),[b] non[c] angusta, iuba crebra, fusca, subcrispa,[d] subtenuibus setis, implicata in dexteriorem partem cervicis, pectus latum et plenum, humeris latis, ventre modico, lumbis

— *minutos d. esse. equas.* (x) *lege* P. (y) *congruente* A. (z) *Vnde qualis* A. Iunt-G. (a) *opilio* I. B. Br. R. e *pulio* P. 1. (b) *cerv. molli* ex Geopon.

Qualis futurus) Geoponica 16, 1: τὸν δὲ πῶλον τὸν ἐσόμενον ἀγαθὸν διαγνωσόμεθα οὕτως ἀπὸ τῶν ψυχικῶν καὶ σωματικῶν ἀρετῶν· οἷον ἀπὸ τοῦ σώματος· τὴν κεφαλὴν ἔχει μικράν, ὄμμα μέλαν, ῥῖνας μὴ συμπεπτωκυίας, ὦτα προσεσταλμένα, τράχηλον ἁπαλόν, χαίτην βαθεῖαν, οὐλοτέραν, βραχὺ κεκλιμένην ἐπὶ τὰ δεξιὰ τοῦ αὐχένος. unde apparet, quae quoque ordine verba Varronis olim legerit scriptor graecus. — *E pulio*) Lectionem Polit. et S. Reparat. defendit Pontedera, quasi olim *pulus* et *pulius*, ut *pusus* et *pusio* fuerit in usu loquendi.

Nec membris confusis) Vrsinus malebat: *nec membra confusa*. Vulgatum defendebat Gesner inepte; capitis enim non sunt membra, sed partes. Quid si verba haec reponas statim post illa *non congruenti* de admissario? Ita Apsyrtus de admissario Geoponic. 16, 1: τῇ περιοχῇ τοῦ σώματος μέγαν, εὐπαγῆ πᾶσι τοῖς μέρεσι.

Cervice molli) Haec verba excidisse vidit Vrsinus ex loco Geoponicorum. Ita Columella VI, 29, *cervice molli lataque non longa*. Idem aures applicatas dixit breves et adrectas, Palladius breves et argutas.

Fusca) Vrsinus verba *fusca, subtenuibus setis* omitti vult, et deinde legi *inclinata*, secutus auctoritatem Geoponicorum. Nec haec in pullo equino signa habet Columella.

Implicata) Ita et Virgilius Georg. III, 86; et Propertius IV, 4: *ille equus — cui Tatius dextras collocat ipse iubas*. Nodos iubarum significat Statius Theb. IX, 687, *colla sedent nodis et castigata iubarum libertas*. Mannos detonsos amicae suae laudat Propertius 4, 8, 15. Originem moris inde deducit Berenger, quod olim a dextra parte equum adscendebant et iubam manu apprehendebant simul.

Pectus) Geoponica: στῆθος εὐρύ, μεμυωμένον, ὠμοπλάτας μεγάλας, βραχίονας ὀρθούς, κοιλίαν εὔογκον, διδύμους μικρούς, ῥάχιν μάλιστα μὲν διπλῆν, εἰ δὲ μή γε, μὴ κυρτήν, οὐρὰν μεγάλην, οὐλότριχον, σκέλη ὀρθά, μηροὺς μεμυωμένους. Plenum igitur h. l. est, quod Columella dixit, musculorum toris numerosum.

Humeris latis) Huc revocanda sunt verba, alieno loco posita, *scapulis latis*, et deinceps legendum ex Geoponicis: *humeris rectis*. Columella utrumque membrum complexus est verbis: *grandibus armis et rectis*. Scapulis scilicet inferius iunguntur humeri, qui recti esse debent; scapulae contra alti, eorumque intervallum latum, non angustum.

Lumbis) Hos omittunt Geoponica;

deorsum versum pressis, scapulis latis, spina maxime duplici, sin minus, non exstanti,[e] coda ampla subcrispa, cruribus rectis[f] aequalibus, potius figura altis,[g] genibus rotundis, nec[h] magnis, nec[i] introversus spectantibus, ungulis duris: toto corpore ut habeat venas, quae animadverti possint,[k] quod qui[l] huiuscemodi

addidi. (c) *non* om. P. (d) *subcripta* P. (e) *extenta* A. Iunt. G. (f) Vulgo interpositum *et* om. I. B. Br. R. (g) *aeq. introversis: potius figurata* I. B. Br. R. Caesenas Codex *introversus* et cet. P. Hinc effeci verba *potius figura altis* vulgo omissa. (h) *ne* cum Vict. reliquae. (i) *nec introrsus spect.* vulgo, quae om. I. B. Br. R. (k) *possunt* P. (l) *qui* om. I. B. Br. R. (m) *sint*

contra Columella: *latis lumbis et subsidentibus*, unde Vrsinus h. l. legi volebat: *pressis ac latis*, recte; etsi verba *scapulis latis* ante humeros excidisse monui antea.

Exstanti) Ita ex libris suis posuit Victorius pro *extenta*. Geoponica μὴ κυρτὴν i. e. non gibberam.

Cruribus) Columella: *aequalibus atque altis rectisque cruribus, tereti genu parvoque neque introrsus spectanti*, ubi tamen libri meliores habent *mollibus* pro *aequalibus*, quod praeferebat Pontedera, et comparabat mollia crura apud Virgilium III, 76. Equidem vulgatam teneo cum Columella. Hoc loco Edd. primae ita habent: *aequalibus introversis, potius figurata, genibus rotundis nec magnis, ungulis duris.* Etiam libri Polit. habent eodem ordine et loco *introversus* scriptum. quam lectionem ita probabat Pontedera, ut legeret: *aequalibus non introversis, potius figura alta, genibus rotundis* etc. Ex qua viri egregii annotatione probo et amplector verba *potius figura alta* aut potius *figura altis* statim collocanda post *aequalibus*. Alta enim, recta et aequalia ex h. l. transtulit Columella; et Varro in bubus similiter II, 5, 8: *cruribus potius minoribus, rectis, genibus eminulis, distantibus inter se*, quae repetiit Columella. Vnde simul apparet, quam falsa sit ratio Pontederae de genibus. Ita enim ille ad h. l. dum vult *non introversis cruribus* legi: *Etenim cum genu, inquit, ad crus pertineat, si crus non introrsum vergit, neque illud.* Scilicet h. l. non de vero genu, patella munito, agitur, quod in quadrupedibus non adeo conspicuum est, ut in homine; sed genu nunc intelligitur iunctura ossium cruris cum osse metatarsi, quod Galli *os de canon* appellant. In neutro tamen, genu ad unum pertinet os, sed duorum iunctione efficitur. Atque ut in bove genua postulat distantia inter se, ita in equo *non introversus spectantia*, id est distantia inter se, ne invicem atterantur incedendo. Equidem ex Polit. librorum lectione *introversus* vitiatum censeo reliquorum librorum *introversis* et vulgatum *introrsus*. Itaque locum constitui, ut plane cum Columella congrueret, et Varroni restitueretur suus sermo. Formae *introversus* exempla dabit Gesneri Thes. L. L. In Curis secundis Pontedera annotavit, cum Edd. primis Codicem Caesenatem legere: *introversis, potius figurata.*

sit,[m] et quum est aeger, ad medendum est[n] appositus:
6 corpore multo. De stirpe magni[o] interest qua sint, quod genera sunt multa. itaque ad hoc nobiles a regionibus dicuntur, in Graecia Thessalici equi, a terra Appuli, ab Rosea Roseani. Equi boni futuri signa sunt,[p] si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo, aliave qua re, quo potior sit: si, quum flumen traiiciendum[q] est, gregi in primis praegreditur, ac non[r] respectat alios. Emtio equina similis[s] fere ac boum, et asinorum, quod eisdem rebus in emtione dominum[t] mutant, ut in Mamilii[v] actionibus sunt
7 perscripta. Equinum pecus pascendum in pratis potissimum herba; in stabulis ac praesepibus, arido

Eaedem. (n) *est* om. Eaedem. (o) *magis* Eaed. (p) *sunt* om. P. (q) Ita ante Victor. qui *travehundum* dedit. deinceps *progreditur* Br. (r) *nec* A. Iunt. G. (s) *simulis* P. (t) *dominium in emptione mutatur* a. Vict. (v) *Manlii*

Appositus) Quum venam ferire oportet.

Magni interest) Antiquum *magis* qui correxit Iucundus in Aldina, nescio an libros scriptos auctores fuerit sequutus. Vtrumque enim latine dicitur.

Corpore multo) Haec aut spuria aut alieno loco collocata esse, recte monuit Pontedera.

A terra Appuli) Vrsinus corrigebat: *In Italia Appuli ac Roseani* ut infra de canibus: *Itaque a regionibus appellantur Lacones, Epirotici, Sallentini.* Pontedera malebat, *a terra Appulia Appuli.* De equis Roseanis et mulis vide infra ad cap. 8, sect. 5.

Equi boni) Haec iterum alieno loco posita pertinent ad disputationem, ubi signa indolis bonae ex corpore colligebat; nunc enim subdit signa ex animo. Nec tamen integra haec esse, patet ex Columella VI, 29, 4: et Geoponicis, ubi haec ita traduntur: ἀπὸ δὲ τῶν ψυχικῶν οὕτω δοκιμάζεται. ἐὰν μὴ ἐπτοημένος ᾖ, μηδὲ ὑπὸ τῶν αἰφνιδίως φαινομένων ἐκταραττόμενος, ἔν τε τῷ συναγελασμῷ τῶν πώλων φιλόπρωτος, οὐκ εἴκων, ἀλλ᾽ ἐξωθῶν τὸν πλησίον. ἐν δὲ τοῖς ποταμοῖς καὶ λίμναις οὐκ ἀναμένων ἕτερον προεμβαίνειν, αὐτὸς δὲ ἀκαταπλήκτως πρῶτος τοῦτο ποιῶν.

Traiiciendum) Pontedera coniiciebat *traviundum*, ab antiquo *travio*, quo usus est Lucretius. Equidem antiquam lectionem sententiae aptiorem restitui. Ceterum *traversus, tralucidus* in libris Plinii reperit I. Gron. p. 797.

Similis fere) Libri Polit. *simulis*, unde Plautinum *simulter* et verbum *simulo* derivat Pontedera.

Perscripta) Mutatione generis refertur ad *iis rebus*.

Equinum) Crescentius: *Equorum pecus — quum pepererint — data aqua.*

foeno. Quum pepererunt,[x] ordeo adiecto bis die danda aqua. De horum foetura: initium admissionis facere oportet ab aequinoctio verno ad[y] solstitium, ut partus idoneo[z] tempore fiat. duodecimo enim mense, die decimo, aiunt nasci. quae post tempus nascuntur, fere vitiosa, atque inutilia existunt. Admittere opor- 7
tet, quum tempus anni venerit, bis in die[b], mane et vesperi[a] per origam. is ita appellatur, quiqui admittit.

a. V. (x) *pepererint* A. Iunt. G. (y) *ex* P. 1. *et solstitio* P. 2. (z) *idoneus* I. B. Br. R. P. 1. (a) *vespere. Per origa enim appellatur quisquis* Edd. ante Gesner. *perorigam misit appell. quiqui* P. *peroriga misit* e libris suis laudat

ubi antiqua mea habet: *equum pecus — peperint.*

Horum foeturae) Bene vidit Pontedera legendum esse: *de horum foetura: initium admissionis.* Ita infra, II, 9, 11. *De foetura: principium admittendi* etc. ubi Edd. primae similiter habent: *Foeturae principium admitt.* — Correctionem recepi. *T.*

Tempore fiat) Addit Crescentius: *scilicet multarum herbarum, ut mater habeat abundantiam lactis. Ex hoc enim corpus et membra pulli grandiora fient. Duodecimo* etc. In quibus sunt verba quaedam Varroniana. Ita etiam Geoponica ex h. l. ἵνα ὁ τοκετὸς γίνηται περὶ τὴν εὐκρατώτατον ὥραν τοῦ ἔτους, καὶ χλόην ἔχουσαν. Ita etiam Columella VI, 27, 3.

Aiunt nasci) Cresc. *nasci dicuntur, qui ante ipsum tempus nascuntur, inutiles existunt.* Sed antiqua mea Editio habet: *qui post ipsum — inutilia existunt.* Vnde comprobatur emendatio Vrsini, legentis: *post id tempus.* Geoponica de tempore partus consentiunt, et de sero ita tradunt: τὰ δὲ μετὰ τροπὰς τὰς χειμερινὰς κυισκόμενα δυσγενῆ καὶ ἀχρεῖα γίνεται. Vnde patet, loqui Varronem de iis, qui concipiantur post solstitium. Sic II, 2, 13: *quae postea concipiuntur fiunt vegrandes atque imbecillae.*

Admittere) Crescentius *admitti — die, scilicet mane et vespere, sed alternis diebus equa alligata celerius admittuntur, neque equi* etc. ubi Editio antiqua habet *alterius.*

Bis in die) Geoponica: βιβάζειν δὲ χρὴ μὴ πολλάκις τῆς ἡμέρας, ἀλλὰ δὶς μόνον, πρωῒ καὶ δείλης. ἐὰν δὲ ἅπαξ βιβασθεῖσα μὴ προσίηται τὸν ἄῤῥενα, μετὰ ί ἡμέρας πάλιν προσακτέον αὐτῇ. ἐὰν δὲ μηδὲ οὕτω προσδέξηται, ἀποχωριστέον αὐτὴν ὡς ἤδη συνειληφυῖαν. ubi Hippiatrica p. 56, post dies 20 iterum admissario submittendam esse ponunt. Nescio, unde Crescentius habuerit, alternis diebus equum admittendum esse equabus, quae cautela nescio an olim fuerit in Varrone. Plinius 8, s. 66: *per intervalla admissurae dantur, nec tamen quindecim initus eiusdem anni valet tolerare.*

Perorigam) Ita legendum esse, monuit iam olim Victorius, quum vulgo ederetur: *Peroriga enim appellatur.* Apposuit etiam locum Plinii 8, c. 42, s. 64: *Equae eadem ex causa Reatino in agro laceratum prorigam invenimus.* ubi veteres libri habent *pariter aurigam.* Sed Victorius ad h. l. ex libro-

eo enim adiutante equae[b] alligatae celerius admittuntur,[c] neque equi frustra cupiditate impulsi semen eiiciunt. Quoad satis sit admitti, ipsae significant, quod se defendunt. Si fastidium saliendi est, scillae[d]

Victor. *bis die*. *Peroriga* Br. et Ald. *vesperi* de meo dedi. (b) *equa alligata* A. Iunt. G. Pol. (c) *admittitur* A. Iunt. G. (d) *scyllae* Br. A. (e) *modieum*

rum scriptorum lectione *prorigam* emendabat *per origam*: et totum Plinii locum ex iisdem Codicibus ita corrigebat: *Aequa ex emsa in R. agro laceratum perorigam invenimus*. Voluit igitur Victorius uno vocabulo dici *perorigam*; et h. l. legi: *perorigam; sic appellatur*. Cum Victorio facit Scaliger, cui debetur lectio, a Gesnero recepta *;perorigam: is ita appellatur*. Is in Plinio probatum *pruriga* derivabat a pruritu admissurae. Popma ubique in Varrone scribi volebat *proriga* et h. l. *per prorigam*, similiter a prurigine derivans. Salmasius praeferebat *praeoriga*, ab *uro*, *uredo*, *urigo*, *urica*, quod ὀχείαν interpretabatur, deducens, et per ὁ τῆς ὀχείας ἐπιμελητὴς explicans, ad Solinum p. 627, seqq. Primus Pontedera vidit, scribendum esse separatis litteris h. l. *per origam* atque ita reliquis in locis, *Origam* dictum docet esse ab *oreis*, freni genere; quo equorum ora coërcebantur, teste Festo; contra *aurigam* ab aureis frenis, quibus equorum aures religabantur, eodem Festo teste. Cum Pontedera facit etiam Gesner, vulgatam tamen corrigere non ausus. Is deinde in Thes. L. L. aurigam ab origa sola pronuntiatione differre recte statuit, et locum Tertulliani apposuit de Monogamia: *Inter alienos spadones et aurigas tuos tantumdem quereris de domestico obsequio*: ubi aurigas interpretatur conciliatores. Alii tamen malebant etiam ibi *prorigas* vel *urigas* reponere. Harduinus *prorigam* a prorigendo daducebat: inepte!

Tolerare) De numero postremo consentit Columella VI, 27.

Equae alligatae) Quod est in libris quibusdam *equa alligata* habet etiam Crescentius. Sed dativus est *equae*, cui admittuntur equi. Nec opus cum Gesnero legere: *admittuntur equi, neque frustra*. Male enim is putabat, equas admitti; comparabat etiam locum II, 4, 7, ubi *sues admittendae neque minores quam anniculae*. Sed suem non alligatam facile patiar dici admitti, non equam alligatam, cui admissarius adducitur equus.

Quoad satis) Crescentius Basil. ita: *Satis autem concepisse significatum quum se defendunt*: sed antiqua mea Editio habet: *quoad satis sic admitti ipsae significant, quum se defendunt*. Plinius X, 63: *equas domitas sexaginta diebus equire*. Vnde *hinnitum atque equitatum* de voce equorum ex Lucilio retulit Varro L. L. VI, pag. 81: omisit *equitatum* hunc Gesneri Thes. L. L.

Scillae) Cresc. *scyllae*, (antiqua mea *squillae*) — *mellis spissitudinem, tum natura equae cum ea tangunt.* ubi antiqua mea habet: *cum ea re tangunt*. Pergit Cresc. *et postea cum eadem nares equi*. Geoponica VI, 5: εἰ δὲ μὴ προσδέχονται τοὺς ταύρους αἱ βόες, σκίλλης τὸ περικάρδιον μετὰ ὕδατος τριπτέον καὶ περιχριστέον, τουτέστι

medium [e] conterunt cum aqua ad mellis crassitudinem: tum ea re naturam equae, quum menses ferunt, tangunt; contra, ab locis equae nares equi [f] tangunt. Tametsi [g] incredibile, quod usu venit, memoriae man- 9

implere A. G. Ba. (f) *maris* I. B. Br. R. (g) *Tametinsi* P. (h) *et* om. I.

τὰ ἁπαλώτατα τῆς σκίλλης, καὶ ὡς ἂν εἴπῃ τις τὸ στέαρ, διδόναι μετὰ τὴν κάθαρσιν τοῖς μορίοις τῶν βοῶν. qui locus ita debebat concinnari: σκίλλης τὸ περικάρδιον, τουτέστι τὰ ἁπαλώτατα τῆς σκίλλης, καὶ ὡς ἂν εἴπῃ τις τὸ στέαρ, μετὰ ὕδατος τριπτέον, καὶ περιχριστέον τούτῳ μετὰ τὴν κάθαρσιν τὰ μόρια τῶν βοῶν. Hippocrati dicitur eadem scillae pars τῆς σκίλλης τὸ μυξῶδες. Columella VI, 27, 10: *quod si admissarius inera in Venerem est, odore proritatur, detersis spongia foeminae locis, et admota naribus. Equa rursus si qua marem non patitur, detrita scilla naturalia eius linuntur, quae res accendit libidinem.* Geoponica 16, 1, τοὺς δὲ ἄῤῥενας προθύμους περὶ τὴν ὀχείαν ποιήσομεν τοῖς ἀπομάγμασιν τοῖς τῆς φύσεως τῆς θηλείας περιχρίοντες αὐτῶν τὰς ῥῖνας. Alia libidinia accandendoe remedia habet Aelianus IX, 48: quae irritatione genitalium et ignea vi medicaminum agunt. Praestat interiorea stimulos ciborum addere.

Quum menses ferunt) Geoponica post purgationem non menstruam sed annuam adhibere iubent medicamentum. Aristoles H. A. VI, 21: αἱ συνήθειαι γίνονται μὲν ταῖς βουσὶν ὥσπερ ταῖς ἵπποις, ἧττον δέ: Hippiatrica p. 57 recte in equo κάθαρσιν ἐνιαυσίαν vocant. Arrianus de Venatione c. 27 in cane tempus observari iubet illud ad admissuram: ἐπειδὰν ἀποκαθαρῇ ἀπὸ τοῦ αἵματος. πρόσθεν δὲ εἰ παραλάβοιεν τὴν γονὴν, τὸ πολὺ οὐ κρατοῦσιν, ἀλλ' ἐκκλύζεται ὑπὸ τοῦ αἵματος, καθάπερ ταῖς γυναιξὶ, προσέχειν δὲ τὸν νοῦν ἐνταῦθα. βραχὺς γὰρ χρόνος διαγίγνεται, ἐν ᾧ οὐκ ἔτι μὲν φέρεται αὐτῇ τὸ αἷμα. Locus classicus est Aristotelis H. A. VI, 18: ἔπαρσις μὲν οὖν τοῖς θήλεσιν ἐγγίνεται τῶν αἰδοίων, ὅταν πρὸς τὴν ὀχείαν ὁρμῶσι καὶ ὑγρασία περὶ τὸν τόπον. αἱ δὲ ἵπποι καὶ ἀποῤῥαίνουσι λευκὴν ὑγρότητα περὶ τὸν καιρὸν τοῦτον. καθάρσεις δὲ γίνονται μὲν καταμηνίων, οὐ μὴν ὅσαι γε ταῖς γυναιξὶν, οὐδενὶ τῶν ἄλλων ζώων· τοῖς μὲν οὖν προβάτοις καὶ αἰξὶν, ἐπειδὰν ᾖ ὥρα ὀχεύεσθαι, ἐπισημαίνει πρὸ τοῦ ὀχεύεσθαι καὶ ἐπειδὰν ὀχευθῶσι, γίνεται σημεῖα, εἶτα διαλείπει, μέχρις οὗ ἂν μέλλωσι τίκτειν. τότε δὲ ἐπισημαίνει, καὶ οὕτω γινώσκουσιν ὅτι ἐπίτοκά εἰσιν οἱ ποιμένες. ἐπειδὰν δὲ τέκῃ, κάθαρσις γίνεται πολλὴ, τὸ μὲν πρῶτον οὐ σφόδρα αἱματώδης, ὕστερον μέντοι σφόδρα. — καιρὸς δὲ γίνεται τῆς ὀχείας μάλιστα περὶ τὴν κάθαρσιν. ἵππος δὲ τῶν τετραπόδων ἁπάντων εὐτοκώτατον καὶ λοχίων καθαρώτατον, ἐλαχίστην προΐεται αἵματος ῥύσιν ὡς κατὰ τὸ τοῦ σώματος μέγεθος. μάλιστα δὲ καὶ ταῖς βουσὶν καὶ ταῖς ἵπποις τὰ καταμήνια ἐπισημαίνει, διαλιπόντα δὲ δίμηνον καὶ τετράμηνον καὶ ἑξάμηνον, ἀλλ' οὐ δυνατὸν (ῥᾴδιον recte Codices) γνῶναι μὴ παρεπομένῳ μηδὲ συνήθει σφόδρα. Scilicet proluvie illa sanguinis uterus ad concipiendum fit idoneus. Homini nullum coitus tempus certum definitum est a natura, ut quadrupedibus.

dandum. quum equus matrem ut saliret adduci non posset, et[h] eum[i] capite obvoluto peroriga[k] adduxisset, et coëgisset matrem inire, quum descendenti[l] demsisset ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit. Quum conceperunt[m] equae, videndum ne aut laborent plusculum, aut ne frigidis locis sint,[n] quod algor maxime praegnantibus[o] obest. Itaque in stabulis ab[p] humore prohibere oportet humum, clausa habere ostia, ac fenestras, et inter singulas a praesepibus interiicere longurios,[q] qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. Praegnantem neque impleri[r] cibo, neque esurire oportet. Alternis qui admittant,[s] diuturniores equas, et[t] meliores[v] pullos fieri dicunt, itaque ut restibiles segetes essent

B. Br. R. Pol. (i) *eum* Eaedem. (k) *auriga* I. B. Br. R. (l) *velum* add. A. Iunt-G. (m) *conceperint* a. V. (n) *locis sint* Br. (o) *praegnatibus* P. (p) et I. B. Br. R. (q) *longorios* Eaedem. (r) Ita pro *implere* ex Cresc. scripsi (s) Ita pro *admittunt* ex P. scripsi. (t) *et* om. P. *equas* dedi pro *equos*. (v)

Hinc menstruum mulierum profluvium, annuum et plerumque vagum feminarum quadrupedum. In simiis male periodicam proluviem statuentem Buffonum redarguit Blumenbach Physiolog. pag. 421. Menses Varro inepte vocat, quum profluvium sit annuum, non menstruum. Sensus igitur h. l. hic est, ut equae genitalia tangenda sint, statim posteaquam menstrua purgatio fuerit peracta.

Videndum ne) Crescentius: *Item scribit Varro, quod equas praegnantes cavere oportet, ne laborem plusculum, neque frigidis sint, eo quod algor — Ideo in stabulis humum aut ab humore prohiberi oportet, clausaque habeat, — et in praesepibus inter singulas ponantur longarii, id est, longa ligna, quae eas discernunt. — Item dicit praegnantem neque impleri cibo, neque esurire oportet.* Vnde confirmatur emendatio Vrsini, h. l. legi volentis *impleri* pro vulgato *implere*. Itaque recepi eandem. Geoponica: ὅταν δὲ συλλάβωσι, προνοητέον, ὅπως μὴ μοχθῶσι πλέον τοῦ δέοντος, μηδὲ ψυχροῖς διαναπαύωνται τόποις. ἐναντιοῦται γὰρ ταῖς κυούσαις τὸ ψύχος.

Longurios) Nominavit etiam supra I, 14, 2: saepius Caesar. Longurionem hominem longum vocat Varro apud Noninm II, 484.

Equas) Ita monente Pontedera et probante Gesnero scripsi pro *equos*. Aristotelis locum H. A. VI, 22 comparavit iam olim Victorius, ubi est: ἕνα δ' ἐνιαυτὸν καὶ πάμπαν ἀνάγκη διαλείπειν καὶ ποιεῖν ὥσπερ νεόν. De ipsa sententia vide ad Columellam.

Essent) Gesner malebat *sint*. Dein-

exuctiores,[x] sic quotannis quae praegnantes[y] fiant. In decem diebus secundum partum cum matribus in pabulum[z] prodigendum. Ne ungulas comburat[a] stercus cavendum tenellas.[b] Quinquemestribus pullis factis, quum redacti sunt in stabulum, obiiciendum farinam ordeaceam molitam[c] cum furfuribus; et si quid aliud terra natum libenter edent.[d] Anniculis 12
iam factis dandum ordeum et furfures, usque quoad erunt lactentes.[e] neque prius biennio confecto a lacte removendum. eosque quum stent cum matribus, interdum tractandum, ne, quum sint diiuncti,[f] exterreantur. eademque causa ibi frenos suspendendum,

molliores Comel. (x) *exuctores* P. (y) *praegnatis* P. *praegnans fiat* A. Iunt. G. (z) *in pabulis* A. Iunt. G. (a) *commutat* I. B. R. *commuttet* Br. *Ne ungulas commurat stercus tenebat* libri Victorii. *tenebat* ex Codice laudat etiam Vrsinus. *tenellas verebat* Polit. unde suadente Gesnero *tenellas* addidi. In Ienss. esse etiam *commuttet* testatur Ponted. (b) *cavebit* I. B. Br. R. (c) *mollitam* Br. A. (d) *edunt* I. B. Br. R. (e) *lactantes* a. V. (f) *disiuncti* a. ceps *exsucciores* malebat I. Fr. Gronov.

Comburat) Columella: *providendumque, ne stercore ungulas adurat.* In lectione librorum: *ne ungulas commurat stercus tenebat*, aliam lectionem latere censebat Scaliger. quam tamen ipse indagare non potuit. Vrsinus inde exsculpsit *stercus tenellas*. Atque eo ducit libri Polit. lectio, a Gesnero annotata *tenellas verebat*. ubi gemina varietas a librario coniuncta fuisse videtur. Alibi enim *tenellas*, alibi *tenebat* scriptum reperisse videtur. Pontedera *tenebat* mutatum in *tenebit* interpretatur defendet, prohibebit. Cum antiquo *commurat* Pontedera comparat ex antiquis monumentis nescio quibus *pectus. malum. commurat. suum*. Sed veram lectionem indagavit Iucundus in Aldina.

Quinquemestribus) Crescentius: *Quinque mensium pullis factis quum revertuntur ad stabulam, dandam farinam hordaceam mollitam et furfures* (antiqua mea *furfuribus*) *et si quid aliud terra — donec erunt lactantes, nec prius biennio sunt removendi a lacte, donecque stant — tangendi sunt manibus, ne quum sciuncti erunt — suspendentes, ut simul* (antiqua mea *equali*) *consuescant hominum videre facies et frenorum audire strepitus.*

Edent) Heinsius ad Virgilium IV, pag. 91, malebat *edint* legi.

Eosque quum stent) Vrsinus malebat *quum stabulantur*. Gesner *quum stant*. Equidem ex Crescentio lego *donicum stant*. Xenophon de Re equestri cap. 2: καὶ ἅπτεσθαι δὲ χρὴ, ὧν ψηλαφωμένων ὁ ἵππος μάλιστα ἥδεται. ταῦτα δ' ἔστι τά τε λασιώτατα, καὶ οἷς αὐτὸς ἥκιστα δύναται ὁ ἵππος ἐπικουρεῖν.

ut equuli[g] consuescant et videre eorum faciem, et e
13 motu audire crepitus. Quum iam ad manus accedere consuerint,[h] interdum imponere[i] iis puerum, bis aut ter pronum in[k] ventrem, postea iam sedentem. haec[l] facere quum sit trimus.[m] tum enim maxime crescere, ac[n] lacertosum fieri. Sunt qui dicant post annum et sex menses equulum[o] domari posse, sed melius post trimum, a quo tempore farrago dari solet. haec enim purgatio maxime necessaria equino pecori. quod diebus decem facere oportet, nec pati alium ullum ci-

V. H. St. D. *deiuncti* P. (g) *oculi* I. B. Br. R. *oculis* A. Iunt. G. *eculi* P. et Codd. Victor. (h) *consueverint* A. Iunt. G. (i) *imponeris his* Br. *his* Ald. (k) *interdum in ventr.* I. B. Br. R. *interdum pronum in* P. (l) *hoc* I. B. Br. R. (m) *trimus* P. (n) *et* Br. (o) *eculum domare* P. *eculum posse domari*

Et e motu) Verba e *motu* damnabat Vrsinus. Geoponica XVI, 1, 12: *εἰς δὲ χειροηθείαν ἀκτέον τοὺς πώλους πληρώσαντας τοὺς δέκα καὶ ὀκτὼ μῆνας, τότε φορβιὰν αὐτοῖς περιτιθέντας. τὸν δὲ χαλινὸν πρὸς τῇ φάτνῃ κρεμαστέον, ἵνα ψαύων συνεθίζηται καὶ μὴ εὐλαβῆται τὸν ἀπὸ τῶν σιαλιστηρίων ψόφον.* Crescentius IX, 4: Quum pullus est duorum annorum, laquesri debet molliter laqueo grosso et forti, de lana composito, eo quod lana propter suam molliciem ad hoc hsbilior est lino vel cannabi. Virgilius III, 184: *primus equi labor est, stabulo fraenos audire sonantes. Fraena sonantia* dixit etiam Ovidius Metam. 2, 121. Scilicet freni genus, *κημὸν* fistulatum appensis tintinnabulis ex Hesychio et Eustathio habet Berenger T. I, pag. 189. *The history of Horsemanship*, et ex Apuleio equum, tintinnabulis perargutis exornatum. Sed locus est in Metamorph. X, pag. 247, de asino. Aristophanes in Ranis versu 963, habet Memnonas *κωδωνοφαλαροπώλους*. De usu tintinnabulorum in domandis equis bene monuit Berenger l. c.

Puerum) Crescentius lib. IX, 4: *Imponendus est etiam super eum bis in die puer aut ter vel pluries.* quibus antiqua mea Editio addit haec: *interdum parvus cum ventre postea sedens.* Vides, Crescentium cum Polit. libris legisse *interdum pronum in ventrem, postea sedentem.* aut potius legendum *bis aut ter interdiu, pronum in ventrem, postea sedentem.*

Sed melius) Crescentius: *Varro autem dicit meliorem fieri equum, qui triennio completo domatur, a quo tempore dari farrago, id est farina, solet, quae propter purgationem equino pecori maxime necessaria est.*

Farrago) Geoponica: *γενόμενον δὲ τριετῆ δαμαστέον πρὸ τοῦ γραστισθῆναι.* Pubentes secare herbas pro *γραστίζειν* dixit Virgilius Georg. III, 126.

Facere) Cresc. *fieri debet — ullum alium — undecimo vero die — quartum decimum diem et decem diebus ultra — adiicientem minutatim; deinde mediocriter extergendum et extrahen-*

bum gustare. Ab undecimo die usque ad quartum 14
decimum dandum ordeum, quotidie adiicientem[p] minutatim. quod quarto die feceris, in eo decem diebus proximis manendum; ab eo tempore mediocriter exercendum: et quum sudarit,[q] perunguen-

libri Victorii. (p) Vulgo *adiiciendo.* sed P. Cr. *adiicientem* babent. (q) *sudum et quum.* — Brusch. *ullum cibum alium* babet, et deinceps *decimum quartum.*

Quod quarto die) Vrsinus malebat *quarto decimo.* quam emendationem egregie firmat locus Crescentii; ut recte monuit Ponted. qui in eandem cum Vrsino coniecturam incidit, sed in eo mutat, ut velit legi: *quarto decimo feceris*, quasi *die* ortum sit ex *decimo.*

Exercendum) In libris suis Victorius reperit *extriendum*, in uno semivetere *eximendum.* Hinc Salmasius ad Solinum p. 40 corrigebat *strigandum*: ineptissima divinatione. In libris Vaticanis etiam *extriendum* reperit Pontedera, qui ex Crescentio annotavit lectionem: *extergendum et extrahendum*; unde probabat *extergendum atque exercendum*, i. e. defricandum atque exercendum. Deinde mutata sententia malebat: *mediocriter* (hordeum) *eximendum.* Denique in Curis sec. *exercendum* probat; esse enim domandi et ad res ess, ad quas quis aptum vult esse, instruendi initium, mediocriter exercere. Mihi quid videatur, dicam, posteaquam posuero locum Hippiatricorum p. 254, ubi Apsyrtus ita de γραστισμῷ praecipit: ἔστι γὰρ ἀναγκαιοτάτη καὶ πρώτη θεραπεία. τὸν ἵππον ἰδίᾳ στήσαντες παραβαλοῦμεν τὴν γράστιν, μηδὲν ἕτερον τῶν τρεφόντων παραβάλλοντες. ἄριστον μὲν εἶναι ταύτην πυρίνην, εἰ δὲ μὴ κριθίνην, ἣν δώσομεν μέχρις ἡμερῶν πέντε, ἀπὸ δὲ τούτων διπλασίονας ἄλλας. ὑπάρχει δὲ βέλτιον ἐὰν ᾖ παρὰ θαλάσσῃ ἐσπαρμένη (Cf. Vegetius I, 22, 8): εἰ δὲ οὐκ ἔστι, τῇ παρούσῃ χρησόμεθα καὶ κριθῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν προστιθέντες ἡμιχοίνικον (Gesner in Equo p. 476 emendabat χρησόμεθα μετὰ κριθῶν) ὅταν δὲ ἔλθωμεν εἰς τὸ τεταγμένον, μενοῦμεν, διδόντες τὴν εἰθισμένην ταγὴν καὶ χλωρὸν χόρτον μὴ ἐλλείποντες ἐφ' ὅσον ἂν ᾖ χρόνον. ἀπὸ δὲ τῶν πρώτων πέντε προάξομεν αὐτὸν καὶ λούσομεν ὥστε καὶ νήχεσθαι, εἶτα ἀποξύσαντες τὴν ὑγρασίαν πᾶσαν, δεῖ ἀναφυσᾶν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ καὶ τρίβειν ταῖς χερσὶ κατὰ τρίχα μέχρις ἂν μηδεμίαν ἰκμάδα ἡ χρὼς ἔχῃ, καὶ τὰς λοιπὰς παραβαλοῦμεν καθὼς προγέγραπται μετὰ τῶν κριθῶν. Hierocles ibidem p. 236 per dies quatuordecim farragine pascere iubet, nec minus quam septem aut novem dies. Ita etiam Theomnestus p. 237. χλοάζειν iidem dicunt, quod alibi γραστίζειν. Nemesianus versu 283: *pasce igitur sub vere novo farragine molli cornipedes, venamque feri.* Qua ratione pastos equos Hippiatrica spondent post vernam purgationem cito fore pingues et robustos. Pura et sola farragine per decem dies pasci equos iubet Apsyrtus, deinde singulis diebus dimidium choenicem hordei adiiciendum esse monet, donec ad solitam mensuram perveniatur; tum enim manere iubet in ea; post primos quinque dies equum exigendum

dum[r] oleo. Si frigus erit, in equili[s] faciendus ignis. Equi[t] quod alii sunt[v] ad rem militarem idonei, alii ad vecturam, alii ad[x] admissuram, alii ad cursuram, alii ad rhedam,[y] non[z] item sunt spectandi atque[a] habendi. Itaque peritus belli alios eligit, atque[b] alit, ac docet: aliter quadrigarius, ac desultor. neque item,[c] qui vectarios[d] facere vult; neque eodem modo paran-

daverit a. V. (r) *perungendum* Br. A. (s) *equali* ex Ald. male laudat Gesn. *aquali* Herv. (t) *Equis* I. B. Br. R. et libri Victorii. (v) *sunt idonei* Br. A. (x) *ad* om. P. (y) ante Vict. addebatur *alii ad praedam* quae ille omisit, ego corresi. (z) *num* A. Iunt. G. (a) *adque* P. *ad quae habendi?* A. Iunt G. (b) *adque* P. (c) *idem* a. V. (d) *vectorios* I. B. Br. R. (e) *neque eo-*

in flumen, ut lavetur et natet, deinde extergendum, oleo et vino perfricandum et subigendum secundum pilum. Itaque verba Varronis *ab eo tempore* et reliqua alieno loco posita esse puto, et statim post *gustare* collocanda. Deinde ea sic fere lego: *Ac eo tempore exigendum, mediocriter exercendum, et cum sudarit, extergendum et perungendum oleo.*

In equili) Cresc. *faciundus in stabulo ignis erit.*

Equi quod) In libris Victorii et Edd. primis est *Equis*; unde Victorius efficiebat *equeis*. Crescentius ex b. l. IX, 7: *nam alii deputantur ad vecturam, alii ad admissuram* (sed antiqua mea *ad* omittit) *alii ad cursuram, ut qui ad praedicta parantur, alii ad quadrigam, qui diversimode sunt ad sua officia instruendi.*

Cursuram) Edd. primae addunt deinceps: *alii ad praedam*. quae suis in libris non reperta omisit Victorius, etsi paulo post, ubi eadem recurrunt, reliquit. Vtrobique legendum esse *rhedam*, monuit Vrsinus. Originem vitii reperisse mihi videor in scriptura Varroniana *hreda*. Ita enim ipse talia vocabula scribi voluerat. Vide notam supra positam ad I, 7, 8. Vectura est graviorum onerum, rheda itineri hominum servit. Crescentius legisse videtur *ad quadrigam*. Vrsinum sequitur Vlitius ad Nemes. p. 349, ed. Burm.

Aut ad rhedam) Ita scribi voluit Vrsinus pro *praedam*, probante Vlitio ad Nemesian. v. 50 et Gesnero.

Atque alit ac docet) Gesner malebat *atque aliter docet*. recte, puto!

Item) Ita voluit edere Gesner, sed operae aberrarunt.

Vectarios) Haec lectio vitiosa est. Si enim is dicitur vectarius, quo quis vehitur, comprehenduntur vectarii numero eorum, qui ad ephippium parantur. Sed dicitur *vectorius* rectius, quod est etiam in Edd. primis. Ita navigia *vectoria* dicuntur apud Caesarem et Suetonium. Hoc vero in loco alius equi usus requiritur ad vecturam. Igitur lego *vecturarios*. Boves vecturarios ex Cod. Theodosiano posuit Gesner in Thes. L. L. Idem asinum vectarium annotavit ex Plauti Bacchid. Prologo versu 32, sed ibi est: *vecturio vehar asinario.*

Neque eodem modo parantur) Haec

tur[e] ad ephippium, aut [f] ad rhedam: [g] quod [h] ut [ad rem militarem, quod] ibi ad castra habere volunt acres,[i] sic contra in viis habere malunt placidos. propter quod discrimen maxime institutum, ut castrentur equi. demptis enim testiculis fiunt quietiores, (et) ideo quod semine carent; ii canterii [k] appellantur,[l] ut in subus [m] maiales; in [n] gallis gallinaceis capi. De me- 16
dicina,[o] vel plurima sunt in equis et signa morborum, et genera curationum, quae pastorem scripta habere oportet. Itaque ob [p] hoc in Graecia potissimum medici pecorum ἱππίατροι [q] appellati.

VIII. Quum haec loqueremur,[a] venit a Menate libertus, qui dicat [b] liba absoluta esse, et rem divinam paratam; si vellent, venirent illuc, et ipsi pro se sacrificarentur.[c] Ego vero, *inquam*, vos ire [d] non patiar

dem m. par. addidi ex A. Iunt. G. (f) *ut* Eaedem. (g) Vulgo *praedam.* (h) *quam* I. B. Br. R. (i) *habere ad castra — acies* I. B. Br. R. (k) *cantherii* P. (l) Ita pro *appellati* scripsi ex I. B. Br. R. (m) Ita pro *suibus* ex P. scripsi. (n) *in* addidi ex I. B. Br. R. A. (o) *medicinis* a. V. (p) *ab* I. B. Br. R. (q) κληνοιατροι I. B. Br. R. κλινιατροὶ A. Ba. G. ἀτηνιατροὶ Iunt. ἱππιατροὶ H. St. D. κληνίατροι margo Durd.

Cap. VIII. (a) *loquerentur* I. B. R. correxit Brusch. (b) *dicit* I. B. Br. R. (c) *sacrificarent* a. V. (d) *ante ire* P. (e) *multi et item bigeneris* I. B. Br·

verba ex Edd. I. I-G. revocavi ad sensum necessaria absolvendum.

Quod ut ad rem) Vrsinus verba *quod ibi ad castra* spuria censebat. Contra Gesner verba *ad rem militarem quod* velut aliena inclusit.

Castrentur) Vrsinus malebat *castrarentur*. Crescentius IX, 7 ex h. l. habet: *quidam equos habere volunt placidos et quietos et tales castrandi sunt, quia demptis testiculis quietiores fiunt.*

Et ideo) Duce Pontedera vulgatam huius loci lectionem et distinctionem mutavi, ubi erat: *et ideo, quod semine carent, ii canterii appellati*. Vulgata enim speciem etymologiae praefert, quae h. l. nulla est. Inclusi *et*, delere non ausus sum.

Appellati) Nonam disputationis partem de numero equarum, admissariu subiiciendarum, de numero pastorum et similia, quae in reliquis generibus diligenter tractare solet, deesse, monuit Pontedera. De numero tamen pastorum, equabus addendorum tradit infra cap. 10, sect. 11. Et recte monuit ipse Pontedera in Curis sec. nonam partem inesse principio, ubi ad singulos admissarios definit feminas, et narrationi de pastoribus.

Cap. VIII. *A Menate*) Redi ad II, 1, 1, ubi et de tertio actu est sect. 12.

ante, quam mihi reddideritis tertium actum de mulis, de canibus, de pastoribus. Brevis oratio de istis, inquit Murrius. nam muli[e] et hinni bigeneri, atque insiticii, non suopte genere ab radicibus. ex equa enim et asino fit mulus. contra ex equo et asina hinnus.[f] Vterque eorum ad usum utilis, partus[g] fructu

R. (f) *insitii* Br A. (g) *partus fructus venter* I. B. Br. R. *neuter* Pol. *partu*

Insiticii) Edd. primae *insitii*. Supra I, cap. 2, sect. 5, *insititio somno* dedit Victorius; sed locus ille in libris omnibus misere luxatus est. Addit Gesneri Thes. L. L. exemplum Plinii IV, Epist. III, sect. 5: *cum hoc insititio et inducto* (sermone) *tam praeclara opera perfeceris.* ubi Mediceus *instituto* habet. Catanaeus vero Apuleii auctoritatem ibi laudat.

Hinnus) Plinius VIII, 44: *Equo et asina genitos mares hinnos antiqui vocabant, contraque mulos, quos asini et equae generarent.* Colum. VI, 37: *qui ex equo et asina concepti generantur, quamvis a patre nomen traxerint, quod hinni vocantur, matri per omnia magis similes sunt.* Male ab hinnitu equi nomen is derivat. Plinius VIII, s. 69: *gignitur etiam mula ex equo et asina, sed effrenis et tarditatis indomitae. Lenta omnia eis, ut vetulis; equo et asina genitos mares hinnos antiqui vocabant, contraque mulos, quos asini et equae generarent.* ubi Codd. omnes: *lenta omnia vetulis.* Ineptam lectionem *hinnulos* restituit Brotier. Pergit idem Plinius: *In plurium Graecorum monumentis est cum equa muli coitu natum, quem vocaverint ginnum, id est, parvum mulum.* Ita scilicet Aristoteles H. A. VI, 24 ginnum vocari ait natum interdum ex coitu muli cum equa; sed proprie ait vocari ἴννον pullum asinae, ex equo conceptum: γίνονται δὲ οἱ καλούμενοι ἴννοι ἐξ ἵππου, ὅταν νοσήσῃ ἐν τῇ κυήσει. et cum nanis comparat. Idem de General. II, 8 utrique generi nomen γίννος commune facit, pullo asinae ex equo concepto et ex mulo. Veram scripturam vocabuli ἴννος non γίννος esse, docent praeter libros scriptos Hesychius in voce ἴννος, Eustathius ad Iliad. p. 827, ed. Bas. et p. 768 ad Odyss. p. 350, denique Latinorum *hinnus*. Vetus Aristotelis interpres *Ippam* et *Rippam* vertit. Nonius: *Hinnos vel hinnas sub quo sensu accipere debeamus, Varro designat: ait enim, ex equis et hinnulis, qui nascantur, hinnos vocari.* Romani *mannos* vocabant. Scholia Horatii III, 27, vers. 7 equos pusillos vulgo *burdos* vocatos interpretantur, sed eadem ad Epod. IV, 13, *burrichos* vocant. Isidorus Orig. XII, 1, Burdo ex equo et asina. Buricos nominat Vegetius Mulomed. IV, 2, 2. Buricos ferventes nominat Hieronymus Epist. ad Pammach. 26. A colore burro seu rufo dictos *burrichos*, quasi πυῤῥίχους censet Salmasius ad Vopisci Carin. contranitente Reinesio ad Petronii c. 45. Salmasii opinionem firmat, quod Varro infra sect. 6 hinnos ait esse corpore rubicundiore quam mulum. Ibi pro *hinnus* Edd. primae similiter habent *hinulus*. Mannum esse Gallicum vocabulum, Reinesio eo lubentius credo, quod Plinius cum Varrone et Columella eo abstinuit.

Partus fructu) Ita ex Edd. primis

neuter. Pullum asininum a partu recentem subiiciunt equae, cuius lacte ampliores fiunt, quod id lacte[h] quam asininum; ac[i] alia omnia dicunt esse melius. Praeterea educant eum paleis, foeno, ordeo. Matri suppositiciae quoque inserviunt,[k] quo equa ad ministerium lactis cibum pullo praebere possit. Hic ita eductus a trimo,[l] potest admitti. neque enim[m] asper-
natur,[n] propter consuetudinem equinam. Hunc mi- 3
norem si admiseris, et ipse citius senescit, et quae ex eo concipiuntur fiunt deteriora. Qui non habent eum asinum quem supposuerunt equae, et asinum[o]

fructu ventre A. Ba-G. Victor. *partu fructus* dedit, et Gesner. (h) *lac* a. V. (i) *at* P. *ac omnia al.* Br. (k) *instruunt* I. B. R. Br. (l) *a bimo* I. B. R. *ab initio* I. I-G. et A. quae in Corrig. *educatus* legere iubet. *a primo* rel. Br. (m) *enim eum* I. I-G. A. (n) *aspernantur* omnes praeter I. B. (o) *asina-*

suadente Gesnero correxi vulgatum *partu fructus*. Pontedera malebat legi *partu, fructu neuter*. Vrsinus *ad fructum neuter*.

Ac alia omnia) Spuria haec visa sunt Vrsino; et abesse commode possunt.

Inserviunt) i. e. maiorem eibi copiam praebent. Alio sensu Colum. IX, 14, 2 examina fortius operibus inservient.

Quo equa) Vulgatam *quo equa ad ministerium lactis cibum p. p. possit* vitiosum esse sensit etiam Gesner, cui *ad* et *cibum* redundare videbantur: Pontedera corrigebat *aequa* pro *equa*, interpretatus parem ad lactis ministerium. Lactis ministerium diei videtur, ut III, 16, 24, ministerium apibus praebetur ex diversis herbis. Noster II, 4, 19: *quod mater neque potest sufficere lac*, quod Cresc. reddit: sufficienter praebere lac. Pontederae rationem adiuvat locus Palladii Febr. 25, 16, ut alimentum pomis succus aequiparet. Sed aliud latere vitium suspicor.

A trimo) Recte ita lectionem antiquam *bimo* et *primo* correxit Gesner, ab Vrsino et Pontedera monitus. Vrsinus praeterea malebat legi *Nam ita eductus*. Ceterum de annis consentit Colum. VI, 37; Palladius IV, 14; Geopon. XVI, 21.

Aspernatur) Ita cum Edd. primis legendum esse viderant Vrsinus et Pontedera, quibus paruit Gesner. Sed praeterea recte Vrsinus vidit, vitiosum esse *equinam*. Itaque legebat: *equas. Nam minorem*. Geopon. XVI, 21: φιλοκαλότεροι δέ τινες ταῖς θηλείαις ἵπποις ὑποβάλλουσι τοὺς τῶν ὄνων πώλους. καὶ γὰρ κρείττονι τραφήσονται γάλακτι, καὶ συντραφέντες φιλοστοργότερον ἕξουσι περὶ τὰς ἵππους ἐκ τῆς ἀνατροφῆς, ὥστε καὶ ἐφορμᾷν προθύμως. Aristoteles H. A. VI, 23 eadem tradidit, et eiusmodi admissarios ἱπποθήλας ὄνους vocari ait.

admissarium habere volunt, de asinis quam[p] amplissimum formosissimumque possunt, eligunt. quique seminio natus sit bono, Arcadico, ut antiqui dicebant, ut nos experti sumus, Reatino: ubi trecenis[r] ac quadrigenis[s] millibus[t] admissarii aliquot venierunt. quos emimus item ut equos, stipulamurque[v] in emendo, ac facimus in accipiendo idem,[x]
4 quod dictum est in equis. Hos pascimus praecipue foeno atque ordeo, et id ante admissuram largius[y] facimus, ut cibo[z] suffundamus vires ad foeturam.[a] Eodem tempore, quo equos adducentes, iidemque[b] ut ineant equas per origas[c] curamus. Quum peperit[d] equa mulum, aut mulam, nutricantes educamus. Hi, si in palustribus locis atque uliginosis nati, habent

rium lenss. Br. (p) *quemque* I. B. R. Br. Ba-G. A. (q) *et formosissimum quem* I. B. R. Br. *et form. quem habere possunt* Ba-G. A. (r) *tricenis* omnes. (s) *quadriugentis* I. B. R. Br. *quadragenis* Gymn. (t) H. S. ins. I. I-G. A. (v) *stipulamur* I. I-G. A. (x) *acc. ut dictum* Ba-G. A. (y) *et larg.* P. (z) *cibis* I. B. R. Br. (a) *foeturam eo* I. B. R. Br. (b) *idemque ut ineat* I. B. R. Br.

Quam amplissimum) Ex Edd. primis *quemque amplissimum et formosissimum quam possunt* legi malebat Pontedera; equidem leviore mutatione vulgatum *quem* correxi. Mecum facit Vrsinus, nisi quod malebat *et formosissimum eligant* omisso *possunt*.

Natus) Abundare hoc vocabulum censet Vrsinus; et alibi omisit Varro.

Trecenis) Numeros ex Vrsini admonitione ad cap. 1, 14 correxit Gesner. De mulorum pretio iam olim Plautus Aulul. III, 5, 21: *ego faxim muli, pretio qui superant equos, ut sient viliores Gallicis cautheriis.* Vnde patet, ad muliebres vecturas conquisitos fuisse iam olim mulos. Martialis de suo tempore III, 62: *quod pluris mula est, quam domus emta mihi.*

Stipulamurque) Ex margine irrepsisse censet Ponted. *que in emendo*, ibique fuisse annotatum. *quae in emendo essent attendenda.*

Eodem tempore) Aristoteles Gener. Animal. II, 8 propter frigidam asini naturam ait: τὰ ὀχεῖα ἐπιβάλλουσι τοῖς ὄνοις οὐχ ὥσπερ τοῖς ἵπποις κατ' ἰσημερίαν. ἀλλὰ περὶ τροπὰς θερινὰς, ὅπως ἐν ἀλεεινῇ γένηται ὥρᾳ τὰ πώλια. ἐν τῇ αὐτῇ γὰρ γίνεται ἐν ᾗ ἂν ὀχευθῇ. ἐνιαυτὸν γὰρ κύει καὶ ἵππος καὶ ὄνος. Magonem igitur sequi Varro videtur.

Iidemque) Equidem lego: *quo equos, adducentes, iidem ut ineant equas, per origas curamus.* Iungenda scilicet puto verba: adducentes per origam curamus etc. De origa satis dictum supra ad II, 7, 8.

ungulas molles: iidem si exacti sunt aestivo tempore in montes, quod fit in agro Reatino, durissimis ungulis fiunt. In grege mulorum parando spectanda aetas et forma. alterum, ut vecturis sufferre labores[e] possint, alterum ut oculos[f] aspectu delectare queant. hisce enim binis coniunctis omnia vehicula in viis ducuntur. Haec me Reatino auctore probares, mihi[g] 6
inquit, nisi tu ipse domi equarum greges haberes, ac mulorum greges vendidisses. Hinnus[h] qui appellatur, est[i] ex equo et asina, minor[k] quam mulus corpore, plerumque rubicundior, auribus ut equinis,[l] iubam et caudam similem asini. Item in ventre est (ut equus) menses duodecim. Hosce item ut equulos[m] et edu-

(c) *per origas* I. B. Br. R. Ald. *per pecorigas* margo Durdr. *per origas* divis. Com. et Po. (d) *pepererit* P. (e) *laborem possit* I. B. R. Br. (f) *oculis aspectum del. queat. His* I. B. R. Br. (g) *mi Attice, nisi* I. I-G. A. (h) *Hinulus* I. B. R. Br. (i) *est* omitt. a. V. (k) *est* inser. I. I-G. A. (l) *aequis*

In montes) Eodem abigebant equos Roseanos, de quibus supra cap. 7, sect. 6, et cap. 1, 16: *Muli e Rosea campestri aestate exiguntur in Gurgures altos montes.* Claudianus XXVIII, 515: *celsa dehinc patulum prospectans Narnia campum regali calcatur equo, rarique coloris non procul amnis abest, verbi qui nominis auctor. Ilice sub densa silvis arctatus opacis inter utrumque iugum tortis anfractibus albet.* Vide de campo Roseae supra ad I, 7, 10. Plinius 31, s. 28: *Quaedam terrae imbribus sicciores fiunt, velut in Narniensi agro: quod Admirandis suis inseruit M. Cicero, siccitate lutum fieri prodens, imbre pulverem.* quem locum pessime interpretatur Harduinus. Interamnates Nartes habet Plinius III, 12 accolas Naris. Vide Oberlin ad Vibium p. 149. Narniae locum hodie *Narni*, Interamnae *Terni* occupat. Ceterum ex hoc Varronis loco apparet, quam inepte Plinius excerpserit locūm Ciceronis in Admirandis *Reatinis tantum paludibus ungulas iumentorum indurari* 31, sect. 8, quam narrationem Dalecamp. explicabat ex alio eiusdem loco II, s. 96, ubi *in exitu paludis Reatinae saxum crescere* refert.

Mihi inquit) Ita cum Pontedera haec interpunxit Gesner, quum antea esset *probares mihi? inquit.* Loquitur Murrius Reatinus (vide supra cap. 6) eumque subito sermonem convertere putant ad Varronem; ad eum igitur pertinere *mihi inquit*. Quae ratio mihi satis dura videtur. Aliter qui Edd. I. I-G. curavit; is dedit *mi Attice, nisi.*

Ex equo et asino) Haec verba spuria videntur Pontederae, quia iam supra fuit explicatum, quis sit et dicatur hinnus.

Equinis) Vitium huius loci sensit Gesner, qui *similis* in sequentibus legi volebat. Sed ita locus nondum

cunt,[a] et alunt, et aetatem eorum ex dentibus cognoscunt.

IX. Relinquitur, inquit Atticus, de quadrupedibus, quod ad canes attinet, maxime ad nos, qui pecus pascimus lanare. Canis[a] enim ita custos pecoris,[b] ut[c] eius, quod[d] eo[e] comite indiget ad se defendendum. in quo genere sunt maxime oves, deinde caprae. has enim lupus captare solet, cui opponimus canes defensores. In suillo pecore tamen sunt, quae se[f] vindicent,[g] sues, verres, maiales, scrofae. prope enim haec apris, qui in silvis saepe dentibus canes occi-
2 derunt. Quid dicam de pecore maiore? quum sciam mulorum gregem quum pasceretur, eoque[h] venisset lupus, ultro mulos circumfluxisse, et ungulis caedendo eum occidisse? et tauros solere diversos assistere clunibus continuatos, et cornibus facile propulsare lupos? Quare de canibus, quoniam genera duo,

I. L. A. Gr. G. A. *aequus* Bas. *equis* Hervag. (m) *oculos* P. (n) *educunt* I. B. R. Br. *educant* reliquae.

Cap. IX. (a) *Canes* P. (b) *est pecoris* I. B. Br. R. Ba-G. A. (c) *et* P. *Ovis, quod eo comitetur* I. B. R. Br. (d) *qui* P. Iuntt. (e) *eo* deest P. (f) *se* abest B. R. (g) *vendicent* I. B. R. (h) *eo* P. Deinceps *circumfluisse*

persanatus est. Equidem legam *auribus ut equi, ita iuba et cauda similis vel similior asini.*

Cap. IX. *Quod ad canes*) Vrsinus corrigebat: *quod ad omnes*, aut: *Relinquitur, inquit Atticus, de canibus quod attinet maxime ad nos.* — Pontedera ex libro Polit. restituit: *Canes enim ita custos est pecoris, et eius* (i. e. praecipue eius) *qui eo comite indiget ad se defendendum.*

Vt eius quod) Scaliger legi volebat *ut enim quod*, interpretatus *siquidem*, ὅτι δή. Sed exemplum eius usus nullum apposuit. Crescentius IX, 78, ita h. l. excerpsit: *canis est custos eius pecoris, qui eo comite indigent ad s. d. — oves et caprae. eas enim — cui canes apponimus* etc.

Se vindicent) Cresc. *in suillo pecore sunt, qui se defendunt, ut sues — et scrophae.* Pontedera h. l. *sues* abundare censet; nec enim omnes sues, nempe qui minores natu sint, se defendere, sed maiores, ut scrophas, verres, maiales. Alias exceptionem nullam fieri. Recte! nisi Varro sues, non foetas, a scrophis matribus distingui voluit. Relinquuntur ita atque excipiuntur porci, seu minores natu sues.

Quoniam genera) Egregiam Mar-

unum venaticum, et pertinet ad feras bestias,[i] ac silvestres: alterum, quod custodiae causa paratur, et pertinet ad pastorem: dicam de eo ad formam artis dispositam[k] in novem partes. Primum aetate idonea 4 parandi, quod catuli et vetuli neque sibi, neque ovibus sunt praesidio, et feris bestiis nonnunquam praedae. Facie debent esse formosi, magnitudine ampla, oculis nigrantibus aut ravis,[l] naribus[m] congruentibus,

Br. (i) *bestias* abest I. B. R. Br. *bestibus assilvestribus assilvestris ac silvestres* P. In antiquiore Codice Victorius reperit: *bestibus assilvestribus assilvestres.* cum nota mendi apposita. In altero exstabat vulgata lectio. Caesenas habet: *pertinet ad feras bestias ac silvestribus ad silvestres.* Cod. S. Reparatae *bestiis* habet. (k) *dispositam* I. B. R. Br. Reliquae *expositam*. Ald. *dicam et de eo.* (l) *rabis* P. (m) *et nar.* I. B. Br. R. (n) *eminus* I. B. Br. R. *eminentibus*

klandi in Epist. Crit. p. 43 emendationem *quorum genera duo* indicavit Abr. Gronnv.

Venaticum et) Cresc. *Canum genera sunt duo, unum venaticum, pertinens ad feras, alterum — pertinens ad pastores, de quo dicere intendo. ad formam huius artis primum aetate* etc. Ex lectione librorum Polit. Pontedera effingebat hanc lectionem: *et pertinet ad feras vestibulas silveis tercula et lustreis.* Postrema tamen verba legenda esse censet ita: *silveis tributas et lustreis.* Scilicet ut canis domesticus ad vestibulum pertinet, ita ad fera vestibula silvis et lustris tributa pertinere alterum genus. Sed ipse vir egregius non multum tribuit hinc coniecturae. Equidem varietatem Pol. librorum ex glossa ortam puto fuisse. In Curis sec. Pontedera coniecturam hanc proposuit: *pertinent ad feras* (i. e. ferai, ferae) *vestibulas silvestribus assi lustreis.* Vt enim domesticus pertinet ad domus vestibulum, ita venaticum pertinere ad ferarum vestibula. Deinde ut assas nutrices Nonius ait vocatas, quod pueris nutriendis adsint, et ab illis nunquam divellantur, ita canes *assos* dici, qui assidui lustra ferarum ac vestibula investigent!

Artis dispositam) Vrsinus malebat *a te dispositam.* Equidem cum Edd. primis praefero *dispositam.* Vocabulum *artis* defendit Crescentius. Vulgo erat *expositam.*

Parandi, quod) Cresc *parandi sunt, nam catuli et senes, nec sibi nec ovibus — et lupis nonnumquam praedae fiunt. Debent esse* etc. Sed rectius antiqua mea Editio: *praedae, facie debent esse*; eadem paulo antea habet *catulae.*

Ampla) Malim *ampli*, ut Graeci dicunt *μεγέθει μεγάλοι,*

Aut ravis) Haec omisit Crescent. Fronto Geoponic. 19, 2: *μελανοφθάλμους μυκτῆρα ὁμόχρουν ἔχοντας, χείλη μελανοῦντα ἢ ὑπέρυθρα.* sed post aliquot cola subiicit *χαροποὺς τοῖς ὄμμασι καὶ λεοντοειδεῖς.* Sunt igitur nares congruentes scilicet colore. Polit. liber *rabis* habet; et sic in Columella VIII, 2, 9 optimi libri *rabidi* pro *ravidi* habent scriptum. Ravum colorem Festus interpretatur esse inter flavum

labris subnigris aut rubicundis, neque resimis superioribus, nec pendulis subtus, mento suppresso, et ex eo enatis duobus dentibus dextra et sinistra, paulo eminulis,[n] superioribus directis potius, quam broc-
4 chis: acutos,[o] quos habeant, labro tectos: capitibus, et auriculis magnis ac flaccis: crassis cervicibus, ac collo: internodiis articulorum longis: cruribus[p] rectis, et

Cresc. et antea *natis*. Br. *neque pendulis — dentibus duobus*. Ald. etiam *neque*. (o) *brochis* Br. A. *et acutis, quos habent* A. Iunt- G. (p) *ac collo internodis*

et caesium, idemque in spicis flava frumenta rava appellari monet. In Ciceronis Acad. IV, 33 *ravum* cum Nonio Codd. habent, ubi editur *fluvum*.

Resimis) Labra resima non intelligo. Aristoteles in Physiogn. magnos et robustos canes ait labra tenuia habere et in angulis utrinque laxa, ita, ut pars superioris labri iuxta angulum inferiori labro superimplicetur; ex quo Adamantius similiter labra tenuia esse ait cum ore magno. Angulos uterque συγχειλίας vocat; et deinde labrum superius et gingivas prominentes, velut in cane, refert ad homines conviciosos et maledicos; postea labia circa dentes caninos prominentia (κορυφοῦται) velut in canibus signare ait vociferatores et malignos. In canibus quosdam ait τῆς ῥινὸς τὸ ἄκρον λεπτὸν habere, eosque esse iracundos; generosos vero, ut leones, eandem partem habere crassam obtusam rotundam et solidam.

Mento suppresso) Puto esse μακρογενείους, quales ex canum similitudine in hominum genere animosos interpretatur Aristoteles in Physiogn. ubi vulgo ἀκρογένειοι legitur, monente Conr. Gesnero in Cane p. 225.

Brocchis) Crescentius in antiqua mea editione habet: *brachis id est tortis*. Sed Basileensis glossam modo habet; ex Lovaniensi Gesner *brocchis* cum glossa laudavit.

Acutos) Cresc. *habentes acutos dentes labro tectos*. Geoponics: καὶ ὀδόντας ὀξεῖς. et paulo antea: μεγαλοχεφάλους πλατυστέρνους.

Flaccis) Crescentii Editio Lovan. *flaccis id est plicatis*. antiqua mea *flatis id est plicatis*. Basileensis pessime: *latis id est plicatis* habet. Nemesianus Cyneg. versu 113: *cuique nimis molles* (i. e. valde) *fluitent in cursibus aures*. Festus: *Plauti appellantur canes, quorum aures languidae sunt ac flaccidae et latius videntur patere*. Sed vide supra ad cap. 5, sect. 8. notam.

Crassis) Cresc. *grossis*. Geoponica: τοὺς πολυαύχενας καὶ παχυτραχήλους. Addunt, differentiam colli et cervicis eam esse, ut τράχηλος totum colli ambitum, αὐχὴν contra superiorem colli partem in quadrupedibus pronis, posteriorem in homine recto significet. Ita Varro II, 5 cervices a collo distinxit, ut cervix seu cervices significent αὐχένα, collum τράχηλον. Scilicet cervices veteres Latini, non cervicem dixerunt, ante Hortensium, monente Varrone L. L. VII, 5, IX, 4. Quinctilianus VIII, 3, 35, et Isidorus Orig. XI, 1.

potius varis,[q] quam vatiis: pedibus magnis, et[r] altis, qui ingredienti ei displodantur:[s] digitis discretis: unguibus duris, ac curvis: solo[t] nec ut corneo, nec[v] nimium duro, sed ut fermentato, ac molli: a[x] femi-

add. P. (q) *ac potius variis q. vaciis* a. V. (r) *et* abest I. B. R. Br. (s) *displordantur* P. (t) *talo* a. V. *selone ut* P. ex quo nostram lectionem effecit Victor. (v) *ne* P. teste etiam Victorio. (s) Ita ante Victor. edebatur, qui

Varis quam vatiis) Geopon. σκέλη ὀρθὰ, εἰ δὲ μὴ, σκαμβότερα μᾶλλον ἢ βλαισὰ, πόδας μεγάλους, ἐν δὲ τῷ ἐπιβαίνειν πλατυνομένους, δακτύλους διηρθρημένους, ὄνυχας κεκυρτωμένους, ῥάχιν εὐθεῖαν ἕως τῆς οὐρᾶς. τὴν δὲ οὐρὰν παχεῖαν, ἀπὸ τῆς ἐκφύσεως μειουρίζουσαν ὅλην, ὕλαγμα ἔχοντας βαρύτατον. Vatius et valgus Latinis est, qui Graecis βλαισὸς, qui diversas suras habet; qui incurva crura habet, varus dicitur. Valgis pedibus, seu extrorsum curvatis est is, quem Galli *Basset*.

Pedibus magnis et altis) Verba *et altis* ad pedes noo pertinent, sed ad crura: igitur supra legendum: *cruribus rectis et altis et potius varis* etc. Pedes enim io terra poountur, et solum seu planta terrae obvertitur; in quibus nulla altitudinis ratio esse potest. Itaque est in Geoponicis, ubi praeterea βραχίονες στερεοὶ καὶ παχεῖς requiruntur.

Displodantur) Geopon. πλατυνομένους. Supra II, 5, 8 de bove: *pedibus non latis, neque ingredientibus, qui displodantur.* ubi similiter Geoponica: ἐν τῷ βαδίζειν μὴ πλατυνομένους ἄγαν. Contra Gratius Cyneg. 276: *effuge, qui lata pandit vestigia planta, mollis in officio.* Sed Varro de pastoritio cane loquitur. Paulo aliter displodi interpretatur Pontedera supra ad cap. 5, s. 8.

Vnguibus) Cresc. *et ungulis duris neque curvis, corpore suppresso, spina* etc. sed antiqua mea habet: *duris neque curva cauda grossa ac corvis corpore suppresso spina* et cet. Vides, Crescentium haesisse in unguibus curvis, quos Geoponica: κεκυρτωμένους reddunt. Ecce enim Plinius XI, s. 104: *ungues recti canibus praeter eum, qui a crure plerisque dependet.* Idem sect. 99: *leones, lupi, canes et pauca in posterioribus quoque quinos ungues habent, uno iuxta cruris articulum dependente.* Aristoteles de Part. Anim. IV, 10. τοὺς δὲ ὄπισθεν πόδας τετραδακτύλους λέοντες καὶ λύκοι. ἔτι δὲ κύνες καὶ παρδάλεις. ὁ γὰρ πέμπτος ὥσπερ ὁ τῆς χειρὸς γίνεται πέμπτος μέγας. De qoo loco olibi dicam accuratius.

Solo nec ut corneo) Ex lectione *selone ut* effecit hoc Victorius. Vulgo *talo nec ut.* quam lectionem defendere conatus est Gesoer, qui, quis talus dicatur in homine et quadrupedibus, ignorabat. Ceterum haec verba omisit Cresceotius et Geoponicorum scriptor, qui haec graece convertit. De solo pedum canis disi copiose ad Columellam VII, 12, 4. Talum si quis defendere mavult, possit forte adhibere locum Gratii Cyneg. 278, ubi in cane venatico requirit *solidos haec in certamina calces.* Vulgo potuerunt calces et talos nominare callum soli, cui insistit canis.

A feminibus) Antiquam lectionem

nibus summis corpore suppresso: spina neque eminula, neque curva: cauda crassa: latratu[y] gravi: hiatu magno: colore potissimum albo, quod in tenebris specie leonina. Praeterea foeminas volunt esse mammosas aequalibus papillis. Item videndum, ut boni seminii[z] sint. Itaque a[a] regionibus appellantur Laco-

dedit *ac feminibus*. (y) *latrato* P. (z) *seminiis* P. *seminis* I. B. R. Br. (a) *et*

restitui, temere a Victorin mutatam. Neutram tamen intellign. Femina proprie dicitur facies interior femorum, seu pars mollior summi femoris: a quibus corpus quomodo suppressum procedere dici possit, non intellign. Omisit haec verba Crescentius et Geoponica. Gratius versu 274 in venatico cane vult *adstricti succingant ilia ventres*. Nemesianus versu 109: *sit cruribus altis, sit rigidis, multamque gerat sub pectore lato costarum sub fine decenter prona carinam, quae sensim rursus sicca se colligat alvo*. Et Columella in pastorali cani probat hanc formam: *status eius longior productiorque ad hos casus magis habilis est, quam brevis aut etiam quadratus, quoniam nonnunquam necessitas exigit celeritate bestiam consectandam*. Hoc idem Varro dicere voluit, aut verba haec pertinent ad caudam: *a feminibus summis suppressa*, quae Geoponica vertunt: ἀπὸ τῆς ἐκφύσεως μειουρίζουσαν ὅλην. Ceterum Aristoteles in Physiogn canes venaticus esse ait supra ilia in cinctu graciles, εὐζώνους.

Eminula) Cresc. interpretationem addit: *id est sima*.

Hiatu) Geoponica: τοὺς μέγα τὸ χάσμα ἔχοντας. Os magnum et patulos morsus postulat Gratius vers. 270. Ceterum Aristoteles in Physiogn. et ex eo Adamantius τοὺς εὐρώστους κύνας, βαρὺ καὶ κοῖλον φωνεῖν.

Colore) Crescent. *colore potissimum leonino: foeminae vero debent esse mammosae papillis aequalibus*. Geopon. χρώμασι λευκούς, καὶ μάλιστα τοὺς ἀκολουθοῦντας τοῖς ποιμνίοις χαροποὺς τοῖς ὄμμασι καὶ λεοντοειδεῖς, ἄν τε δασεῖς τυγχάνωσιν ὄντες ἄν τε ψιλοί. Colum. VII, 12: *pastor album probat — ne, si non sit albo colore conspicuus, pro lupo canem feriat*. Vnde Vrsinus h. l. ita corrigebat: *quo in tenebris eos a lupis pastor discernat, radiantibus oculis etiam in tenebris specie leonina*. Vitium vidit etiam, sed non correxit Morgagni Epist. I, §. 100. Iam olim Conr. Gesner Quadrup. Hist. p. 266, tale quid addendum esse vidit: *a lupo et aliis feris facilius dignoscantur*. Idem speciem leoninam ad oculorum colorem χαροπὸν referebat. Equidem speciem leoninam pertinere puto ad amplum villosumque pectus, quod in villatico cane probat Columella.

Mammosas) Geoponica: μεγαλομάσθους τάς τε ἐπ' αὐτῶν θηλὰς ἰσομεγέθεις ἐχούσας. εἰσὶ γάρ τινες κύνες ἀτρόφους αὐτὰς καὶ ἀπεξυλωμένας ἔχουσαι, ἐάν τε δασὺ ἐάν τε ψιλὸν ᾖ τὸ σῶμα. δοκεῖ δὲ ἡ δασύτης ἱκανὴν κατάπληξιν ἐμποιεῖν. Vides, de magnitudine Frontonem interpretari, quae equidem de numero papillarum. Is enim in canibus, ut in suibus variat, ita, ut in altero latere saepe desit una.

Lacones) Virgilius III, 405 pasto-

nes, Epirotici, Sallentini.[b] Videndum ne a venatoribus, aut laniis canes emas. alteri, quod ad pecus sequendum inertes. alteri, si viderint leporem, aut cervum, [quod[c]] eum potius quam oves sequentur. Quare aut a pastoribus emta melior, quae oves sequi consuevit: aut sine ulla consuetudine quae fuerit. canis enim facilius quid assuescit, eaque consuetudo firmior, quae sit ad pastores, quam quae ad pecudes. P. Aufidius Pontianus Amiterninus, quum 6
greges ovium emisset in Vmbria ultima, quibus gregibus sine pastoribus canes accessissent; pastores ut deducerent [d] in Metapontinos saltus, et Heracleae[e]

a P. (b) *salamantini* I. B. Br. R. *Salentini* I. I-G. A. (c) *quod* abest I. B. Br. R. et Cresc. qui *sequuntur* habet. Deinceps *Amiternius* Br. (d) *deduxerunt* a. V. *dedurent in metam pinos* P. (e) *troicle pore* Pol. *traclepore* ex suis

ricios canes canens: *veloces Spartae catulos, acremque Molossum pasce sero pingui*. Horatius Epod. VI, 5: *Molossum* et *fulvum Laconem* pastoribus amicam vim dixit.

Epirotici) Sunt *Molossi*, *Athamanes*, quos iuxta nominat Gratius versu 481 seqq.

Salentini) Ex Vmbria, apud Plinium IV, 14. Hinc apud Silium III, 294: *Vmber nare sagax*. Gratius versu 171: *At fugit adversos idem quos reperit hostes Vmber. quanta fides, utinam, et solertia naris, tanta foret virtus et tantum vellet in armis.*

Videndum ne) Cresc. *Cavendum est ne a laueis neve a venatoribus canes emas. nam alii ad — inertes, sicut alteri — cervum, eum potius — sequuntur.* ubi antiqua mea habet: *ne a laneis, id est lanificiis — inertes sunt, alteri* etc.

Aut a pastoribus) Cresc. *quare a pastoribus emtus melior est, qui — aut qui sine consuetudine.*

Facilius quid) Cresc. *facile aliquid*, sed antiqua mea *facile quid*. Inepte Vrsinus malebat legi: *Cani enim facilius quid assuescit?*

Pontianus) Cicero ad Attic. XII, 44. Pontianum aliquem Attici amicum nominat.

Deducerent) Ex lectione librorum scriptorum Scaliger efficiebat: *Pastores ut deduxent in metampinos saltus se traclepere* i. e postquam deduxissent, se clam subducerent. Metampinos saltus putabat frustra quaeri hodie. Victorius tamen de Metapinis saltibus suspicabatur, dictis a Metapino Rhodani ostio. Vulgatum *deduxerunt* Vrsinus mutari iussit in *deducerent*. Popma assentitur Scaligero. Pontedera ita corrigebat: *ut dedurent* (i. e. esse perseverent cum grege) *in metapontinos saltus et tracleperent*: Heracleae emporium alieno loco commemorari censens, ubi de grege non vendendo, sed vendito agatur. Sed variae praeter eam rationes potue-

emporium: inde quum domum redissent, qui ad locum deduxerant, e desiderio hominum diebus paucis postea canes sua sponte, quum dierum multorum via interesset, sibi ex agris cibaria praebuerunt,[f] atque in Vmbriam ad pastores redierunt. neque eorum quisquam fecerat quod in agricultura Saserna praecepit, Qui vellet se a cane sectari, uti ranam obiiciat coctam. Magni interest ex semine esse canes eodem, quod
7 cognati maxime inter se sunt praesidio. Sequitur[g] quartum de emtione: fit[h] alterius, quum a priore domino secundo traditum est. De sanitate et noxa stipulationes fiunt eaedem, quae in pecore,[i] nisi quod hic[k] utiliter exceptum est. Alii pretium faciunt in singula capita canum. alii ut catuli sequantur matrem. alii ut bini catuli unius canis numerum obtineant, ut solent bini agni ovis.[l] plerique ut accedant canes, qui consuerunt[m] esse una. Cibatus canis propior hominis, quam ovis. pascitur enim e culina[n] et ossibus,

Codd. laudat Victor. Ita etiam Paris. (f) *quaesiverunt* A. Iunt. G. (g) *Sed quod quarum* I. B. R. Br. Pu. et libri Victorii. (h) *id fit alt. quod* A. Iunt. G. (i) *pecure* P. (k) *hoc* I. B. R. Br. (l) *oves* P. (m) *consueverunt* a. V. (n) *curia* P. 1. quam lectionem solam memorat Victorius. *enim carne* P. 2.

runt gregem eo deducere. Equidem nihil muto in vulgata. I. Fr. Gronov. coniiciebat ad *Heracleae forum*.

Qui ad locum deduxerant) Haec verba spuria censebat Scaliger et glossema. Rationem equidem nullam video criseos tam severae adhibendae.

Quod cognati) Geoponica: *θρεπτέον δὲ τοὺς κύνας κατὰ συγγένειαν· ἀμύνουσι γὰρ ἀλλήλοις φυσικῶς.*

Sequitur quartum) Ex lectione librorum: *sed quod quorum* Scaliger efficiebat: *praesidio: sed quod, quarum*, i. e. sed interest, quod semen sit, et quarum canum. Popma: *et id quod canum*. sententia eadem. Pontedera: *Sed, quod quartum de emtione, fit alterius*. Quae postrema ratio mihi quidem omnium facillima videtur.

Vtiliter) Vtilitatis causa, deficiente formula stipulationis, interpretatur Popma. *Aliter* vel *uti* corrigebat Vrsinus.

E culina) Liber Polit. *curia*. alter *carne*. Vulgatam probabat Scaliger: *pascitur enim iure* malebat Vrsinus; deinceps *herba et frondibus*. In vetere Codice ait esse *iure*, et comparat ex cap. V verba: *dant etiam ius ex ossibus et ea ipsa ossa contusa*. Inepta Popmae est divinatio *ligurria*. Lectionem e *curia* probabat Pontedera,

non herbis aut frondibus.[o] Diligenter ut habeant[p] ci-
baria providendum. fames enim hos ad quaerendum
cibum ducet, si non praebebitur,[q] et a[r] pecore ab-
ducet. Nisi[s] si (ut quidam putant) etiam illuc perve- 9
nerint, proverbium ut[t] tollant antiquum:[v] vel etiam
ut[x] μῦθον[y] aperiant de Actacone, atque in dominum
afferant dentes. Nec non ita panem ordeaceum dan-

Liber Caesenas *e viria*, Venetus *ecuria* teste Pontedera. (o) *fronde* I. B. R. Br. (p) *habeat* I. B. Br. R. (q) *dabitur* I. B. R. Br. (r) *ab pecor* P. (s) *Si non praebebitur nisi ut — et illuc* I. B. R. Br. (t) *attollunt* I. B. R. Br. *ut tollant* P. *ut tollunt* reliqui omnes. (v) *anticum* P. *antiquum βουλιμιᾷ κύων aperiant aperiant de* A. Iunt. G. (x) *uti ap.* P. (y) μῦθον abest I. B. R.

quod teste Dionysio Antiquitatum secundo Romanis dictae fuerint curiae coenacula, ubi curiae sacra faciebant atque epulabantur. Sed quid curiae illae ad rusticos et agros? Equidem Vrsinum sequor.

Cibaria) Cresc. *pane bene pascendi cum grege sunt, ne propter famem volens quaerere cibum a grege recedat.*

Nisi si) In Edd. primis est: *Si non praebebitur, nisi ut attollunt.* In aliis postrema huius loci verba ita leguntur: *antiquum βουλιμιᾷ κύων aperiant.* Vocem μῦθον omittunt Edd. primae et Polit. libri. Victorianam lectionem amplectitur Scaliger. Popma respici putabat vetus proverbium *Quot servi tot hostes.* Tolli id proverbium seu mutari, ut dicatur: *quot canes tot hostes.* Vrsinus excogitavit hanc emendationem: *nisi etiam illuc pervenerint, μῦθον ut tollant antiquum, vel etiam ut aperiant et in dominum.* Sed is non explicavit, quo sensu tollere proverbium voluerit intelligi. Scaliger comparabat locutiones *tollere risum, gaudia alicui.* Sed hae plane diversae sunt. In vulgari lectione antiquum proverbium intelligitur; id, quale si., dubitatur. Editiones quaedam ponunt βουλιμιᾷ κύων. Scaliger diversum intelligit, quo scilicet respexit Theocritus, ubi ait: θρέψαι κύνας ὥς τυ φάγωσι. Hoc proverbium tolli dici non potest alia ratione, nisi ut sententia eius mutetur aut plane nulla fiat. Mihi nondum liquet. Varro apud Nonium in *occupare.* Crede mihi, plures dominos servi comedere quam canes; *quod si Actaeon occupasset, et ipse prius suos canes comedisset, et non negasset, saltatoribus in theatro fieret.* ubi ex scriptura Codicis *non nugax* Faber correxit: *non nugas esset saltatoribus in th. fabula.* Contra altera Mercerii Editio posuit: *non nugas salt. in theatro fieret.* ex correctione scilicet L. Carrionis Antiqq. Lect. III, 10, qui praeclare de nomine indeclinabili *nugas* disputavit, cuius locum et Varronis auctoritatem omisit Gesneri Thes. L. L. Editio Nonii Parmensis *negavisset* habet.

Nec non ita) Alteram negationem abundare monuit Gesner. Geoponica XIX, 4, tanquam e Varrone haec referunt: θρέψομεν δὲ τὰς κυούσας οὐ σιτίνοις ἀλλὰ κριθίνοις ἄρτοις· θρεπτικώτατοι γάρ εἰσιν οὗτοι· καὶ ὀστᾶ προβάτων ἄνευ τῆς σαρκὸς ἑψήσαντες

dum, ut non potius eum in lacte des intritum, quod eo[z] consueti cibo uti, a pecore non cito desciscunt.[a] Morticinae ovis non patiuntur vesci carne, ne ducti sapore minus se abstineant. Dant etiam ius[b] ex ossibus, et ea ipsa ossa contusa. dentes enim facit firmiores, et os magis patulum: propterea quod vehementius didicuntur[c] malae, acrioresque fiunt propter medullarum saporem. Cibum capere consuescunt in-
11 terdiu, ubi pascuntur: vesperi, ubi stabulantur. De[d] foetura: principium admittendi faciunt veris principio: tunc enim dicuntur catulire, id est, ostendere

Br. (z) *ei* I. B̊. R. Br. (a) *desiscunt* I. B. Br. R. A. *descunt* P. (b) *iis* P. *his* I. B. R. Br. (c) *deducuntur* I. B. Br. R. *ducuntur* Cresc. (d) *Foeturae*

παραθήσομεν, ἵνα ὁ ἐκ τῶν ὀστέων μυελὸς κεράσῃ καὶ λιπαρὸν τὸν ζωμὸν ἀπεργάσηται, ὃν κατὰ τῶν ἄρτων θρυφθέντων ἐπιχέαντες καὶ πάλιν ἐνθρύψαντες παραθήσομεν· τεκούσαις δὲ ταύταις ἄλευρα κρίθινα γάλακτι βοὸς ἢ αἰγὸς μίξαντες παραθήσομεν, καὶ τῶν ὀστῶν, ὡς προείρηται, ἑψηθέντων. Catulis etiam panem, lacte bubulo aut iure ossium intinctum, praebent. Sed de victu parturientium et lactantium deinde refert Varro. Hoc vero praeceptum omiserunt reliqui scriptores. Canes pastoricios sero pingui alit Virgil. Georg. III, 406. Gratius 307: *lacte novam pubem facilique tuebere maza.* Nemesianus 158: *hos igitur genetrice simul iam vere sereno molli pasce sero — interdumque cibo cererem cum lacte ministra.* deinde quatuor menses natis catulis vs. 182: *rursus miscere sero cerealia dona conveniet, fortemque dari de frugibus escam.*

Morticinae) Crescentius: *m. ovis carnes non patiantur pasci, ne ductu sapore minus se abstineant, sed dentur eis ossa bene concussa. nam ex his dentes fiunt firmiores.* Geoponica XIX, 1, de catulis: παραθετέον δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ ὀστᾶ, ἵνα στεῤῥοποιῶσιν ἅμα καὶ ὀξύνωσιν τοὺς ὀδόντας. Et cap. 2: τῶν δὲ ἀποθνησκόντων θρεμμάτων οὐκ ἐῶσι ἅπτεσθαι, ἵνα μὴ συνεθισθῶσι καὶ τοῖς ζῶσιν ἐπιτίθεσθαι· δυσμετάκλητοι γὰρ ἐκβαίνουσιν, ὅταν ἅπαξ ὠμοφαγήσωσιν.

Interdiu) Cresc. *In die cibum capiunt — vespere ubi stabulantur. Catulae tribus mensibus solent esse praegnantes. in partu, si plures sunt, eligere* etc.

De foetura) Ita supra cap. 7, 7: *Horum foeturae initium admissionis facere oportet.* ubi Pontedera monuit olim fuisse: *De horum foetura; initium* etc.

Veris principio) Malebat Vrsinus *initio*, ne idem vocabulum repeteretur.

Catulire) Expressit graecum σκυζᾶν. Plin. 16, c. 25: *Catulitionem rustici vocant, gestiente natura semina accipere.* Verba *id est ostendere — maritari* glossema ineptum esse censebat Vrsinus.

velle se maritari. Quae quum admissae, pariunt cir-
citer solstitio. praegnantes[e] enim solent esse ternos
menses. In foetura dandum potius ordeaceos[f] quam 12
triticeos panes. magis enim eo aluntur, et lactis prae-
bent maiorem facultatem. In nutricatu secundum par-
tum si plures sunt, statim eligere oportet quos ha-
bere velis, reliquos abiicere. quám paucissimos re-
liqueris,[g] tam optimi in alendo fiunt propter copiam
lactis. Substernitur eis acus, aut quid [item[h]] aliud,
quod mollióre[i] cubili[k] facilius educantur.[l] catuli die-
bus xx videre incipiunt. Duobus mensibus primis a
partu non diiunguntur a matre, sed minutatim de-

I. B. R. Br. Deinceps *tum enim* Br. postea *se velle* Br. A. (e) *praegnates* P. (f) *ordeacios quam triticios* P. (g) *relinques* I. B. R. Br. (h) *item* deest a. V. (i) *meliore* a. V. (k) *cubiculo* I. B. R. Br. (l) *educuntur* I. B. Br. R.

Quae cum) Vrsinus corrigebat: *quae tunc*: id est, veris initio. Geoponica 19, 2: βιβάζειν δὲ χρὴ ἔαρος ἀρχομένου ὅπως ὁ τοκετὸς περὶ τροπὰς γένηται θερινάς. φέρει γὰρ ἡ κύων τὸ κυούμενον μῆνας τρεῖς. Tempora graviditatis variare in canibus, monuit Aristoteles H. A. V, 14, VI, 20, et Pollux V, 7. Post Aristotelem solum canem mutare ea tempora, annotavit Theophrastus etiam in H. Plantarum.

Ordeaceos) Vide supra ad sect. 10.

Secundum partum) I. e. post partum. Nec opus legere *ad partum* cum Vlitio ad Nemes. vs. 134.

Statim eligere) Cresc. *in partu si plures sunt, eligere oportet*. Geoponica: ἅμα δὲ τῷ τεκεῖν χρὴ ἀποῤῥίπτειν τῶν σκυλακῶν τοὺς ἀγενεῖς ἤ τι σίνος ἔχοντας.

Quam paucissimos) Cresc. *quanto pauciores relinquuntur, tanto in alendo meliores fiunt. Item substernatur eis aliquid quo molliori cubili — educentur.* Loquendi genus, Varroni et Catoni vers. 9, cap. 64. usitatum, corrupit Crescentius.

Substernitur) Geoponica: στρωννύουσι δὲ αὐτοῖς ἄχυρα, ὥστε κοίτην μαλακὴν ἔχειν καὶ συνθάλπεσθαι· δυσχείμερον γάρ ἐστι καὶ τοῦτο τὸ ζῶον. In voce *pabulo* iam olim adhaesit Conr. Gesner in Historia Canis p. 267. Videtur *acubus* legendum, aut vocabulum a *faba* derivatum. Iam alibi *pabulo* cum *fabuli* segete permutatum vidimus.

Diebus XX) Geoponica: ἀναβλέπειν δὲ δοκοῦσιν οἱ σκύλακες ἐν ἡμέραις κ· δεῖ δὲ αὐτοὺς ἐᾷν μετὰ τῶν μητέρων δίμηνον, εἶτα ἀπεθίζειν ἐκ προσαγωγῆς. A graviditatis tempore pendere numerum hunc dierum, recte monuit Aristoteles H. A. VI, 20. Plinius VIII, s. 62: *quo largiore aluntur lacte, eo tardiorem visum accipiunt, non tamen unquam ultra vicesimum primum diem, nec ante septimum.*

Diiunguntur) Cresc. *disiunguntur, a*

suefiunt. Educunt eos plures in unum locum et irritant ad pugnandum, quo fiant[m] acriores, neque
13 defatigari patiuntur, quo fiant segniores. Consue[n] quoque faciunt ut alligari possint,[o] primum levibus vinclis:[p] quae si abrodere conantur, ne id consuescant facere, verberibus[q] eos[r] deterrere solent. Pluviis[s] diebus cubilia substernenda[t] fronde aut pabulo, duabus de causis, ut ne oblinantur, aut perfrigescant. Quidam eos castrant, quod eo minus putant relinquere gregem. quidam non faciunt, quod eos cre-
14 dunt minus acres fieri. Quidam nucibus Graecis in aqua tritis perungunt aures, et inter digitos: quod muscae, et ricini, et[v] pulices[x] soleant (si hoc unguine non sis usus) ea exulcerare. Ne[y] vulnerentur a bestiis,

Deinceps *disiunguntur* Eaedem et Ald. (m) *fiunt* P. (n) *Consuefaciunt quoque* a. V. (o) *primum possint* I. B. R. Br. *poss. allig. pr.* A. (p) *numellis, quas* a. V. (q) *ververibus* P. (r) *eos* abest I. I-G. A. (s) *Pluribus* I. B. R. Br. (t) *sternenda* solit. I. B. R. Br. (v) *et* om. P. I. B. Br. R. Cr. (x)

matribus educunteos in unum locum. Item consuefaciant ut alligari possint. Geoponica: καὶ συγκροτοῦσιν εἰς μάχην πρὸς ἀλλήλους, καταβαρεῖσθαι δὲ οὐκ ἐῶσι, χάριν τοῦ μὴ δειλιᾷν, μηδὲ καταπτώσσειν, ἀλλὰ κατατολμᾷν ἐν τοῖς πόνοις, μηδὲ ὑπείκειν κατὰ μηδέν· unde Vrsinus h. l. malebat legi *quo fiunt* vel *ne fiant segniores.*

Levibus vinclis) Ita ex libris suis edidit Victorius assentiente Crescentio. et Caesen. Codice. Equidem praefero antiquam lectionem *numellis quas.* Geoponica 19, 2: δεσμοῖς δὲ συνεθίζουσι τὸ μὲν πρῶτον ἱμάντι, εἶτα κατὰ μέρος σιδήρῳ.

Ne id) Cresc. *ne illud.*

Quod muscae) Cresc. *eo quod muscae* et ricini pulices ibi stare solent: quod si non fiat, *ea exulcerentur. ne vulneretur et a bestiis, imponuntur eis collaria ferri, habentia sub se leve corium, clavulis infixum, ne collo noceat d. f.* Geoponica 19, 2: περιχρίουσι τοὺς σκύλακας ἀμυγδαλῇς πικρᾶς μετὰ ὕδατος τετριμμένης περὶ τὰ ὦτα καὶ τὰ μεταξὺ τῶν δακτύλων, ἵνα μήτε μυῖαι προσκαθίζωσιν ἑλκοποιοῦσαι, μήτε κρότωνες ἢ φθεῖρες θλίβωσι. Vertunt igitur pulices φθεῖρας. Pontedera malebat h. l. legi *amaris* pro *graecis.* Sed nuces non aliter dicuntur amygdalae, nisi iungatur vocabulum graecae. Potuerunt primum amarae amygdalae in notitiam Romanorum venire, atque inde forte nuces graecae dictae fuerunt. Nemesianus Cyneg. 209, postquam remedia contra scabiem canum tradiderat: *auribus et tineas candenti pellere cultro.*

Ne vulnerentur) Geoponica 19, 1: φυλακτέον δὲ τοὺς τῶν ποιμνίων φύ-

imponuntur his[x] collaria, quae vocantur mellum,[a] id est cingulum circum collum ex corio firmo cum clavulis[b] capitatis, quae[c] intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. Quod si lupus aliusve quis his[d] vulneratus est, reliquas[e] quoque canes facit, quae[f] id non habent, ut sint in tuto. Numerus canum pro pecoris multitudine[g] solet pa- 16

publice I. B. R. Br. (y) *et ne* I. I- G. A. (z) *bis colloria* P. (a) *melium* I. B. R. *mellum* I. I- G. A. *millum* marg. Dordr. vulgo *maelium*. (b) *clavibus* I. B. R. Br. (c) *cui* marg. Dordr. (d) *his* omitt. Herv. (e) *reliquos* a. V. (f) *qui* a. V. (g) *multitudinem* P. (h) *vestiae* P. (i) *plures esse* B. (k)

λακας κύνας ὠμὴν βύρσαν τοῖς τραχήλοις αὐτῶν περιθέντας καὶ τὸν λαιμὸν καὶ πᾶσαν τὴν φάρυγγα ἀσφαλιζομένους κέντρα τε σιδηρᾶ ἀπ' αὐτῆς ἀναστήσαντας· τούτων γάρ τι μερῶν εἰ θηρίον ἅψαιτο, ἀναιρήσει τὸν κύνα, ἐὰν δέ τι ἕτερον μέρος δάκῃ, τραῦμα ποιήσει μόνον· et cap. 2: δεῖ δὲ διὰ τὸ μὴ ἐπιτίθεσθαι αὐτοῖς θηρία περισκέπειν αὐτῶν τοὺς λαιμοὺς καὶ τοὺς τραχήλους ὥσπερ θώραξι σεσιδηρωμένοις καθηλωμένοις κέντροις δύο δακτύλοις ἀπ' ἀλλήλων διεστῶσιν.

Mellum) Scaliger praeferebat *melinum*, ex graeco μηλωτὴ, pellis ovilla, quo vocabulo deinde omne scorteum fuerit vocatum; hinc esse apud Plautum *melinam* pro scortea mantica. Idem tamen esse censet collare, alias millum vocatum, de quo Festus: *Millus collare canum venaticorum, factum ex corio, confixumque clavis ferreis eminentibus adversus impetum luporum. Scipio Aemilianus ad populum: Vobis, inquit, reique publicae praesidio erit is quasi millus cani.* Gratius versu 402, melis cristas, id est setas, inducit collaribus canum in magno remedio. Sed pellis melium in hoc Varronis loco ad collaria canum usum vix ullum habet; corium enim durum, firmum et crudum intelligitur, quale ex meli parari non potest. Deinde apertum est, millum intelligi; eoque ducit lectio *melium*, *mellum*. Quare *millum* probo, nisi forte Varro, etymologicarum nugarum amans, *mellum* maluit scribi. Ceterum *melem* animal pessime recentiores scriptores a medio inde aevo cum trocho Aristotelis, taxo nobis dicto, permutarunt, *melonem* praeterea et *Melotam* vocantes. Pertinet *meles* ad genus viverrarum, ut comparatis locis Plinii 8, s. 55 et 58. Gratii versu 340. Martialis X, 37. Varronisque docui post Salmasium in Promtuario Lipsiensi Histor. naturalis anni 1787, p. 198. — In sequentibus verbis Vrsinus corrigebat: *quibus intra insuitur*, omisso *capita*. quod Gesner defendit, interpretatus *intra capita clavulorum* propius collum canis. Equidem vulgatum *quae intra capita* nullo modo defendi posse puto, et cum Vrsino legendum esse vel *quibus intra insuitur* vel *cui infra capita*. Interior collarii facies capita clavorum ferreorum exstantia molli corio tecta gerit, ne collo ferrum noceat.

Pro pecoris) Cresc. *pro pecore*.

rari. fere modicum esse putant, ut singuli sequantur singulos opiliones: de quo numero alius alium modum constituit. Quod si sunt regiones ubi bestiae[k] sint multae, debent esse plures.[l] quod accidit iis, qui per calles silvestres longinquos solent comitari in aestiva et hiberna. Villatico vero gregi[m] in fundum satis esse duo,[n] et id marem, et foeminam. Ita enim sunt assiduiores, quod cum altero idem fit acrior, et si alter indesinenter[o] aeger est, ne sine cane grex sit.

cales Brusc. (l) *ac hib.* Brusc. (m) *grege* Pol. (n) *duos* ante Victorium (o) *indes.* om. P. *et si alter videm fiter aeger est* Codex antiquissimus Vict.

Bestiae sint) Crescent. *parari sed in regionibus sylvestribus, remotis a villis, ubi bestiae malae sunt, multo requiruntur plures.*

Calles) Esse viam, pecudum callo tritam, ex Turnebo III, 22, admonet Gesner. Ita scilicet Servius ad Virgilii IV, 405, et clarissime docet locus Iustini XLIV, 4: *Postmodum hunc domum relatum in callem angustum, per quem armenta commeare consueverant, proiici iussit.* Ita enim recte ibi scriptum habuit Vincent. Spec. histor. III, c. 53, ubi vulgo est: *deinde relatum domum tramite angusto — proiici iubet.*

Villatico) Cresc. *nam in villatico grege sufficiunt unus, scilicet masculus, alter foemina, eo quod simul sunt assiduiores et idem cum altero sit acrior, et si alter aeger est, ne sine cane grex sit, quos consuefaciant nocte vigilare et in die clausos dormire.* Quae postrema verba an olim hoc in loco legerit Crescentius, an ex libro I, 21 traduxerit, dubitari potest. Ibi enim est: *Canes potius cum dignitate et acres paucos habendum quam multos, quos consuefacias potius noctu vigilare et interdiu clausos dormire.* Eadem etiam praecepit Cato cap. 124. Ceterum lacunae notam, a Commel. et Steph. appositam post *grex sit*, repetitam a Gesnero, omisi. Rectius quidem ex Crescentio huc referes verba libri I, cap. 21: si quid aliud deesse suspicati sint, ignoro.

Indesinenter) Ex lectione libri sui veteris: *etsi alter videm fiter aeger est* Victorius coniiciendo efficiebat *identidem;* aut vocabulum hoc, et quae illius locum tenent in Codice, plane abundare censet, tanquam orta ex repetitione et varietate verborum, antea positorum: *altero idem fit acrior.* Scaliger emendabat: *et si alter itidem uter.* i. e. *itidem si alteruter*, tmesi, simili illi, qua dixit *excande me fecerunt*, alibi *are hos facies.* Popma: *alter quidem foctura aeger est* ineptissima coniectura legi malebat. Equidem, Scaligeri rationem paulo duriorem esse putans, Victorii potius opinionem amplector, et vocabulum, a Crescentio etiam omissum, abundare existimo, veluti varietatem, ex anterioribus ortam. Similis varietas adfuit supra sect. 2: *feras bestias ac silvestres.* Ponted. in Cur. sec. coniiciebat:

Quum circumspiceret Atticus[p] ne quid praeterisset, Hoc silentium, *inquam*, vocat[q] alium ad partes.

X. Reliquum enim[a] in hoc actu, quot, et quod genus sint habendi pastores. Cossinius, ad maiores pecudes aetate superiores, ad minores etiam pueros, et[b] utroque horum firmiores, qui in callibus[b] versentur,[c] quam eos, qui in[d] fundo[e] quotidie ad villam redeant.[f] Itaque in saltibus licet videre iuventutem, et eam fere armatam; quum in fundis non modo pueri, sed etiam puellae pascant. Qui pascunt,[g] eos[h] cogere 2

cum nota mendi. Polit. et Cod. Reparatae *vide fiter* habent, referente Ponted. (p) *Atticus* om. I. B. Br. R. *nequit* Br. (q) *vocabulum ad* I. B. Br. R.

Cap. X. (a) *enim est* A. Iunt. G. (b) *ut utroq.* Br. Deinceps *collibus* a. V. et Cr. (c) *versantur* A. Iunt. G. Cr. (d) *quotidie in villam quotidie in fundo redeant* I. B. R. Br. (e) *et* ins. I. I-G. A. (f) *redeunt* A. I. I-G. Cr. (g) incidunt post *eos* reliqui. (h) *in saltibus, greges cogere* I. I-G. A.

etsi alter videlicet aeger est. vel *etsi alter quidem fieret aeger, ne.*

Et id marem) Vrsinus legi malebat *id est marem.* quam emendationem confirmat Crescentii *scilicet.* Gesner vulgatum interpretatur quasi pro *eosque* positum.

Circumspiceret Atticus) Nomen *Atticus*, quod in Edd. primis deest, voluit omitti Vrsinus, probante Popma.

Cap. X. *Aetate superiores*) Crescentius IX, 79: *ad maiores pecudes necessarii sunt aetate perfecta* (*perfectae* Editio antiqua mea) *ad minores parvi quandoque sufficiunt. Et qui in collibus versantur, firmiores requiruntur, quam qui in fundo quotidie ad villam redeunt.* ubi antiqua mea habet: *sufficiunt. Iterum qui in collibus.*

Et utroque) Gesner putabat, respici ita ad verba illa *ad maiores ad minores*, ne quis suspicetur, legendum esse *utrosque.* Sed ita vitium vulgatae lectionis non explanatur, ubi accusativi nemo dixerit, unde pendeant. Mihi in Crescentianis verbis verior lectio latere videtur: *ad minores etiam pueri sufficiunt. Vtique horum firmiores esse debent, qui in callibus versantur, quam qui in fundo — redeunt.* Similiter supra II, 6, 2: *videndum ut mares foeminasque bona aetate sumat, utique ut quam diutissime fructum ferre possint.* Liber Polit. habet *utrique* scriptum.

Eos, qui in fundo quotidie etc.) Pontedera restituit veterem lectionem, quam *eos, qui quotidie in villam, quotidie in fundo redeant*; et *in fundo redeant* interpretatur e *villa in fundum* redeant quotidie.

In fundo) Haec verba deleri volebat Vrsinus, et deinceps legi *redeunt* quod est in Cresc. et Edd. quibusdam. Sed verba in *fundo* opponi *callibus*, recte monuit Gesner. Calles cum collibus permutantur etiam h. l. in libris et alibi. Vide ad II, cap. 2, sect. 10.

Qui pascunt) Haec ita Crescentius: *puellae pascant in die: pascere greges*

oportet, in pastione diem totum [esse,[i]] pascere com-
muniter. contra, pernoctare ad suum quemque gre-
gem. esse omnes sub uno magistro pecoris: eum, esse
maiorem natu potius quam alios, et [k] peritiorem quam
reliquos: quod iis,[l] qui aetate et scientia praestant,[m]
3 animo aequiore reliqui parent. Ita tamen oportet
aetate praestare, ut ne propter senectutem minus
sustinere possit labores. neque enim senes, neque
pueri callium[n] difficultatem, ac[o] montium arduitatem,
atque asperitatem[p] facile ferunt: quod patiendum
illis, qui greges sequuntur, praesertim armenticios,
ac caprinos, quibus rupes ac silvae ad pabulandum
cordi. Formae hominum legendae, ut sint firmae, ac
veloces, mobiles, expeditis membris: qui non solum
pecus sequi possint, sed etiam a bestiis ac praedoni-
bus defendere: qui onera extollere in iumenta pos-
4 sint, qui excurrere, qui iaculari. Non omnis apta

(i) *esse* om. I. B. R. Br. (k) *sed* P. (l) *hiis* P. 2. *is* I. B. R. P. 4. Br. (m) *praestat* I. B. R. P. 4. Br. (n) *collium* a. V. (o) *aut* a. V. (p) *aspertatem* P.

simul communiter omnes oportet. Pernoctare ad suum gregem quemque oportet. ubi Editio mea antiqua habet *omnes. contra pernoctare ad suum quemque.* omisso *gregem* et altero *oportet,* In hac lectione latet vera, ad quam ducunt etiam Editiones quaedam. Itaque lego: *Qui pascunt in saltibus, greges cogere, atque interdiu simul communiter omnes pascere oportet.* Pontedera malebat: *qui pascunt, eo cogere,* i. e. eo loco in saltibus, ubi totum diem pascunt.

Potius quam alios) Haec verba ut supervacua deleri voluit Vrsinus. Crescentius: *Maior natu et ceteris peritior esse debet magister pecoris. eique omnes alii parere debent.* ubi antiqua mea omittit verba: *magister pecoris.* Vrsinus etiam h. l. vocabulum *pecoris* omitti volebat.

Ita tamen) Cresc. *itaque tamen oportet eum alios aetate praecellere, ne propter — posset labores, praesertim dum conveniunt formae hominum, difficultatem ac montium — facile ferant, quod pati necessitate habent, qui greges seq. praesertim quum conveniunt formae hominum armentitios atque caprinos — pabulandum conveniunt.* Vnde malim h. l. *praecellere* restituere.

Quod patiendum) Gesner malebat *quae.*

Legendae) Cresc. *legendae sunt, ut sint firmi et sequi possint et veloces, mobiles.*

In iumenta) Cresc. *in iuncta.*

natio ad[q] pecuariam, quod neque Basculus,[r] neque Turdulus idonei: Galli appositissimi[s] maxime ad iumenta. In emtionibus dominum legitimum sex fere res perficiunt: si haereditatem iustam adiit;[t] si, ut debuit, mancipio ab eo accepit, a quo iure civili potuit: aut si in iure cessit,[v] cui potuit[x] cedere,[y] et id ubi oportuit: aut[z] si usu cepit: aut si e praeda sub corona emit: tumve[a] quum in bonis sectioneve[b] cuius publice venit.[c] In horum[d] emtione solet accedere peculium, aut[e] excipi, et[f] stipulatio intercedere, sanum[g] eum esse, furtis noxisque[h] solutum: aut si mancipio non datur,[i] dupla promitti: aut si ita pacti,[k] simpla.[l] Cibus eorum debet esse interdius[m] separatim

(q) *ad pecuariam* omitt. I. B. R. Br. *ad pecunariam* P. (r) *basculus neque turdulus* ad unum omnes. (s) *appositi sed* a. V. *appositis si* P. 1. *appositi simi* Pol. 2. Victorius ex libris suis laudat: *Galli appogitissi maxime.* apposita niendi nota. (t) *adit* P. (v) *cui cessit* I. B. R. Br. (x) *potius* P. quod annotavit etiam Victorius. (y) *credere* I. B. R. (z) *ibi aut usucepit* iunct. I. B. R. Br. *ubi aut si* P. (a) *Tum ne* I. B. R. Br. (b) *Sectione ve* P. *sectione ne* I. B. R. *sectioneve* iunct. I. I-G. H. St-D. *sectio, neve* Vict. (c) *veniit* P. (d) *autem* ins. I. B. R. Br. (e) Vulgo intersertum *si* om. P. (f) *excipi et* divis. A. Iuntt. Vulgo *excipiet, stip.* (g) *sane* P. (h) *noxiisque* I. B. R. Br. (i) *detur* I. B. R. Br. (k) *pati* Pol. 2. (l) *simplam* I. B. R. Br. (m) Ita pro

Appositissimi) Ita vulgatam *appositi sed* emendavit Victorius. Sed deesse in vetere Codice monuit etiam Vrsinus.

Iaculari) Cresc. addit *valeant.* quod antiqua mea Editio omittit.

Cui potuit) Ex lectione *cui potius* Pontedera efficiebat *cui pote* vel *potis ius cedere* vel *si in iure cui cessit, pote ius cedere.* At in Curis post. lectionem Polit. Repar. et tertii Laurent. *aut si in iure cui cessit, potius cedere* probans dissolvit *pot ius* et interpretatur: aut si ei in iure cui cessit potuit ius cedere. *Pot* pro *potis*, *pote sum.* Scaliger malebat *qui potis cedere*, i. e. quomodo possit cedere; Gesner *qui potuit cedere.*

Bonis sectioneve) Videtur esse pro bonorum sectione, i. e. venditione publica bonorum proscripti damnative.

Aut excipi) Vulgatum *aut si excipiet, stip.* recte sic corrigi voluit etiam D'Arnaud Variar. Coniectur. p. 320, et sic fere liber Pol. cum Aldina, quam sequitur Iunt. Schultingii, corrigentis ad Pauli Sentent. p. 292, *aut si excipiatur, stipulatio intercedere,* conatum cum Gesneri interpretatione recte improbavit idem Arnaldus.

Noxisque) Vlpianus in leg. *Aliud* Digest. de V. Sign. *qui furtis noxaque solutum promittit, nemini furti obligatum promittit.* Monuit Vrsinus.

Interdiu) Vrsinus malebat *interdius* ut supra I, 9, et apud Caton. 83.

uniuscuiusque gregis.[n] vespertinus in coena, qui sunt[o]
sub uno magistro, communis.[p] Magistrum providere
oportet, ut omnia sequantur instrumenta, quae pe-
cori et pastoribus opus sunt, maxime ad victum ho-
minum, et ad medicinam pecudum: ad quam rem
habent iumenta dossuaria domini, alii equas, alii pro
6 his quid aliud, quod onus dorso[q] ferre possit.[r] Quod
ad foeturam humanam pertinet pastorum, qui in fundo
perpetuo manent, facile est, quod habeant conser-
vam in villa. nec hac venus pastoralis longius quid
quaerit.[s] Qui autem sunt in saltibus, et silvestribus
locis pascunt, et non villa, sed casis repentinis[t] im-
bres vitant: his mulieres adiungere, quae sequantur
greges, ac cibaria pastoribus expediant, eosque as-
7 siduiores faciant, utile arbitrati multi. Sed eas mu-
lieres esse oportet firmas, non turpes, quae in opere,
ut[v] in multis regionibus, non cedant viris, ut in Il-
lyrico passim videre licet, quod[x] vel pascere pecus,
vel ad focum afferre ligna, ac cibum coquere,[y] vel
8 ad casas instrumentum servare possunt.[z] De nutri-

interdiu P. (n) *gisues gregis* P. quod etiam annotavit Victorius. (o) *sit* I. B. R. Br. (p) *commune* P. (q) *dosso* I. B. R. Br. (r) *possint* P. *fere* Br. (s) *quaeris* P. (t) *repentinos* a. V. (v) *ut in* omitt. I. B. R. Br. (x) *quae* a. V. (y) *conquaerere* I. B. R. Br. *concoquere* I. I- G. A. (z) *possint* a. V.

Vniuscuiusque gregis) Vltimum vocabulum in libris scriptis ita est: *gisves gregis*. Vnde Popma efficiebat *cisve gregis*, i. e. iuxta greges. Pontedera: *cis visque gregis* vel *cis visve gregis*. Mihi vulgata non tentanda esse videtur. Male etiam Vrsinus *gregis* omitti volebat.

Qui sunt sub uno mag.) *Qui sit sub uno magistro communis* ex Polit. et Edd. pr. probat Pontedera, ad cibum referens.

Opus sunt) Cresc. *opus sint — dossuaria — equas, alii mulos vel asinos, aut alia quae onus dorso ferre possunt.*

Facile est quod) Cresc. *facile habent conservari in villa, quae pastoribus necessaria faciant, his autem qui in saltibus — pascant, mulieres adiungere oportet.* Mihi legendum videtur: *faciundum ut habeant.*

Vt in — cedant) Editiones primae omittunt *ut in*, ut et Codex Vrsini, qui deleri etiam voluit, et deinceps legi *cedunt*. Recte! — Pontedera in Curis post. verba *ut in multis regio-*

catu hoc dico, easdem fere et nutrices, et matres. Tremellius[a] simul aspicit ad me, et, Vt te audii[b] dicere, inquit, quum in Liburniam venisses, te vidisse matres familias eorum afferre ligna, et simul pueros, quos alerent, alias singulos, alias binos, quae ostenderent[c] foetas nostras, quae in conopeis[d] iacent dies aliquot, esse eiuncidas,[e] ac contemnendas. Cui *ego*, 9
Certe, *inquam*; nam in Illyrico hoc amplius, praegnantem[f] saepe, quum venit pariendi tempus, non longe ab opere discedere, ibique enixam puerum referre, quem non peperisse, sed invenisse putes. nec non etiam hoc, quas virgines ibi appellant, nonnunquam annorum xx, quibus mos eorum non denegavit, ante nuptias ut succumberent quibus vellent, et in-

(a) *Tremellius* om. I. B. R. Br. *semel simul* P. quod ex libris suis annotavit etiam Victorius. (b) *audio* I. B. R. Br. *audivi* I. I-13. A. (c) *ostendunt* I. B. R. Br. (d) *conopiis* P. (e) Vulgo *esse levuncidas*. Sed *lemuncidas* P. et Codd. Victorii. *leni mucidas et* I. B. Br. R. *luridas*, *mucidas et cont.* I. I. G. A. (f)

nibus plane abiicienda censet ut aliena; prima quidem *ut in* aperte Aldina sunt; reliqua e margine inserta esse autumat. Quid vero si post *Illyrico* ea transferas addito *et?*

Tremellius, simul) In libris est: *semel simul.* unde Scaliger efficiebat: *et matres esse melius. Simul adspicit ad me.* quam equidem coniecturam unice amplector. Pontedera malebat: *et matres simul. Tremellius adspicit ad me.* Vrsinus ex Codice legi vult *matres esse simul.* Ex simili vitio infra sect. 11, nomen Tremellii natum fuit in Edd. antiquis.

Eiuncidas) Ita h. l. corrigendum esse, monuit iam olim Victorius ad. I, 31, 3. Ex nota literae L, praeposita lectioni *eiuncidas*, orta fuit vulgata *levuncidas.*

Conopeis) Lectia, velis seu retibus lineis vel aliis circumdatis contra culicum incursum, atque omnino delicatioribus. Alexandria Romanis hoc genus lecti commendavit.

Illyrico) Vrsinus malebat *in Ligustico*; praecessisse enim de Liburnia. Sed ea est pars Illyriae. Igitur bene nunc Illyricum nominatur. Ceterum de Ligusticis feminis eadem tradit Auctor Mirabil. Auscult. c. 93, et ex Posidonio Strabo III, p. 149.

Annorum XX) Vrsinus aptius legi putabat *quadraginta*, quia additur *nonnunquam*; nam istam aetatem non esse iam grandem, ut opus fuerit addere hoc vocabulum.

Mos eorum) Exempla huius moris apud gentes et nationes, pastoriciam fere vitam agentes et rudes olim hodieque, non rari, collegit auctor li-

10 comitatis[g] ut vagari liceret, et filios habere.[h] Quae ad valetudinem pertinent hominum ac[i] pecoris, et[k] sine medico curari possint, magistrum scripta habere oportet. Is enim sine literis idoneus non est, quod rationes dominicas pecuarias conficere nequidquam[l] recte potest. De numero pastorum alii angustius, alii laxius constituere solent. Ego in octogenas hirtas oves sin-
11 gulos pastores constitui, Atticus in centenas. In[m] gregibus ovium, sed magnis,[n] quos milliarios[o] faciunt quidam, facilius de summa hominum detrahere possunt,[p] quam de minoribus, ut sunt et[q] Attici[r] et mei. Septingenarii enim mei:[s] tu[t] opinor, octingenarios[v] habuisti. nec tamen non ut nos arietum decimam par-

praegnax P. (g) *incomitatas* I. I- G. A. (h) *haberent* P. *haberent, e quibus vellent. Quae* a. V. (i) *ac* a. V. qui *ad* dedit. (k) Vulg. *ut.* (l) *necquicquam* I. B. Br. R. *nec quicquam* divis. I. I- G. A. *nequaquam* Cod. Vrsini. (m) *Greges* I. B. R. Br. Codd. Victorii et Codex Vrsini omisso *in.* (n) *magnos* I. B. R. Br. *magnum* P. et Codd. Victorii. *magni* Cod. Vrsini. (o) *miliarios* a. V. (p) *possit* P. et Codd. Victorii. (q) *et* om. I. B. R. Br. (r) *ait tici et mei* P. 1. et Codd. Victor. *tritici* P. 2. *Attici. Tremellius. Sept.* a. V. *Septingenari* Cod. Victor. (s) *me* P. et Codd. Victor. (t) *ut op. tu oct.* a. V. (v)

bri *Von den Probenächten der alten Deutschen.*

(Quae ad valet.) Ante haec verba Cossinii persona excidisse videtur Gesnero, quia hunc de servis actum is susceperit sect. 1.

Ad pecoris) Lectionem *ac pecoris* probabat Pontèdera, contra *ea pecoris* ad magistrum referens malebat Schoettgen; quae ratio sane dura est; etsi fateor, de pecoris cura monitum iam praecessisse supra.

Et sine medico) Ita Edd. pr. et cod. Pol. Ambros. probantibus Ponted. et Schneider. Ita etiam Codex Vrsini, qui ex eodem deinceps malebat *nequaquam.*

Quod rationes) Crescentius eo *quod rationes dominicas conficere, nec aliud quicquam ratione facere potest* quae lectio mihi contemnenda non videtur.

De numero) Cresc. *Pastorum numerus esse debet secundum multitudinem pecudum, genus earum, et diversitatem locorum pastionis et vendentium agnos et facientium caseos vel non maior vel minor, talis et tantus, qui omnia oportuna huic operi possit commode explicare.*

In gregibus) Ex lectione antiqua Scaliger corrigebat: *greges ovium, sed in agnum*, i. e. in greges non solum ovium sed et agnorum. Pontedera in *magnum* latere putabat *magnorum* Sed ea forma h. l. non convenit. Vrsinus ex Codice suo corrigebat: *Greges ovium sed magni — quam minores.*

Nec tamen) Vrsinus malebat: *nec*

tem. Ad equarum gregem quinquagenarium bini homines. utique uterque horum ut secum habeat equas domitas singulas in iis regionibus, in quibus stabulari[x] solent equas abigere, ut in Appulia, et in Lucanis accidit saepe.

XI. Quoniam promissa absolvimus, *inquit*,[a] eamus. Siquidem,[b] *inquam*, adieceritis de extraordinario pecudum fructu, ut[c] praedictum est, (de)[d] lacte, caseo, et tonsura lanae. Est enim lac[e] omnium rerum, quas cibi[f] causa capimus,[g] liquentium maxime, alibile, et id ovillum, inde[h] caprinum. Quod autem maxime perpurget, est equinum, tum asininum, dein[i] bubu-

octingenarius P. (x) *his reg. — stab. solent. Equas* Br. *stabularii* A. Iunt-G.
Cap. XI. (a) *eamus, inquit* a. V. (b) *Sed, inquam, quid adiec.* I. B. R. *Sed, inq. si quid* I. I-G. A. (c) *ut* omitt. I. B. R. *ut praedictum est* desunt I. I-G. A. (d) *et de* I. I-G. A. Vulgo deinde *est in eo.* post *lacte.* (e) *Est enim lac omn.* a. V. qui dedit *Est omnium.* Brusch. *tunsura.* (f) *cibili* P. *cibali* I. B. R. Br. (g) *cupimus* I. B. R. Br. (h) *in* P. *ovilum* Br. (i)

tamen ut non. Forte dare voluit *nec tamen ut nos*, quia laudat locum Geoponic. 18, 1, ubi unus aries quinquaginta ovibus, et opilio unus cum puero viginti (sed legendum centum et viginti) pascendis sufficere dicitur.

Domitas) Quibus inequitans pastor reliquas in ordinem cogat.

In quibus stabulari) Vrsinus h. l. ita redintegrabat: *singulas, et in iis — stabulari solent, et in iis. quo aestivatum aut hibernatum solent abigere.* Contra Gesner vulgatam defendebat *in quibus*, interpretatus *in quas stabulatum.* Mihi magis placet Vrsini ratio. Varro obiter significat, equas seorsim pascendas esse ab equis; quod praecipit etiam Columella.

Cap. XI. *Inquit, eamus*) Cossinius, intelligit Gesner.

Si quidem) Vrsinus malebat: *si quidem adieceris, inquam, d. ex. p. fr. — lacte, inquam, et tonsura lanae. Lacte est* et cet.

Vt praedictum est) Haec omittunt Edd. I. I-G. Respicit locum supra II, 1, 28.

Lacte caseo et tonsura) Ita legendum esse, recte monuit Pontedera. Vulgo est *de lacte in eo et tonsura lanae.* ubi praeterea vocem *lanae* omitti malebat Pontedera, quoniam reliquis in locis omittatur, ut cap. 1 et 11.

Est enim lac) Ita recte Edd. primae. Pessime Victorius et reliquae *Est omnium*, monente etiam Pontedera.

Cibi causa) Repertum etiam a Victorio in libris *cibili* seu *cibuli*, ut habent Edd. primae, defendit Vrsinus exemplo Terentii in Adelphis: *ego illam liberali assero causa manu.*

Et id ovillum) Malim abesse verba *et id.* Plinius 28, s. 33: *Bubulum me-*

2 lum, tum caprinum. Sed horum sunt discrimina quae-
dam, et a pastionibus, et a pecudum natura, et a 3
mulctu. A pastionibus, quod fit ab ordeo, et stipula,[l]
et omnino arido ct firmo cibo pecude pasta, id[m] ali-
bile.[n] ad perpurgandum id,[o] quod ab viridi pascuo,
et,[p] eo magis si usa[q] est ea herba, quae ipsa[r] sumta
perpurgare corpora nostra solet.[s] A pecudum natura,

Deinde a. V. (k) *a* om. I. B. Br. R. *a motu* P. (l) *stupula* P. (m) *id alibile* om. I. B. R. Br. et Codd. Victorii. (n) distinct. signum abest II. A. Gr. G. (o) *ea quae vir* I. B. R. Br. *ea qua auuri dispas eo mag* P. 1. *ea quae a vir. pastu eo* Pol. 2. et Cod. S. Repar. (p) *et eo* omitt. I. B. R. Br. (q) *flusse* I. B. R. Br. *fuisse* P. *si ussae ex* libri Victorii *fugisse et* Vatic. Vulgo erat *fluxe ex.* (r) *eadem ipsa* I. I. G. A. *ipso sumpto* P. (s) *solent* P. Ienss.

dicatius. ovillum dulcius et magis alit, stomacho minus utile, quoniam est pinguius — stomacho accommodatissimum caprinum, quoniam fronde magis quam herba vescuntur — magnorum animalium et corporum facilius redditur. Eadem fere Dioscorides II, 75. Idem Plinius 11, s. 96: *tenuissimum camelis mox equis.* Sarmatas lacte equino victitasse, idem alibi memoravit.

Id alibile) Haec verba omittunt Edd. primae et libri scripti Victorii omnes. Pontedera desiderari censebat vocabulum *illud* vel *primum*, post *A pastionibus* forte inserendum.

Ad perpurgandum) Primae Editiones habent: *pecude pasta ad perpurgandum ea quae vir id pascua magis fuisse ex herba.* Similem fere lectionem in libris suis reperit Victorius: *ad perp. ea, quae auuridipas eo magis si ussae ex herba, quae ipso sumptae perpurgare solent corpora nostra.* Vnde Scaliger efficiebat: *ad perpurgandum ea quae ab viridi pascuo. eo magis, si ex herba, quae ipsa sumta* et cet. Atque intelligi putabat herbam hibiscum. In Vaticania libris Pontedera reperit: *ad perp. ea quae auridipas eo magis fugisse et herba quae ipso sumte perp. corp. n. solent.* Vrsinus ex vetere Codice affert *pastu.* deinde legit: *et eo magis, si usae eis herbis quae eaedem ipsae sumtae — solent.* Popma, veluti simia Scaligeri, ex verbis *si ussae ex herba* exsculpebat: *hibisci ex herba.* Vrsino fere accedit Pontedera, qui corrigebat: *si usa est herba.* — eamque emendationem recipere non dubitavi. Plinius 28, s. 33: *Omne vernum lac aquatius aestivo, et de novellis.* ex Dioscoride II, 75, ubi est: ὑδαρέστερον μέντοι. τὸ ἐαρινὸν τοῦ θερινοῦ καὶ τὸ ἀπὸ χλωρᾶς νομῆς μᾶλλόν ἐστι μαλακτικὸν κοιλίας. — πᾶν δὲ γάλα κοιλίας καὶ στομάχου ἀνατρεπτικὸν ὅπου ἐστὶ νομὴ σκαμμωνία ἢ ἐλλέβορος ἢ λινόζωστις ἢ κλήματις. In Curis sec. Pontedera malebat: *si usae ex herba* sc. pascuo. Attulit ibidem locum Varronis apud Sosipatrum: *Varro in Asia fulaxe ex spinu alba praefertur, quod purgationis causa adhibetur.* quem de lacte docere suspicatur.

Si usa est) In Polit. tribus Florent. Caesen. Veneto *fuisse*, in Vaticanis (et Vindob.) *fugisse.* Antea vero in

quod lac melius est a valentibus, est ab iis[t] quae
nondum[v] veteres sunt, quam si est contra. A mul-
gendo, atque ortu optimum est id quod neque emun-
ctum[x] longe abest a mulso, neque a partu continuo
est sumtum. Ex hoc lacte casei qui fiunt, maximi cibi 3
sunt bubuli, et qui difficillime transeant sumti. secun-
do ovilli. minimi cibi, et qui facillime deiiciantur,
caprini. Est[y] etiam discrimen, utrum casei molles
ac recentes sint, an aridi et veteres. Quum molles
sunt,[z] magis alibiles, in corpore non resides: veteres
et aridi contra. Caseum facere incipiunt a vergiliis 4
vernis exortis ad aestivas vergilias. mulgent vere ad
caseum faciundum mane, aliis temporibus meridianis

(t) *aliis* I.B. R. Br. (v) *non dudum* P. (x) *enim* I. B. Br. R. *enim cum* P. Deinceps *ovili* Br. (y) *Et etiam est* I. B. R. Br. (z) *sint, alibiles magis* Polit. *ea quae auuri dispas eo magis* in tribus aliis Flor. *ea quae a vir. pastu* eo *magis*; in Veneto: *ea quae auridipas eo magis*. in Caesen. *ea quae a miridipas eos magis*: Vaticanis: *ea quae auridipas eo magis*. Vindob. *ea que auridi pas eo magis*. Hinc Pontedera coniiciebat fuisse olim: *pecude pasta; ad perpurgandum ea quae a viridi pastu, eo magis fuit si ex herbis, quae introsumptae perpurgare solent corpora nostra.*

Veteres sunt) Heinsius Advers. III, p. 460 corrigebat *viescunt* vel *vietae sunt*.

Neque emunctum) Egregie emendat Vrsinus: *A mulgendo, quod optimum est id quod neque longe abest, neque a partu continuo est mulctum*. comparato loco Aristotelis H. A. III, 22, ubi est: ἄχρηστον δὲ τὸ πρῶτον καὶ ὕστερον. Primum lac dicitur colostra; ultimum nimis densum est. Ineptissime vulgatam defendit Gesn. Verbum *emunctum* non est in libris scriptis et Edd. primis, sed eius loco in his est *enim* in illis *enim cum*. Neutra lectio sententiae apta est, monente etiam Pontedera.

Exortis) Pontedera corrigit: *ad exortas vergilias aestivas*. Verno enim tempore occidere nonis Aprilibus, autore Caesare, quem sequi soleat Varro, latereque per dies 34. Columella XII, 13, mense Iulio videtur velle caseum domesticis usibus premi. Palladius mense Maio caseos fieri vult cap. 9.

Mane) Virgilius Georg. III, 400: *quod surgente die mulsere horisque diurnis nocte premunt: quod iam tenebris et sole cadente, sub lucem exportans calathis adit oppida pastor; aut parco sale contingunt, hiemique reponunt*. Ille vero de lacte caprino haec canit. Ceterum calathi non sunt ibi lignei intelligendi, quod putat nuperus Interpres, sed vitiles, quales hodieque Africani pastores lacti deferendo et servando suunt, teste Itinerario Galli *Vaillant*.

Aliis temporibus) Comma post *temporibus* sustuli. Intelliguntur anni

horis: tametsi[a] propter loca, et pabulum disparile non usquequaque idem fit. In[b] lactis duos[c] congios addunt coagulum magnitudine oleae, ut coëat. quod melius leporinum, et hoedinum[d] quam agninum. alii pro coagulo addunt de fici ramo lac, et acetum.[e] aspergunt item aliis aliquot rebus: quod[f] Graeci appellant alii[g] ὀπὸν,[h] alii[i] δάκρυον.[k] Non negarim, *inquam*, ideo apud divae Ruminae[l] sacellum a pastoribus satam ficum. ibi enim solent sacrificari[m] lacte pro vino, et

I. B. R. (a) *tamenti* P. (b) *In* deest a. V. qui ex ingenio addidit. (c) *duobus congiis* I. I-G. A. (d) *haedinum* Ienss. Br. *aedinum* B. R. (e) *acetum aspergunt* I. B. Br. R. *et asp.* A. Iunt. G. (f) *quodquod* P. (g) *ali* P. (h) *opon* I. B. Br. R. P. (i) *ali* P. (k) *draconon* I. B. Br. R. δρακόντιον A. Iunt-G. (l) Vulgo *Rumiae*. Pol. *Rumnia saciellum*. (m) *sacrificare* a.

tempora diversa. Inepte Burmann. ad Virgilium I, p. 425 corrigi volebat: *mulgent vero — mane, alii aliis temporibus, meridianis horis* et cet.

Idem fit) Vrsino videbatur *fit* delendum esse. In Caesen. Cod. est *sit lactis duos*.

Lac) Deinceps posui verba, vulgo alieno loco posita, post *aliquot rebus*.

Acetum) Vrsinus suspicabatur legendum *enecum*, sed deinde ipse monuit, Dioscoridem II, 22 aceti mulsi singulis cyathis coagulare lactis cotylas singulas.

Rumiae sacellum) Eandem et Ruminam dictam fuisse, unam ex Semnonibus, monet Schoettgen, laudato Lipsio Antiq. Lect. II, 18. De sacello negat, aliunde sibi constare; suspicatur tamen, fuisse in octava regione, ubi teste Victore ficus ruminalis fuerit. De fico ruminali laudat Salmasium ad Solinum p. 800. Florum I, 1, 3. Plinium XV, 18. Locus classicus de fico ruminali, in Comitio posita, eademque Navia dicta ab augure Navio, est apud Festum in voce *Navia*, ubi vide notas Scaligeri. Plinius 20, s. 20: *Colitur ficus arbor in foro ipso ac Comitio Romae nata, sacro fulguribus ibi conditis, magisque ob memoriam eius, quae nutrix fuit Romuli et Remi conditoris appellata. quoniam sub ea inventa est lupa, infantibus praebens rumen; ita vocabant mammam; miraculo ex aëre iuxta dicato, tanquam in Comitium sponte transisset Attio Navio augure. Illic arescit; rursusque cura sacerdotum seritur.* Ad quem locum vide Harduini notas. In eodem loco fuit Lupercal et puteal ubi fulgura fuerunt condita. Sed his fabulis nunc diutius immorari non licet. Ceterum recte monet Pontedera, a rumen esse *Rumina*, non *Rumia*, itaque probat Polit. lectionem *Rumnia*, quod ex *Rumnae* esse ait depravatum. Laudat locum Varronis ex Nonio: *Cuninae propter cunas, Ruminae propter rumam; id est prisco vocabulo mammam, a quo etiamnum subrumi dicuntur agni.*

pro lactentibus. mammae enim rumis,[n] sive rumae,[o]
ut ante dicebant, a rumi, et inde dicuntur subrumi
agni: lactentes,[p] a lacte. Quin[q] aspergi solent sales: 6
melior[r] fossilis quam marinus. De tonsura ovium,
primum animadverto[s] ante quam incipiam facere,
num scabiem[t] aut[v] ulcera habeant,[x] ut, si opus est,
ante curentur, quam tondeantur. Tonsurae tempus
inter aequinoctium vernum, et solstitium, quum su-
dare inceperunt[y] oves. a quo sudore recens lana tonsa

V. (n) *rumis* P. Codex Victor. Venetus et Florent. S. Reparatae *rumus*, teste Pontedera. (o) *ruminare: ut* I. B. Br. R. *ruminatae ut* Cod. Caesenas. *ruminare et* Codex Venetus, *ruminare ut* Codd. Victorii. (p) *lactantes* P. Br. (q) *qua spargi* Pol. (r) *est* ins. I. B. Br. R. *meliorem* P. (s) *animadvertito* Hervag. (t) *scaviem* P. (v) *et* I. B. R. Br. (x) *habeat* I. B. R-Br. (y) *inceperint* I. B.

Pro lactentibus) Vrsinus deesse putabat *bidentibus*, ut sit *et pro bidentibus, lactentibus*. Scilicet putabat Ruminae lacte et lactentibus, aliis vero Diis vino et bidentibus fuisse sacra facta. Contra Gesner malebat *lacte pro vino pro lactentibus*, hac sententia: *pro lactentibus pueris divae Ruminae sacrificant lacte, quod pro vino adhibent.* Mihi ista variatio significationis τῆς *pro* valde displicet, contra placet ratio Vrsini. Ceterum Nonius verbum *sacrificari* ex h. l. retulit cum tribus sequentibus.

Rumis) Locum vitiosum ita corrigebat Scaliger: *mamma enim rumis sine rumin. ea re, ut ante, dicebant, a rumi.* Vrsinus: *mamma enim rumis sive rumina, ut ante dicebant: a rumi inde dicuntur subrumi agni lactentes.* Pontedera: *mammae enim rumeis sive rumina, et ut ante dicebant, a rumi etiam dicuntur subrumi agni lactentes.* In eo quidem consentiunt omnes hi tres viri docti, ut verba *a lacte* veluti glossam ineptam delenda esse censeant. Sylburgius etiam verba *a rumi* veluti glossam damnavit inter corrigenda Commelianae. Equidem cum Pontedera sentio, ex *rumina* ortum esse *ruminare*. Itaque lego *mammas enim rumis sive rumina ante dicebant; et inde dicuntur subrumi* et cet. Plinius 15, c. 18: *lupa infantibus praebens rumen; ita vocabant mammam.* — Pro *rumis* in Polit. S. Repar. Laurentiano et Veneto est *rumus*, deinceps *ruminare* in Polit. S. Repar. Venet. est etiam, quum Caesenas *ruminate* habeat; unde Pontedera nunc totum locum ita constituit: *Mamae enim rumus sive rumis nominatae, uti ante deicebant: a rumi etiam inde suprumei deicuntur agnei.*

Quin aspergi) Vrsinus malebat: *qui inspergi*. Codex Polit. *qua spargi — meliorem*. unde Pontedera efficiebat *qua* (terrarum parte) *spargi solent sales, melior erit fossilis.*

Tonsurae tempus) Cresc. IX, 70: *mense Maio celebranda est tonsura, et praecipue quum sudare incipiunt, quandocunque id fiat* (antiqua mea omittit postrema duo verba) *ab aequinoctio verno ad solstitium, ut ait Varro.* Prima verba sunt Palladii.

7 sucida[z] appellata est. Tonsas recentes eodem die perungunt vino, et oleo: non nemo admixta[a] cera alba, et adipe suilla. et si ea tecta solet esse, quam habuit pellem iniectam,[b] eam intrinsecus eadem re perinungunt,[c] et tegunt rursus. Si qua in tonsura plagam accepit, eum locum oblinunt[d] pice liquida. Oves hir-

Br. R. *coeperint* I. I-G. A. (z) *succida* a. V. (a) *adiuncta* I. B. R. Br. (b) *intectam* I. B. R. Br. (c) *perungunt* a. V. (d) *adlinunt* I. B. R. Br. *obliniunt*

Sucida Graecis οἰσυπηρὰ ἔρια dicuntur lanae succidae, earumque sordes pingues οἴσυπος quasi ὄϊς ῥύπος sordea ovium.

Recentes) Sic *recentem natum* Plautus, recentem divitem Ovidius aliique dixerunt, non recenter.

Eodem die) Cresc. l. c. post verba Palladii subdit: *sed tribus diebus per annum lotas oves oleo et vino ungere oportebit*: deinceps iterum Palladii verba interserit: postea: *sed quae in tonsura plagam accipit*, his locis *pice liquida liniatur. Quidam in anno bis tondent* et cet. omisso *citeriore*. Geoponica, 18, 15: ψώρα οὐδὲ τὴν ἀρχὴν προσπελάσειεν, εἰ οἷς προείπομεν (cap. 8) μετὰ τὸ κεῖραι τὰ πρόβατά τις χρίσειεν. εἰ δὲ ἀμελήσαντός σου συμβῇ, θεραπεύσεις αὐτὴν οὕτως. ἀμόργη ἄναλος διηθεῖται, καὶ ὕδωρ etc. quae posui ad Caton. c. 96. Compara etiam Colum. VII, 4, 7.

Suilla) Ita correxi vulgatum *suillo* ex more Varronis; et sic videtur laudasse ex h. l. Priscianus, cuius locum posui ad cap. IV, s. 12.

Pellem iniectam) Vocem *iniectam* abundare putabat Vrsinus. Tonsuram egregie cecinit Calpurnius Ecloga V; 66: *Quum iam tempus erit maternas demere lanas, hircorumque iubas et olentes caedere barbas, succida iam tereti constringere vellera iunco. Ante tamen secerne pecus, gregibusque notatis consimiles include comas; ne longa minutis, mollia ne duris coëant, ne candida fuscis. Sed tibi quum vacuas posito velamine costas denudavit ovis, circumspice, ne sit acuta forfice laesa cutis, taciturnae pustula virus texerit occulto sub vulnere: quae nisi ferro rumpitur.* Idem versu 82 et seqq. tonsas oves signare (quod fuit proprium verbum teste Festo), docet his verbis: *vivi quoque pondera melle argenti coquito lentumque bitumen aheno, impressurus ovi tua nomina. nam tibi lites auferet ingentes lectus possessor in armo.* Pigmentum mirum alibi traditum nondum legi. Loturam ovium veteres rustici ignorabant, quam nos pessimo gregum nescio unde invectam accepimus. Recte hodieque Hispani illotas oves more veterum tondent et curant. Vide narrationem insertam Promtuario Lipsiensi ad hist. natur. Anni 1783, p. 319 et seqq., et notam ad Columellam VII, c. 3, s. 2, et cap. 4, s. 8. Solae oves Tarentinae seu pellitae radice lanaria seu struthio lavabantur mense Aprili, ut tonsurae praepararentur, teste Columella XI, 2, 35, ubi vide notam. Lanae succidae in usum medicum servabantur; reliquae postea lavabantur. Festus: *aequilavium significat ex toto dimidium. dictum a lavatione lanae, quum dicitur aequilavio redire, quum dimidium decedit sordibus.*

tas tondent circiter ordeaceam messem: in aliis locis ante* foenisicia.[f] Quidam has in anno bis tondent, 8
ut in Hispania citeriore, ac semestres[g] faciunt tonsuras. duplicem impendunt operam, quod sic plus putant fieri lanae. quo nomine quidam bis secant prata. Diligentiores tegeticulis subiectis oves tondere solent, ne qui[h] flocci[i] intereant. Dies ad eam rem sumuntur 9
sereni, et iis id faciunt fere a quarta ad decimam horam:* quoniam[l] sole calidiore tonsa ex[m] sudore eius lana fit mollior, et ponderosior, et colore meliore. quam demptam, ac conglobatam, alii vellera, alii velumina[n] appellant. ex quorum vocabulo animadverti

I. I-G. A. (e) *ante* omitt I. B. R. Br. (f) *foenisecia* P. (g) *semenstres* P. (h) *qui* deest I. I-G. A. (i) *floci* I. B. R. *flaci* Br. (k) *horam* abest P. (l) *cum sole callidiore* I. B. R. Br. (m) *et* I. B. R. *et sud. ei* Br. Eaedem deinceps *et conglob.* (n) *velumia* I. B. Br. R. Ald. *vellimna* P. *vellumia*

Semestres) Annuam igitur tonsuram faciebant Itali, quod testatur etiam Columella libro VIII, ubi de anserum fructu loquitur.

Sumuntur sereni) Geoponica 18, 8: μήτε κρύους ἔτι ὄντος, μήτε θέρους ὥρα, ἀλλὰ μεσοῦντος ἔαρος κείρειν χρὴ τὰ πρόβατα. τὰ δὲ ἐν τῷ κείρεσθαι συμβάντα τραύματα χριστέον ὑγροπίσσῃ, τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα ἐλαίῳ μετὰ οἴνου ἢ χυλῷ πικρῶν θέρμων ἀφεψημένων. κάλλιον δὲ οἴνου καὶ ἀμόργης τὸ ἴσον, ἢ ἐλαίου καὶ οἴνου λευκοῦ, κηροῦ καὶ στηρὸς μιχθέντων συγχρίεσθαι. τοῦτο γὰρ καὶ τὸ ἔριον βλαβερὸν οὐ ποιεῖ καὶ ψώραν οὐκ ἐᾷ, καὶ ἕλκωσιν γενέσθαι διακωλύει. τηρεῖν δὲ χρὴ ὅπως εὖ μεμαγμένα μετὰ πρώτην ὥραν ἀνεξηραμμένης τῆς ἐν τοῖς ἐρίοις διὰ νυκτὸς ἐπιπεσούσης δρόσου κείρηται, μᾶλλον ἐν ἡλίῳ. συνιδροῦντος γὰρ τοῦ κειρομένου ἀναλαμβάνεται ὁ ἱδρὼς ἐκ τῶν ἐρίων καὶ εὐχρούστερα καὶ μαλακώτερα γίνεται. ubi ex Varrone restituenda est antiqua lectio ἐλαίου καὶ οἴνου λευκῷ, κηρῷ καὶ στηρὶ συμμιχθέντων. quod miror latuisse nuperum Interpretem. Deinde ibidem restituenda vetus lectio: ὅπως ἐκμεμαγμένα, i. e. detersae. Vulgatum nunc μεμαγμένα non significat detergere.

Ex sudore eius) Recte Gesner monet, legendum esse *sudore ovis*. Iam supra monuit, oves tondendas esse, quum sudare inceperunt. Oves lotas statim tonderi vetat et exspectare iubet, dum lana ex sudore pinguedinem aliquam contraxerit, qua puriorem candorem accipiant. Home, The Gentleman Farmer, Edinb. 1776, p. 197. Plinius 31, s. 33: *piscinae marinae pecorum quoque scabiem sanant et lanas emolliunt.*

Velumina) Libri Pol. *vellimna* vel *vellimina*. unde *vellimina* legi debere monuit Scaliger, probante Facciolato. Sed idem Scaliger ad Varronem Con-

licet, prius lanae[o] vulsuram quam tonsuram inventam. Qui etiam nunc vellunt, ante triduo habent ieiunas, quod languidae minus[p] radices lanae retinent.
10 Omnino tonsores in Italia primum venisse ex Sicilia[q] dicunt[r] post R. C. A.[s] CCCCLIIII: ut scriptum in publico Ardeae in literis exstat, eosque adduxisse P. Ticinium Menam.[v] Olim tonsores non fuisse adsignificant antiquorum statuae, quod pleraeque habent capillum et barbam magnam.
11 Suscipit Cossinius, Vt fructum ovis e lana ad vestimentum, sic capra[x] pilos ministrat[y] ad usum nauticum, et ad bellica tormenta, et fabrilia vasa. Neque non quaedam[z] nationes harum[a] pellibus sunt vestitae, ut in Getulia,[b] et in[c]

margo Durdr. *vellimina* Pop. (o) *lanam* I. B. Br. R. (p) *minus aegre* I. B. Br. R. *aegrae* ex libris suis laudat Vict. Deinceps *retineret* Br. (q) *Cilicia* P. (r) Ita pro *dicuntur* dedi ex I. B. Br. R. (s) *P. R. cons.* I. B. R. Br. *post Romam conditam* A. Iunt-G. Correxit scilicet ex Plinio Herm. Barbarus Castig. Sec. (t) CCCCLIII Pol. (v) *Maenas* P. *Menas* Ienss. (x) *caprae pilus* P. *pilus* etiam Br. (y) *administrat* I. B. R. Br. (z) *quasdam* I. B. R. Br. (a) *horum* P. (b) *gaetulia* I. B. R. *Gaetula* Br. (c) *in* abest a.

iect. p. 37, *velamina* legi h. l. malebat.

Etiam nunc vellunt) Plin. 8, s. 73: *durat quibusdam in locis vellendi mos.*

Radices lanae) Vrsinus abundare putabat vocem *lanae*.

Primum) Hinc *avos intonsos* Tibullus II, 1 34, ubi vide Interpp. et Plinium VII, 59: *In Italiam ex Sicilia venere post Romam conditam anno CCCCLIIII, adducente P. Ticinio Mena, ut auctor est Varro: antea intonsi fuere.* ubi Cod. Chiffl. *Thinnio.* Harduinus malebat *Titinio.* Sylburgius in Indice Varronisno malebat *Licinio.* Praestat cum Harduino legere *Titinium.*

Dicunt) Ob sequens *eosque adduxisse* lectionem vulgarem *dicuntur* cum Pontedera reieci.

Ardeae) Picturas in templo antiquo Ardeae exstantes et urbe Roma antiquiores cum epigrammatibus laudat Plinius 35, s. 6, et s. 37.

Vt fructum ovis) Pontedera probat lectionem Edd. pr. Polit. et Vindob. *Fructum ut ovis e lana — sic caprae pilus administrat ad usum nauticum:* interpretatus: caprae pilus ministrat *fructum* ad usum nauticum.

Gaetulia) Heroinas seu Deas Libycas Apollonius Rhodius Argon. IV, 1348, pingit pellibus caprinis indutas: στέρφεσιν αἰγείοις ἐζωσμέναι ἐξ ὑπάτοιο αὐχένος ἀμφί τε νῶτα καὶ ἰξύας. Mulieres Libycas vestibus superindutas pelles caprinas fimbriatas (αἰγέας θυσανωτάς), rubia tinctas, gessisse, testatur Herodot. IV, p. 364. Nicaenetus in Analectis Brunckii t. I,

Sardinia. cuius usum apud antiquos quoque Graecos
fuisse apparet, quod in tragoediis senes ab hac pelle
vocantur διφθερίαι,[d] et in comoediis; qui in rustico o-
pere morantur, ut apud Caecilium in Hypobolimaeo
habet adolescens, apud Terentium in Heautontimo-
rumeno[e] senex. Tondentur,[f] quod magnis villis sunt, 12
in magna parte Phrygiae; unde cilicia et caetera eius
generis fieri[g] solent. Sed quod primum ea tonsura
in Cilicia sit instituta, nomen id Cilicas adiecisse di-
cunt. Illi hoc. neque ab hoc, quod mutaret Cossinius.

V. (d) *diphtheriae* I. B. R. Br. (e) *eautontimorumenon senes tondentur. Quod* I. B. R. Br. (f) *Tondetur* P. (g) *solent fieri* I. B. R. Vulgo *ferri* le-

p. 416, seu in Antholog. Reiskiana p. 31: Ηρῶσσαι Λιβύων ὄρος ἀκτιοῦ αἵ τε νέμεσθε, αἰγίσι καὶ στρεπτοῖς ζωσάμεναι θυσάνοις. Vide etiam Aelianum XIV, 16.

Sardinia) Pellibus musmonum ex caprino genere Sardos vestiri, refert Nymphodorus apud Aelianum XVI, 34, ubi vide notas.

Διφθερίαι) Caprarii pastoris vestem διφθέραν, alias ἐξάλην dictam, facit Aristoph. Nubium versu 73, et alibi.

Hypobolimaeo) Hypobolimaeum Chaerestratum Caecilii, alium Hyp. Aeschinem Gellius XV, 4, laudat, a quibus Hypobolimaeam Rastrariam, Nonio laudatam, in vocabulis *lactare, obsordere, singulatim, mantare, copiam*, distinguit Scaliger ad Festum in *Noxa*.

Nomen id Cilicas) Vrsinus malebat *ciliciis*, damnato sequenti *dicunt*. Sisenna apud Nonium: *Puppes aceto madefactis centonibus integuntur, quos supra perpetua classi suspensa cilicia obtenduntur.* Philargyrius ad Georgica III, 313: *cilicia, quae Celsus ait retulisse Varronem ideo sic appellari, quod usus eorum in Cilicia ortus sit.* unde coniecturae Vrsini accedit auctoritas. Celsi locus ductus esse videtur ex opere rustico, cuius auctoritate veteres grammatici raro usi sunt. Reliqua de ciliciis et capris setosis dabo ad Columellam VII, 6, sect. 1. In monte sacro Lusitaniae easdem memorat Avienus in Ora maritima, ex vetustissimis scriptoribus compilata versu 218 seqq.: *Hirtae hic capellae et multus incolis caper dumosa, semper intererrant cespitum: castrorum in usum et nauticis velamina productiores et graves setas aluit.* Probabilis mihi videtur suspicio, illuc ex Africa traductas capras hircosque Cinyphios fuisse. Ceterum Avienus respexit locum Virgilii Georg. III, 313: *setasque comantes usum in castrorum et miseris velamina nautis.* unde etiam Asconius in Verrinam III: *Cilicia texta de pilis in usum castrorum atque nautarum.* De usu videbimus ad locum Columellae. Silius III, 275: *Cinyphii venere Macae; squalentia barba ora viris, humerosque tegunt velamina capri setigeri.*

Illi hoc) Vrsinus corrigebat: *Quum ille hoc, neque quisquam abnutaret,*

et simul Vituli libertus in urbem veniens ex hortis divertitur[h] ad nos, Et[i] ego ad te missus, inquit, ibam domum rogatum, ne diem festum faceres breviorem, et mature venires. Itaque discedimus[k] ego et Scrofa in hortos ad Vitulum,[l] Niger Turrani[m] noster. Alii partim domum, partim ad Menatem.

gitur. *fieri solent* Br. (h) *devertitur* P. (i) *et ait: Ego* I. B. R. Br. (k) *discessimus* I. B. R. (l) *Vitulum Nigrum Turannium. Mox illi* a. V. (m) *Turanniis Inoste* P. *Niger in Turani in oste illi* in libris suis reperit Victorius, qui inde effecit vulgatam: *Vitulum. Niger in Turranii nostri illi.* Denique in fine vulgo erat *Lenatem.*

simul Vituli etc. *Cossinii* enim nomen esse spurium h. l. ipsum enim adhuc loqui. Hoc ipsum confessus Gesner malebat: *Ille hoc, neque ab hoc qui mutaret, et simul.* Recte, puto! Locutionem *mutavit ab hoc* illustravit Victorius exemplo Ciceronis Epist. ad Attic. XIII, 52: *de Mamurra non mutavit.* sed hodie ibi editur: *vultum non mutavit.* Alter locus Philipp. III, 10: *o felicem utrumque, nihil enim mutaverunt*, hodie scriptus est aliter: *maluerunt.* Aptius exemplum dabit Thesaurus Gesneri ex Livio V, 13: *annona ex antevecta copia nihil mutavit.* In Curis Secundis Pontedera, vulgatam defendens, interpretatur: *illi hoc* satis; ideo conticuit Cossinius. Catullus Carm. XXII, 11, *tantum abhorret ac mutat.* Gellius II, 23: *quantumque mutare a Menandro Caecilius visus est!* Idem similiter XVIII, 12, annotante Heinsio Advers. p. 639.

Niger) Vrsinus corrigebat: *Vitulum, Niger Turrani noster, alii partim — ad Maenatem.* Librum enim hunc secundum scriptum esse ad *Turranium.* Menatem intelligi eum, de quo cap. 1 et 8. Vulgatam: *Vitulum. Niger in Turranii nostri. illi*, Victorius effecit ex lectione librorum suorum *Niger in Turrani in oste illi.* Editiones primae habent: *Vitulum Nigrum Turannium. Mox illi.* Scaliger coniiciebat: *Niger in Turranianos* (scilicet hortos). *Et illi.* Vrsini scrinia compilavit, uti solet, Popma. Cum Vrsino faciunt Pontedera et Gesner; et quia similiter in Praef. sect. 6, est: *tibi Niger Turrani noster*, recepi veram Vrsini emendationem.

Menatem) Hanc Vrsini emendationem pro *Lenatem* probavit etiam Gesner.

M. TERENTII VARRONIS

RERVM RVSTICARVM

LIBER TERTIVS

DE

VILLATICIS PASTIONIBVS

ARGVMENTVM

1. *De villaticis pastionibus.*
2. *De villa perfecta.* (Tractatus pro his *Br.*)
3. *Quae in villa circumve eam ali vel pasci possint.*
4. *De avibus in genere.*
5. *De turdis.*
6. *De pavonibus.*
7. *De columbis.*
8. *De turturibus.*
9. *De gallinis.*
10. *De anseribus.*
11. *De anatibus.*
12. *De leporibus.*
13. *De apris.*
14. *De cochleis.* (*coclels*)
15. *De gliribus.*
16. *De apibus.*
17. *De piscinis.*

Quum duae vitae traditae sint hominum, rustica et urbana, Q.[a] Pinni, dubium non est, quin hae non solum loco[b] discretae[c] sint, sed etiam tempore diversam originem habeant. antiquior enim[d] multo rustica.

Varietas Lectionis.

Cap. I. (a) *Quid ni Prani* P. (b) *locum* Vict. et Gesn. *loco* caet. etiam P. et Ryck. (c) *distinctae* I. B. R. Br. *discretae* P. (d) *est enim* I. B. R. Br.

Cap. I. *Q. Pinni*) Cicero Epist. ad Div. XIII, 61. T. Pinnium aliquem nominat, eiusque filium valde studiosum et eruditum. Pontedera ex

quod fuit tempus, quum rura colerent homines, ne-
que urbem haberent. Etenim vetustissimum oppidum
quum sit traditum Graecum, Boeotiae [e] Thebae, quod
rex Ogyges [f] aedificarit; [g] in agro Romano Roma, quam
Romulus rex: (Nam in hoc nunc denique est, ut
dici possit, non quum [h] Ennius scripsit, *Septingenti*
sunt paulo plus aut minus anni, augusto augurio post-
3 *quam inclita condita Roma est.*) Thebae, quae
ante cataclysmon Ogygi conditae dicuntur, eae ta-
men circiter duo millia annorum et centum sunt. quod
tempus si referas ad illud principium, quo agri [i] coli

(e) *boetiae* I. B. R. Br. (f) *Ogygos* P. (g) *aedificavit* I. B. R. Br. (h) *tum*

Polit. laudat *Quid ni Pinnii*; 2 Florent. *Pinnii*: unde corrigit *Q. mi Pinni*.

Graecum) Vrsinus malebat *in Graecia*, cui paulo post opponitur *in agro Romano*. De Ogyge et Thebis Ogygiis hic locus non est copiosius dicendi; et pervulgata est historia.

In hoc nunc) Vrsinus malebat abesse *nunc*; Popma corrigebat *iam in hoc*. Vrsinus *in hoc* interpretabatur ἐν τούτῳ hic et sect. 9.

Septingenti) Ennii mortem ponunt A. V. C. 585. Q. Marcio Philippo, Q Servilio Caepione CSS. contra Varronem scribit Eusebius mortuum esse A. V. C. 726. natum annos fere nonaginta; cui numero si demas decem (scripsit enim hos libros Varro natus annos 80) relinquuntur anni urbis paulo minus 717. Haec Vrsinus, cuius notam repetiit Popma, Consules ponens L. Gellium Poplicolam et M. Cocceium Nervam, quo anno Varro scripserit hos libros.

Augusto) Laudat versum eundem Suetonius Aug. c. 7, quem tamen locum suspectum habent viri docti.

Ogygi) Forma antiqua pro *Ogygis*, cuius varia exempla posuit Popma.

Eae tamen) Vrsinus malebat *et tamen*, ad millia referens. Idem locum Arnobii V, annotavit hunc: *Varro ille Romanus docet, a diluvii tempore usque ad Hirtii consulatum annorum esse millia nondum duo.* Fuerunt autem Hirtius et Pansa Consules A. V. C. 710. Eusebius et Orosius I, 7; cataclysmum hunc ponunt anno ante V. C. 1040. Si ponamus, Varronem haec scripsisse A. V. C. 710, fiunt anni 1750, qui numerus paulo minor est Arnobiano et Varroniano. Sed in tanta rerum antiquarum et fabulosarum obscuritate atque opinionum diversitate quis certi aliquid pronunciare audebit? Deinde Arnobius de diluvio Deucalionis et Pyrrhae loquitur, adeoque eius ratio ad hunc locum non pertinet. Ogyge rege in stella Veneris portentum factum annotavit ex Adrasto Cyziceno et Dione Neapolitano, mathematicis, Varro ap. Augustinum de Civ. D. XXI, 8. Ab his igitur videtur Varro annum cataclysmi Ogygii accepisse.

Agri coli) Pontedera librorum le-

sunt[i] coepti, atque in casis et tuguriis habitabant, nec
murus nec[l] porta quid esset sciebant: immani nu-
mero annorum urbanos[m] agricolae praestant. nec mi- 4
rum, quod divina natura dedit agros, ars humana
aedificavit urbes. quum artes omnes dicantur in Grae-
cia intra[n] mille annorum[o] repertae, agri nunquam
non fuerint[p] in terris, qui coli possint. Neque solum
antiquior cultura agri, sed etiam melior. Itaque non
sine causa maiores nostri ex urbe in agris[q] redigebant
suos cives, quod et in pace a rusticis Romanis ale-
bantur, et in bello ab his tuebantur.[r] Nec sine causa 5
Terram eandem appellabant matrem, et Cererem, et
qui eam colerent, piam et utilem agere vitam cre-
debant, atque eos solos reliquos[s] esse ex stirpe Sa-
turni regis. Cui consentaneum est, quod Initia vocan-
tur potissimum ea, quae Cereri fiunt sacra. Nec minus 6
oppidi quoque nomen Thebae[t] indicant antiquiorem[v]
esse agrum, quod ab agri[x] genere, non a conditore

I. B. R. Br. *inclyta* Br. (i) *agricolae* P. I. B. R. Br. (k) *sint* P. (l) *et* I. B. Br. R. deinceps *immani annorum numero* Ald. (m) *urbanis* a. V. (n) *inter* I. B. R. Br. (o) *tempora* add. A. Ba-G. (p) *fuerunt* a. V. (q) *agros* a. V. (r) *alebantur* P. *tueb. et alebantur* I. B. R. Br. *ab iis alebantur* in libris suis reperit Victor. (s) *reliquias* a. V. (t) *indicat* I. B. R. Br. (v) *antiquam* Iens. Br. *antiquissimum* B. R. (x) *argin graece* I. B. Br. R. dein-

ctionem probatam ita refingit: *agricolae sunt coepti, qui in casis* etc.

Divina — humana) Vtramque vocem abesse malebat Vrsinus.

Possint) Pro *possent* esse monet Vrsinus.

In agris) In Edd. primis et Codice Vrsini est *in agros*. Schoettgen malebat: *in urbem ex agris*, hac sententia: Romanos, quotiescumque cives vel senatores suos collectos vellent, eos ex agris et villis convocare necesse habuisse. Sed hanc sententiam ab hoc loco esse alienam recte monuit Gesner. Malim tamen legère *in agros*.

Tuebantur) Quod Edd. primae addunt *et alebantur*, necessarium etiam putabat ad sententiam absolvendam Pontedera. Ceterum formam passivam verbi *tueri* exemplo Inscriptionis, in Hispania repertae, Victorius, Vitruvii ex Praefat. libri 8 adstruere Vrsinus conatus est.

Oppidi) Verba *oppidi quoque* spuria censebat Vrsinus. Pontedera ex Edd. pr. *Thebae indicat* probat.

nomen ei est impositum. Nam lingua prisca et in Graecia Aeoleis[y] Boeotii sine afflatu vocant collis[z] Tebas:[a] et in Sabinis, quo[b] e Graecia venerunt Pelasgi, etiam[c] nunc ita dicunt. cuius vestigium in agro Sabino via Salaria non longe a Reate milliarius clivus appella-
7 tur[d] Thebae. Quum agriculturam primo propter paupertatem maxime indiscretam haberent,[e] quod a pastoribus qui erant orti in eodem agro et serebant et pascebant: qui[f] postea creverunt, peculia[g] diviserunt,[h] ac factum, ut dicerentur alii agricolae, alii
8 pastores. Quae ipsa pars duplex est, tametsi ab nullo satis discreta, quod altera est villatica pastio, altera

ceps *conditore ei n. est imp.* Aldin. (y) *Aeoles boetii* I. B. R. Br. (z) *aeolis* s. V. (a) *Thebas* P. I. I-G. A. (b) *quae* Vict. (c) *et* I. B. R. Br. (d) *appellatur. Thebae* I. B. Br. R. *appellantur Th.* Ald. (e) *habebant* P. (f) *quae* I. B. R. Br. (g) *pecunia* I. B. R. P. Br (h) *dimiserunt* Pol. 2. (i) *haec*

Collis Tebas) Vulgatum *Aeolis* in semivetere Codice repertum ex melioribus correxit Victor. De Syriaca *Thebae* nominis origine multa ad h. l. Scaliger, quam *naviculam* significare sit; eius vero notionis, quam Varro affert, nullum in graecis scriptoribus exstare vestigium. Eandem cantilenam Schoettgen et Gesner cum Bocharto repetierunt, nisi quod Schoettgen ex Hesychio annotavit: Θήβα· πόλις Βοιωτίας καὶ κιβώτιον. Ceterum ipsam Varronis rationem recte improbat Scaliger hactenus, ut ex nomine collis Sabino de origine nominis et notione graeca constare neget. Illud tamen vix potest dubitari, in Sabinorum, quemadmodum in Etruscorum et reliquorum antiquae Italiae populorum lingua, multa Graecorum seu Pelasgicorum colonorum vocabula fuisse admista. Quam rem egregie nuper demonstravit, hoc ipso etiam Varronis loco laudato, *Luigi Lanzi* in opere eximio, Romae 1789 edito: *Saggio di Lingua Etrusca e di altre antiche d'Italia.* Boeotorum Θηβαῖα habet Plutarchus de Iside p. 359, ed. Francof. p. 461, ed. Squire, ubi vide Interpretes, et Bouhier ad Ciceronis Tuscul. p. 356, qui male in Plutarcho et in Hesychio corrigit Σήκαια ἐντάφια. Ceterum Vrsinus malebat h. l. *qui e Graecia.* De Pelasgorum in Italiam adventu egregie disputavit Heyne in Excursibus ad Aeneidem et in Comment. Societ. Goetting.

Salaria) De qua vide ad Varron. I, 14, 3. Conf. infra c. 2, 14. Palatium agrum Reatinum nominat Varro L. L. IV, p. 26. Clivum milliarium esse puto, in quo milliarium erectum stabat in via Salaria. Lapidem ibi stetisse vicesimum quintum vel sextum, coniicio ex cap. 2, sect. 14.

Qui postea) Malim cum Pontedera ex Edd. primis *quae postea — peculia*

agrestis. Haec nota et[i] nobilis, quod[k] et pecuaria appellatur,[l] et multum homines locupletat,[m] et ob eam rem aut conductos, aut emtos habent saltus. Altera villatica, quod humilis videtur, a quibusdam adiecta ad agriculturam quum esset pastio, neque explicata tota separatim, quod sciam, ab ullo. Itaque 9
quum putarem esse rerum rusticarum, quae constituta sunt fructus causa, tria genera, unum de agricultura, alterum de re pecuaria, tertium de villaticis pastionibus: tres libros institui,[n] e queis duo[o] scripsi; primum ad Fundaniam uxorem de agricultura, secundum de pecuaria ad Turranium[p] Nigrum. qui reliquus est tertius de villaticis fructibus, in[q] hoc ad te mitto, quod visus[r] sum debere pro nostra vicinitate et amore scribere potissimum ad te. Quum enim vil- 10
lam haberes opere tectorio et intestino ac pavimentis nobilibus lithostrotis spectandam, parum putasses esse, ni tuis quoque literis exornati parietes essent. Ego quoque, quo ornatior ea esse posset fructu quam[s]

notabilis Pol. 2. (k) *quae* I. B. R. Pol 2. Br. (l) *nominatur* I. B. R. Br. (m) *locupletes ob.* I. B. R. Br. deinceps *emptos* Br. Ald. (n) *constitui* I. B. R. Br. (o) *duos* a. V. (p) *Turannium* a. V. sed Aldina Victorianam ipsam habet, in corrigendis tamen mutat. (q) *hunc ad* Herv. (r) *visum* Bon. (s) *quam quod* P. (t) *quod fac.* P. (v) *de quibus — hinc* om. A. Ba. G.

Nobilis, quod) Non ideo nobilis, quod pecuaria appellatur etiam; quare malim cum Edd. primis *nobilis, quae et pecuaria* legere. Pontedera ex Edd. pr. et Codd. restituit: *quae et pecuaria nominatur, et multum homines locupletes ob eam rem aut conductos — habent saltus*; etiam quatuor Florent. et Vindob. *locupletes ob eam.*

Villatica, quod humilis) Vrsinus h. l. ita corrigebat; *Altera, quod huc videretur — agriculturam, neque explicata sep.* etc. ubi *videretur* probabat etiam Gesner. Sane sibi non respondent verba *videtur* et *quum esset*. Equidem malim *altera villatica pastio, quod humilis videretur, a quibusdam adiecta ad agriculturam est, neque explicata* etc.

Parum) Vrsinus malebat *parumque*. Recte! puto; atque ita deinceps verba *Ego quoque* cum antecedentibus sunt copulanda.

Ni tuis) Elegans et nisi fallor vera est coniectura Gesneri, *tui* legentis et bibliothecam interpretantis. Pinnii litteras ignoramus.

Quam factu) Vrsinus malebat *quam*

factu, quoad[t] facere possem, haec ad te misi, recordatus de ea re sermones, quos de villa perfecta habuissemus. de[v] quibus exponendis initium capiam hinc.

II. Comitiis aediliciis, quum sole caldo ego et[a] Q. Axius senator tribulis suffragium tulissemus, et candidato,[b] cui studebamus, vellemus esse praesto, quum domum rediret: Axius mihi,[c] dum dirimentur,[d] inquit, suffragia, vis potius villae publicae utamur umbra, quam privati candidati tabella dimidiata[e] ae-

Cap. II. (a) *atque Ax.* a. V. (b) *candidatos* I. B. R. Br. Pol. 1. (c) *inibi* P. I. B. R. Br. (d) *dirimerentur* I.B.R. Br. *dirimuntur* A. Ba-G. *diribentur* P. 2. et Vict. (e) *dum ita aedif.* Ald. et reliquae praeter Gesne-

suntu. Equidem Varronis ingenio dignam putarem lectionem *fructu quam structu*. Gesner malebat: *tam fructu quam factu*.

De ea re) Haec verba Vrsino non immerito suspecta fuerunt.

Cap. II. *Dirimentur*) Discernuntur et dinumerantur. Hanc lectionem recte cum Manutio, Sigonio et Vrsino probavit Gesner. Vide etiam infra ad c. V, s. 18.

Tabella) Tabernaculum angustum interpretatur Turnebus IV, 6, et VIII, 7, quem sequitur H. Valesius ad Ammian. XVIII, p. 155. Vrsinus corrigebat *privata candidati tabella* vel *umbella umbrificemus nobis?* laudato Festi loco hoc: *Vmbrae vocantur Neptunalibus casae frondeae pro tabernaculis*. Gesner malebat, ex praecedentibus repeti, aut adeo addi in locum vocabuli *dimidiata* vocem *umbram*. Mihi Vrsini ratio maxime placet; nimis enim inepte *umbram aedificare sibi tabella privati candidati* dixerit Varro, si vulgatam cum Gesnero tuearis. Vulgatam tamen Pontedera tuetur in Cur. sec. interpretatus de tabula, ad suffragia ferenda data, quam attollentes contra solem exigua umbra oculos a sole defenderent, ut nos praetensis pileis solemus. Ideo aedificare sibi, quoniam umbram sibi procurabant, non parata uti. Ceterum Gesner operose docere conatur, tabellam esse e taberna factam deminutione. Certe manifestum est, tabernam vel tabernaculum intelligi. In ambitus crimine Muraenae obiiciebantur spectacula, tributim data, hoc est locus, ad spectandum datus amicis et tribulibus in foro et circo, ludi dum populo exhibentur; cui Cicero c. 35 respondet: *quid statuetur in viros primarios, qui in circo totas tabernas tribulium causa compararunt?* Idem igitur a candidatis factum comitiis in campo, quid moremur? Tabernam igitur talem, tribulibus et amicis candidati refertam, intelligi h. l. puto et dimidiatam vel dimidiam dici. Quodsi *aedificemus* corrigi debet, equidem repetita ex *dimidiata* syllaba extrema malim *tectificemus*, quam *domificemus* vel *umbrificemus*, quae utraque emendatio a vulgatae similitudine nimis longe abit. Tabernam publicam dixit Varro villam publicam in fragmento, posito supra ad I, 29, 3.

dificemus nobis? Opinor, *inquam*, non solum quod dicitur, Malum consilium, consultori est[f] pessimum: sed etiam bonum consilium, qui consulit, et qui consulitur, bonum habendum. itaque imus; venimus in villam.[g] Ibi Appium[h] Claudium augurem sedentem 2
invenimus in subselliis, ut consuli, si quid usus poposcisset, esset praesto. Sedebat ad sinistram ei[i] Cornelius Merula consulari familia ortus, et Fircellius[k] Pavo Reatinus. ad dextram Minutius Pica, et M. Petronius Passer. Ad quem quum accessimus,[l] Axius[m] Appio[n] subridens, Recipis nos, inquit, in tuum ornithona, ubi sedes inter aves? *Ille*, Ego vero,[o] in- 3
quit, te praesertim, cuius aves hospitales etiam nunc ructor, quas mihi apposuisti paucis ante diebus in villa Reatina ad lacum Velini,[p] eunti de controversiis

rianam, quae Edd. I. B. Br. R. scripturam dedit. Codex vetustissimus Victorii eandem, alius recentior *dimidia aedif.* habebat. *umbella domificemus* Lipsius ad Senecae Epist. 118 princip. (f) *esse* a. V. (g) *villa* I. B. R. Br. (h) *Apium* I. B. R. Br. (i) *eius* a. V. deest P. (k) *Tircelius* Ienss. *Fircelius* B. R. Br. (l) *accessissemus* a. V. (m) *Auxius* P. et Vict. Codex. (n) *Apio* I. B. R. Br. *Appio* P. I. I-G. *Appius* Vict. (o) *vero* abest I. B. Br. R. A.

Est pessimum) Ex Edd. primis *esse* praeferebat Pontedera. Recte, puto.

Et qui consulitur) Recte Vrsinus *cui* emendabat; vulgatum ortum esse censens ex *quoi*.

Vt consuli) Noster de L. L. V. p. 63: *augur Consuli adest tum quum exercitus imperatur, ac praeit, quid eum oporteat dicere.*

Pavo) Antiquis *Pavus*. Hinc Lucilius Satyra XIV, apud Nonium in *Nebulones: Publius Pavus mihi Tuditanus quaestor Hibera in terra fuit, lucifugus, nebulo, id genus sane.*

Petronius) Quia Petroniae gentis plebeiae unum tantum Sabini cognomen reperitur hodie in libris, Vrsinus *Caetronius* h. l. corrigebat, cuius familiae cognomen hoc libri et lapides veteres annotarunt.

Vbi sedes inter aves) Haec verba spuria esse censebat Pontedera. Vbi enim sit ornithon, ibi esse aves. Ceterum Appii ornithon dicitur villa publica, ubi ad auguria sedebat.

Ructor) Alias crudi ructant, hic vero delicatis ructus vicem ruminationis videtur.

Velini) Videtur praestare. Male igitur locum Martialis: *Ructat adhuc aprum pallida coma meum* comparavit Heinsius Advers. III, p. 479.

In villa Reatina) Q. Axii senatoris villam in Rosea, campo Reatino, memorat in hac ipsa controversia Cicero ad Attic. V, 15. Communis Ciceronis

Interamnatium et Reatinorum.[q] Sed non haec, inquit, villa,[r] quam aedificarunt[s] maiores nostri, frugalior
4 ac melior est, quam tua illa perpolita in Reatino? Nunc ubi hic vides citrum, aut aurum? num minium, aut armenium?[t] num quod[v] emblema aut lithostrotum?[x] quae illic[y] omnia contra aurum.[z] Et quum haec sit communis universi populi, illa solius tua.[a] haec quo succedant e campo cives, et reliqui omnes, illa quo equae et asini: praeterea quum ad rempublicam administrandam[b] haec sit utilis, ubi cohortes ad delectum[c] consuli adductae considant, ubi arma

Ba-G. (p) *Vellini* I. B. R. Br. (q) *cognituro* add. A. I. I-G. (r) *vilia* P. Deinceps vulgatum *quanquam* cum Vrsino correxi. (s) *aedificarint* A. Iunt. G. (t) *harmomum* P. *hamomum* Ienss. *hamomium* Br. *armonium* Iunt. (v) *quidem* I. B. R. Br. *aliquod* I. I-G. A. (x) *lithostrathum* I. B. R. *lithostratum* Br. (y) *hic* B. R. (z) *aurum* pessime omisit loc. (a) *tui* A. Ba. G. (b) *administrandum* Hervag. (c) *dilectum* P. (d) *scilicet Auxius* addit P. et

et Attici amicus fuit. De eo vide ad Attic. I, 12. III, 15. V, 21. X, 11. Suetonius Caes. c. 9.

Velini) Vrsinus verba haec spuria esse censebat et efficta ex verbis sect. 9, *ad angulum Velini*. Varro apud Servium ad I Georg. dicit lacum Velinum a Curio CS. in Nartem vel Narem fluvium derivatum: nam utrimque dicitur esse divisus: post quod tanta secuta est eo loco fertilitas, ut etiam perticae longitudinem altitudo superaret herbarum; quin etiam quantum per diem demtum esset, tantum per noctem crescebat. Vide supra ad I, 7, 10.

Controversiis) De quibus vide supra ad I, 7, 10.

Villa quam aedific.) *Vilia quamquam aedificarunt* ex Polit. et S. Repar. Codice praefert Pontedera.

Citrum) Mensam citream habet Martialis XIV, 89, aliam supellectilem Plinius aliique.

Armenium) Cum minio inter colores pretiosos memorat Plinius 35, s. 12 et 28, et Vitruvius VII, 5.

Contra aurum) *Aurum* addidi ex Edd. pr. et Cod. Polit., suadente Schneidero. Cf. I, 2, 10. Txp.

Delectum) Apuleius Apolog. 1: *M. Cato ipse in oratione scriptum reliquit quum in Hispaniam consul proficisceretur, tres servos solos ex urbe duxisse. Quum iam ad villam publicam venerat, parum visum queis uteretur; iussisse duos pueros in foro de mensa emi; eos quinque in Hispaniam duxisse.* Ita locum correxit Schottus Observ. V, 2, qui monet, Victorem villam publicam in regione urbis IX collocare. Valerius Maximus IX, 2, 1: *quatuor legiones contrariae partis — in villa publica, quae in campo Martio erat — obtruncari iussit.* Huius villae ectypum repraesentari in nummo gentis Fonteiae, ex Vignolio de Columna Anton. Pii p. 19, 20, ad-

ostendant, ubi censores censu admittant populum. Tua, *inquit*,[d] haec in campo Martio extremo ùtilis, et non deliciis sumptuosior, quam omnes[e] omnium Reatinae? tam[f] et oblita[g] tabulis[h] pictis, nec minus signis ornata:[i] an mea?[k] vestigium ubi sit nullum[l] Lysippi aut Antiphili,[m] sed crebra[n] satoris,[o] et pa-

vetustissimus Victorii Codex, ut in Ciceronis Epistolis *Auxium* praeferebat optimum Victorii exemplar MS. I. B. Br. R. habent *S. Axius.* A. Iunt. G. solum *Axius* addunt. (e) *omnes omnium universae Reat.* I. B. R. Br. Codices Victorii. (f) Vulgo *tum.* Gesn. *cum.* Pol. 2, *tamen.* I. B. R. Br. *tum. enim* (g) *oblitae* P. (h) Vulgo intersertum *est* omisi cum I. B. R. Br. (i) *ornata* om. I. B. R. Codd. Victorii et Br. (k) Vulgo *ornata. At mea* I. B. R. Br. *At in ea.* I. I-G. *et meam.* Victorius dedit *Ad mea.* (l) *nullum* om. I. B. R. Br. (m) *Antephili* I. B. R. *Anthephyli* Br. *Antephilu* Codex Victorii cum nota mendae, *Antiphilu* Cod. Vrsini, forma graeca Αντίφιλου. Deinceps *videbis* addunt I. I-G. et margo Durdr. ex Ald. quae *Antiphyli.* (n) *crebrum* A. I. I-G. (o) *sartoris* Pol. *et crebra sator.* Br. (p) *cum in* I. B.

monuit Abr. Gronov. — *Dilectum* ex Pollt. et 3 reliquis Flor. ut Vind. recte probat Pontedera. Paulo antea lectionem Edd. pr. et quatuor Flor. *contra aurum* recte interpretatur *contrarium* pro *contra* dictum. Exemplum non addidit; sed tale exstat in Edd. pr. Varronis 2, 1, 22.

Censu) Vrsinus malebat *censum* ex Livio IV, 22: *villam publicam in campo Martio aedificaverunt, ubi primum census populi est actus.* Vulgatam defendebat Gronov. de P. V. p. 264, interpretatus *censu*, ut dicitur *comitiis, ludis, gladiatoribus, Circensibus.* Gesner putabat, posse etiam esse pro *ad censum.*

Omnes omnium Reatinae) *Omnes omnium universae* restituit Pontedera ex Edd. pr. Codd. Victor. et quatuor Florent. et paulo antea *extremo vilis* corrigit; deinceps *tam enim oblita* (i. e. ornata) — *signis an mea, vestigium.* In Victoriana est *Ad mea vestigium* ut in duobus Florent. Caesen. et Vindob.

Tua inquit) Etiam in Codice vetustissimo Victorii erat additum *scilicet Auxius*, quae verba a glossatore accessisse putabat ille.

Tam et oblita) Ita cum Pontedera scripsi. Ante Gesnerum erat *tum et oblita*, ipse edidit *cum et oblita.* At ita non convenit sequens *est.* Debebat esse *sit.* Itaque cum Edd. primis omisi post *tabulis* insertum *est.* Oblitam dixit villam, quia parietes et oblinuntur tectorio et tabulis pictis ornantur.

Ornata; an mea) Ita cum eodem Pontedera scripsi. Vulgo est: *ornata. At mea.* Sententia in vulgata claudicat. *At mea* nihil habent additum; contra *an mea* refertur ad illa *tua ne haec utilis.*

Satoris) Pontedera malebat *Lysippu aut Antiphilu — sartoris.* Vnum enim vel alterum satorem sufficere fundo Axii; non satis magno, plures et sartores et pastores requiri. Sed satorem puto intelligi eum, qui colit agrum, pastorique opponi. Sartor minimam operis rustici partem exsequitur.

storis. Et quum[p] villa non sit sine fundo magno, et eo polito[q] cultura, tua ista neque agrum habet[r] ul-
6 lum, nec bovem, nec equam. Denique quid tua habet,[s] simile villae illius, quam tuus avus[t] et proavus habebat? nec[v] enim, ut illa, foenisicia videt[x] arida in tabulato,[a] nec vindemiam in cella, neque in granario messim. Nam quod extra urbem est aedificium, nihilo magis [ideo[b]] est villa, quam eorum aedificia, qui habitant extra portam flumentanam, aut in Ae-
7 milianis. Appius subridens, quoniam ego ignoro, inquit, quid sit villa, velim me doceas, ne labar imprudentia,[c] quod volo emere a M. Seio, in Ostiensi[d] villam. Quod si ea aedificia villae non sunt, quae asinum tuum, quem mihi quadraginta millibus emtum ostendebas apud te, non habent, metuo ne pro villa emam Ostiae[e] in litore Seianas aedes. Quod aedificium hic[f] me L. Merula impulit ut cuperem habere,

R. Br. *cum in illa* P. 1. (q) *polito* P. 2. (r) *habeat* I. B. R. Br. (s) *habet* omitt. I. B. Br. R. *quid habes sim.* Herv. *quid tu habes* Ba. A. Gr. G. (t) *avos ac proavos* P. (v) *Haec* I. B. R. *Nec en. haec* A. I. I. G. (x) *vidit* P. (a) *tabula* I. B. R. Br. deinceps *caella — messem* Ald. (b) *ideo* omitt. I. B. R. Br. (c) *in imprudentiam* a. V. (d) *Hostiensi* A. I. I. Ba. Gr. G. Deinceps *emptum* Br. Ald. (e) *ostia* P. (f) *hinc* I. B. R. Deinceps *accedisse*

Et cum villa) Vrsinus malebat *et cum illa*; quo ducunt etiam libri scripti.

Polito cultura) Vrsinus *cultura* abiiciebat, Gesner defendebat, nec tamen dixit, quomodo sit interpretandum vocabulum.

Habet simile) Cum libris primis *habet* omittit Vrsinus. Deinceps *ideo* ut spurium inclusi.

Flumentanam) Nominat Festus, Livius VI, 20. XXXV, 9. Hortensii villam ad portam eam nominat Cicero ad Atticum VII, 3.

Aemilianis) Vrsinus ex inscriptione memorat *navem arenariam, quae servit in Aemilianis*, et laudat Suetonium in Claudio c. 18, unde patet, in vicinia diribitorii prope septa in campo Martio fuisse.

Quadraginta) Supra ad II, 8, 3, monuit Vrsinus, scribendum esse h. l. *quadringentis*.

Ostiae in litore) Haec verba Vrsino spuria visa sunt.

Quod aedificium) *Quod aedificium hinc me L. Merula impulit* ex Edd. pr. et Polit. praefert Pontedera, interpretatus *hinc*, eam ob causam. Merulam enim, qui interloquitur et

quum diceret nullam se accepisse villam, qua magis
delectatus esset, quum apud eum dies aliquot fuisset,
nec tamen ibi se vidisse tabulam pictam, neque si-
gnum aheneum,[g] aut marmoreum ullum: nihilo ma-
gis torcula vasa vindemiatoria, aut[h] serias olearias,
aut trapetas.[k] Axius aspicit[l] *Merulam*, et quid igi- 9
tur,[m] inquit, est ista villa, si nec urbana habet or-
namenta, neque rustica membra? cui[n] *Ille*, non mi-
nus villa tua erit[o] ad angulum Velini, quam neque
pictor, neque tector vidit unquam, quam in[p] Rosea,
quae est polita opere tectorio eleganter, quam do-
minus habes communem cum asino. Quum significas- 10
set nutu, nihilo minus esse villam eam,[q] quae esset
simplex rustica, quam eam in qua[r] esset utrumque,

Cod. Vrsini. (g) *aeneum* a. V. *ahenum* P. (h) *aut* abest Bas. (i) *ac* I. B. R. Br. (k) *trapeta* I. I-G. A. (l) *respicit* a. V. (m) *igitur* abest I. B. R. Br. spatium tamen erat relictum. *gus* P. 1. et Codd. Victorii. *giie* Pol. 2. (n) *Quod ille*, *Nummius* P. (o) *villa* repet. A. I. I-G. (p) *illa in* A. I. I-G. (q) *ea quae* praecedente commate seu potius duobus punctis I. B. Br. R. (r) *quo* I. B. Br. R. Deinceps *et rustica scilicet et urbana* A. I. I-G. sed nostram lectionem ex libris suis restituit Victor. atque ita I. B. Br. R. ha-

praesens inducitur, esse Cornelium, ut cap. 1, non Lucium, quem absentem laudet Appius.

Accepisse) Ex lectione Codicis sui Vrsinus corrigit *accessisse*; recte! Sic etiam Scaliger, qui *accedisse* defendebat scriptum, ut supra *discedimus* pro *discessimus*. Vulgatam tamen lectionem ex h. l. retulit Nonius II, 15, et potest ita defendi, ut dictum censeamus, quasi esset *a nulla se villa acceptum seu exceptum fuisse*.

Vindemiatoria) Hoc vocabulum Vrsino spurium videtur.

Et quid igitur) Ex lectione Codd. *et quid gus*. Popma efficiebat *et quid genus*. non inepta coniectura. — *Et quid igitur, inquit*. In Pol. Codd. Victor. S. Repar. *quo* pro *igitur* est; *sus* in Caesen. *rus* in Laurentiano, ubi sex syllabarum spatium vacuum adest. Vnde Pontedera coniiciebat: *et quod aedifici genus est ita veila?* deinceps *Quod ille* Pol. 2 Flor. *Quo* Caesen. quod ex *Quoi* derivans Pontedera, corrigit: *Quoi ile: Num minus veila tua est*. Ita enim pro vulgato *erit* Codd. Pontederae. *Nummius* est in Pol. 2 Flor. et Caesen. *Quo ille numinius* Vindob.

Simplex rustica) Vrsinus verba *rustica, in qua esset utrumque et ea et urbana* deleri iisque substitui voluit haec: *simplex quam eam, quae esset polita et rogasset*. Gesner verba *et ea et urbana* damnavit et inclusit.

et ea et urbana, et rogasset quid[s] ex his rebus colligeret, Quid? *inquit*, si[t] propter pastiones tuus fundus in Rosea probandus sit; et quod ibi pascitur pecus ac stabulatur, recte villa appellatur: haec quoque simili de causa debet vocari villa, in qua propter pa-
11 stiones fructus capiuntur[v] magni. Quid enim refert, utrum propter oves, an[x] propter aves fructus capias? anne dulcior est[y] fructus apud te ex bubulo pecore, unde apes[z] nascuntur,[a] quam ex apibus, quae ad villam Seii in[b] alveariis[c] opus faciunt? et num[d] pluris[e] nunc tu e villa illic natos verres lanio vendis, quam
12 hic[f] apros macellario[g] Seius? Qui minus ego, inquit, Axius, istas habere possum in Reatina villa? nisi si apud Seium[h] Siculum fit mel, Corsicum in Reatino: et hic aprum glans quum pascit emticia, facit pin-

bent scriptum. Ceterum in Br. et Ald. est *utrumque*, (s) *quis* Bon. (t) *si* omitt. I. B. R. Br. (v) *capiantur* P. I. B. R. *capiantur fr. magni* Br. (x) *aut* P. *fructus aut propter aves* I. B. Br. R. (y) abest *est* I. B. Br. R. (z) *aves* P. (a) *nascantur* I. B. Br. R. (b) *Seii* ex Codd. Vrsini addidi. Pro *in* vulgato I. B. R. P. 1. *Sin* Pol. 2. *si in*. (c) *alvariis* P. (d) *nunc* P. (e) *pluris tua villa* I. B. Br. R. Verba *e villa* cum Codice suo omitti volebat Vrsinus. (f) *hinc* P. (g) Ante Victor. erat: *milliarios emis*. qui ex libris suis correxit, probante Turnebo VIII, 7. *macellarios eius*. P. et Codd. Victorii (h)

Quid, inquit) Merulam intelligi, apparet e sect. 12 extr. monente Gesnero.

Probandus sit) Recte Vrsinus *sit* delendum esse censet.

Dulcior est fructus) *Dulcior fructus* omisso *est* cum Edd. pr. et Polit. deinceps indidem *nascantur* probat Pontedera.

In alveariis) *Si in alvear*: Pol. 2 et 3 Florent. *alvarus* Polit. probante Pontedera, et quod ex Cod. Reparat. affert *faciant*.

Et num pluris etc.) *Pluris tua villa illinc natos v. l. vendit, quam hinc apros macellario Seius?* ita h. l. constituit Pontedera; in Edd. pr. Pol. et 2 Flor. est *pluris tua villa*, deinde *hinc* est in Pol. et 3 reliquis Florent. quod Pontedera unice probandum censebat, quoniam Seius non aderat.

Lanio) Suillae carnis conciliatorem lanium vocat Varro II, 4, 8, macellum est cupidiarum; igitur Varro *cetariorum* macellum et ornithones memorat alibi; lanius plebeias carnes vendebat.

Corsicum) Ex absinthio collectum et amarum praedicat Dioscorides II, 102. Siculum ex Hybla satis notum est.

guem; illic gratuita exilem. Appius, posse ad [i] te fieri,
inquit, Seianas pastiones non negavit Merula: ego,
non esse, ipse vidi. Duo enim [k] genera quum sint 13
pastionum: unum agreste, in quo pecuariae sunt,
alterum villaticum, in quo sunt gallinae ac columbae
et apes et caetera, quae in villa solent pasci, de quibus et Poenus Mago et Cassius Dionysius et alii quid [l]
separatim ac dispersim in libris reliquerunt, quos [m]
Seius legisse videtur, et ideo ex his pastionibus ex una
villa maiores fructus capere, quam alii faciunt ex toto
fundo. Certe, inquit Merula. Nam ibi vidi greges 14
magnos anserum, gallinarum, columbarum, gruum,

Semen Pol. Deinceps *emptica* Brusch. *empticia* Ald. (i) *apud* I. B. Br. R. A Ba-G. (k) *enim* om. I. B. Br. R. (l) *quod* I. B. Br. R. (m) *quas* P. (o)

Ad te fieri) Hanc lectionem ex suo Codice firmat Vrsinus, qui deinceps *Seianas pastiones* deleri volebat.

Duo enim genera) Cum Edd. primis *enim* omitti et deinceps *hos Seius* scribi voluit Vrsinus. Omnino scribere Varro *duo genera sunt pastionum* debebat, aut Vrsini emendatio sequenda est. Vulgatam defendebat Gesner comparatione loci c. XVI, 2, ubi tamen ipse pronomen *quarum* incluserat.

Gruum) Plinius 10, s. 30: *Cornelius Nepos, qui Divi Augusti principatu obiit, quum scriberet turdos paulo antea coeptos saginari, addidit, ciconias magis placere quam grues, quum haec nunc ales inter primas expetatur, illam nemo velit attigisse.* Grues Melicas inter delicias mensarum habet Gellius VII, 16. Horatius Serm. II, 8, 86: *Mazonomo pueri magno discerpta ferentis membra gruis sparsi sale multo non sine farre.* Thessalicas χηνοβοσίας et γερανοβοσίας memorat Platonis Politicus p. 114, ed. Fischeri. Tandem gula romana rediit ad usum gruum et cycnorum. Ita enim Plutarchus de Esu carnium Disp. II ab initio: οἷα νῦν πολλὰ δρῶσιν οἱ μὲν εἰς σφαγὴν, ὑῶν ὠθοῦντες ὀβελοὺς διαπύρους, ἵνα τῇ βαφῇ τοῦ σιδήρου περισβεννύμενον τὸ αἷμα καὶ διαχεόμενον τὴν σάρκα θρύψῃ καὶ μαλάξῃ· οἱ δὲ οὔθασι συῶν ἐπιτόκων ἐναλλόμενοι καὶ λακτίζοντες, ἵνα αἷμα καὶ γάλα καὶ λύθρον ἐμβρύων ὁμοῦ συμφθαρέντων ἐν ὠδῖσιν ἀναδεύσαντες φάγωσι τοῦ ζώου τὸ μάλιστα φλεγμαῖνον. ἄλλοι γεράνων ὄμματα καὶ κύκνων ἀποῤῥάψαντες καὶ ἀποκλείσαντες ἐν σκότει πιαίνουσιν, ἀλλοκότοις μίγμασι καὶ καρυκείαις τισὶν αὐτῶν τὴν σάρκα ὀψοποιοῦντες. Gruem apparare docet Apicius VI, 2. Grues ex Melo insula Romam perlatas ibique in locis tenebricosis pingues factas fuisse, ex Varrone apud Gellium et Plutarchi Erotico et Libro II de Carnium esu admonuit Mercurialis Var. Lect. II, p. 32.

pavonum, nec non glirium, piscium, aprorum, et[n] caetera venationis. ex quibus rebus scriba librarius libertus eius, qui apparuit[o] Varroni, et me absente patrono hospitio accipiebat, in annos singulos plus quinquagena[p] millia[q] [e villa] capere[r] dicebat. Axio admiranti, Certe nosti, *inquam*, materterae meae fundum in Sabinis, qui est ad quartum et vicesimum
15 lapidem via salaria a Roma. Quidni, *inquit*? ubi aestate diem meridie dividere soleam, quum eo Reate ex urbe, aut quum inde venio hieme, noctu ponere castra. Atque in hac villa qui[s] est ornithon, ex eo uno quinque millia scio venissse turdorum denariis ternis, ut[t] sexaginta millia ea pars reddiderit eo anno villae, bis tantum quam tuus fundus ducentum[v] iugerum Reate reddit. Quid? sexaginta![x] inquit Axius.
16 LX! LX! derides.[y] *Sexaginta*,[z] inquam. Sed ut[a] ad hunc bolum pervenias, opus erit tibi aut[b] epulum aut triumphus alicuius, ut tunc fuit Scipionis Metelli, aut collegiorum coenae, quae tunc innumerabiles

caeterae venationes I. B. Br. R. *et caeterae venationis* marg. Durdr. ex Aldina scilicet. (o) *aperuit* Ienss. Br. (p) *L.* I. B. R. Br. (q) *HS.* add. A. Ba-G. (r) *carpere* sphalma Vict. (s) *quae* I. B. R. Br. (t) *ut HS.* A. Ba-G. *ea pars villae redd. eo anno.* Eaedem. (v) *ducentorum* A. Iunt-G. (x) *millia* add. I. I-G. (y) *deride* B. R. (z) *millia* add. A. Ba-G. (a) *ut* omitt. I.

Caetera) Malim *caeterae venationis* cum margine Durdr. *Caeterae venationes* edd. pr. Polit. *caeteraeve nationes* S. Repar. unde *caeteraeve nationis* id est generis caeteri corrigebat Pontedera.

Librarius) Cicero Agr. II, 5, qui legem publice propositam describit, librarium dixit. Varro eum, qui librum rationum rusticarum curat.

E villa) Haec verba cum Vrsino damnavit Gesner et inclusit.

Materterae) Fircelliam intelligi putat Gesner. Vide III, 4, 2.

Qui est) I. e. abest. Vrsinus locum Caesaris B. Civ. I. confert.

Atque in hac) *Atqui* corrigit Vrsinus probante Gesnero, qui personam Varronis hic interponendam esse monuit. Ceterum h. l. respexit Columella VIII, 10, 6.

Sexaginta millia) Numum sestertiorum; quatuor enim sestertii efficiunt denarium unum numum. Conf. Gronovii P. V. IV, 2, p. 266.

Scipionis) Q. Caecilii Metelli Pii Scipionis seu P. Scipionis Nasicae, qui a Metello Pio fuit adoptatus.

excandefaciebant[c] annonam macelli. reliquis annis
omnibus et hanc exspectabis summam. spero non tibi
decoquet [non] ornithon. neque hoc accidit[d] his mo-
ribus, nisi raro, ut[e] decipiaris. Quotus quisque enim[f]
est annus, quo non videas epulum, aut triumphum,
aut collegia [non] epulari, quae nunc[g] innumerabiles
incendunt[h] annonam? Sed propter luxuriam, *inquit*,
quodammodo epulum quotidianum est intra ianuas
Romae. Nonne item L. Albutius[i] homo (ut scitis) 17
apprime doctus, cuius Luciliano charactere sunt li-
belli, dicebat in Albano fundum suum pastionibus
semper vinci a villa? agrum enim minus dena[k] mil-
lia[l] reddere, villam[m] plus vicena. Idem secundum
mare quo loco vellet, si parasset villam, se supra

B. R. Br. (b) *ut* I. B. R. Br. (c) *excandefaciunt* I B. R. Br. (d) *accedit* a. V. (e) *ne* I. I-G. A. (f) *enim* omitt. I. B. R. Br. *Quotus enim quisque* I. I-G. A. (g) *tunc* P. (h) *intendunt* I. B. R. Br. (i) *Abuccius* P. (k) *decem* I. B. R. Br. (l) *HS.* add. A. Ba-G. (m) *villa* I. B. R. Br. (n) e abest I.

Annonam macelli) Vrsinus malebat esse *macelli*, ego vero retineo; non enim omnem annonam, sed cupediariorum excandefaciebant istae coenae. *Annonae incendia* dixit Manilius IV, 168.

Et hanc) Vrsinus corrigit: *si hanc spectabis sumam, spero tibi non dec. orn. neque hoc accidat.* Gesner ante *reliquis* intelligendum esse *quin* vel similem particulam ἐπανορθωτικήν. Alteram tamen negationem inclusit. Apud Plinium XXI, s. 47: *crocum ad scripula usque singula areae decoquunt* similiter interpretatus est I. Fr. Gron. ut h. l. dicitur.

Quae nunc — annonam) Vrsinus malebat *innumerabilia*, Gesner ex *epulari* repetit nomen *epulae*. Mihi haec pars orationis inepte ex superiori loco repetita, aut hinc illuc translata esse videtur.

Sed propter) Vrsinus addi copulam *et* voluit, *Sed et propter*.

Albutius) Polit. libri *Abuccius*. testante etiam Victorio, infra etiam cap. 6, sect. 6. Titum Albutium philosophantem Athenis multis in locis celebravit Cicero, quae dabit Index Ernestianus. Hunc Titum carmine aliquo etiam Lucilius insignem fecerat, cuius fragmentum habet Cicero de Finibus Bonor. I, 3. Sed hunc Varronis Albutium diversum et recentiorem esse, recte monuit Victorius. Hic videtur Satyras scripsisse Luciliano charactere.

Pastionibus) Vrsino spurium videbatur hoc vocabulum.

E villa) De sententia Vrsini inclusit Gesner, ipse tamen *ex illa* legi malebat.

centum millia e[n] villa recepturum. Age non M. Cato nuper quum Luculli accepit tutelam, e piscinis eius quadraginta millibus sextertiis vendidit pisces? Axius,
18 *Merula* mi,[o] inquit, recipe me quaeso discipulum villaticae pastionis. *Ille*, Quin[p] simulac promiseris[q] minerval, id est coenam,[r] incipiam, inquit. *Axius*,[s] Ego vero non recuso vel hodie, et[t] ex ista pastione crebro. Appius, Credo simulac primum ex isto villatico pecore mortui erunt anseres aut pavones. Cui *ille*, Quid enim interest, utrum morticinas editis volucres an pisces, quos nisi mortuos estis nunquam? Sed oro te, inquit, induce me in viam disciplinae villaticae pastionis, ac vim formamque eius expone.[v] Merula non gravate,

B. R. Br. (o) *mi* omitt. A. I. I-G. Deinceps *accipe me quaeso* Br. et postea *pastioni*. (p) *Qui* I. B. R. Br. (q) *promisseris* I. B. R. (r) Verba *id est coenam* vulgo leguntur post *inquit*. Plane omittunt A. I. I-G. (s) Ita A. I. I-G. Vulgo *inquit, id est coenam. Ego vero*. (t) Vulgo *recuso, vel hodie ex*. Correx. Gesner. et Pontedera. et sic Aldina habet. (v) Ita recte I. B. R.

Quadraginta) Vrsinus corrigebat *quadragies sestertiūm* e Plinio IX, 54, ubi de Lucullo: *XXX HS. e piscina defuncto illo veniere pisces.* Eodem modo corrigebat Columellam VIII, 16, 5, et Macrobium III, 15, cuius haec sunt verba: *M. Varro in libris de agricultura refert M. Catonem, qui postea Vticae periit, quum haeres testamento Luculli esset relictus, pisces de piscina eius XXXX HS. vendidisse.* Vrsino assentitur Popma; de forma *sestertium* etiam Gronov. P. V. p. 22. Ita sane summa grandis aeris efficitur, quam Columella dixit. De haereditate, Catoni relicta, fallitur Macrobius, recte monente Popma, ei enim ut avunculo tutela obvenerat. Vide Ciceron. de Finib. III, 2; ad Attic. XIII, 6.

Minerval, id est coenam) Audacter verba *id est coenam* vulgo sic posita *incipiam, inquit, id est coenam. Ego vero* etc. huc retraxi, quamquam omnino spuria esse vel hoc in loco puto. Igitur malim ea ita collocare, ut legam: *Ego vero coenam non recuso vel hodie.* De *minervali* vide loca scriptorum posita in Gesneri Thes. L. L.

Axius, ego vero) Ita recte Edd. I. I-G. quod miror nec Gesnerum nec Pontederam monuisse, qui tamen in emendatione sequentium verborum consentiunt.

Vel hodie) Vulgo erat *recuso, vel hodie ex* etc. Consentiunt Pontedera et Gesner, ita haec esse emendanda uti feci, nisi quod ille mavult *atque ex ista pactione crebro*, quae lectio et mihi magis placet.

Merula non gravate) Antiquam le-

III. Primum, *inquit*, dominum scientem esse oportet earum[a] rerum quae in villa circumve eam ali[b] ac pasci possint,[c] ita ut domino sint fructui ac delectationi. eius disciplinae genera sunt tria, ornithones, leporaria, piscinae. Nunc ornithonas dico[d] omnium 2
alitum, quae intra parietes villae solent pasci. Leporaria te accipere volo, non ea quae tritavi nostri dicebant, ubi soliti lepores sint, sed omnia septa, afficta[e] villae quae sunt, et habent inclusa animalia, quae pascantur.[f] Similiter piscinas dico eas, quae in aqua dulci aut salsa inclusos habent pisces ad villam. Harum singula genera minimum in binas species di- 3
vidi possunt; in prima parte ut sint,[g] quae terra modo sunt[h] contenta,[i] ut sunt pavones, turtures, turdi. altera species[k] sunt, quae non sunt contenta[l] terra solum, sed etiam aquam requirunt, ut sunt anseres, querquedulae, anates. Sic alterum genus illud

Vulgo *expone*, *Merula*, *non gravate*. A. I. I-G. *exponere Merula non gravare*. Cum primis Edd. faciunt Codd. Victorii.

Cap. III. (a) *Eorum animalium* A. Iunt-G.[f] (b) *animalia ali* P. *vel pasci* Br. (c) *possunt* A. Iunt. G. (d) *dicam* a. V. (e) *affixa* a. V. *ei affixa* Pol. 2. (f) *pascuntur* I. B. R. Br. (g) *sunt* I. B. R. Br. (h) *sint* P. (i) *contentae* I. B. R. Br. (k) *specie* I. B. R. Br. *eorum* add. A. I. I-G. (l) *contentae*

ctionem suadente etiam Pontedera restitui, et post *gravate* posui comma, non punctum; haec enim verba cum sequentis capitis initio continuantur sermone. Sic alibi Varro: *ille non gravatus primum inquit.*

Cap. III. *Eius disciplinae*) Gellius II, 20: *villaticae pastionis genera sunt tria* ex h. l. laudat.

Vbi solitis lepores) Gellius II, 20, *soli* habet ex h. l. monente Vrsino, quam lectionem praeferebat ipse Victorius Var. Lect. 32, c. 11, et Pontedera, nisi forte malis *pasci* intelligere ad verbum *soliti*, monente Pontedera. Sed mihi Gellianum *soli* etiam magis placet.

Afficta) Pro *adfixa* dictum firmat Victorius locis Varronis, ubi *tabulae fictae*, *virgis viscatis defictis* et cubilia gallinarum *afficta firmiter* sunt; alia exempla addidit Gronovius ad Ausonii Mosellam versu 317, monente Schoeltgen. Gellius ex h. l. laudat: *sed omnia septa aedificia villae quae sunt — pascuntur.*

Harum) Recte Vrsinus corrigit *Horum.*

Altera species) Vrsinus *speciei* malebat.

venaticum duas habet diversas species: unam, in qua
4 est aper, caprea,[m] lepus. Altera item extra villam quae[n] sunt, ut apes, cocleae,[o] glires.[p] Tertii generis aquatilis item species duae, partim quod[q] habent pisces in aqua dulci, partim quod[q] in marina. De his sex partibus: ad[r] ista tria genera artificum paranda, aucupes, venatores, piscatores, aut[s] ab his emenda, quae tuorum servorum diligentia tuearis in foetura ad partus, et nata nutricere[t] saginesque,[v] in macellum ut perveniant.[x] Neque non etiam quaedam assumenda in villam sine retibus aucupis, venatoris, pi-
5 scatoris, ut glires, cocleae[y] et gallinae. Earum rerum cultura instituta prima, ea quae in villa habentur.[z] non enim[a] solum augures Romani ad auspicia primum pararunt pullos,[b] sed etiam patres familiae rure. Secunda, quae macerie[c] ad villam venationis causa cluduntur, et propter alvearia.[d] apes enim

I. B. R. Br. (m) *capra* Commel. sphalma. (n) *qui* P. (o) *cochleae* Iuntt. (p) *grues* I. B. R. Br. (q) *quot* Hervag. (r) *adhuc* aliae praeter I. B. Br. (s) *ut* omnes. Cum Scalig. correxit Gesner. (t) *nutricare* omnes. Cum Scalig. correxit Gesner. (v) *saginareque* A. Iuntt. et sequutae, sed *saginesque* I. B. R. Br. *saginisque* P. *nutricari saginisque* Codd. Victor. (x) *perviant* P. unde Pontedera efficiebat *pervient*. (y) *cocleas et gallinas* I. B. R. Br. *cochlias gallinas* P. (z) *habetur* P. (a) *enim* om. I. I- G. (b) *pullo* et deinceps *patresfamilias* Brusch. (c) *materiae* Ienss. *maceriae* Br. A. *macerie* P.

Altera item) Vrsinus malebat: *alteram extra.*

Aquatilis) Spurium Vrsino visum vocabulum.

De his sex) Vrsinus malebat: *Ad has sex partes ista tria — aut ab his sumenda.*

Ad partus) Vrsinus malebat: *ac partu et nutricatu, saginesque in — perveniat.*

Assumenda) Varronem suo more scripsisse *assumendum*, recte monuit Vrsinus; cui respondet lectio librorum *cocleas et gallinas.*

Prima ea) Aut cum libro Polit. scribendum deinceps *habetur*, aut cum Vrsino *primo quae.*

Primum pararunt) Mihi hoc *primum* cum *solum* comparatum et cum priore sententia ineptum videtur.

Secunda) Vrsinus *Secundo* corrigebat, et *macerie* delebat.

Et propter) Malim *praeter alvearia.* Supra enim s. 4 extra villam poni, ait apes, cocleas, glires, quae antea intra villae parietes erant. Columellae IX Praef. 2: *Apibus quoque dabatur sedes adhuc nostra memoria, vel in*

subter[f] subgrundas[g] ab initio villatico[h] usae tecto. Tertiae[i] piscinae dulces fieri coeptae, et e fluminibus captos recepere[k] ad se pisces. Omnibus tribus his ge- 6
neribus sunt bini gradus: superiores, quos frugalitas antiqua, inferiores, quos luxuria posterior adiecit. Primus enim ille gradus antiquus maiorum nostrorum[l] erat, in quo essent aviaria, duo duntaxat:[m] in plano cohors, in qua pascebantur gallinae, et earum fructus erant[n] ova, et pulli. alter sublimis, in quo erant columbae in turribus, aut summa villa. Contra, 7
nunc aviaria sunt nomine mutato, quod vocantur ornithones, quae palatum suave domini[o] paravit, ut tecta maiora habeant, quam tum habebant totas[p] villas, in quibus stabulentur[q] turdi ac pavones. Sic in secunda parti[r] ac leporario pater tuus, *Axi*, prae- 8
terquam lepusculum e venatione vidit nunquam. Neque enim erat magnum id[s] septum, quod nunc, ut habeant multos apros, ac capreas,[t] complura iugera

(d) *alvaria* P. (e) *aves* I. B. Br. R. (f) *subtus* I. B. Br. R. (g) *sugrundas* P. (h) *villaticae* P. *usa* Br. (i) Hoc pro *tertia* dedit P. (k) *recipere* I. B. Br. R. (l) *nostrorum* s. V. (m) *dum taxat* Br. (n) *erat* P. (o) *donum* P. 1. et 2. (p) *tutas* P. teste etiam Victorio. *totae villae* A. Iunt. G. (q) *stabulantur* I. B. R. Br. (r) *parte* a. V. H. St-D. (s) *ad* P. (t) *capras* a. V.

ipsis villae parietibus excisis, vel in protectis porticibus ac pomariis.

Subgrundas) In Vitruvio II, 9, *subgrundia* interpretatur Palladius XII, 15, 1, frontem et extremitatem tectorum. Vitruvii epitome c. 12 *suggrundam* nominat. Plinius 25, sect. 102, hypogeson in suggrundiis nasci ait. Scilicet γεῖσον dicitur latine grunda, et ὑπόγεισον suggrunda, vel suggrundium. Itali hodieque usurpant vocabulum *Gronda.* Locum accurate designat ipse Varro infra cap. XVI, sect. 15: *non quod non in villae porticu quoque quidam, quo tutius essent, alvearia collocarint.* Itaque subgrundae sunt villae porticus.

Tertiae) Ita malui ex Pol. libro quam ex Vrsini coniectura *Tertio* scribere, annuente Gesnero. Post *antiqua* Vrsinus malebat addi *construxit*, aut simile aliquod verbum.

Alter sublimis) Gesnero, *alterum sublime* legenti et ad aviarium referenti, non possum assentiri.

Suave domini) In lectione librorum Polit. *donum* latere *domnum*, i.e. dominorum, eumque numerum sequentium postulare verba, monet Pontedera.

maceriis concludunt. Non tum,[v] *inquit* mihi, quum
emisti fundum Tusculanum[x] a M. Pisone, in lepora-
9 rio apri fuerunt multi?[y] In tertia parti[z] quis habebat[a]
piscinam, nisi dulcem, et in ea duntaxat squalos,[b]
ac mugiles pisces? Quis contra nunc Rhinton[c] non dicit
sua nihil interesse, utrum iis[d] piscibus stagnum habeat
plenum an ranis? Non Philippus quum ad Vmmi-
dium[e] hospitem Casini divertisset, et ei e tuo[f] flu-
mine lupum piscem formosum apposuisset, atque ille
10 gustasset et expuisset, dixit, Peream, ni piscem pu-
tavi esse? Sic nostra aetas in quam luxuriam[g] pro-
pagavit leporaria, ac piscinas protulit ad mare, et in
eas pelagios greges piscium revocavit. Non propter

(v) *tu* P. (x) *Thusculanum* A. Iunt-G. praeter Herv. item: Vict. (y) post *multi* interpp. omnes praeter marg. Durdr. (z) *parte* a. V. H. St-D. (a) *habet* a. V. (b) *scaros* I. B.R. Iuntt. Br. (c) *rhynton* a. V. (d) *his* Br. Ald. (e) *Minidium* a. V. qui *Immidium* scripsit ex libris suis, ego sequor

M. Pisone) Credo esse M. Pupium Pisonem Calpurnianum, de quo vide Clavem Cicerou. Infra III, 13, 1, additur *Pupii* nomen: sed cap. 6, s. 2, simpliciter est M. Piso. Ceterum Gellius II, 20, ex h. l. laudat *fuere multi*.

Squalos) Edd. primae *scaros* solenni varietate. Apud Festum in *pollucere* ex piscibus squammatis excipitur *squarus* vel potius *squalus*, quem pollucere non licebat.

Rhinton) Sub nomine Rhintonis, latini histrionis, de quo Donatus de tragoedia et comoedia tradidit, Aesopum, histrionem, patrem vel filium, gulositate infamem utrumque, intelligi, censet Gesner. Excerpsit hunc locum Columella VIII, 16, 4.

Vmmidium) Ita in Codice vetere esse, ait Vrsinus, et apud Colum. l. e. igitur vulgatum *Immidium* correxi. Apud Horatium I, Serm. I, 95, eundem intelligi Vmmidium, et Philippum I, Epist. 7, 46, censebat Bentleius. Vmmidium Horatius divitem et avarum facit. De gente Vmmidia vide Spanheim de Vsu N. T. II, p. 7. Philippum, Horatii causis agendis clarum, Lucium Marcium Philippum Consularem et censorium fuisse, putabat Torrentius. Eiusdem deinceps piscinas memorat Varro. In Vitruvio Praef. Libri I, pro *Pub. Minidio* varia lectio apud Fabricium B. Lat. T. I, p. 486, ed. Ernesti habet *Numidio*. In Ciceronis Epist. ad Div. XVI, 14, *Vmmium* ex Codd. posuit pro *Mummium*, sed Ernesti malebat *Vmmidium*.

E tuo) Ita ex libris suis Victorius; malim cum Edd. primis *suo*; etsi Varronis etiam villam sub oppido Casino ad flumen istud fuisse constat.

Sic nostra aetas in quam luxuriam propagavit leporaria. Ita cum Edd.

hos[h] appellati Sergius Orata, et Licinius[i] Murena? Quis enim propter nobilitatem[k] ignorat piscinas Philippi, Hortensii,[l] Lucullorum? Quare unde velis me[m] incipere, *Axi*, dic.

IV. Ille,[a] Ego vero, *inquit*, (ut[b] aiunt) post principia in castris, idest, ab his[c] potius[d] temporibus, quam superioribus: quod ex pavonibus fructus capiuntur maiores, quam e gallinis. Atque adeo non dissimulabo, quod volo,[e] de ornithone primum, quod lucri fecerunt hoc nomen turdi; sexaginta[f] enim millia Fircellina[g] excande[h] me fecerunt cupiditate. Me- 2
rula, Duo[i] sunt, inquit, ornithonis genera. unum delectationis causa, ut Varro hic fecit noster sub Casino, quod amatores invenit[a] multos. alterum fructus causa, quo genere macellarii et in urbe quidam habent loca clausa, et rure maxime conducta in Sabinis, quod ibi propter agri naturam frequentes[i]

Codicem Vrsini. (f) *suo* I. B. R. Br. *vicino* A. I. I-G. (h) *has* P. (i) *Licinius* P. *Lucinius* I. B. R. Br. *Lucius* A. I. I-G. I. Victor. (k) *nobilitates* P. (l) *et* ins. a. V. (m) *me* om. I. B. R.

Cap. IV. (a) *Ille* claudit praecedens caput in I. B. R. Br. (b) *(ut—castris)* A. Iunt. G. (c) *iis* Vict. (d) *potius* abest I. B. R. Br. *incipiendum* ins. A. Iunt. G. (e) *nolo* I. B. R. Br. (f) *HS enim sexaginta* A. Ba-G. (g) *fircilina* I. B. R. Br. (h) *excandere* a. V. (i) *inquit*, *Duo sunt* I. B. R. Br. *Duo*

pr. Iunt. Polit. 2 Flor. Caesen. Ambr. recte h. l. constituit Pontedera. Vulg. *Sic nostra aetas*, *inquam*, *luxuria*. De Sergio Orata vide etiam ad Palladii I, 40 notam.

Quare) Ante hoc vocabulum Merulae personam esse interponendam, monuit Gesner.

Cap. IV. *Post principia*) Scaliger corrigebat: *a postprincipiis*, *et in castris*. Ita etiam Vrsinus censebat, qui praeterea verba *in castris* omissa malebat. Vulgatam inepte defendit Popma, quasi esset scriptum: *Ego te volo esse post principia in castris*, *id est*, *ab his potius temporibus quam prioribus incipere*. Scilicet ille cum Edd. I. I-G. supplebat *incipiendum*. Equidem Vrsini sententiam amplector. De principiis castrorum, et loco eo, qui postprincipia dicebatur, multa Grammatici; sed dicuntur etiam simpliciter postprincipia, ut e Varronis duobus fragmentis docuit Scaliger et Popma. Lector verba posita reperiet in Gesneri Thes. L. L.

Fircellina) Supra cap. 2, s. 15.

Casino) De quo cap. 5, s. 9.

Agri naturam) Propter oliveta frequentia, quorum fructum amant.

apparent turdi. Ex his tertii generis voluit esse Lucullus coniunctum aviarium, quod fecit in Tusculano,[m] ut in eodem tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, ubi delicate coenitaret, et alios videret in mazonomo positos coctos, alios volitare circum[n] fenestras captos. Quod inutile invenerunt. Nam non tantum in eo oculos delectant intra fenestras aves[o] volitantes, quantum offendit, quod alienus odor opplet nares.[p]

V. Sed quod te malle[a] arbitror, Axi, dicam de[b] hoc ornithone, quod fructus causa faciunt, unde, non[c] ubi, sumuntur pingues[d] turdi. Igitur testudo, aut[e] peristylum[f] tectum tegulis aut rete, fit magna,

genera sunt inquit ornithonis P. (k) *habet multos ac invenit* I. B. R. Br. (l) *frequens* Hervag. (m) *Tusculano* A. I. I-G. H. SI-D. (n) *circa* a. V. (o) *videre* inser. I. B. R. Br. (p) *narres* P. Ienss.

Cap. V. (a) *male* B. R. H. Ald. (altera) Gr. G. (b) *primo de orn.* I. B. R. Br. *primo de hoc* P. (c) *nonnulli* A. Iunl. G. (d) *pinguis* I. B. R. (e) *aut* P. 2. Vulgo omnes *ut*. (f) *peristylium* P. *peristilium* Bon. *peristil-*

Tusculano) De Luculli Tusculana villa magnifica alibi dixi; turdum ex aviario Luculli noluit sumere Pompeius aegrotans, ut ex Plutarchi Lucullo refert Gesner.

Coniunctum) Verbum hoc Vrsino delendum esse videtur.

Volitantes) Ex Codice vetere malebat Vrsinus *videre volitantes*, quod habent Edd. principes. Verum ita scribere oportet etiam *delectat*.

Quod alienus) Vrsinus corrigit: *offendit alienus odor, qui opplet nares.*

Cap. V. *De hoc ornithone*) Edd. primae *primo de ornithone*. Polit. libri *primo de hoc ornithone*. Vrsinus monet etiam, in vetere Codice deesse *hoc*. Deinceps *quod* est pro *quem*, quasi aviarium antea nominasset.

Non ubi) Quam quasi novam ex libris suis lectionem posuit Victorius, habebant ante eum Edd. I. B. R. Varro describit talem ornithonem, unde aves pingues promantur, non ubi in coena sumantur, quod quidam in ornithone, eleganter constructo, faciebant.

e *Aut peristylum*) Ita ex Pol. 2 dedi pro vulgato *ut*, etsi nemo vitium animadvertit. Aviarium aut testudine construitur, ubi rete non est opus, nec, puto, tegulis. Ita secl. 8 peristylum laudat Strabonis, qui obiecto recte pascebat aves. Testudine etiam pavones includit infra cap. VI, 4. — Vulgo *testudo* (*ut perist.... rete*) *fit magna.* T.

Peristylum) Libri aliqui *peristylium*. Atque ita variatur in Ciceronis Or. pro Domo c. 44. Suetonii August. 82 atque alibi. Tetrastulum est apud Vitruvium III, 2, VI, 3 et in Inscript. Arvalium Fratrum apud Philipp. a Turre Monum. Vet. Antii p. 290: *Sacerdotes in tetrastulo consederunt et ex*

in qua millia aliquot turdorum ac merularum includere possint. Quidam cum eo adiiciunt[g] praeterea[h] 2
aves alias quoque, quae pingues veneunt[i] care, ut miliariae[k] ac coturnices. In hoc tectum aquam venire oportet per fistulam, et eam potius per canales angustas[l] serpere, quae facile extergeri[m] possint; si enim late ibi diffusa aqua, et inquinatur facilius, et bibitur inutilius; et ex eis caduca, quae abundat,[n] per[o] fistulam exire, ne luto aves laborent. Ostium 3

lum Reg. (g) *adiiciant* I. B. R. Br. (h) *praeter ea* (divis.) *alias* I. B. R. Br. *praeter eas aves* A. I. I-G. (i) *vaeneunt* Herv. (k) *milliariae* A. I. I-G. (l) *angustos* P. 2. (m) *extergi* I. B. Br. R. Cresc. deinceps *aqua diffusa* Ald. (n) *abundant* P. 2. (o) *et exit* P. *fist. facit ut luto* A. Iunt. G.

sacrificio epulati sunt, sumptisque praetextis et coronis spiceis vittatis lucum deae diae summoto adscenderunt, et reliqua, quae posui ad Catonis cap. 41, s. 2.

Quidam) In Edd. primis est *adiiciant*. Vrsinus ex vetere Codice laudat: *Quidam cum eo coniiciunt alias quoque*. Crescentius 9, c. 93: *Qui vult praedictas aves vel alias, quae pingues care veniunt habere, locum faciat clausum et tegulis vel rete magno coopertum, magnum secundum quantitatem avium quas includere volet.* Inscriptio autem capitis nominat turdos, merulas, perdices et conturnites (sic). Forte ex Crescentio legendum est: *Qui volunt eo adiiciunt*. In Edit. Cresc. antiqua mea est *faciunt*. Formulam *cum eo* pro praeterea ex Scribonii Compos. 61 et 135 attulit Gesneri Thes. L. L. forte h. l. *praeterea* est ex glossa.

Miliariae) Varro L. L. IV, p. 21: *Ficedulae et miliariae dictae a cibo, quod alterae fico, alterae milio fiant pingues.* Similiter Graeci κεγχρίδας appellant parvam avem, quam cum hortulanis emberizis nostris comparare licet. Vide Comment. ad Friderici II. Reliqua p. 167.

Eam potius) Crescentius recte omisit *potius*, et deinde *angustos* habet. Sed genere foemineo dixit noster canalem III, 7, 8, et III, 11, 2. Etiam Cato c. 18, 6. Et Philargyrius ad Georg. IV, 265, ex Varronis Divinarum libro VI, locum posuit hunc: *Canales eas despicit*: monuitque simul de sexu vocabuli foemineo.

Si enim late) Cresc. *nam si lata diffusa esset aqua, inquinaretur facilius et biberetur inutilius, et quae superat ad potum avium per fistulam exeat* etc.

Quae abundat) Verba haec spuria esse censebat Vrsinus, motus loco Frontini II, Artic. 94, ed. Poleni: *Aquam quae ex lacu abundat, nos caducam vocamus.* Praeterea etiam verba *per fistulam* abundare putabat. De prioribus verbis idem monuit Andr. Schottus Observ. III, 8. Crescentius legisse videtur: *et ex potu quae abundat.* quam lectionem minime equidem spreverim. Certe *caduca* cum Gesnero mutanda in *caducam* est.

Habere humile) Cresc. *habere debet*

habere humile et angustum, et potissimum eius generis, quod cochleam[p] appellant, ut solet esse in cavea; in qua tauri pugnare solent. Fenestras raras, per quas non videantur extrinsecus arbores aut aves; quod earum aspectus ac[q] desiderium macrescere[r] facit volucres inclusas. Tantum luminis locum[s] habere oportet, ut aves videre possint ubi assidant, ubi cibus, ubi aqua sit. Tectorio tacta[t] esse levi circum ostia ac fenestras, ne qua[v] intrare mus, aliave quae bestia
4 possit. Circum huius aedificii parietes intrinsecus multos esse palos, ubi aves assidere possint; praeterea et[x] perticas inclinatas ex humo ad parietem, et in eis transversas[y] gradatim modicis intervallis perticas

(p) *cochliam* I. B. R. Br. (q) *ad* I. B. R. Br. (r) *marcescere* P. (s) *locum lum.* P. *luminis locum* Cresc. Vulgo *locum* deest. (t) *tecta* a. V. (v) *qua* a. V. qui dedit *aqua*. (x) Ita dedi ex A. I. I-G. Reliquae Edd. habent: *e perticis inclinatis*. Consentit Crescent. (y) Ita ex Edd. A. I. I-G. dedi cum Popma, nisi quod illae Edd. habent: *transversas alias gr. mod. int. an-*

humile et angustum, quo custos vix intrare queat, fenestras etc.

In qua) Lipsius de Amphitheatro cap. 9 malebat *equa*, contranitente Gesnero, qui caveam intepretatur ipsum amphitheatrum. Cochleam interpretatur Gesner genus forium versatilium rotundarum vel dimidio orbe factarum, aut quod cochleae ope tolli ac demitti possit. Equidem puto intelligi genus illud, quod catarractam dixere Latini, quod funibus vel catenis tolli subito ac demitti poterat.

Extrinsecus) Cresc. *extrinsecae—eo quod earum*. Editio antiqua *extrinsece arbores ut aves*.

Locum luminis) Ita Polit. libri habent, et Crescentius. Vulgo omittunt *locum*. Verbum *oportet* spurium videbatur Vrsino.

Tectorio tacta) Crescent. *circa ostia ac fenestras talis sit munitio, ne mus vel mustela vel alia bestia intrare possit.* Quae multo sunt saniora vulgatis *ne aqua intrare* Interim suadente etiam Gesnero restitui antiquam lectionem *ne qua intrare*. Ceterum *tectorio tacta* iterum ex libris suis dedit Victor. infra III, 12, 3.

Palos) Infra in ornithone sect. 13: *mutuli crebri omnibus columnis impositi, sedilia avium.*

Perticas) Cresc. *Circa huius aedificii — multi sint pali, et etiam perticae inclinatae — parietes, quibus multae perticae adnectantur ex transverso modicis intervallis ad speciem cancellorum. Cibatui turdorum ponantur offae* etc. Vnde comprobatur lectio, quam ex Edd. restitui. Vulgo erat: *e perticis inclinatis — transversis gradatim — perticis annexis ad speciem.* Mecum facit Vrsinus, qui tamen *et* post *praeterea* abesse malebat, et deinceps vo-

annexas ad speciem cancellorum scenicorum (ac theatri). (deorsum in terram esse aquam, quam bibere possint) cibatui offas positas. eae maxime glomerantur ex ficis et farre mixto. Diebus viginti antequam quis[z] tollere vult[a] turdos, largius[b] dat, cibumque[c] plus ponit, et farre subtiliore incipit alere. In hoc tecto caveaque[d] tabulata habeant[e] aliquot ad perti-

nexas. Vulgo erat: *transversis — perticis annexis.* In Polit. est *traversis.* (z) *quis* om. I. B. Br. R. habent A. Iunt. G. iterum omiserunt post Victor. excepta Durdr. (a) *velis* I. B. Br. R. *velit* A. Iunt. G. (b) Ita I. B. Br. R. Vulgo *dat cibum, quod plus ponit.* (c) *et aquae plus pon.* A. Iunt. G. (d) *cavus quae* I. B. Br. R. *cavus quae cavus tab.* P. *caviis quae caviis — habeant aliquod adportat subplementum* Codd. Victor. (e) *habeat aliquod* I. B. Br. R.

ces *ac theatri.* Recte puto hoc posterius; nam interpretantur vocabulum scenicorum. Igitur inclusi. Contra Gesner in vulgata incluserat *ad* ante speciem, quo facilius reliqua interpretaretur. Cancelli sunt sedilia theatri, cancellis munita, de quibus Burmann ad Ovidii Amor. III, 2, 64: cancellos fori habet Cicero pro Sextio c. 58. In ornithone suo Varro infra sect. 13: *inter columnas exteriores et interiores gradatim subtructum, ut theatridion avium.*

Deorsum — bibere possint) Haec omisit Crescentius, et sunt inepte ex superioribus repetita. Quare inclusi.

Cibatui offas positas) esse oportet, intellige. Sed rectius Cresc. *cibatui turdorum ponantur offae.*

Farre mixto) Pergit Cresc. *caeteris tribuantur grana quibus uti consueverunt et ea praecipue avide sumunt. Diebus viginti* etc. Quod egregium auctarium indagavit iam ante me Pontedera nec indignum Varrone censuit. Praeter offas enim ex farre et ficis Columella etiam VIII, 10, 3, et Palladius I, 26 turdis ad fastidium sublevandum dari iubet myrti, lentisci, oleastri, ederae atque arbuti, quibus delectentur, semina. Atque ita etiam Geoponica XIV, 24. Quare h. l. ex Crescentio ita lego: *Cibatui turdorum offae ponantur. eae maxime — mixto. Caeteris tribuantur grana, quibus uti consueverunt, et ea quae praecipue avide sumunt. Diebus* et reliqua. Editio antiqua Cresc. *eam — avidis* habet.

Quis tollere) Cresc. omittit etiam *quis*, ut Edd. multae. Idem Cresc. *det cibum et farre subtiliore incipiat alere. Cum opus est* etc. Restituit *quis* Gesner.

Dat cibumque plus) Interim restitui antiquam lectionem, certe aptiorem vulgata: *dat cibum, quod plus ponit.* Multo autem rectius Cresc. *det cibum et farre* etc. omissis mediis verbis, ut monuit etiam Pontedera.

In hoc tecto) Ex lectione librorum Victorii *caviis quae caviis — habeant aliquod adportat subplementum.* Turn. Advers. XIX, 28 effingebat: *caulis, quae caulis habeat tabulata, aliquod adportat supplementum.* Caulem interpretatur caulam seu aulam. Scaliger contra: *in hoc tecto caviisque avis tabulata habeant aliquot. Caviis* inter-

cae[f] supplementum. Contra hoc[g] aviarium* est[h] aliud minus, in quo quae mortuae ibi sunt[i] aves, ut

(f) *porticae* I. B. Br. R. *portae* P. (g) *hic* P. (b) verba: *est aliud minus, in quo* desunt I. B. R. Br. (i) *sint* I. B. R. Br. (k) *reddat: solet ibidem*

*

pretatur caveis, *avis* autem aves. Tabulum explicat per πέτευρον seu vestibulum, cui insistunt vel exeuntes vel intrantes aves. Deinde emendat: *ad portae sublimentum*: i. e. sublimen, seu limen superius; aut *ad portam sub limentum*. Deinde Turnebum taxat, suam tamen emendationem reliquae Varronis orationi accommodare atque interpretari omisit. Popma maluit: *ad portae supplementum*. Quia scilicet porta non evolare sinuntur turdi, ut columbae et reliquae aves, ideo tabulata adesse debere, quo subvolent turdi. Pontedera sensum hunc putabat esse Varronis: *In cavea ad portam fieri debere cellam, in qua aviarius mortuas aves servet.* Itaque emendabat: *In hoc tecto caveisque caveae tabulata habeant aliquot. ad portae sublementum contra hoc: aviarius quae mortuae ibi sunt aves, ut,— solet ibidem servare.* Fatetur tamen, vocem *portae* sibi h. l. importunam videri, quare malebat eam delere, et *sublimentum* locum altiorem interpretari, aut legere *perticae supplementum*. Equidem in peristylo rete tecto quomodo tabulata possint exstrui, non satis intelligo; nec video, cur ad perticarum supplementum sint adiungenda tabulata, quum in perticis aves recte consistant et conquiescant. Lacunam vix aliquis sine meliorum Codicum ope explebit. — Nunc demum video, ex gallinario haec esse in alienum locum translata verba. In altero enim ornithone, infra a Varrone descripto, palorum et cancellorum scenicorum fit mentio, nulla vero tabulatorum, nec ea aviario turdorum suo Columella adstruxit. Contra in gallinario, quod Varroniano simillimum exstruit Columella VIII, 3, sect. 3: *sublimitas dividatur tabulatis, quae supra se quaternos et infra septenos liberos pedes habeant, quoniam ipsa singulos occupant. Vtraque tabulata gallinis servire debent. — tabulatis insistere dormientem avem non expedit, ne suo laedatur stercore; quod cum pedibus uncis adhaesit, podagram creat; ea pernicies ut evitetur, perticae dolantur in quadrum, ne teres levitas earum supersilientem volucrem non recipiat* etc. In Varronis autem loco cap. 9, sect. 7 tabulatorum mentio fit nulla; itaque ibi post verba *sint cubilia earum*, excidisse puto haec: *In hoc tecto caveisque tabulata habeant aliquot ad perticae* (vel *perticarum*) *supplementum.* Caveas scilicet in gallinario duas cum Varrone facit Columella, et tabulata duo adiungit, ubi interdiu versari gallinae possint; noctu vero in perticis assidere debent. Germanicus interpres, Mayer, Scaligerianam correctionem secutus, interpretatur tabulata apposita ad aperiendae portae visum atque effugium avibus subtrahendum atque tollendum.

Aviarium) In Edd. I. B. R. est: *aviarium quae mortuae ibi sint aves.* Atque ita scriptum habere etiam Codicem Caesenatem, Venetum et Florentinos, testatur Pontedera in Curis secundis, qui egregie, omisso vocabulo *curator*, inde effecit: *aviarius quae mortuae ibi sunt aves — solet ibidem servare.*

domino numerum reddat,[k] curator servare solet. Quum opus sunt, ex hoc aviario ut sumantur, idoneae excluduntur[l] in minusculum aviarium, quod est coniunctum cum maiore, ostio et lumine[m] illustriore, quod seclusorium appellant. Ibi quum eum[n] numerum habent exclusum, quem sumere vult, omnes occidit. Hoc ideo in secluso[o] clam, ne reliqui, si vi- 6
deant, despondeant animum, atque alieno tempore venditoris[p] moriantur. Non ut[q] advenae volucres pullos faciunt, in[r] agro ciconiae, in tecto hirundines, sic aut[s] hic aut illic turdi, qui quum sunt nomine mares, re[t] vera foeminae quoque sunt: neque id non secutum ut esset[v] in merulis, quae nomine foeminino[x] mares quoque sint.[y] Praeterea[z] volucres quum par- 7
tim advenae sint, ut hirundines et grues; partim ver-

servari cum eto. I. B. R. Br. (l) *excludantur* I. B. R. Br. (m) *et lum.* A. I. I-G. Vulgo deerat *et*, et comma post *ostio* positum erat. (n) *eum* deest I. I-G. Cr. (o) *seclusorio* A. I. I-G. (p) *venditori* a. V. (q) *enim ut* a. V. (r) *ut in* A. Iunt. G. *fac. pullos* Aldin. (s) *aut et* I. B. R. Br. *aut hic* omitt. P. 2. (t) *revera* iunct. I. B. R. (v) *esse* I. B. R. Br. (x) *foeminiuo* Herv. (y) *sunt* I. I-G-

Reddat) Edd. I. B. R. pergunt: *solet ibidem servari cum*. Vrsinus ex Codice vetere laudal *solet ibidem servare*.

Opus sunt) Cresc. *opus est, ut ex hoc sumantur aviario, excludantur idoneae*. quam lectionem unice probo. Interim vulgatae distinctionem correxi. Editio antiqua Cresc. *munusculis aviarium*.

Ostio et) Crescentius, *ostium lumine illustriore ibi sit, cum numerum habet exclusum — secluso clam debet facere, ne reliqui si videant, terreantur et ante tempus venditionis moriantur*. Vrsinus malebat legi *maiore, maiore ostio*. Interim ex Edd. I. I-G. dedi lectionem, quam propius a vera abesse puto. Inserui enim *et*. Editio Crescent. antiqua habel *illustriore ibi cum enim numerum*. et omittit verba *debet fieri*; deinde: *et alio tempore venditionis*.

Non ut advenae) Ante haec verba Gesnerus collocanda esse censebat totam sectionem septimam a verbis inde *Praeterea volucres*. Recte! Sed magna horum ipsorum pars inepta esl: quanquam scio, Varronem eiusmodi nugis delectari solitum fuisse.

Nomine mares) Nonius p. 229: *Turdi masculini sunt generis, ut plerumque lectum est: feminini Varro Quinquatribus: Tu Pledi contra quid audes dicere, quum in eborato lecto ac purpura operto toro cubare videas aegrotum, et eius prius alvum, quam typum subducere malis*. Sic corrigo locum, misere luxatum. Exemplum Varronis alienum est ab observatione

naculae, ut gallinae ac columbae: de illo genere sunt turdi adventicio, ac quotannis in[a] Italiam trans mare advolant circiter aequinoctium autumnale, et eodem revolant ad acquinoctium vernum. Et alio tempore turtures, ac coturnices immani numero, hoc ita fieri apparet in insulis propinquis Pontiis,[b] Palmariae,

(z) *quoque* add. I.B. R. Br. (a) *trans mare ad Italiam* I. B. R. Br. *trans mare in Ital.* Ald. *auctumnale* Br. (b) *Pontia, Palmaria, Pandataria* A.

Nonii; sed excidisse videtur hic noster locus.

Turdi adventicio) Posteriorem vocem deleri malebat Vrsinus:

Autumnale) Charisium es Varrone laudare *autumnal*, annotavit h. l. Popma. Plinius 10, sect. 35: *abeunt et merulae turdique et sturni simili modo in vicina.* Quae ille ex Aristot. H. A. VIII, 16, ubi latere ait sturnos, merulam, turturem, alaudam et turdum, maxime tamen turturem; nunquam enim hieme turturem fuisse visam. Deinceps Plinius sect. 36 trimestres esse ait turdos turturesque. Turturem in Graecia per aestatem solum apparere tradit Aristoteles H. A. VIII, 3, et pinguem admodum abire cap. 16. Turtures et coturnices aliquas in locis apricis hieme subsistere, ait c. 12. Quum Plinius in Italia turdos trimestres esse dicat, alios intelligi voluit, quam Varro, aut a veritate aberravit. Colum. enim VIII, 9: *per hiemem maior turdi copia.* Pilarem et Iliacum turdum in Italia rarum esse, affirmat Aldovrandus XVI, 1. Musicum solum in Italia copiosum reperiri, asserit Cetti ornith. Sardie. p. 151. Pilarem (*il tordo mezzano* Olina fol. 25, 2) circa aequinoctium autumnale Italia abire et a latere septentrionali versus meridiem in Sardiniam abire ait, ubi commoratur per totam hiemem, lentisci, oleae, oleastri et arbuti fructibus vescens. Praeterea monuit Cetti, mare h. l. intelligi Adriaticum, versus septentrionem Italiae appositum; et insularum deinceps nominatarum mentionem non pertinere ad turdorum migrationem, sed ad turtures et coturnices. Turtures in Sardiniam adveniunt mense Martio, abeunt in Africam mense Septembri, eodem teste. Verum interpretatio Cettiana locum vix habere potest. Varro enim etiam post turdos nominatos iterum de coturnicum migratione et turturum mare nominat; atque in iisdem insulis in reditu morari paulum ait, quibus in adventu. Igitur mare Adriaticum intelligi non potest, sed Siculum. Nisi dicas, in reditu per mare Adriaticum in aliis insulis considere paulisper.

Pontiis) Plinius 3, s. 12 Pandatariam insulam in Puteolano sinu collocat; nunc insula Mariae audit. In Antiano ultra Tiberina ostia Palmariam, hodie Palmaruola; adversus Formias Pontias. Deinde sect. 13 contra Veliam positam aliam Pontiam nominat. Idem 32, s. 54 circa Pontias insulas pernam concharum generis nasci ait. Ita etiam h. l. in libris variari vides in nomine *Pontiae* et *Pontiis.* Omnes hae insulae Italiae litori meridionali adiacent.

Pandatariae.[c] Ibi enim in prima volatura quum veniunt,
morantur dies paucos requiescendi causa. Idemque[d] 8
faciunt, quum ex Italia trans mare remeant. Appius
Axio, Si quinque millia huc[e] conieceris, inquit, et
erit epulum ac triumphus, sexaginta millia quae vis
statim in foenus des licebit.[f] Tum *mihi*, Tu dic illud
alterum genus ornithonis, qui animi causa constitu-
tus a te sub Casino[g] fertur, in quo diceris longe vi-
cisse non modo archetypon inventoris nostri ὀρνιθοτρο-
φείων[h] M. Laenii[i] Strabonis, qui Brundusii[k] hospes
noster primus in peristylo habuit exedra[l] conclusas
aves, quas pasceret obiecto rete, sed etiam[m] in Tu-
sculano magno aedificio Luculli. Cui[n] *ego*, Quum ha- 9
beam sub oppido Casino[o] flumen, quod per villam

Iunt. G. *Pontis* P. *Pontiae* I. B. Br. R. (c) *Paudatheriae* Br. *Pandathariae* I. B. R. (d) *Itemque* P. (e) *hic* a. V. *hoc* P. (f) *licebit multum. Dio* I. B. Br. R. *multum dic illut* Codd. Victorii. (g) *Cassiuo* A. Iunt. G. hic et alibi. (h) ὀρνιθοτροφεῖον A. Iunt. G. (i) *Lenii* a. V. (k) *Brundusii* a. V. *Brundusii* Br. *Brundusii* Victor. quod Gesneriana dare voluit. (l) *edra* P. 2. *hedra* Herv. *exhedra* coniunct. A. I. I-G. Vict. *ex hedera* rel. (m) *etiam Thusculanum magnum aedificium* A. I. I-G. (n) *Qui* I. B. R. Wrat. Br. (o) *Cassiuo* A. I. I-G. (p) *alium* I. B. R. W. Br. (q) *CCCCL* tantum

Sexaginta millia) Respicit locum III, 2, 15, quinque millia turdorum venisse denariis ternis, ut *sexaginta millia ea pars redderet villae. — Sed — opus erit tibi aut epulum aut triumphus alicuius.* Vnde Vrsinus malebat: *sexaginta illa.* Equidem malim *aut triumphus.* Nam erant etiam epula sine triumpho.

Licebit) Ex lectione librorum Scaliger emendabat: *sexaginta quaevis millia — licebit multum. Dic illud.* Vrsinus malebat ex vetere Codice: *Mihi tunc dic illud.* Pontedera *mihi tum dice illud alterum.*

Casino Edd. aliae *Cassino.* Supra II, 3, 11, *in Casinati* est sine varietate. Cassinatem fundum M. Varronis nominat Cicero Philipp. II, 40.

Inventoris nostri) Haec verba spuria videntur Vrsino.

Strabonis) Plin. 10, cap. 50: *Aviaria primus instituit inclusis omnium generum avibus M. Laelius Strabo, equestris ordinis, Brundusii.* In Plinio *Lenius* ex h. l. scribi voluit etiam Pintianus. Recte! Male Vrsinus e Plinio emendabat Varronem. M. Laenium Flaccum, Brundusii habitantem, laudat Cicero ad Divers. XIII, 63, et XIV, 4. Patris et duorum filiorum hortos Brundusii memorat Orat. pro Plancio 41, et pro Sextio 63.

Exedra) Cic. ad Divers. VII, 23:

fluat liquidum et altum,[p] marginibus lapideis, latum pedes LVII, e e villa in villam pontibus transeatur, longum P. ꟗCCCCL,[q] directum[r] ab insula ad Museum,[s]

I. B. R. W. Br. (r) *derectum* P. (s) *Muscum* I. B. R. Br. *musaeum* P. (t) *aui-*

Exhedria quaedam mihi nova sunt instituta in porticula Tusculani, ea volebam tabellis ornare.

Marginibus lapideis) Plinius II, s. 96: *In Casinate fluvius appellatur Scatebra, frigidus, abundantior aestate. In eo, ut in Arcadiae Stymphali, enascuntur aquatiles musculi.* Quem Varro quo vocabulo voluerit intelligi, incertum est. Vicinum Casino fluvium memorat etiam Columella VIII, 16. Vinii nomen, quod h. l. deinceps legebatur vulgo, cum Scaligero abolevit Gesner.

Et e villa in villam) Vrsinus malebat *in insulam*. Popma villam ait sitam fuisse in summa parte fluminis, ubi illud influebat; insulam in ima, qua exibat. Itaque e villa in insulam pontibus flumen transibatur directum ab insula, quae erat ab imo fluvio, ubi confluebat altera amnis. Ita ad h. l. Popma, qui Vrsini correctionem probavit; quod equidem facere non possum. Varro, de latitudine fluvii loquens, tantam eam ait esse, ut pontibus e villa Varronis in vicini villam transeatur; deinde longitudinem eiusque terminum utrumque, qua fundum Varronis attingebat, edit. Quod vero Varro ait flumen per villam fluere, possis forte etiam *e villa in villam* de partibus ipsius Varronianae villae, medio flumine divisis, interpretari. His demum scriptis incidi in locum Ciceronis Legg. II, 1, ubi villam suam Arpinatem describit his verbis c. 1: *visne in insula, quae est in Fibreno, sermoni reliquo demus operam sedentes?* Ita quidem Atticus, cui Cicero respondet: *sane quidem; nam illo loco libentissime soleo uti, sive quid mecum ipse cogito, sive quid aut scribo aut lego.* Hoc est ipsum Museum Ciceronis in insula! Pergit cap. 3: *Ventum in insulam est. Hac vero nihil est amoenius; etenim hoc quasi rostro finditur Fibrenus et divisus aequaliter in duas partes latera haec alluit, rapideque dilapsus cito in unum confluit, et tantum complectitur, quod satis sit medicae palaestrae loci. quo effecto, tanquam id habuerit operis ac muneris, ut hanc nobis efficeret sedem ad disputandum, statim praecipitat in Lirem.* Vides, in insula ista, sita ad imum fluvium, ubi alter statim illi immiscebatur, fuisse Museum Ciceronis, totamque fere villam plane similem fuisse Varronianae. Quid si igitur Museum Varronis pariter in insula fuit? Tum vero verba *ab insula ad Museum* sana fuerint; quae velut alieno loco intrusa cum Vrsino damnavit et inclusit Gesner. Deinceps vero fuerit scribendum: *summum flumen, ubi est circum huius ripas* etc.

BCCCC) Primarum Edd. lectionem probabat Gesner, qui supra ad I, 10, 3 monuit, literam D virgula transversa divisam, notam esse numeri quadringenarii. Hanc voluisse aliquem explicare, atque ita factum, ut et ipsa nota et interpretatio maneret. Gallicus interpres longitudinem flumini assignat 850 pedum.

quae est ab[t] imo fluvio, ubi[v] confluit[x] altera[y] amnis ad summum flumen, ubi est Museum,[z] Circum huius ripas ambulatio[a] sub dio,[b] pedes lata[c] denos. Ab hac

mio iunct. W. *animo* P. 1. teste etiam Victorio. *amno* Pol. 2. *a Vinio* editi. (v) *urbi* W. (x) *confluet* P. (y) *alter* P. 2. A. I. I-G. *alt' annis* W. *alter* Morg. I, 101. (z) *muscum* I. B. R. Br. *musaeum* P. (a) *est* inser. a. V. verba: *ambulatio . . hac* desunt W. (b) *divo* a. V. (c) *latas* H. A. Gr. G. (d)

Ab imo) Ex lectione Codd. *animo* vel *avimo* effecit Turnebus et Scaliger eam lectionem, quam reposuit in veteris *a Vinio* locum Gesner. Imo fluvio eum insula opponit summum cum Museo.

Altera amnis) Ita in libris suis scriptum reperit Victorius, qui altero Varronis exemplo apud Nonium genus hoc confirmat. Sed locus alter Varronis: *Propter hos fluit amnis, quam olim Albulam dicunt vocitatam.* aliter licet interpretari, monente etiam Morgagni; et reliqua exempla, a Nonio posita, sunt e poëtis.

Ambulatio sub dio) Etiam Colum. I, 6, 3 ambulationis dixit, et meridiano aequinoctiali, subiici iubet, ut hieme plurimum solis et aestate minimum recipiant. Ambulatiunculam tectam villae addi suae vult Cicero ad Attic. XIII, 29, unde cognoscimus, geminum fuisse genus. Xystum interpretatur ambulationem sub dio Ernesti in Clave Ciceron. addens, esse ante porticum, ibique simul esse sedilia, signa et flores. Signa gymnasii xystique Cicero memorat ad Attic. I, 8 sedilia Academ. IV, 3. Plin. II, 17. Ante cryptoporticum Xystus violis odoratus teporem solis infusi repercussu cryptoporticus auget. Idem V, 6. Ante porticum xystus concisus in plurimas species distinctusque buxo; demissus inde pronusque pulvinus (*terrasse*) cui bestiarum effigies, invicem adversas, buxus inscripsit. Acanthus in plano mollis et pene dixerim liquidus. Ambit hunc ambulatio pressis varieque tonsis viridibus inclusa: ab his gestatio in modum circi, quae buxum multiformem humilesque et retentas manu arbusculas circumit. Omnia maceria muniuntur; hanc gradata buxus operit et subtrahit. — A capite porticus triclinium excurrit, valvis xystum desinentem et protinus pratum multumque ruris videt fenestris. Scilicet aliter Graeci, qui Vitruvio auctore V, 11, porticum Xystum dicunt, quod athletae per hiberna tempora in tectis stadiis exercentur. Latini contra eodem teste IV, 5 hypaethras ambulationes Xystos appellant, quas Graeci περιδρόμους. Idem V, 9: *media vero spatia, quae erunt sub divo inter porticus, adornanda viridibus videntur.* Seneca de Ira III, 18: *in Xysto maternorum hortorum, qui porticum a ripa separat, inambulans.* Viridia, gestationes et deambulationes arboribus infructuosis opacari, testatur Iulianus iuris consultus ff. VII. Xystum tamen graecum deambulando inseruisse, testatur locus Xenophont. Oecon. XI, 15. Plerique δρόμον ξυστὸν dixerunt, iunctum ut plurimum palaestrae et gymnasio. Hinc ab ambulatione diversus etiam latinis scriptoribus videtur esse; quanquam sub divo fuisse constat, viridibus ornatum. Contra ambulationes

ambulatione[d] in agrum versus ornithonis locus ex duabus partibus dextra et[e] sinistra maceriis altis conclusus.[f] Inter quas[g] locus, qui est ornithonis,[h] deformatus ad tabulae literariae speciem cum capitulo,[i] forma qua est quadrata, patet in latitudinem P. XLVIII, in

ambulatio est P. W. (e) *et e* I. B. R. (f) *conclusis inter* W. (g) *quos* P. W. (h) *ornitonis* W. Caeterum Editiones vulgares omnes inserunt h. l. verba: *patet in latitudinem P. XLVIII.* (i) Gesneriana sola post *capitulo* punctum posuit; reliquae etiam omittunt verba *in latitudinem P. XLVIII.* quae ex I. B. R. Br. inserui. Consentit etiam W. nisi quod XLIII habet. In Brusch.

subdiales et tectae fuerunt. Cf. Pollux IX, 46. Latini lautiores pulverem in xysto aqua aspersa sedabant, teste Phaedro II, 5, qui simul viridia xysti nominat. Xystis et nemoribus praedia sua praecipue excoluisse Augustum, testatur Suetonius c. 72. Viridia praecipue violariis, buxo, myrto, lauro et platano constabant, quae fortuito cespiti opponit Horatius Odar. II, 15, versu 17. Inter arborum ordines umbrasque ambulabant et considentes colloquebantur. Igitur xystus et graecus, et latinus ambulationem complectitur, sed latinus viridibus exornatior fuit. Male de xysto et viridibus tradidit Christius Villatici p. 96. Silvam *viridicatam* in villa Quinti fratris, nominat Cicero ad Fratrem III, 1. Iabolenus in Leg. Dolia Dig. de Fundo instructo: *Dolia fictilia item plumbea, quibus terra aggesta est, et in his viridiaria posita, aedium esse, Labeo et Trebatius putant.* Viridaria hic sunt arbores ipsae viridarii. Surreptum e viridario pavonem habet Suetonius in Tiberio c. 60. Viridariorum διαφάσεις latis luminibus non tam esse suaves ait Cicero ad Attic. II, 3, id est prospectum, latis triclinii fenestris patentem. Sed ibi Edd. primae *viridiorum* rectius habent.

Deformatus) Vulgarem lectionem, a Victorio inductam et a Gesnero servatam, vitiosam esse propter verborum transpositionem, vidit solus Ursinus, qui eandem lectionem coniectando assecutus est, quam ex Editionibus primis restitui, nisi quod ille verba *forma*, deinde *ad capitulum* omitti voluit, et *quadrata* mutari in *quadratus*. Quod ad postremum attinet, ipse etiam *quadratus* probaverim. Ceterum distinctionem vulgarem omnium Editionum, quae post *speciem* punctum omittunt, recte mutaverat Gesner, monente P. Pithoeo Subsiciv. I, 12, qui h. l. sic legi voluit: *ad capitulum P. XXVII. ad haec, ita ut* etc.

In agrum) Comparat Turnebus locum Horatii I, Serm. VIII: *mille pedes in fronte trecentos cippus in agrum hic dabat.*

Capitulo) Tabulae literariae quadratae marginem superiorem rotundatum et perforatum, quo suspendi et gestari possit, vocat capitulum, recte monente Scaligero. Tabulam dicit, in qua pueri scribere discunt. Laudat Gesner Interpretes Petronii cap. 46. Addo Horatii Serm. I, 6, 74: *laevo suspensi loculos tabulamque lacerto*; ubi Scholiastes: *tabulam, buxum,*

longitudinem P. LXXII; qua[k] ad capitulum rotundus[l]
est, P. XXVII. Ad haec, ita ut in margine quasi infimo 14
tabulae descripta sit ambulatio, ab ornithone[m] plumula, in qua media sunt caveae,[n] qua introrsus[o] iter

est *quae est quadrata*. et sic Ald. (k) *Quo* W. (l) *rotundum* I. B. R. Br. *rhotundum* W. (m) *ornitone* W. (n) *caviae* P. *cavia* Wr. (o) I. B. R. Br. cum Codice Vrsini *introitus in ar.* habent. A. et *seqq.* omnes *qua iter in aream est.*

in quo meditantur scribere. Turnebus Plauti locum addit, qui exstat in Bacchid. III, 3, vers. 37: *extemplo puer paedogogo tabula dirumpit caput.*

Rotundus est P. XXVII.) De diametru circuli, in cuius peripheria starent axes columnarum lapidearum et rete e nervis textum, interpretatur I. A. de Segner.

Plumula) Scaliger corrigebat: *ab ornithone, p. l. v. III. via, in qua media*, quas quidem notas ita interpretatur et in ornithonem collocat. *Ab ornithone ped. LVIII. via, qua iter in aream est, in qua media sunt caveae.* Pithoeus ambulationem ab ornithone, id est post ornithonem, credebat hic intelligi longum pedes XLVIII, latitudine pedum V. Turnebus XXI, 23 monet, plumulam aliquos interpretari pterygium, ipse cum Aemaro Ranconeto pedum numerum latere in vocabulo vitioso censebat, itaque corrigebat: *P. VIII lat.* Longitudinem non addi, quoniam ex latitudine intelligeretur satis. Gesner longitudinem ipsi flumini datam a Varrone putat hic et ambulatione assignari. Latere igitur censet in plumula *P. IↃCCCC vin*, i. e. viam pedum nongentorum, quae in scriptura Longobardica facile potuerit transire in plumulam, male tamen servatam atque inepte explicatam a Castelli in Villis Antiquorum illustratis Londini 1728 britanuico sermone proditis, cuius rationes Gesner refutavit ad h. l. exposuit idem in Actis Eruditorum Lipsiensibus 1731, p. 111 sqq. quo lectorem curiosum libri cognoscendi ablegatum volo. Gallicus interpres ita haec vertit: *de sorte cependant qu'il y a entre cette promenade et mn volière une esplanade de cinquante huit pieds de long, au milieu de la quelle répond la principale porte par la quelle on y entre.* Voluisse igitur videtur h. l. ita corrigi *ab hac inter ornithonem area est P. LVIII longa, in qua media sunt caveae* (vel *cavea*), *qua introitur.* Sed caveas de porta dici, non memini. Igitur facilem viri docti correctionem totam probare non possum. Pithoeus suspensas caveas fuisse putabat, aut longitudinis ipsius mensura comprehendi, si quidem, ut superioris loci latitudini, ita quoque huius ambulationis (ita enim vulgatam interpretatur) longitudini pedes 48 tribuamus. Gesner caveas pergulatas plures similes caveis theatrorum interpretatur, ut totus margo infimus huius tabulae caveis eiusmodi oppletus esset. Turnebus aream ornithonis interpretatur; I. A. de Segner caveas plane omisit. Ego vero ambulationis latitudinem supra definitam satis esse puto; longitudo vero ornithonis ipsius, in cuius infimo margine descripta erat, longitudinem sequi debebat. Igitur in *plumula* latere pedum numerum, equidem vix credo; contra sic totum locum legi debere suspicor: *ambulatio ab ornithone disiuncta, in qua media introi-*

in aream est. In limine,[p] in lateribus dextra et sinistra porticus sunt primoribus columnis lapideis, intermediis[q] arbusculis[r] humilibus ordinatae, quum a summa macerie ad epistylium[s] tecta porticus sit rete cannabina,[t] et ab epistylio ad stylobaten. hae sunt avibus omne[v] genus oppletae,[x] quibus cibus administratur[y] per retem,[z] et aqua rivulo tenui affluit. Se-

12

P. et Codd. Victorii *introitus itur in ar.* Wr. *introitus it. in.* Ex Ryckiano *introrsus iter* dedit Gesner. (p) *lumine* Wr. (q) *promediis* I. B. Br. R. Pol. 1. Wrat. *praes mediis* Pol. 2. unde Pontedera efficiebat *promediis*, comparans *promiscuus*. (r) *artibusculis* W. P. 1. *atribusculis* P. 2. (s) *epistilum* I. B. R. *epistylum* Br. *epistilium* Wr. (t) *canabina* a. V. Deinceps verba *et ab epistylio ad stilobaten* om. I. B. Br. R. *ab epistylo ad stilobate* P. et Wrat. (v) *omnigenus* P. 1. *omnis generis* P. 2. (x) *completae* Wr. (y) Ita pro *ministratur* scripsi ex I. B. Br. R. A. Iunt. G. et Polit. libro. (z) *rete* I. B.

tus in aream est; scilicet quadratam, de qua deinceps Varro. Verba *sunt caveae* suo loco mota transferam post verba ad *stylobaten*. ubi vide notam.

Introrsus) Antiquam lectionem *introitus itur in aream* ita probabat Scaliger, ut *itur* tolleret; contra Pithoeus malebat: *qua introitus, iter in aream est*. Ryckiani libri lectionem dedit Gesner. Turnebus ait, in bonis libris esse *quia introitus in aream est*. Aream interpretatur ornithonis.

Primoribus) Has basi, alteras interiores stylobatae seu basi perpetuae impositas fuisse, censet Gallicus interpres, quia arbusculae intermediae impediebant, quominus primores et exteriores columnae stylobatae insisterent. Aliter si fuisset, exteriores minus altas fuisse, quam interiores, contra regulas architectonicae artis. Cum Gallo facit Gesner in interpretatione retis a summa maceria pedes utrinque 72 longa ad epistylium situ plano, et deinde ab epistylio ad stylobaten, ad perpendiculum extenso. Sed e maceria summa extensum rete aliter deduxit Gallus quam Gesner; de quo postea admonebo. Multo aliter haec ordinavit Castellus, non intellecto Varronis sermone, ut bene admonuit Gesner. I. A. de Segner maiorem ornithonem non attigit, minorem vero in parte rotunda inclusum accurate et descripsit et pinxit.

Hae sunt) Nemo admonuit, ad porticus proxime antecedentes, an ad caveas, satis longe hinc remotas, pronomen hoc referatur, etsi in hac distinctione magnum sit momentum, ad situm totius aedificii bene definiendum. Nunc tamen video, Turnebum ad porticus retulisse. Iam antea dixi, verba *sunt caveae*, ante verba *qua introrsus* posita, suo loco, utpote alieno, mota, huc transferenda mihi videri: *Hae sunt caveae avibus omne genus* etc. Nimis vaga est Galli interpretatio: *Tout ce vaste vaisseau est rempli d'oiseaux.*

Retem) Ex libris suis dedit Victorius; reliquae Editiones *rete*, quae tamen superius in *rete cannabina* consentiunt. Plauti locus in Rudente IV,

cundum[a] stylobatis interiorem partem, dextra et[b] sinistra, ad summam aream quadratam,[c] e medio diversae duae non latae, sed[d] oblongae sunt piscinae ad porticus[e] versus. Inter eas piscinas tantummodo accessus semita in tholum,[f] qui est ultra[g] rotundus[h]

Br. R. A. Iunt. G. Wr. (a) *Sed* Wr. (b) *ao sinistra* Br. Ald. (r) *quadrato iam e medio. Diverzae* Brusch. (d) *sed* om. P. (e) *porticulas* I. B. Br. R. *porticuas* W. P. (f) *colum* Wr. (g) *intra* Wr. (h) *rotundus* P. *rho-*

3, 45 a Victorio laudatus, io magna dubitatione interpretum versatur. Infra sect. 44 ex libris auis Victorius iterum bis posuit *retem*, quum reliqui libri *rete* babeant scriptum. At sect. 6 *rete obiecto* habent libri omnes, et *retia* libro II, 2, 9.

Interiorem partem) quae aream interiorem, non maceriam esteriorem, respicit, monente Gesnero. Longe aliter Gallus: *A quelque distance de la face intérieure du stylobate, tant de celle qui règne depuis l'entrée principale jusqu'au mur à droite, que de celle qui règne depuis cette même entrée jusqu'au mur à gauche, commencent deux viviers peu larges.* Scilicet, quod monere iam antea debebam, Gallus imaginem cavearum, ornithonis, areae et porticuum situs longe diversam animo suo informaverat, quam ex formula ab eo descripta lector poterit facile cognoscere. Loco enim eo, ubi Varro ambulationem sub divo, ornithoni in infimo margine tabulae quadratae anteposuit, Gallus porticus duas, vel unam potius porta divisam collocat; cuius columnis anterioribus (in ipsa versione exteriores dixit) intermiscet arbores humiles; interioribus seu posterioribus, stylobatae insistentibus, praetendit rete aviarium. Deinde a maceria summa utrinque rete cannabinum planum tendit ad epistylium columnarum interiorum seu posteriorum, atque ita omnem aream quadratam, retibus conclusam, avibus destinat. Hanc eius opinionem demonstrant verba in nota posita p. 299, *l'un comme l'autre filet étoient le terme intérieur de la partie quadrangulaire de la volière où les oiseaux étoient renfermés.* Sed Gallum a situ porticuum et loci, avibus definiti, aberrasse, docet vel rivulus aquae tenuis, quem non opus erat affluere loco, avibus attributo, si ipsa area quadrata conclusae erant, ubi piscinae duae aderant, quae potum et lavacrum avibus subministrare poterant in margine assidentibus. Gallo praeiverat Turnebus, qui stylobatis interiorem partem ad aream, exteriorem ad ambulationem spectasse ait.

Diversae) Semita divisae, ut postea monebit. Sed mihi verba e *medio* difficultatis aliquid habere videntur, quae plane omisit Gallus. Hic vero aliter etiam erravit in versione. Sic enim facit Varronem loquentem: *mais oblongs, en sens opposé à celui du portique: ils s'étendent jusqu'auprès de l'extrémité de la partie quadrangulaire du plan.* Scilicet ut errori suo de positione porticuum opitularetur, verba, *ut porticus versus*, plane aliena sententia interpretatus est. Editio Bruschiana, quacum I. B. R. consentire suspicor, habet *quadrato iam e medio* in qua lectione forte melior latet, a viris doctioribus exsculpenda.

Vltra) aream quadratam, et extra

columnatus, ut est in aede Catuli, si pro parietibus feceris[i] columnas. Extra eas columnas est silva manu sata, grandibus arboribus tecta, ut infima perluceat
13 tota,[k] septa maceriis altis. Intra tholi[l] columnas exteriores lapideas et totidem interiores ex abiete tenues, locus est P. v latus. Inter columnas exteriores pro pariete reticuli[m] e nervis[n] sunt, ut prospici[o] in silva possit, et quae[p] ibi sunt, neque avis[q] ea[r] transire. Inter interiores columnas pro pariete rete aviarium[s] est obiectum. Inter has et[t] exteriores gra-

tundus Wr. (i) *ferreis colundas* Wr. (k) Vulgo distinguitur: *perluceat tota septa.* (l) *tholis* Brusch. et Wr. (m) *reticule nerv.* (sic) Wr. (n) *vervis* P. (o) Ita pro *perspici* scripsi ex I. B. Br. R. Wr. (p) *qui* P. *quam* Wr. (q) *animus* Wr. (r) Ita pro *eas* scripsi ex I. B. Br. R. Ald. Wr. et deinceps *Inter interiores* pro *Intra* cum Turnebo. (s) *aviarum* Wr. (t) *et* om.

eam, tanquam appendicula, monente Popma et Gesnero. Ceterum formam *rutundus* ex libris scriptis posuit etiam Mercerius p. 40 apud Nonium in fragmento Varronis.

Aede Catuli) Fuisse in Palatio, Regione X, et contiguam Ciceroni, quacum etiam iungi a Victore, monet Gesner. Locus Ciceronis pro Domo c. 38 loquitur Catuli porticum de manubiis Cimbricis factam in area domus M. Flacci publicatae. Sed aedes Catuli diversa esse videtur a porticu. Servius ad Aeneid. IX, 408: *Alii tholum aedium sacrarum dicunt genus fabricae* (*quale est aedes* supplet Gesneri Thes. L. L.) *Vestae et Pantheon. Alii tectum sive parietibus, columnis subnixum. Aedes autem rotundas faciunt tribus Diis dicunt fieri debere, Vestae, Dianae, vel Herculi, vel Mercurio.* Vitruvius IV, 7: *Tholum Galli laternam appellant, Itali tribunam.* Idem I, 7, 5: *Tholos intelligimus erectiores testudines, templis addi solitas,* quas *Itali tribunas vocant:* Addo Gesneri his annotatis locum Vgutionis apud Cangium. *Absida est graecum, et interpretatur lucida, i. laetus aedificii vel trebuna.*

Perluceat tota) Antea interpungebatur *perluceat tota septa.* Inepte! Quomodo enim ita poterat e sylva prospici in aviarium rete inclusum inter tholi columnas exteriores et interiores?

Prospici) Ita recte Edd. primae cum Wratisl. Aves conclusae prospiciunt in sylva libere vagantes aves, nec tamen eo transire possunt, sed consolantur eo adspectu servitutem. Deinceps malim legi: *possint et quae ibi sunt, neque avis ea transire.* Turnebus malebat: *ut perspici in silvam possit.*

Rete aviarium) diversum a nerveo, nec adeo firmum, quia intra tholum coeli intemperiei non erat obnoxium, ut in eaveis maioribus, quae desuper et a latere porticus exteriore concludebant eas, retia cannabina; ut recte monuit Gallieus interpres.

datim substructum[v] θεατρίδιον avium.[x] mutuli crebri omnibus[y] columnis impositi,[z] sedilia avium. Intra re- 11
tem[a] aves[b] sunt omne genus, maxime cantrices,[c] ut lusciniolae,[d] ac[e] merulae, quibus aqua ministratur per canaliculam,[f] cibus obiicitur sub retem.[g] Subter[h] columnarum[i] stylobatem est lapis a falere pedem et

I. B. Br. R. Wr. (v) *sunt structa* A. Iunt-G. (x) *avium mutulis crebris* Eaedem. (y) *in omnibus* a. V. (z) *impositis* A. Iunt-G. omittit Wr. (a) *rete* a. V. (h) *sunt avium* I. B. Br. R. deinceps *omnigenus* P. (c) *chantatrices* Wr. (d) *luscinolae* P. Wr. Iens. *lusiniolae* B. R. (e) *ac* om. I. B. Br. R. (f) *canaliculum* a. V. (g) *rete* a. V. (b) *Subtus* P. et Brusch. (i) *volu-*

Substructum) Vrsinus deinceps malebat *uti* θεατρίδιον. Praeterea cum Edd. I. I. G. corrigo: *sunt structa, ut* θεατρίδιον, *mutulis crebris — impositis sedilia avium*. In vulgari hac distinctione *ut* plane abundat. Nunc demum comparato aviario turdorum, supra descripto sect. 4 nihil mutandum esse censeo. Ita enim ibi Varro: *Circum huius aedificii parietes intrinsecus multos esse palos, ubi aves assidere possint: praeterea et perticas inclinatas ex humo ad parietem, et in eis transversas gradatim modicis intervallis perticas annexas ad speciem cancellorum scenicorum ac theatri*. Io. A. de Segner columnis utrinque infra fornicem mutulos imponit, iisque virgas imponit, avibus sedilia, quia in mutulis latis commode assidere non potuisse credebat. Sed mutulos esse h. l. simpliciter palos, alter Varronis locus a me comparatus docet. Theatrum idem vir doctus interpretatur cuneos ligneos mobiles plures, quorum quisque in suo intercolumnio collocari posset et removeri, si opus esset, ita, ut universi in ordinem positi theatri speciem exhiberent. Quam interpretationem plane confirmat alter Varronis locus, ubi tamen perticae ipsis parietibus applicari poterant; hoc vero in ornithone compingi et coniungi inter se cum perticis transversis debebant, ut rectae ipsae stare possent. Male contra Gallicus interpres in nota: *Il faut supposer que le gradin supérieur est le sommet du stylobate, et que ce stylobate n'a de largeur en cet endroit que ce qu'en exigent les bases de la colonne de pierre, et qu'il reprend successivement de sa largeur pour former chaque gradin: qu'enfin leur hauteur est mesurée de manière, qu'ils partagent également entre eux la différence, qui se trouve entre le sommet du stylobate sur les colonnes extérieures et le plein-pied dont il va être question, lequel est au bas du gradin. On conçoit que cette différence est rachetée pour les colonnes intérieures par un socle sous la base de chacune*. Turnebus ipsos mutulos foros theatri retulisse censebat.

Stylobatem) Gallus annotat haec: *Ce stylobate est unique pour les deux rangs de colonne, et mutilé en faveur des gradins.*

Lapis) *une assise de pierre. Cette assise est reglée supérieurement en parquet pour étendre en tirant au centre le plein-pied.* Haec est Gallici interpretis annotatio. Lapidem esse pro stereobatae stylobatae, monet Scaliger, et de genere foeminino lapidis.

Falere) Gallico interpreti *le socle*. Turnebus interpretatur crepidinem

dodrantem alta, ipsum falere ad duo pedes altum a stagno, latum ad quinque, ut in culcitas[k] et columellas[l] convivae pedibus circumire possint. Infimo intra[m] falere est stagnum cum margine pedali, et insula in medio parva. Circum falere et[n] navalia[o] sunt ex-

mnarium Wr. deinceps *stilobatus* Wr. *stullobatem* Hervag. Postea *a farre* Brusch. *altus*, *ipsum* A. Iunt-G. Denique *duos pedes* Br. et Ald. (k) *culcitris* I. B. R. Br. (l) *collumellas* W. *columnellas* a. V. (m) *in falere* Codex Vrsini. (n) *uti* Codex Vrsini probante Gesnero. (o) *natatilia* A. Iunt-G.

lapideam stagnum ambientem, nomine a candore lapidis imposito; graece enim φάληρον esse candidum. Malebat tamen *Phalerum* scribi, quia navalium mentio portus aliquam imitationem arguat. Scaliger, Turnebo assentiens et graecum χηλὴν Virgiliique *saxeam pilam* comparans, a graeco παρὰ τὴν ἅλα *Haleria* et *Faleria* derivat. Popma, ineptam etymologiam a φάλα caput commentus, comparat locum Columellae VIII, 17, sect. 10 et Belgarum *Hoeffden*. Ligneum pegma asseribus constructum fuisse censet I. A. de Segner.

Latum) Gallus ita monet: *large en saillie horisontale sur le vif du stylobate.*

In culcitas) I. A. de Segner malebat: *inter culcitas et columellas*, cuius rationes vide in libello adiecto de Ornithone Varronis. Sic etiam Gallus: *afin que les convives puissent marcher à l'aise entre les colonnes et les lits. Car cet emplacement sert de salle à manger.* Ceterum Scaliger *culcitas* interpretatur *torosas stylobatae proiecturas extra solidum procidentes, ut in peristiliis monachorum videre liceat; in quibus pulvinatae coronae stylobatarum extra perpendiculum praeberent sedes opportunas fessis deambulando.* Sed neminem opinionem suam sequentem habuit praeter Popmam et Gesnerum. Ipse tamen Turnebus Scaligero praeisse videtur; culcitas enim dictas esse ait propter latorum discubitoriorum similitudinem.

Columellas) Turnebus malebat *columellam*, quia in insula ipsa convivium fieri censebat. Sed columellas dicit Varro columnas tenues ex abiete interiores tholi.

Convivae) Hoc verbum, et mentio peripetasmatum, quae sectio sequens ait in suggestu phaleris esse solere, movisse videntur Gesnerum, ut in hoc phalere lectos conviviis stratos et convivium ipsum actum fuisse putaret; quam quidem opinionem ante eum iam olim prodidit Turnebus, eamque recte secuti sunt recentiores interpretes. Nescio igitur, quid Gesnerum moverit, ut culcitas cum Scaligero interpretari quam ad conviviorum et lectorum convivalium usum referre mallet.

Intra falere) Gesner malebat *In infimo*, sed praestat Codicis Vrsini *Infimo in falere.*

Margine) Gallicus interpres *sentier* vertit. Insulam vix pedalem fuisse, ex reliquis mensuris arguit Gesner, qui stagnum ipsum a tabula, rotae imposita, tectum fuisse censet. Huic vero tabulae latitudinem duorum et semis pedum assignat Varro.

Circum falere) i. e. in circuitu. No-

cavata anatium[p] stabula. In insula est columella, in qua intus axis,[p] qui pro mensa sustinet rodam radiatam, ita ut ad extremum, ubi orbile[q] solet esse acutum,[r] tabula[s] cavata sit, ut tympanum in latitudinem duo pedes et semipedem, in altitudinem palmum. Haec[t] ab uno puero, qui ministrat, ita[v] vertitur, ut omnia una ponantur et ad bibendum, et ad edendum,[x]

(p) *anatum* I. B. Br. R. A. *ad natandum* Wr. (p) *assis* I. B. R. Br. (q) *oribile* W. (r) *acuitum* P. (s) *una* ins. I. B. R. Br. (t) *Hoc* W. (v)

ster deinceps s. 16: *Ex suggesto falcris, ubi solent esse peripetasmata, prodeunt anates in stagnum*, ubi vide notam.

Stagnum) Gesner interpretatur fontem restagnantem, quem tam parvum fuisse putat, ut mensa illum columellae imposita tegeret. Ad hoc genus stagni respexisse ait Senecam N. Q. III, 17: *in cubili natant pisces et sub ipsa mensa capitur, qui statim transferatur in mensam.*

Et navalia) Hanc lectionem in libris suis omnibus reperit Victorius; Vrsini Codex *uti navalia* habet, quam lectionem probat Gesner. Vitruvius V, 12 in descriptione portus: *circum eum porticus sive navalia sunt facienda, sive ex portibus aditus ad emporium.* Homero Odyss. ζ'.265. πᾶσιν γὰρ ἐπίστιόν ἐστιν ἑκάστῳ, i. e. νεώσοικος. Magis etiam huc facit locus Platonis in Critia p. 54 νεωσοίκους κοίλους διπλοῦς ἐντός, κατηρεφεῖς αὐτῇ τῇ πέτρᾳ.

Orbile) Turnebus interpretatur rotunditatem ipsius orbis, acutiorem in fine. Rectius Scaliger eumque secutus Popma axis capitulum seu cardinem, qui in modioli foramen conveniebat; Graecis σύριγγα. Praeterea Scaliger corrigebat: *orbile solet esse, acetabula cavata sit.* interpretatus acetabulam pro acetabulo. Contra Scheffer orbile vult esse rotae peripheriam, et corrigit h. l. *orbile solet esse, arcus cum tabula.* Vnde Gesner duxit suam coniecturam, *arcuatum* legens, et pluribus arcubus compositum interpretatus. Schefferi rationem iuvare videtur, quod Varro paulo post tabulam, quam hic tympanum vocat, *in primis radiis esse* ait, quos Scheffer extremos interpretatur; quem sequitur gallicus interpres; Popma Scaligerum. Schefferum sequi ipse non dubito, quoniam ipse Varro deinceps *orbem ligneum mensamque* vocat, quam h. l. *orbile et tabulam.* Sed orbis is non solet esse acutus; igitur aut Schefferi emendatio est probanda, aut legendum *orbis solet esse ligneus.* Rotarum orbes circumactos habet Plinius VIII, 16.

Tympanum) Rota non radiata, sed solida velut orbis, in plaustro rustico dicitur Virgilio Georg. II, 444: *hinc radios trivere rotis hinc tympana plaustris.* Talium plaustrorum cum rotis sine radiis et axe mobili usum Hispaniae regionibus quibusdam adhuc durare, narrat Townsend Travel T. I, p. 26 et 67.

16 et admoveantur[y] ad omnes convivas. Ex suggesto faleris, ubi solent esse περιπετάσματα,[z] prodeunt[a] anates[b] in stagnum, ac nant, e quo rivus pervenit[c] in[d] duas, quas dixi, piscinas, ac pisciculi ultro ac citro[e] commeant:[f] quum et aqua calida et frigida ex orbi[g] ligneo mensaque, quam dixi in primis radiis esse, epitoniis[h] versis ad unumquemque[i] factum sit[k] ut fluat

invertitur W. (x) *comedendum* W. (y) *admoventur* W. (z) *peristetasmata* Ienss. Br. *peripatasmata* W. (a) *proderint* W. (b) *anatas* W. *aves* I. B. R. Br. (c) *provenit* I. B. R. Br. (d) *ad* W. (e) *cito* W. (f) *cometant* W. *commutant* P. (g) *orbe* I. B. Br. R. A. I. I-G. (h) *epiconiis* W. *epistoniis* P. *epistomiis* I. B. R. Br. et Ald. (i) *unumquodque* P. 2. (k) *sic ut fluat*

Ex suggesto) Haec usque ad verba *cum et aqua calida* male huc transposita pertinent ad verba sectinnis 15: *Circum falere uti navalia sunt excavata anatium stabula*. Deinceps sequi debent haec: *Tum et aqua calida* etc.

Περιπετάσματα) Gesn. putat, ipsum phaleris suggestum vicem lectorum accubitoriorium praebuisse, unde peripetasmata dependere soleant. Eadem peripetasmata in apparatu lecti convivalis poni monet apud Varronem L. L. IV, p. 40, lin. 15. Breviter, in hoc suggestu phaleris convivas collocat Gesner.

Commeant) Libri Polit. *commetant* probat Pontedera, laudato Nonio, qui in verbo hoc ex Naevii Bubulco ponit locum: *Cum ad lupam nostram tam multi crebro commetant lupi*; et ex Afranio: *Quo tu commetas?* Plauto Captiv. I, 2, 82 idem verbum restituit Bentleius. Est e commeare factum frequentativa forma verbum.

Primis) summis, extremis interpretatur Scheffer. Contra Scaliger *privis* i. e. singulis, malebat.

Epistomiis) Veterem lectionem ex Codd. suis mutavit Victorius, qui in libris suis omnibus reperit scriptum *epitoniis*. Laudat locum Vlpiani de Actionibus Venditi: *Castella plumbea, putea, opercula puteorum, epitonia, fistula applumbata, aut quae terra continentur, quamvis non sint affixa, aedium esse constat*. Sed is locus non cogit nos in Varrone probare eandem scripturam. Deinde Victorius monet, Codicem Vitruvii in loco X, c. 13: *motione vero vectium vehementiore spiritus frequens compressus epistomiorum aperturis influit* habere scriptum *epitoniorum*. Sed vitiosam esse ibi scripturam Codicis, patet. In loco Vlpiani similis est varietas; alii enim libri habent: *epitonia fistulis applumbata*. Gesner tamen etiam ibi cum Bynkershoek Observ. V, 9 probabat *epitonia*, quod fecit etiam Vrsinus. Scaliger h. l. corrigebat: *in privis radiis, epitoniis versis, ad unumquemque actum*, verbo esse omisso. Epitonia Victorius et Scaliger interpretantur instrumentum, funibus intensum, cuius vi aqua exprimatur; Gesner ipsa epistomiorum vertibula seu verticula. Mihi unice vera videtur pristina lectio. Praeter loca Vitruvii, posita in Thesauro L. L. v. Senecam Epist. 86: *nisi aquam argentea epistomia fuderunt; et adhuc*

convivam. Intrinsecus sub tholo stella lucifer interdiu, noctu hesperus ita circumeunt ad infimum hemisphaerium,[l] ac moventur, ut indicent quot sint horae. In eodem hemisphaerio[m] medio circum cardinem est orbis ventorum octo, ut Athenis in horolo- 17

omnes Edd. annotante Gesnero. Sed in Brusch. est *sic ut fluat convivam* Etiam in Codice Wrat. *sic ut flat conviva.* unde correxi Gesnerianam lectionem *unumquemque, factum sit, ut fluat in convivam.* (l) *emisperium* W. *hemispaerium* Iens. *hemisperium* B. R. Br. et Aldin. (m) *emisperio* W. *he-*

plebeias fistulas (balneorum) *loquor.* Gallos nobiscum vocant Galli, Itali et Britanni.

Factum sit) Turnebus corrigebat: *radiis esse; epitoniis versis ad unumquemque factum sit ut fluat in convivam.* Contra Scaliger: *ad unumquemque actum, sic adfluat in convivam.* interpretatus actum τὴν περιαγωγὴν, quum vertitur, agitur a puero. Ex Bruschiana locum restitui.

Lucifer interdiu) Victorius errorem Varronis arguit, quasi diversas stellas Luciferum et Hesperum facientem, in quo sequitur eum Gallus. Contra Vrsinus ea loco Plinii II, 8, Luciferum solem, Hesperum lunam interpretabatur. Tam ignarus rerum naturae atque astronomiae vix fuisse videtur Varro, ut tam immanis error in eum cadere possit. Sed artifex in tholo imagines Luciferi et Hesperi adhibuisse videtur ad distinguendas horas diurnas et nocturnas.

Ad infimum) In summa haemisphaerii parte horologium collocat Turnebus, Gesner interpretatur in margine concava tecti haemisphaerii et in parte convivis obversa; et negat, horologium hoc ex automatorum genere fuisse, contra Castellum, affirmantem, quem sequitur etiam Io. A. de Segner. Gesner nititur loco Plinii VII, sect. 60, qui clepsydram publicam celebrat. *Qui*, inquit, *potuit praetermittere Plinius, qui clepsydram publicam celebrat?* At, bone, a quo positam? A Scipione Nasica, collega Laenatis, primo *horas aeque noctium ac dierum aqua divisas fuisse* refert anno V. C. 595. Quid igitur opus Plinio erat seorsum commemorare Varronis horologium privatum, iam diu usu eius publicato?

Cardinem) Centrum semiglobi et orbem circulum interpretatur Turnebus.

Octo) Etiam post inventa duodecim ventorum nomina octonam numerationem magis placuisse, ex Plinio II, s. 46, admonet Gesner.

Horologio) octagono, quod descripsit Vitruvius I, 5, Andronicum Cyrrhesten nominans. Hinc lectionem vulgarem *Cyprestem* iam olim correxit Turnebus. Vrsinus malebat: *in octogono quod fecit Andronicus Gerrhestes.* Sane inusitata est omissio proprii nominis, apposita tantum patria, Cyrrho, Syriae urbe! *Aurologio* malebat Salmasius ad Solinum, p. 880. Dignus est locus Anonymi Auctoris Compendii Architecturae Vitruvianae correctius editae in Poleni Exercitat. Vitruv. II, c. 2, pag. 179, quem lectores cum ipso Vitruvio et Varrone comparent: *Inter ceteros tamen Androgeus Cyrenensis cum VIII ventis orbem*

gio, quod fecit Cyrrhestes.[n] Ibique eminens radius a cardine ad orbem ita movetur, ut eum[o] tangat ven-
13 tum, qui flet,[p] ut intus scire possis.[q] Quum haec loqueremur, clamor fit in campo. Nos athletae[r] comitiorum una,[s] quum id fieri non miraremur[t] propter studia suffragatorum,[v] et tamen scire vellemus, quid esset, venit ad nos Pantulaeius[x] Parra. Narrat ad[y] ta-

misperio B. R. A. *hemispaerio* Ienss. Br. (n) *Cyprestes* ante Commel. omnes (o) *cum stagnat* W. (p) *flat* W. I. B. R. Br. (q) *possit* W. (r) *a thiete* I. B. R. Br. *anethe* P. 2. *athlactae* A. Iunt. G. (s) *ima* P. (t) *mirarer* W. (v) *suffragaturum* W. (x) *pantula eius* div. W. *Pantuleius* I. B. R. Br. (y)

terrae regi adseverasset, exempli caussa Athenis turrim marmoream octogonam instituit, in qua imagines ventorum sculptas contra suos quosque flatus ordinavit, supraque ipsam turrim metam marmoream posuit, et Tritonem aeneum collocavit, et ita est modulatus, ut cum ventus aliquis adspirasset, quodam momento in gyro ageretur, et supra caput eius resisteret, et dextera manu virgam tenens, ipsum esse flantem monstraret. Sed plerique XII ventos esse adseverant, ut est in urbe Roma Triton aeneus cum totidem thoracibus (i. e. imaginibus) ventorum factus ad templi Androgei Cyrenensis similitudinem, supra caput venti virgam tenens eundem esse flantem ostendit.

Ad fidulam) Vrsinus corrigebat: *narrat tabulas cum dirimerent.* Vulgatam tuetur Gesner, tabulam interpretatus eam, in qua post lata et coniecta in situlam singulorum suffragia punctis notabantur, quot eorum quisque candidatus tulisset. De qua tabula locum ponit Ciceronis in Pison. c. 5, ubi tabula praerogativae datur custodienda alicui. Sed quum diribantur tabellae euntibus ad suffragia, deinde in situlam coniiciendae, lectionem *diriperent* vel *dirimerent* h. l. magis probat Gesner, dinumerarent interpretatus. Permutata invicem verba *diripere*, *dirimere* et *diribere*, ubi est de suffragiorum tabellis sermo, annotavit Gesner in locis Ciceronis in Pison. c. 40, pro Plancio c. 40, ad Q. Fratrem III, 4; et Lucanus V, 393. *et non admissae dirimit suffragia plebis.* Deinde monet Gesner, tabellas domo allatas, saltem puras datas et a suffragatore quoque inscriptas fuisse; itaque olim Catonem Vticensem, quum plures tabulas eadem manu inscriptas reperisset nomine competitoris in comitiis aedilitiis, fraude aperta effecisse, ut ea renuntiatio irrita esset, narrante Plutarcho in Catonis vita. Tesserulas igitur interpretatur tabellas suffragiorum; loculum vero cistellam, in quam suffragia coniiciebantur; seu sitellam, aut loculatam cistam, ut unicuique candidato loculamentum unum tribueretur in dirimendis suffragiis. De loculata cista ineptum Gesneri commentum esse puto; ex nomine enim candidati inscripto facile sine loculis numerari poterant suffragia. Scilicet ad hoc commentum delapsus est vir doctus, quoniam suffragia h. l. non *diribi* sed *dirimi* et dinumerari putabat. Cistam igitur illam, de qua Au-

bulam, quum dirimerent,[z] quendam deprehensum[a] tesserulas coniicientem in loculum, eum ad consulem tractum a fautoribus competitorum.[b] Pavo surgit, quod eius candidati custos dicebatur deprehensus.

VI. Axius, De Pavone, inquit, libere licet dicas, quoniam discessit Fircellius, qui secus si quid diceres[a] de iis, gentilitatis causa fortasse an[b] tecum[c] duceret serram. Cui[d] Merula, de pavonibus nostra

ac W. *at* P. (z) *diriperent* W. I. B. R. Br. et Cod. Vrsini *decumberet* A. Iunt. G. *diriberent* Vict. et Gesneriana. (a) *depressum* W. *deprensum* P. (b) *compeditorum* W.

Cap. VI. (a) *diceret* Ald. Victor. *de his* Br. Ald. (b) *fortasse ante eum* omnes Edd. In optimo Codice et aliis reperit Victorius *ante cum*. Eandem in Veneto Codice reperit scripturam Pontedera. (c) *cumduceret* iunct. P. *conduceret* I. B. R. *eum duc.* alii. In Brusch. est: *fortassis ante conduceret*.

ctor ad Herennium I, 12 et Livius XXV, 3 in quam tabulae suffragiorum coniiciebantur, repudiabat; atque haec omnia excogitabat, ut vulgatum *ad tabulam* defenderet. De custodibus, a candidato unoquoque appositis sitellae, vide interpretes ad Ciceronem in Pison. c. 15 et ad Or. in Senatu post Redit. c. 11. In Agraria II, 9 est *nullo custode sortiri*. Ex capite 2 constat, suffragia iam fuisse lata, et tabellas dirimi nunc; igitur lectionem *dirimerent* cum Vrsino restituere non dubitavi.

Cap. VI. *De pavone*) Vrsinus malebat *pavonibus*.

Diceres) Victorianum *diceret* corrigi iussit etiam Vrsinus, quod fecit Gesner. Ascensianae Praefatio malebat legi *qui secus si quis diceret*, et serram militarem Vegetii intelligebat in vulgari lectione *ante eum*.

Fortasse an tecum serram) Ita librorum lectionem *ante eum* vel *ante cum* primus recte emendavit Scaliger, assentiente Vrsino Pontederaque, qui certatim illustrarunt formulam *fortasse an* pro simplice *forsan*, *forte*. Ita iterum noster infra c. 16. Cicero ita posuit *si forte*, Orat. III, 12 et ad Q. Fratrem I, 2, 2. Graeci similiter dicunt εἴπερ. Vulgatam inepte interpretatur Turnebus Advers. VIII, 7.

Duceret serram) Serram reciprocare dixit Tertullianus de Corona, c. 2, id est altercari. Locum alium Varronis apud Nonium I, p. 12, 6: *Aes defraudasse cauponem, bonam luto oblevisse, tum portitores aera induxere.* ubi aliae Edd. *aeram duxe*, Gronovius Observ. IV, 5, p. 75 emendat legendo: *cum portitore serram duxe*; reliqua vero sic: *defraudasse coponem, coponam luto oblevisse*. Nam in Codice Vossiano Nonii esse narrat: *bonam — erram duxe*. Praeterea Scalig. aliam h. l. emendationem proposuit, quam quidem ipse praeferebat, ut *sertam* i. e. funem legeremus. Affert Tertulliani locum de Pudicitia c. 2: *Sed non decet ultra de auctoritate scripturarum eiusmodi funem contentiosum alterno ductu in diversa distendere.* Funem contentionis idem dixit contra Marcion. cap. 4,

memoria, inquit, greges haberi[e] coepti, et venire[f] magno. Ex iis M. Aufidius Lurco[g] sestertiûm[h] sexagena millia numûm in anno dicitur capere. Ii[i] aliquanto pauciores esse debent mares quam foeminae, si ad fructum spectes; si ad delectationem, contra:
2 formosjor enim mas. Pavonum[a] greges agrestes transmarini esse dicuntur in insulis, Sami in luco[l] Iunonis,

(d) *Qui* I. B. Br. R. A. Ba-G. (f) *ventre* Br. *veniere* A. Iunt-G. Deinceps *Ex his* Br. A. (g) *Lyrcho* P. teste etiam Victorio. *Lurcho* I. B. Br. R. (h) *S.* *sexagena* Br. *H. S. sexagena* A. Ba-G. Gesner cum Victorio dedit *supra sexagena. nummum* Br. (i) *Hi* Br. *Ex his* Ba-G. A. (k) *Pascendi* I. B. Br.

4, et Persius V, 118, *funemque reduco.* Ab hac similitudine dicitur etiam latinum *obtrectare*. Sed *Sertam* pro fune dici latine, recte negavit Gesner. in Th. L. L. sub voce *serra*, ubi recte priorem Scaligeri emendationem probat. In loco Ciceronis de Orat. I, 45: *sin de iure civili; tecum communicabit.* Nonius p. 188 habet, *si de iure civili tecum seram vocavit*, et vocare interpretatur trahere, ducere: unde Mercerius suspicabatur, fuisse olim in Cicerone *serram vocabit*, laudato hoc Varronis loco.

Lurco) Plinius 10, s. 23: *Pavonem cibi gratia Romae primus occidit Orator Hortensius aditiali coena sacerdotii. Saginare primus instituit circa novissimum piraticum bellum M. Aufidius Lurco, exque eo quaestu reditus sestertium sexagena millia habuit.* Cicero pro Flacco cap. 4; Attic. I, 16; M. Lurconem tribunum plebis Pisone et Messala CSS. nominavit, forte eundem, ut suspicatus est etiam Victorius. Eundem nominavit Suetonius Calig. c. 23, uti cum Manutio censet Ernesti. Hunc quidem Caligula Decurionem Fundanum opprobrii causa nominabat. Probus Catholic. p. 1486: *Orchus, Pulcher et Lurcho* excipiens per *ch* scribi, monet; Servius ad Georg. III, 223 omittit *Lurcho*, sed habet ad Aeneid. VI, 3. Itaque scriptum habent Edd. primae cum Pol.

Supra sexagena) In Edd. primis pro *supra* scriptum exstare *S.* i. e. sestertium, atque inde ab Aldo effectum H. S. migrasse in reliquas editiones, monet Pontedera, eamque scripturam unice veram esse et calculus docet et Plinii locus. Igitur non dubitavi restituere antiquam scripturam. Non satis diligenter hoc in loco varietatem Edd. annotasse videtur Gesner. In Codice Caesenate pro *numum* esse *minimum*, testatur idem Ponted.

Pauciores) Cresc. 9, 82: *Vni masculo quinque foeminae sufficiunt, quod servandum est, ut ait Varro, si ad fructum spectes; nam tunc pauciores debent esse mares, quam foeminae — enim est masculus.* Haec ita cum Palladii verbis continuavit, ut nescias, an diversam in Varrone lectionem secutus fuerit.

Pavonum greges) Vrsinus malebat priora duo verba deleri, vel legi: *agrestium greges transmarini.*

Sami) Idem ex Mendoto Samio docet Athenaeus XIV, p. 655, atque inde ait pavones in reliquam Grae-

item in Planasia insula M. Pisonis. Hi ad greges con-
stituendos parantur bona aetate et bona forma. huic
enim natura formae e volucribus dedit palmam. Ad
admissuram eae[m] minores bimae non idoneae, nec
iam maiores natu. Pascuntur omne genus obiecto fru- 3
mento, maxime ordeo. itaque senis his[n] dat in menses
singulos ordei singulos modios, ita ut in[o] foetura det[p]
uberius, et[q] ante quam salire incipiant. Is[r] a procu-
ratore ternos pullos exigit, eosque quum creverunt,[s]
quinquagenis denariis vendit, ut nulla ovis hunc as-
sequatur fructum. Praeterea ova emit ac supponit 4
gallinis, ex quibus ex iis excusos[t] pullos refert[u] in

R. (l) *loco* Br. Deinceps *in insula Pis.* I. B. Br. R. (m) *hac* P. (n) Ita vulgatum *Scius iis* correxi ex I. B. Br. R. quae tamen *dant* habent. (o) *in* omitt. I. B. R. Br. (p) *detur* A. Ba-G. (q) *et* omitt. I. B. R. I. I. Br. (r) *Hos* I. B. R. Br. *Has* P. (s) *creverint* a. V. (t) *excussos* a. V. *ex his* Br.

ciam divulgatos fuisse. Samia hinc numismata pavonem inscriptum gerebant, monente etiam Victorio.

Planasia insula) Vrsinus malebat *in silva*, ut silva responderet luco Iunonis Samiae: eamque sibi emendationem sumsit Popma. Planasiam insulam eandem etiam Planariam dici a Plinio, hodie *Pianosa*, monet Harduinus ad Plinium T. I, p. 159.

Natura formae) Vrsinus omitti malebat *formae*.

Bimae) *Trimae* malebat Vrsinus ex Columella VIII, 11, et Geoponicis XIV, 24; Plinio X, 59; Ar[illegible]otele H. A. VI, 7, et Aeliano V, 32. Recte!

Itaque Seius) Volunt intelligi Seium, de quo supra III, 2, 7. Sed Edd. primae habent *senis his dant.* quam lectionem equidem praefero, etsi de mensura hordei, in cibo dati, dubito; nec eam reliqui scriptores definiunt. Deinde definienda erat non solum mensura hordei, in cibo dandi, sed numerus etiam pavonum, cui detur. Senos autem nominat Varro, quia quinque foeminis mas unus attribui et cum iis secludi in peculiari cella solebat, ut ex Columella discimus. Lurconem potius huius pastionis inventorem in exemplo nominare voluisse videtur Varro; atque eum intelligit etiam Pontedera, etsi de vitio huius loci non admonuit. Seium aluisse pavones, nullibi dixit Varro. Igitur verba *dat*, deinde *is* sunt referenda ad Lurconem; nec dubitavi lectionem antiquam restituere. Alterum etiam *singulos* abundare puto.

Is a procuratore) *Hos a Procuratore* Edd. pr. *Has* Polit. et 2 Flor. *his* Caesen. Ex sect. 6 Pontedera corrigebat: *In singulas:* nam et ibi *singulos* vulgatum mutabat in *singulas*, et repertum in Edd. pr. *exigent* probabat.

Ex quibus) Sequentia verba *ex iis*, a Gesnero inrlusa, et ab Vrsino iam olim dauinata, Gesner ita defende-

testudinem[x] eam, in qua pavones habet. quod tectum[y]
pro multitudine pavonum fieri debet, et habere cu-
bilia discreta, tectorio levata, quo neque serpens,
neque bestia accedere ulla possit. Praeterea habere
locum ante se, quo pastum exeant diebus apricis.
5 Vtrumque locum purum esse volunt hae volucres. ita-
que pastorem earum[z] cum batillo[a] circumire opor-
tet, ac stercus tollere ac conservare; quod et[b] ad
agriculturam idoneum est, et ad substramen pullo-
6 rum.[c] Primus hos[d] Q. Hortensius augurali aditiali[e]

Ald. (v) *refert. In* I. B. R. Br. (x) *tectum id, in quo* I. B. R. Br. *in id tectum quo* rel. a. V. *in id tectum in quo* Ald. *testudinem eam etc* Pol. 2. *in testabilem* Pol. 1. et Vict. (y) *magnum* A. I. I-G. *ulla acced. possit* A. et Br. et deinde *locum habere ante se* Br. et Ald. et *utrunque.* (z) *eorum* I. B. R. Br. (a) *harillo* I. B. R. Br. *vatillo* P. 1. et 2. (b) *et* omitt. I. B. R. Br. (c) punct. om. Hervag. (d) *hoc* H. A. utrumque posuere Gr. G. (e) *adiiciali* abest A. Ba-G. *adiciali* Pol. Gesner cum Victorio dederat *adiiciali*, bat, ut emendaret: *a quibus* (se gallinis) ex *iis* (ovis) *excusos*. Recte, puto

Testudinem) Edd. primae *in tectum id, in quo*. Polit. liber prior habet *in testabilem*. eamque lectionem posuerat Victorius; unde effingebat Scaliger: *intus stabile*, i. e. in stabulum. Contra Turnebus Advers. VIII, 7, *in stabile*, i. e. stabulum, malebat, et cum eo Popma, qui tamen primus incidit in *testudineam eam*, felici coniectura, ex Politiani libro altero a Gesnero confirmata. Miror tamen, Victorium eam lectionem non annotasse, quam ex Codicibus protulit etiam Vrsinus et probavit ob locum nostri cap. 5 de turdis.

Tectorio levata) Cresc. *Cubilia debent eis fieri sub tecto discreta et a terra elevata, ut neque — bestia accedere ad ea possit, ut ait Varro*. Pontedera ex eodem loco laudavit *levata*.

Praeterea locum) Cresc. *praeterea locum ante se purum habere debet cubile, quoad pastum — aptis. nam utrumque locum purum esse* etc. Vrsinus deesse ait in vetere Codice verbum *habere*, atque omnino abundare affirmat.

Batillo) Cresc. *cum vacillo*. Ex editione Lovaniensi laudat Gesner *vacillo, id est vadili*. Vide Gesneri Thes. L. L.

Augurali aditiali) Cum Victorio Gesner dederat *adiiciali*, etsi in Polit. libris est *adiciali*. Victorius praeterea malebat *augur* legere. Bene. Auguralem coenam habet Cicero Epist. VII, 26. Aditialem sacerdotii coenam ex h. l. duxit Plinius. Macrobius Saturn. II, 9 ex h. l. laudans Varronis verba, omisit *augurali*, ut monet ad h. l. Vrsinus; aliae vero Editiones omittunt *aditiali*, ut in Varrone etiam quaedam. Formam *aditiali* recte probabat etiam Gesner.

coena posuisse dicitur. quod potius[f] factum tum[g] luxuriosi,[h] quam severi boni viri laudabant. quem cito secuti multi extulerunt eorum pretia, ita ut ova eorum denariis veneant quinis, ipsi facile quinquagenis, grex centenarius facile quadragena millia sestertia ut reddat, ut quidem[i] Albutius[k] aiebat, si in singulos ternos exigeret[l] pullos, perfici sexagena posse.

VII. Interea venit apparitor Appii a consule, et augures ait citari. Ille foras exit e villa. At in villam intro[a] involant columbae. de quibus Merula[b] Axio,[c] si unquam περιστεροτροφεῖον constituisses, has[d] tuas esse

quod est etiam io Edd. primis. (f) *potius* I. B. Br. R. I. I. reliqui *protinus.* (g) *tam* alii praeter Pol. (h) *luxoriosi* Ba. Herv. (i) *quidam* A. Iunt. G. (k) *Abuccius* P. (l) *exigent* I. B. R. Br.

Cap. VII. (a) *in vitro* P. 2. (b) *me de columbis aula Axios inquam ex peristerotrophio constit.* Pol. (c) *Axi* a. V. (d) *has* abest I. B. R. Br. (e)

(Quod potius) *Potius* pro *protinus* ex Edd. primis revocari voluit etiam Vrsinus, quod fecit Gesn. Popma malebat: *quod potius factum luxuriosi.* Scilicet vulgo legebatur *tam luxuriosi.* Sed ex Polit. libro Gesner dedit *tum.* In Macrobio est: *quod potius factum tum luxuriose quam severe* etc. Aelianus H. A. V, 21: Ορτήσιος ὁ Ρωμαῖος καταθύσας ἐπὶ δείπνῳ ταὼν πρῶτος ἐκρίθη. ex quo loco Vict. ad h. l. arguebat, Horteos. io iudicium fuisse adductum ob eam coenam, vel condemnatum, si ἐκρίθη dicatur pro κατεκρίθη. quod temere repetiit Popma. Nihil enim aliud Aelianus nisi hoc dicere voluit, primum Hortensium ex quorumdam indicio occidisse io coena pavonem. Pontedera io Cur. sec. interpretatur *quod factum potius luxuriosi nepotis, quam severi boni viri laudabant; ita enim mores tum ferebant.* Itaque bonos viros ironice dictos ioterpretatur.

Grex centenarius) Vrsinus h. l. ita corrigi volebat: *facile XX millia sestertium, ut reddat, ut quidem Albutius aiebat: ac si ut Seius ternos exigeret pullos — possent.* Nam pavones 150 denarios veoditos centum, id est, numis ducentis, efficere 20 millia numum sestertium. Recte quidem Vrsinus, si ipse grex veodatur. At foetum vendi tantum voluit Varro; qui si geminus venditur singulorum, efficitur summa quadraginta millium sestertium; recte monente Gronovio de P. V, IV, 2, p. 266. Reliquam loci corruptelam noo attigit Gronovius, etsi maoifestam. De Seio vana est Vrsioi coniectura, ut supra vidimus ad secl. 3. Puto, fuisse olim h. l. *aiebat: at si quis in singulos* etc.

Sestertia) Idem Gronovius l. c. p. 22 legeodum esse monuit *sestertium* vel *sestertiûm.*

Albutius) Pol. libri etiam hic *Abuccius*, ut supra III, 2, 17, ubi vide. Victorius ibi annotavit, io libris Pol. esse h. l. *Abuccius habebat.*

putares, quamvis ferae essent. Duo enim genera earum in περιστεροτροφείῳ[e] esse solent. Vnum agreste, ut alii dicunt saxatile, quod habetur in turribus ac columinibus villae, a quo appellatae columbae, quae propter timorem naturalem summa loca in tectis captant. quo fit, ut agrestes maxime sequantur turres, in quas ex agro evolant suapte sponte ac remeant.
2 Alterum genus illud[f] columbarum est clementius,[g] quod cibo domestico contentum intra limina ianuae solet pasci. hoc genus maxime est colore albo. illud alterum agreste sine albo, vario. Ex his duabus stirpibus fit miscellum tertium genus fructus causa, atque
3 incedunt in[h] locum unum, quod alii vocant περιστερεῶνα,[i] περιστεροτροφεῖον. in quo uno saepe vel quinque millia sunt inclusae. Περιστερεὼν[k] fit, ut testudo magna. camara[l] tectus, uno ostio angusto, fenestris Punicanis,[m] aut latioribus reticulatis, utrinque ut locus

peristeotrophio I. B. Br. (f) *illud* om. Br. A. Iunt. G. Paulo antea *Quo fit agrestes* Br. *ut maxime agr.* Ald. (g) *dementius* Ienss. Br. (h) *in* omitt. I. B. R. Br. (i) *peristerona* I. B. R. Br. (k) *peristeron* I. B. R. Br. (l) Ita dedi pro *camera* ex I. B. R. Br. Deinceps *hostio* Br. (m) *pumicatis* B. R.

Cap. VII. *Saxatile*) Crescent. IX, 88: *Ex his, qui ponuntur, meliores sunt saxaroli et post ipsos turgni. sic a vulgo ex pennarum colore vocati; tales enim in columbariis melius durare cernuntur, quam ceteri.* Italica sunt nomina *Sassaiuoli*, alterum *Turchini* scribendum videtur, ut monuit etiam Cangius. Interpres Gallicus *Cendrins* et *Bruns* reddidit. Male! Saxatile, Sardam (*Sassaiuolo*) descripsit Celti T. II, p. 132, vers. germanicae, quae saxa et rupes abruptas habitat in cavernis.

Si unquam περιστεροτροφεῖον) *si unquam ex peristerotrophio* Polit. et 2 Florent. sequens *has* omittunt Ed. pr. unde corrigebat Pontedera: *sei unquam de peristerotrohio constituisses, tuas esse putares.*

A quo appellatae) Manilius V, 383: *clausas, qui culmine summo pascere aves Veneris gaudent, et credere campo, ac certis revocare notis.* ubi ante Bentleium erat: *et reddere caecas, aut certis revocare notis.* Malim aut *reddere campis, ac certis rev. notis.*

Agreste sine albo) Haec verba spuria videbantur Vrsino. Sed locus Columellae VIII, 8 ab eo allatus, nihil iuvat eius coniecturam, ut recte monuit Gesner.

Incedunt in locum unum) Vrsinus monet, in veteribus Codd. esse *incolunt locum unum*, partim: *includunt in locum unum.*

Punicanis) Poenorum artificum liguariorum crebra apud scriptores La-

omnis sit illustris, neve quae[n] serpens, aliudve quid[o] animal maleficum introire queat. Intrinsecus quam levissimo[p] marmorato toti parietes ac camarae[q] oblinuntur, et extrinsecus circum fenestras, ne mus, aut lacerta qua adrepere ad columbaria possit. nihil enim timidius columba. Singulis paribus columbaria fiunt 4
rotunda in ordinem[r] crebra. ordines quam plurimi esse possunt a terra usque ad camaram.[s] Columbaria singula esse oportet, ut os habeant,[t] quo[v] introire et exire possint;[x] intus ternorum[y] palmorum ex omnibus partibus. Sub ordines singulos tabulae fictae ut sint bipalmes, quo utantur vestibulo,[z] ac prodeant. Aquam puram[a] esse oportet, quae[b] influat, unde et 5

punicatis lenss. Br. (n) *quae* om. a. V. *neque serpens* Br. (o) *quod* a. V. (p) *quasi leviss.* lenss. Br. *quasi laeviss.* B. R. (q) *camerae* vulgo. *Camarae obliniuntur* I. B. Br. R. Deinceps *et intrinsecus circ. fen.* Br. (r) *ordine* a. V. (s) Ita pro *cameram* I. B. Br. R. *esse* omitt. Be. A. (t) Victor. *habeat* (v) *quomodo* P. (x) Ita a. V. qui dedit *possit.* (y) *ternarum palmarum* I. B. Br. R. (z) *vestubulo* P. (a) *puram* addidi ex A. I. I-G. (b) Ita pro

linos mentio fit. Cato punicana coagmenta, Cicero punicanos lectos, Plinius lectos punicos et torculare punicum memorant. Huc pertinet artifex barbarus pullifagus Plauti in Mercatore. Servorum a Poenis emtorum opera haec fuisse suspicor; vel potius a mercatoribus Poenis advecta in Italiam atque emta a Romanis. Punicanae fenestrae clatratae fuisse videntur, aliae enim in ornithone adhiberi vix poterant. Vide ad Catonis cap. XIV, 2 notam. Pessime vulgo h. l. legitur *latioribus*, *reticulatis utrinque*, *ut locus*. Ceterum h. l. Scholiastes Iuvenalis in Codice Schurzfleischii, teste eodem in Spicileg. Animadv. in Iuvenal. p 26, sic laudat · *Columbarium fit*, *ut — fenestris latioribus utrinque et reticulatis — ne quis serpens aliudve quid animal in i. queat.*

Vt os habeant) *Vt hos habeat quomodo introire et exire possit* legit Pontedera; nam *habeat* cum Victoriana Polit. et 2 Florent. *quomodo* Polit. et 2 Flor.

Possint) Restitui antiquam lectionem; reliquae cum Victorio *sit* dederunt. Ceterum h. l. rectius quidem distinxit Gesner; nam antea legebatur: *possit. Intus — partibus sub.* sed praeterea locum vitia adhuc quaedam obsident. Verba scilicet sic ordinanda esse puto: *Columbaria singula esse oportet intus ternorum — partibus, et ut os habeant — possint.*

Aquam) Crescentius: *ipsorum mansio sit prope locum, ubi aqua influat: inde et bibere et ubi lavari possunt. Permundae hae volucres sunt, ut ait Varro.* Vnde praetuli lectionem Edd. I. I-G. ubi vulgo erat *aquam esse opor-*

bibere, et ubi lavari[c] possint. permundae enim sunt hae volucres. Itaque pastorem columbarium[d] quotquot mensibus crebro oportet everrere. est enim quod eum inquinat locum appositum[e] ad agriculturam, ita ut hoc optimum esse scripserint[f] aliqui.[g] sive quae[h] columba quid offenderit, ut medeatur. si qua perierit, ut efferatur. si qui pulli idonei sunt[i] ad ven-
6 dendum, promat. Item quae foetae sunt, ut[k] certum

quo scripsi ex A. I. I-G. (c) *se lavare* A.I I-G. (d) *columbarum* P. et Brusch. *columbaria* A.I. I-G. (e) *oppositum* P. (f) *scripserunt* P. (g) Ita pro *aliquot* scripsi ex I. B. Br. R. (h) *sive si columbam* a. V. *si columba* margo Durdr. (i) *sint idonei* I. B. Br. R. (k) *ut* A. I. I-G. Vulgo *intet quo*. Ceterum vide ad sect. 8 not.

Permundae) Edd. primae, certe Brusch. et Ald. habet *permundae sunt enim*; quam lectionem, qui mutarunt, post duas voces collocatum *enim* non tulerunt, quod tamen sic positum defendit Victorius in Explicat. Castigat. suarum in Ciceron p. 384. Sed ordo verborum in Editione Bruschiana, quae sequitur Iensonianam, multis in locis plane diversus est a Victoriano, nec tamen a Gesnero annotatus.

Columbarium) Polit. et Crescent. *columbarum* habent. Cresc. pergit: *saepe debet eis mundare locum et fimum reponere, qui ad agri culturam est optimus.* Vnde apparet, excidisse h. l. verba aliquot, veluti *et recondere*. Nam quia everritur stercus, ideo non est commodum ad agriculturam; sed reponitur, quia est utile ad agrum stercorandum.

Scripserint aliqui) Ita Edd. primae. Victorius *aliquot* dedit, quod in Palladio feram potius.

Sive quae columba) Cresc. *et si quem invenerit vulneratum, curet, si quem mortuum, eiiciat.* Vrsinus vulgatam ante Victorium, *sive si columbam*, ita emendabat: *Si quid offenderit, ut medeatur; si qua perierit* etc. Reliqua verba adiectitia esse censet et spuria. Sed male de columbario fracto vel laeso interpretatur ex Geoponicis XIV, 6, ubi de introitu custodis est; ἀναγκαῖον γάρ ποτε καὶ σαροῦν τὸν οἶκον καὶ τὴν κόπρον λαμβάνειν, κἂν τι πεπονηκὸς εἴη τῶν ἔνδον, ἐπισκευάζειν, πρὸς τὸ μηδὲ τοὺς ὄφεις μήτε τὰ ἄλλα ἑρπετὰ λυμαίνεσθαι. Sed eius loci diversa est ratio; et recte intelligit ipsas columbas, morbo aut aliquo vitio laborantes, Gesner.

Promat) Cresc. *eos promat. cibum et potum* etc. Scilicet is ordine diverso ita h. l. excerpsit: *mortuum eiiciat. Item si qui sunt nimis* (Editio antiqua mea *minus*) *feri et bellicosi, ut alios laedant, eos inde removeat et in alium locum secretum ab alio seponat.* (*per se ponat* Editio antiqua mea). Pontedera ex sua Basil. editione h. l. ita laudat: *Item qui sunt — exinde removeat — ab aliis seponat.* Vulgatam *quae foetae sunt, in certum locum, ut disclusum — rete habeant.* ita corrigebat Vrsinus: *ut locum disclusum ab aliis rete habeat* (sc. curator), *quo*

locum[l] disclusum ab aliis rete[m] habeant, quo transferantur,[n] et[o] quo foras[p] evocare possint matres.[q] Quod[r] faciunt duabus de causis. una, si fastidiunt aut inclusae consenescunt, quo libero aëre quum exierint in agros, redintegrentur. altera de causa pro-

(l) Vulgo interpositum *ut* omisi cum A. Iunt-G. (m) *recte habeat* I. B. Br. R. *habeat* etiam P. (n) *transferatur* P. (o) Ita pro *s* I. B. Br. R. (p) *e peristerone* inser. I. B. R. Br. (q) *matresque* Victor. itemque Durdr. (r)

transferantur, e quo foras evocare possint. in qua emendatione *habeat* probavit etiam Gesner. Pontedera ex loco Crescentii ita h. l. emendari volebat: *Item quae sunt ferae, ut certum locum disclusum — habeat, — et quo foras evocare possit matres.* Opinionem suam confirmari putabat anctoritate Codicis Veneti, ubi scriptnm reperit: *Item quae sunt fere.* Sed Crescentius vix h. l. Varronis exscripsit; sed de suo, uti solet, quaedam interposuit. Maior est Columellae auctoritas, qui h. l. ita reddidit VIII, 8: *habeatque appositam satis amplam caveam, retibus emunitam, quae excludat accipitres et recipiat egredientes ad apricationem columbas, nec minus in agros emittat matrices, quae ovis vel pullis incubant, ne quasi gravi perpetuae custodiae servitio contristatae senescant. nam cum paulum circa aedificia volitaverint, exhilaratae recreantur, et ad foetus suos vegetiores redeunt, propter quos ne longius quidem evagari aut fugere conantur.* Vnde locum Varronis concinnavi iuvantibus Edd. primis. Locum in seclusum rete curator foetus transfert, ut apricentur in sole; atque inde etiam matres, quae pullos habent, sinit evolare in agros vel circa aedificia, ut recreentur. Scaliger malebat deleto *in* legere *sint, certum locum — et qua foetas evocare possint matres.* Popma et cum eo Gesner praeferunt *evolare*; et Gesner vocem *matres* suspectam habet, ut glossam vocabuli *foeti.* Sed foetae sunt, quae sunt enixae ova, matres, quae pullis incubant. Vtraeque diversa ratione tractantur in seclusorio; illae enim apricantur ibi; has evolare etiam sinunt. Recte tamen Gesner Victorianum *matresque* reiecit. In Cod. S. Reparatae *quae fetae* esse, monuit Pontedera in Curis secundis.

Item quae fetae sunt) *Fetae* Cod. S. Repar. *fere* Venet. Flor. 3, unde *ferae* probat Pontedera, item antiquum *in certum locum ut disclusum*; deinceps *recte habeat* ex Edd. pr. probat; sequentia ita corrigit: *quo transferat ut et quo — matres. Quae faciunt — quod libero aëre.* In Edd. pr. Pol. et 2 Flor. est *habeat* pro vulgato *habeant*, in Pol. et 3 reliquis Flor. *transferatur*; deinde *s peristerone* post *foras* inserunt Edd. pr. Florentini Codd. Caesen. Venet. Ambros. *matresque* cum Victoriana Polit. et 3 reliqui Florent. In Codice Crescentii, qui est Florentiae ad D. Iustinae Pontedera reperit scriptum: *ab illo per se ponat* ut est in Lovan. Edit. pro *ab alio seponat.* Feras columbas Pontedera interpretatur eas, de quibus sequenti pagina, ubi agrestes simul vocantur. Columellae locum negat posse cum Varrone comparari, quia is de feris taceat. Denique *quod libero* pro *quo* revocavit ex Edd. pr. Polit. et 3 Flor.

Altera de causa) Vrsinus deleri vult

pter pulliciem.[s] ipsae enim propter pullos, quos habent, utique redeunt, nisi a corvo occisae aut ab accipitre interceptae. Quos columbarii interficere solent, duabus virgis viscatis defixis[t] in terram inter se curvatis, quum inter eas posuerint obligatum animal, quod impetere[v] soleant accipitres, qui[x] ita decipiuntur, quum se obleverunt[y] visco. Columbas redire solere ad locum licet animadvertere, quod multi in theatro e sinu missas faciunt, [atque[z] ad locum re-

Quod quidem a. V. (s) *publicum* I. B. R. Br. *illitium* Herv. *in licium* P. Victorius, *illicium* dedit et eum sequutae Edd. *Pullicium* V. C. Vrsini. (t) *defictis in terra* P. (v) *intercipere* Ryck. A. I. I-G. Vulgo *item petere* legitur. (x) *qui quidem* I. B. R. Br. (y) *oppleverint* I. B. R. Br. *obleverint*

verba *de causa*, ut spuria. Recte!

Pulliciem) In Codice vetere Vrsinus reperit *pullicium*; in Edd. primis est *publicum*. unde recte Vrsinus effici voluit *pulliciem*, probante Pontedera, quanquam is in Curis sec. sententiam mutavit et *illicium* probavit. Vulgatum Victorianum *illicium* cum Scaligero probabat Gesner, interpretatus emissas columbas redire et plures secum ducere illectas. Quam sententiam, per se ineptam etiam, nullo modo ex verbis Varronis licet extorquere; nec boni viri et honesti hoc est facere studere. Itaque scripturam, tam aperte a Columella lectam et comprobatam, recepi. Aliunde quam ex Varrone Geoponica XIV, 1: ἐὰν δέ ποτε σπανίζωνται τροφῆς μόνας τὰς νεοττοτροφούσας ἐξελατέον· αὗται γὰρ κορεσθεῖσαι ἐπιστρέφουσι θᾶττον, τοῖς νεοττοῖς τροφὴν κομίζουσαι.

Interficere solent) Crescent. *Item debet eos curare et tueri ab omnibus nocumentis. Laeduntur enim et capiuntur ab accipitre, milvo et falcone, et caeteris quibusdam avibus rapacibus, quas occidere potest duabus virgulis viscatis in terra defixis inter se curvatis, quum inter ipsas posuit animal obligatum. sic enim ea facile decipere debet et potest.* ubi antiqua mea editio habet: *inter ipsas posuit animal.* Modum capiendi ita describit X, 27. In terram duae vel tres infiguntur virgulae inviscatae, modicum distantes, ac versus se ipsas plicatae, in medio quarum ligator avis aliqua, ut columbus vel pullus vel caro aut mus pro milvis et quibusdam aliis avibus rapacibus, quae talia petant, ad quae quum aves venerint, capiuntur cordulis.

Impetere) Ita dedi pro *item petere* ex emendatione Salmasii ad Solinum c. 40, p. 614. Aliae Edd. *intercipere* habent. Idem verbum restitui nostro infra cap. 16, s. 8.

Obleverunt) Priscianus X, p. 898 ex Varrone rerum rusticarum laudans verba *cum oblinerunt vasa* pro *obleverunt*, videtur h. l. respexisse.

Atque ad locum redeunt) Haec Vrsino merito suspecta visa sunt, igitur Gesner inclusit.

deunt] quae nisi reverterentur, non emitterentur. Cibus[a] apponitur circum parietes in canalibus, quas 8
extrinsecus per fistulas supplent. Delectantur milio, tritico, ordeo, piso, faseolis, ervo. Item feras[b] has in turribus ac summis villis qui habent, agrestes columbas, quoad possunt, immittendum[c] in περιστερεῶνας.[d] Aetate bona parandum,[e] neque pullos, neque vetulas, totidem mares quot foeminas.[f] Nihil columbis foecun- 9

I I-G. A. (z) *atque* omitt. I. B. R. (a) *Et cibus* I. I G. (b) *fere haec* I. B. Br. R. *tribus* pro *turribus* Br. (c) *imittandum. In peristeronas aet. bona par.* I. B. Br. R. *immittunt* A. I. I-G. (d) Ita recte H. St. D. περιστερῶνας cum Victor. Gesner. (e) *parantque ut nec* A. I. I-G. *aetate bona* cum praecedentibus verbis copulat Gesneriana et aliae. (f) *totidemque — feminas*

Circum parietes) Columella: *Caeterum cibos iuxta parietem conveniet spargi, quoniam fere eae partes columbarii carent stercore.*

In canalibus) De vitio nemo admonuit; sunt tamen haec lacunosa. In canalibus nemo veterum cibum columbis apposuit. Possis excipere, propter stercus, in solo iacens, poni in canalibus. At enim quomodo per fistulas extrinsecus suppleri potest cibus? Haec scilicet sunt ineptissima de cibo. Pertinent ad aquam; de qua supra: *Aquam puram esse oportet, quae influat, unde et bibere et ubi lavari possint.* Alia ratione utitur Columella VIII, 8, qui columbas lavari debere, quum incubant, negat. Cum Varrone faciunt Geoponica XIV, 6: χωστέον δὲ τῷ οἴκῳ λουτῆρα μείζονα, ἵνα καὶ πίνειν καὶ λούεσθαι δύνωνται. Locum igitur Varronis perturbatum verbis quibusdam, ex alieno loco retractis, ita redintegro: *circum parietes. Aquam mundam esse oportet in canalibus, quo influat et quas extrinsecus per fistulas supplent, unde et bibere et ubi lavari possint.*

Item feras has) Edd. I. B. R. *fere haec*, in qua scriptura vera forte latet. Vulgata certe vitiosa est; sequitur enim statim *agrestes columbas*. — *Item fere haec* ex Edd. pr. Pol. et S. Repar. probat Pontedera, verbis *agrestes columbas*, ut ex glossa ortis, abiectis. Addo locum Galeni de Compos. medic. sec. genera libro 2, p. 337, ed. Basil. αἵματι περιστερᾶς οὐ τῶν κατοικιδίων, ἀλλὰ τῶν βοσκάδων καλουμένων ὑπό τινων, εἰς τοὺς πύργους, οὓς παρ' ἡμῖν κατασκευάζουσιν ἐν τοῖς ἀγροῖς· ἔνιοι δὲ ταύτας ἀγρίας καλοῦσιν. ubi vitium haesit, quod tamen nos nunc non tangit.

Qui habent) Gesner malebat *quae habent*, i. e. habitant. Interpunctionem mutavi, quae ita facta fuerat: *turribus, ac s. villis, qui habent, — possunt immittendum.*

Aetate bona) Ita h. l. distingui voluit Pontedera. Vulgo erat περιστερῶνας *aetate bona parandum*. Columella: *Eligendae sunt ad educationem neque vetulae nec nimium novellae, sed corporis maximi.* Hanc disciplinae partem accuratius tractat Crescentius IX, 88. Geoponica XIV, 6: μὴ ἀπὸ νέων ἄρχεσθαι περιστερῶν, ἀλλ' ἐκ τελείων.

dius. itaque diebus quadragenis concipit, et[g] parit, et incubat, et educat. Et hoc fere totum annum faciunt: tantummodo intervallum faciunt a bruma ad aequinoctiun vernum. Pulli nascuntur bini, qui simulac creverunt et habent robur, cum matribus pariunt. Qui solent[h] saginare pullos columbinos, quo pluris vendant, secludunt eos, quum iam pluma sunt tecti. deinde manducato candido farciunt pane: hieme hoc bis, aestate ter, mane, meridie, vesperi. hieme demunt cibum medium. Qui iam pinnas incipiunt ha-

habeant Ald. Iunl. G. (g) *et* om. I. B. Br. R. (h) *sagin. solent* Ald. deinceps *vendantur* I. B. Br. R. Postea *habere incipiunt, in nido relinquant* Br.

εἰ δέ ἐστι ζεύγη δέκα πρὸς τὴν σύστασιν, πολυπλασιάζονται ταχέως.

Itaque diebus) Cresc. *nam diebus* 40 *concipit, parit incubat et educit, et hoc fere per totum* etc. ubi antiqua mea Editio rectius habet, *educat*. Geopon. XIV, 4 · *φύσει δὲ καὶ πολυγόνον τὸ ζῶον. ἐν πάσαις γὰρ τεσσαράκοντα ἡμέραις κυΐσκει καὶ τίκτει, θάλπει καὶ ἐκτρέφει, καὶ τοῦτο σχεδὸν δι' ὅλου τοῦ ἔτους ποιεῖ. μόνον δὲ ἀπὸ τροπῶν χειμερινῶν μέχρις ἐαρινῆς ἰσημερίας διαλείπει. τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ τίκτει. καί ἐστι ἰδεῖν τὰς αὐτὰς περιστερὰς οὔπω τῶν πρώτων νεοττῶν τελέως ἐκτραφέντων ὠογονούσας καὶ θαλπούσας τὰ ὠὰ, καὶ αἱ ἐπιγοναὶ αὐτῶν τελειωθεῖσαι εὐθέως μετὰ τῶν τεκόντων αὐτὰς ἄρχονται τίκτειν.* Quem locum ex hoc nostro ductum esse suspicari licet.

Intervallum faciunt) Vrsinus *intermittit*, ut *facit* antea legi volebat. Equidem ex Crescentio malim *intervallant*, quod ex editione Loven. ellatum probavit etiam Gesner, et febres intervallates apud Gellinm XVII, 12 comparavit. Ammiani loce posuit in Thes. L. L.

Qui simulac) Crese. Basil. *qui ubi simul accreverant*. sed recte entique mea: *qui simul accreverant*.

Pariunt) Cresc. eddit, sed experti nostri temporis in partibus nostris dicunt, quod post sex menses pariant et non ente, et donec vivunt, quatuor vicibus et quinque et sex et emplius feciunl pullos in anno, si escam inveniant vel habeant abundenter quodsi nihil tribuitur, ter ed minus pariunt, scilicet in aestale. Sextum mensem definit pullis recte Aristoteles H. A. VI, 4, cuius locum annotavit Schoëttgen.

Deinde manducato) Crescent. *cibantque illos pane callido mollificato et masticato vel molli, hieme bis, aestate ter quolibet die, scilicet mane, meridie et vespere.* ubi Editio entiqua mee *et* ente *masticato* omittit. Gesner ex editione Lovan. commemoravil *mollificato*, et probavit; sed reliquam varietatem reperisse ibi non videtur.

Hieme demunt cibum medium) Haec omisit Crese. nec video, quomodo medius cibus hieme demi possit saginandis pullis.

Qui iam pinnas) Cresc. *eos vero qui*

bere, relinquunt in nido illisis cruribus, et matribus uberius ut cibo uti possint obiiciunt; eo enim totum diem se, et pullos pascunt. qui ita educantur, celerius pinguiores fiunt quam alii, et candidiores.[i] Parentes eorum Romae, si sunt formosi, bono colore, integri, boni seminis, paria singula vulgo veneunt ducenis numis, nec non eximia singulis millibus numum; quas nuper quum mercator tanti emere vellet a L. Axio equite Romano, minoris quadringentis denariis daturum negavit. Axius, Si possem[k] emere, inquit, περιστερεῶνα factum, quemadmodum in aedibus eum[l] habere vellem,[m] fictilia columbaria iam iissem

Ald. (i) *pinguiores q. alii fiunt* Br. Ald. deinceps *candidae fiunt* P. (k) *si possem, inquit, emere* Br. A. deinceps vulgatum περιστερῶνα correxi ex H. St. D. (l) Ita recte pro *cum* I. I-G. A. (m) Vulgo interpositum *emi*

iam pennas magnas habere incipiunt, relinquant in nidis, fractis cruribus, matribus nutriendos vel impinguandos, vel extrahunt de pennis unius alae. nam, qui ita educantur, celerius impinguantur, quam caeteri, ut ait Varro. ubi antiqua mea Editio habet sincerius: *relinquant modo illosis, id est, fractis cruribus.* Gesner ex Lovan. editione laudat: *illisis, id est, fractis.* Columella: *pulli vero facilius sub matribus pinguescunt, si iam firmis, prius quam subvolent, paucas subtrahas pinnas, et obteras crura, ut uno loco quiescant, praebeasque copiosum cibum parientibus, quo et se et eos abundanter alant.* Vides ergo, Varronem integriorem habuisse non solum Columellam, sed etiam Crescentium, ex quo inserenda sunt verba; *vel extrahunt de pennis unius alae. nam qui* etc. Infra etiam cap. 9, 20 de gallinis saginandis est: *Eas evulsis ex alis pinnis et e cauda farciunt turundis.* ubi vide notam.

Et candidiores) Vrsino delenda videbantur verba *quam alii et cand.* Vitium vulgatae apertum est, quod tolles legendo: *quam alii grandiores.* In Edd. primis est: *candidiores parentes eorum. Romae, si sunt* etc. In Polit. est *candidae fiunt.* Columella steriles et sordidi coloris columbas veteres et adultas, ut gallinas saginari ait; candidas vendi solitas fuisse, inde intelligitur. Hinc etiam vitium vulgatae lectionis apparet. — *et candidi fiunt* corrigit Pontedera ex lectione Polit. et S. Repar. *candidae fiunt.*

Millibus numum) Vrsino vox *numum* abundare videbatur.

L. Axio) Plinius 10, 37: *Lucius Axius eques romanus ante bellum civile Pompeianum denariis quadringentis singula paria venditavit, uti tradit M. Varro.* Nostrum locum laudavit etiam Columella VIII, 8.

Fictilia columbaria) Sunt quae Florentinus Geoponic. XIV, 1: χυτρίνους seu κυτρίνους appellat a χύτρα olla;

emtum, et[n] misissem ad villam. Quasi vero, inquit Pica, non in urbe quoque sint multi,[o] columbaria qui in tegulis habent. an tibi non videntur habere περιστερεῶνας,[p] quum aliquot supra centum millium sestertium habeant instrumentum? e queis alicuius totum emas censeo, et ante quam aedificas[q] rure[r] magnum, condiscas hic in urbe quotidie lucrum assem[s] semissem condere in loculos.[t]

VIII. Tum[a] Merula, Perge deinceps. *Ille*, Turturibus item,[b] inquit, locum constituendum proinde[c]

omisi cum I. I-G. Ald. (n) *emissem* I. B. R. Br. Vulgo distinguebatur h. l. ita: *emi fictilia columbaria, iam iissem emtum, et.* (o) Ita dedi ex A. Iunl. G. Vulgo legitur *multi. An tibi—habent. non videntur.* Edd. I. B. R. Br. Col. *multi an tibe.* Polil. *an tibe columbari.* (p) περιστερεῶνας II. St-D. Vulgo περιστερῶνας. (q) *aedifices* a. V. H. St-D. (r) *recte* P. 2. (s) *ex asse* I. I-G. (t) *lucos* I. B. R.

Cap. VIII. (a) Verba: *Tum Merula sic* claud. praec. cap. I. B. Br. R. *Axius tu M. deinceps perge.* A. Iunl. G. (b) *item* deest a. V. (c) *perinde*

reliquos appellat σηκοὺς cum Aristotele H. A. VI, 8.

Iissem) *Eissem* Pol. et 3 Florent. deinceps *emissem* Edd. primae Pol. et 3 Flor. probante Pontedera.

Multi columbaria) Emendavi vulgatam ex Edd. I. I-G. de cuius vitio miror interpretes non monuisse. Instrumentum vocat columbas; quas qui possidebant, dici simul possidere debebant peristereona, etsi tantum sub tegulis vel in tegulis conclusum, nec aedicula aliqua distinctum propria. Columella VIII, 11, s. 3: *fiunt arundinea septa in modum cavearum, qualia columbaria tectis superponuntur.*

An tibi non videntur) *An tibe columbari* Polil. et S. Reparatae, probante Pontedera.

Rure magnum) Vrsinus h. l. ita corrigebat: *aedifices rure magnum, condiscas hic in urbe quotidie asses condere in loculos.* Victorianam lectionem *assem semissem* putabat librarium effinxisse ex perturbatis notis. Antea fuit *ex asse semissem.* Gesner illam lectionem ita interpretabatur, quasi *assem vel semissem* esset; hanc vero ratione ea defendit vel excusat, ut ponat aliquem 365 denarios impendisse columbario, et singulis diebus inde recipere binos asses seu denarios dimidios seu semisses. Ita nempe dici posse ex asse foeneris dimidium seu semissem annuae usurae redire. Qua quidem ratione ego nolim uti. Interpunxi interim locum ex mente Vrsini; quum antea esset *rure, magnum.*

Cap. VIII. *Tum Merula*) Cum Pop. *Tu Merula perge* legi voluit Gesner. Recte! *Tum Merula sic* cum Edd. pr. legit Pontedera.

Proinde magnum) Crescentius IX, 92: *Pro turturibus locum constituendum provide magnum, prout multitudinem alere velis. Item ut de columbis dictum est, ut habeant ostium* etc. ubi antiqua

magnum, ac multitudinem alere velis; eumque [d] item,
ut de columbis dictum est, ut habeat ostium [e] ac fenestras et aquam puram, ac parietes, ac camaras [f]
munitas tectorio. Sed pro columbariis in pariete mu- 2
tulos, [g] aut palos in ordinem, [h] supra quos tegeticulae
cannabinae [i] sint [k] impositae. Infimum ordinem oportet abesse a [l] terra non minus tres pedes, inter reliquos dodrantes, a summo ad camaram [m] ad semipedem,

I. B. R. (d) *Cumque* I. B. R. Br. (e) *hostium* Br. (f) *cameras* Br. A. (g) *multos* P. (h) *ordine* a. V. (i) *canabinae* I. B. Br. R. Ba-G. (k) *sunt* Ienss. Br. (l) *ab terra* Br. (m) *cameram* Br. A. (n) *late mutili* I. I-G.

mea editio habet: *magnum ut multitudinem — velis cumque item* etc. Ita supra II, 1, 27, *proinde ut non.* ubi Edd. primae similiter habent *provide.* Varro apud Nonium in voce *indiscriminatim* habet: *proinde ut nihil intersit.*

Ac camaras) Haec omisit Cresc. et deinceps: *tectorio. et in eis habeant multos palos* (Editio antiqua *pales*) *infixos, super quibus commode morare possint. et locum paratum congrue in quo pascantur. Cibatui* etc. unde apparet h. l. inserendum esse post *ordinem* verbum *infixos.* Columella VIII, 9: *Ad lineam mutuli per parietem defixi tegeticulas cannabinas accipiunt praetentis retibus, quibus prohibeantur volare — In his autem assidue pascuntur milio aut tritico. sed ea semina dari nisi sicca non oportet. satiatque semodius cibi in diebus singulis vicenos et centenos turtures.*

Inter reliquos) Vrsini emendationem: *inter reliquos ab imo ad camaram ad semipedem aeque latum ac mutulus a pariete exstat, in quibus* etc. recte reprobavit Gronovius de Pecun. Veter. p. 429, qui vulgatam ubique defendit, verba tamen *aeque latum ac ac mutulus — potest* inepte interpretatus: mutulus etiam aeque latum, id est, tantundem spatii, ad semipedem, a pariete exstare potest. Recte vidit Gesner *aeque latum* ad ordinem pertinere.

A summo ad camaram) Equidem malim: *summum* (ordinem) *a camara ad semipedem, aeque latum* et reliq. Ita enim *infimum ordinem oportet abesse a terra non minus tres pedes;* atque ita melius et aptius verba sequentia *aeque latum* et reliquis iunguntur. De latitudine summi ordinis camarae proximi specialiter praecipit, quia parietes in camaram coëuntes, angustiorem ordinem summum facere cogunt, nisi reliquos antecedere et propendere velis. Sed commodius ipsa verba Varronis ad quemvis ordinem referentur, ut tam latus fiat, quam longe a pariete mutulus eminere potest. Video nunc demum, Pontederam in Curis sec. monuisse, retis mentionem h. l. desiderari ex Columella; itaque corrigit: *ad semipedem rete latum ac mutulus,* i. e. ab infimo ordine ad camaram expansum rete ad semipedem a pariete distat, quo spatio extra parietem eminet mutulus. Verum *summo* ita dici vix credo, nec rete ab infimo ordine usque ad cameram praetendi videtur.

aeque latum[n] ac mutulus a pariete exstare potest,[o]
3 in quibus dies noctesque pascuntur. Cibatui quod sit,[p] obiiciunt triticum siccum in centenos vicenos turtures fere semodium, quotidie everrentes eorum stabula, a stercore ne offendantur, quod item servatur ad agrum colendum. Ad saginandum appositissimum[q] tempus circiter[r] messem. Etenim[s] matres eorum tunc optimae sunt; tunc[t] pulli plurimi gignuntur, qui ad farturam meliores. Itaque eorum fructus id temporis maxime consistit.

IX. Axius, Ego[a] quae requiro farsurae[b] (assurae)

Ald. (o) *possunt* I. I-G. A. (p) *sic* I. B. R. Br. *fit* H. A. Gr. G. (q) *potissimum* I. B. R. Br. *ad potissimum* P. (r) *circa* I. B. R. Br. (s) *Et enim* div. I. B. R. Ba-G. (t) Vulgo *cum*.

Cap. IX. (a) *Eho* Iuntt. *Egoque req.* I. B. R. Br. *Ego gave requiro sar-*

Cibatui) Cresc. *cibatui obiiciunt triticum — quotidie purgantur — ne laedantur, quod quidem servatur et est bonum.* Milium excidisse videtur, si compares Columellae locum supra positum. Idem de stercore: *tegeticulae mundantur, ne stercus urat pedes, quod tamen et ipsum diligenter reponi debet ad cultus agrorum arborumque.*

Oppositissimum) Cresc. *aptissimum tempus est circiter mensem et quum matres eorum plurimos gignunt pullos, in quibus maxime fructus consistit. Aucupatores tamen Lombardiae, praecipue Cremonae, tota aestate turtures feras retibus capiunt et in domusculam clausam, et quae lumen habeat, includunt, eisque dant continuo aquam puram et milium quantum sumere volunt, et usque fere ad hiemem vel post partem autumni servant, sicque quingentos et mille quandoque congregant, quae ineffabiliter impinguantur.* Vrsinus h. l. legi volebat *aptissimum — circa*. Ad *aptissimum* ducit lectio Edd. primarum *potissimum* et Polit. *ad potissimum*. Denique ita habet Cresc. qui defendit vulgatum *circiter*. Veram sententiam Varronis expressit etiam Crescentius; verba vitiosa sunt. Interim cum Pontedera vulgatum *cum pulli* mutavi, et distinctionem. Non inepte Gesner *opimae* corrigebat; circa messem enim revera pinguescunt matrices et mares turtures.

Pulli) Pontedera vulgatam *cum pulli* corrigebat *tunc pulli*. Matres enim effoetas tunc cito gliscere, et pullos adultos iam inveniri ad farturam aptiores. Columella VIII, 9: *per hiemem, quamvis adhibeatur opera, difficulter gliscit. — rursus aestate vel sua sponte, dummodo sit facultas cibi, pinguescit. nihil enim aliud nisi obiicitur esca, sed praecipue milium. — Huius avis aetas ad saginam non tam vetus est idonea, quam novella. Itaque circa messem, quum iam confirmata est pullities, eligitur.*

Cap. IX. *Farsurae*) Librorum veterum lectionem varie interpretari et emendare conati sunt viri docti, *Far-*

membra de palumbis, et[e] gallinis dic sodes *Merula*: tum de reliquis, si quid idoneum fuerit, racemari[d] licebit. Igitur[e] sunt gallinae quae vocantur, generum trium, villaticae, et[f] rusticae, et Africanae. Gallinae 2
villaticae sunt, quas deinceps rure habent in villis. De his qui ὀρνιθοβοσκεῖον[g] instituere volunt,[h] iidem adhibita scientia ac cura, ut[i] capiant magnos fructus (ut maxime factitaverunt Deliaci) haec quinque ma-

surae assurae. Codex vetus Victorii. In semivetere reperit *salsurae*. Equidem Victorianam lectionem *sarsurae assurae* postposui antiquae. (b) *farturae a sura* I. B. R. Br. Ba- G. A. *a farctura assanda*, Iuntt. (c) Vulgatum *de* abest P. et Iuntt. (d) Hoc ex Codicis sui *racimari* dedit Victor. *raciocinari* P. *ratiocinari* a. V. *rationari* Br. *roncinari* Aldin. (e) *Ille*, *ig*. I. I- G. (f) *et* abest I. B. R. Br. (g) *ornithobostion* P. *ornithonostion* Ienss. Br. *ornithonscion* B. R. (h) *vult, id est adh*. P. 1. *vult ut adh*. P. 2. (i) *ut* deest I. B.

surae praeferunt Turnebus Advers. XXIV, 22 et Scaliger, sed interpretando sensu mihi non satisfecerunt. Vrsinus legi volebat: *Axius. Ego duo requiro farsurae membra, de palumbis ac gallinis*, et vocem *assurae* ex altera vitio ortam esse putabat. Pontedera: *Axius. Ego quae requiro assaturae assae membra de palumbis, de gallinis dice sodes Merula*: hoc sensu: Ego quae de palumbis membra simpliciter assata requiro, dic de gallinis, Merula. Confirmari putabat emendationem suam loco Apicii VIII, 5 ubi assatura assa memoratur. Sed quid assatura ad hunc locum? Gesner praeferebat lectionem antiquam: *Farturae, assurae* ἀσυνδέτως positam: quam paululum immutatam restitui; inclusi enim ineptum *assurae* et dedi *et gallinis* pro *de gallinis*, sententia ipsa suadente. Pontedera in Curis sec. coniiciebat: *egoque requiro assaturae assae membra palumbis, de Gallinis*: i. e. et ego etiam in palumbis assaturam assam malo, quam alio modo, quod in gallinis proprium; de Gallinis etc.

Igitur) Recta Edd. I. I- G. *Ille igitur: sunt gallinae*. Incipit enim nunc Merula disputare de gallinis.

Deinceps) Vrsinus malebat: *quas omnes fere habent*. vel: *quas fere omnes habent villae*. ex Columella, qui sic: *Cohortalis est avis, quae vulgo per omnes fere conspicitur villas*. Recte, puto! — *quas, deinceps uti dicam rure habent in villis*. Ita b. l. redintegrabat Pontedera insertis verbis *uti dicam*, quoniam in tertio Florentino brevis lacuna adest, et ad *deinceps* desideratur aliquid. Deinceps *instituere vult id est adhib*. Pol. 1 et 3 Florent. *vult ut adhib*. Pol. 2 sed Ponted. ait in Pol. 2 esse *vulŭt ut*; postea *cura capiant* omisso *ut* Edd. pr. Pol. et 2 Flor. probante Pontedera, qui hinc corrigit: *instituere volunt, ut adhibita — cura capiant*. Denique vulgatum *admittant* absurdum censet, et vetus *adnutriant* restituit; in quo quidem viro docto assentiri non possum.

Deliaci) De his vide ad Columell. VIII, 2, 4.

xime[k] animadvertant oportet: de emtione, cuiusmodi, et[l] quam multas parent. de foetura, quemadmodum admittant[m] et pariant. de ovis, quemadmodum incubent et excudant.[n] de pullis, quemadmodum et a quibus educentur. Hisce appendix adiicitur pars[o] quinta, quemadmodum saginentur. E queis tribus generibus

3 proprio nomine vocantur foeminae quae sunt villaticae, gallinae; mares galli; capi semimares, quod[p] sunt castrati. Gallos castrant, ut sint capi, candenti ferro inurentes calcaria[q] ad infima crura, usque dum

R. Br. (k) *maxime* om. A. I. I-G. deinceps *emptione* Br. Ald. (l) *aut* I. B. R. Br. (m) *admutriant* I. B. R. Br. (n) *excludant* Herv. (o) *scilicet quem sag. pars V.* I. B. Br. R. Deinceps *Ex quibus* Br. (p) *qui sint* I. B. Br. R. (q) *calcaria* ex A. I. I-G. adieci. (r) Ita a. V. qui cum Gesner. *rumpatur.*

Pars quinta) Edd. primae. *scilicet quе. Sa. pars V.* unde suspicor, fuisse olim in libris quibusdam: *scilicet quasi pars quinta.*

Candenti ferro) Haec verba excerpsit Charisius grammat. p. 100.

Calcaria ad) Restitui hanc lectionem, quam sensus postulat et Columellae locus VIII, 2: *ferro candente calcaribus inustis, quae quum ignea vi consumta sunt, facta ulcera dum consanescant, figulari creta linuntur.* ubi vide notam. Vrsinus h. l. malebat legi: *semimares capi. — inurentes infima — rumpantur, ac quod.* Idem ait in Codicibus esse: *ac quod — oblinunt figulina creta.* unde statim praeferam cum Vrsino *ac quod.* Plinius X, s. 25: *castrari gallos ait candente ferro lumbis adustis aut imis cruribus.* Vnde apparet h. l. Vrsini emendationem fuisse probandam, aut sequendam antiquarum Edd. lectionem, quae quidem naturam verius expressit. Transpositionem illam *semimares capi* ex vetere Codice item affert et confirmat Vrsinus; atque ita verba eadem collocavit Columella. Sed nunc censeo, totum locum ita ex Plinio constituendum esse: *candenti ferro inurentes lumbos aut calcaria ad infima crura, usquedum consumantur; ac quod exstat ulcus* etc. Aristoteles H. A. IX, 50: ἐκτέμνονται δὲ οἱ μὲν ὄρνιθες κατὰ τὸ ὀρροπύγιον, καθ᾽ ὃ συμπίπτουσιν ὀχεύοντες· ἐνταῦθα γὰρ ἐὰν ἐπικαύσῃ τις δυσὶν ἢ τρισὶ σιδηρίοις, ἐὰν ἤδη τέλειον ὄντα, τότε κάλλαιον ἔξωχρον γίνεται καὶ οὐκέτι κοκκύζει. Antiquissima igitur haec castrandorum gallorum ratio fuit, quam vix omisisse puto Varronem; etsi Columella omisit. Ita enim ille: *nec tamen id patiuntur genitalibus amissis, sed ferro candente calcaribus adustis*, et reliqua quae supra posui, ubi tamen Codex Goesianus coniecturam Vrsini, *neque tantum* legentis, confirmat. Sed eam rationem castrandi gallos testiculis exemtis nullus scriptorum veterum memoravit, quanquam hodie fere omnes gentes eandem usurpant, reliquis duabus neglectis. Columellae locus potest tamen manum iniicere corrigenti Var-

rumpantur.[r] at, quod exstat ulcus, oblinunt[t] figlina creta. Qui spectat ut ὀρνιθοβοσκεῖον perfectum habeat, 4
sint[v] licet genera[x] tria paranda, maxime villaticas gallinas.[y] e queis in parando eligat[z] oportet foecundas, plerumque rubicunda pluma, nigris pinnis, imparibus digitis, magnis capitibus, crista erecta, amplas.[a] hae enim ad partiones sunt aptiores. Gallos 5
salaces; qui animadvertuntur,[b] si sunt lacertosi, rubente crista, rostro brevi, pleno,[c] acuto, oculis ravis,

(s) *atque extet ulcus, quod* A. a-G. (t) *illiniunt* I. B. Br. R. *obliniunt* I. I-G. (v) *sic* P. (x) vulgo interpositum *ei* omisi cum I. B. Br. R. *sint licet ei tria* Aldin. (y) *oportet* add. A. Iunt. G. (z) *eligit* Herv. Deinceps *oportet* om. A. Iunt-G. *plerunque* Br. Ald. (a) Ita pro *ampla* P. (b) Vulgo

ronem; adeoque credere licet, lumborum adurendorum rationem iam Varronis aetate exolevisse. In minutali Apiciano *testiculos caponum* addit Apicius IV, 3, qui rationem Columellae confirmare videntur, et monstrare, testiculos caponibus non fuisse exemtos. Est tamen locus Galeni de Alim. Fac. III de testiculis animalium, ad cibum probatis, ubi tauros, sues mares, capros arietesque testiculis exemtis castrari saginarique docet, addens, solos gallinaceorum saginaceorum saginatorum testes in cibo potissimum probari. Vnde quis castrandorum gallorum rationem banc quae fit exemtis testibus, exculpere forte conetur; sed frustra. Nam si saginatorum gallinaceorum inprimis probabant testes, antea non eximebant, sed alio modo castrabant; atque hi ipsi sunt testiculi caponum, ab Apicio memorati.

Sint licet) Vulgatum: *sint licet genera ei tria paranda*. Scaliger ita emendabat, ut legeret: *scilicet ei genera tria parandum:* cui assentitur Gesner, quia in Polit. libris est *sic licet*. Mihi vero placet Vrsini ratio: *sint licet genera tria, parandum tamen villaticas.* a qua quo propius abesset vulgata lectio, interim cum Edd. primis omisi *ei* ante tria. In Scaligeri emendatione et interpretatione illud incommodum mihi accidit, quod inepte repetuntur tria genera paranda, quae antea iam distinctius enumeraverat Varro.

Rubicunda) Cresc. *rubicundas*. Deinceps *amplas* dedi ex Polit. libris pro *ampla*, probante Columella et Pontedera. Pro *erecta* Vrsinus malebat *recta*, quod Columella babet: *rectis[?]utilisque cristis*.

Partiones) Cresc. *partem*. In Geoponicis XIV, 7: τόν τε λόγον ἐπηρμένον καὶ πρὸς ὠοτοκίας κρείττους εἰσί.

Gallos) Crescent *galli sint lacertosi — plene acuto — palea rubea, collo vario — femoribus — ungulis longis — pennis, vociferantes*. Vrsinus ex Codice vetere affert: *quod animadvertunt;* quae lectio erit praeferenda, aut cum Gesn. legendum *animadvertuntur*. Vulgatum enim *animadvertunt* vitiosum est. Ad *gallos salaces* intellige *eligat*.

Pleno acuto) Columella: *rostra brevia et adunca*. Edd. quaedam omittunt

aut nigris, palea rubra subalbicanti, collo vario, aut aureolo, feminibus pilosis, cruribus brevibus, unguibus longis, caudis magnis, frequentibus pinnis. Item qui elati sunt, ac vociferant saepe, in certamine pertinaces, et qui animalia, quae nocent gallinis, non modo non pertimescant, sed etiam pro gallinis
6 propugnent. Nec tamen sequendum in seminio legendo Tanagricos,[d] ac Medicos,[e] et Chalcidicos, qui sine dubio sunt pulchri, et ad praeliandum inter se maxime idonei, sed ad partus sunt steriliores. Si ducentas[f] alere velis, locus septus attribuendus, in quo

animadvertunt. Cod. Vrsini *quod animadvertunt.* (c) *pleno* om. A. Iunt. G. (d) *tam agricos* Reg. (e) *melicos* I. B. R. Pol. *melicos ac* Br. (f) *ducentos*

pleno, Cresc. *plene.* Forte fuit *pene acuto.* De ipsa re vide ad Columellam.

Subalbicanti) Geoponica γένειον ῥοδίζον. Femina pilosa Columella interpretatur: *frequenter horrentibus plumis hirta.* Deinde *collum varium* idem explicavit *per iubas varias vel ex auro flavas per colla cervicesque in humeros diffusas.*

Non modo non) Cresc. alteram negationem omittit.

Medicos) In Edd. primis et Polit. libris et Victorii *Melicos* legitur: quod scripturae vitium vulgare suo etiam tempore reprehendit Columella VIII, 2, 4, et Festus *Melicae*, inquit, *gallinae, quod in Media id genus avium corporis amplissimi fiat, L litera pro D substituta.* Idem in herba medica deinde factum fuisse ad h. l. monuit Victorius, cuius annotationem ad h. l. operae Gesneri vitiis multis conspurcarant. *Melicam* enim et *melcam* pro medica saepe dixerunt Crescentius, Albertus et reliqui medii et recentioris aevi scriptores, quam Itali hodieque *saginam* teste Victorio appellant, etsi a veterum medica diversam putet. Scilicet Itali *Saggina* vocant milium Indicum seu Holcum Sorghum Linn. ante Plinii aetatem ex India allatum, teste ipso 18, cap. 7; nostri *Morhirse.* Hanc eandem Crescentius aliique scriptores, a Cangio laudati, *melicam* seu *melcam* dicunt, quam Italica Crescentii versio, Venetiis 1542 edita, libro III, c. 17, interpretatur *Saggina.* Recte! Vide Beemanni H. Invent. Vol. II, p. 546, qui tamen melicae nomen omisit, quod non ex medica factum esse videtur, ut putabat Victorius, sed ex milio, cuius similitudinem gerit grano.

Attribuendus) Cresc. *parandus in quo duae caveae, id est mansiones coniunctae sunt, quae versus orientem spectent et sint longitudinis circiter decem pedum, latitudinis paulo minus, in altitudine paulo humiliores.* In antiqua mea cum Basil. nisi quod haec omittit verba *id est mansiones*, quae ex Edit. Lovan. etiam laudat Gesner. Idem ex Lovan. affert: *latitudine paulo minores.* Columella VIII, 3: *totius officinae tres*

duae caveae coniunctae magnae constituendae, quae spectent ad exorientem versus, utraeque in longitudinem circiter decem pedum,[g] latitudine dimidio minores,[h] in altitudine paullo humiliores. utrisque[i] fenestrae latitudine tripedali, uno pede altiores, e viminibus factae raris, ita ut lumen praebeant multum, neque per eas quidquam ire intro possit, quae[k]
nocere solent gallinis. Inter duas ostium sit, qua gal- 7

I. B. Br. R. (g) Ita pro *pedes* P. et Cresc. (h) Vulgo intersertum *quam* omisi cum A. Iunt. G. et Cresc. qui praeterea etiam *in* omittunt. (i) Ita pro vulgato: *utraque fenestra lata tripedali* scripsi ex A. Iunt. G. Deinceps

continuae exstruantur cellae, quarum perpetua frons orienti sit obversa. In ea deinde fronte exiguus detur unus omnino aditus mediae cellae, quae ipsa tribus minima debet esse in altitudinem et quoquoversus pedes septem. — Vtraque cella longitudines et altitudines duodenos pedes habeant, nec plus latitudinis quam media. De numero cavearum consentit Varro; cellam enim curatoris alieno loco deinceps memorat mediam inter duas gallinarum caveas; in mensura diversus abit. *In altitudinem* malebat Scaliger. Equidem interim importunum *quam* ante *in altitudine* sustuli, quod nec Crescentius, nec Edd. I. I-G. agnoscunt.

In longitudinem) *longitudine* ex Pol. et 2 Flor. probat; deinceps *decem pedes* ex iisdem Codd. postea ex vestigiis lectionis *minores quam in altitudine* corrigit: *quam in longitudine paulo humiliores.*

Vtrisque) Cresc. *unaquaeque habeat fenestra tripedalem* (Basil. *tripedali*) *uno pede altiorem ex viminibus factam raris — quidquam intrare possit, quod nocere solet* etc. Columella et ipsa tabulata fenestris vult illustrari, et infra tabulata. De his posterioribus Varro tradit, et Columella ita: *infra tabulata maiores fenestrae aperiantur, et eae clatris muniantur, ne possint noxia irrepere animalia, sic tamen, ut illustria sint loca.* Mensuram non addidit. Vulgatam Varronis lectionem ex Ed. I. I-G. corrigi voluit Gesner; in iis scilicet est: *utrisque fenestrae latitudine tripedali.* quasi in unaquaque cella plures fieri debeant fenestrae. Hanc tamen interim lectionem recepi, utpote rectiorem vulgata: *utraque fenestra late tripedali, et eo pede altiores.* Praeterea ex Cresc. *uno pede altiores* dedi. Tabulatorum mentio hic omissa in alienum turdorum aviarium migravit supra cap. V, sect. 4; unde verba *In hoc tecto caveisque tabulata habeant aliquot ad perticae supplementum* huc revocanda esse monui.

Inter duas) Cresc. *inter ipsas duas sit ostium, quo gallinarius curator — tractae sint.* Haec Varronis verba alieno loco posita et a verbis sequentibus divulsa sunt: *praeterea sit cella grandis, in qua curator habitet.* quae Crescentius plane omisit. Itaque totus locus ita est constituendus: *solent gallinis. Praeterea sit cella — habitet; inter ipsas duas sit ostium, qua gallinarius — possit.* Ceterum Scalig. verba *curator earum*, contra Vrsinus voca-

linarius curator earum ire possit. In caveis crebrae perticae traiectae sint, ut omnes sustinere possint gallinas. Contra singulas perticas in pariete (exsculpta[l]) sint cubilia earum. Ante[m] sit (ut dixi) vestibulum septum, in quo diurno tempore esse possint, atque in pulvere volutari. Praeterea sit cella grandis, in qua curator habitet, ita ut in parietibus circum omnia po-

vulgo *et eo pede.* Correxi ex Cresc. (k) *quod — solet* a. V. el Cresc. (l) *exculpta* Br. A. *exclusta* P. *exclusa* Codd. Victorii. (m) *aut* I. B. Br. R. (n)

bulum *gallinarius*, ut ex interpretatione orta deleri volebant. Vrsinus adeo affirmat, in libris veteribus esse simpliciter *qua galliuariusearum*; unde firmalur Scaligeri suspicio. Ita tamen, ut hodie exstat, h. l. legit Crescent.

Exsculpta) Omittit Crescent. Habent. Polit. libri, sed *exclusa.* Equidem h. l. malim omitti, deinceps enim de positione accuratius tradetur. Igitur inclusi; totum locum ita lego: *cubilia earum, ita, ut in parietibus circum ordine posita sint — nocet.*

Ante sit, ut dixi) Crescent. *Adsit quoque sicut dixi.* Sed antiqua mea: *aut sicut dixi* habet, ut h. l. Edd. primae. Vitium h. l. manifestum est. De vestibulo enim nondum dixit: nec in vestibulo volutantur, sed in eo consistunt, per id adsceudunt et descendunt. Audi Columellam: *ita crassos parietes aedificare convenit, ut excisa per ordinem gallinarum cubilia recipiant — hoc enim salubrius et elegantius est, quam quod quidam faciunt, ut palis in parietem vehementer actis viminеos qualos super imponant. Sive autem parietibus cavatis sive qualis viminеis praeponenda erunt vestibula, per quae matrices ad cubilia perveniant.* Sed clausae gallinae debent habere amplum vestibulum, retibus munitum, quo prodeant el ubi apricentur, eodem Columella auctore cap. 4, sect. 4. De gallinarum igitur clausarum, quas vagari nolebat, vestibulo dixisse videtur Varro antea et statim post cellarum mentionem, ubi multa turbata fuisse a librariis iam antea vidimus. Nunc de altero vestibulo, cubilibus anteponendo, repetit, sed librarius de eodem agi putans, interposuit inepte verba *ut dixi.* Puto igitur, post cellae gallinarii mentionem ita pergere voluisse Varronem: *Adsit quoque vestibulum rete septum — volutari. In caveis crebrae — cubilia earum. ita, ut in parietibus — nocet. ante sit vestibulum positum, ubi consistere possint, quum descendunt vel adscendunt.* Sed vide etiam infra ad sect. 15, ubi demum de priore vestibulo tradit Varro.

Exsculpta) Cresc. *volutari. Dicta cubilia sint exsculpta in parietibus aut affixa firmiter — quum incubat nocet.* ubi Basil. habet *incubant*, *Excisa* dixit Columella, *exclusa* Polit. libri. Similiter Cato c. 18 *foramina exsculpta* dixit. Deinceps Vrsinus praeferebal *adfixa*, quod habet etiam Cresc. et totum locum ita legebat: *ita, ut in parietibus circum omnia plena sint cubilibus g. aut excisis aut affixis.* Equidem puto, fuisse olim: *in parietibus circam ordine posita sint cubilia.* Interim

sita[n] sint cubilia gallinarum, aut exsculpta, aut afficta firmiter. motus enim quum incubant[o] nocet. In cubilibus, quum parturient, acus substernendum.[p] quum pepererunt,[q] tollere substramen, et recens aliud subiicere, quod pulices et caetera nasci solent, quae gallinam conquiescere non patiuntur; ob quam rem ova aut inaequabiliter[r] maturescunt, aut consenescunt.[s] Quae velis incubet, negant plus XXV oportere ova incubare, quamvis propter foecunditatem pepererit plura. Optimum esse partum aequinoctio verno, ad[t] 9
autumnale. Itaque quae ante[v] aut post[x] nata sunt, et

plena I. B. Br. R. et Codd. Victorii. Egn ex A. Iunt-G. *posita* dedi. (n) *incubat* I. B Br. R. (p) *substernenda* P. (q) *peperint* a. V. (r) *inaequaliter* I. B. Br. R. Cr. (s) *corrumpuntur* Cresc. (t) *Ab auctumnali itaque* I. B. Br. R. *aut auctumnali* A. Ba-G. (v) *antea* I. B. Br. R. (x) *postea* I. I-G. (y)

lectionem *plena sint* repudiavi, quam nec ipse Vict. recipere ausus fuerat.

Parturient) Cresc. *parturierint palea substerni debet, et quum peperint tollas — subiice; eo quod pulices et alia nasci solent, quae gallinas quiescere* etc. Columella cap. 5: *nam pulicibus aliisque similibus animalibus replentur.* unde malim h. l. cum Crescentio legere: *pulices et alia animalia.* Praeter pulices enim pediculi, et ricini quoque vexant gallinas, quns acarorum numero comprehendit Linnaeus; quos in columbis *sexcupedes* dixit Crescentius, pediculi sunt; acari enim octn pedibus incedunt. *Pulicibus* substitui h. l. et in Columella *pedes*, i. e. pediculos volebat Pontedera.

Acus substernendum) Festus: *acus palea est. Varro rerum rusticarum tertio: acus substernendum* (alias *substruendum*) *parturientibus, acus in area excutitur.* Priscianns libro V ex h. l. habet: *Acus substernendum gallinis parturientibus. In area excutitur.* Postrema verba ex libro I, 52, 2 petita et adiecta esse suspicabatur Gesner in Thes. L. L. Ceterum Libri Polit. *substernenda* habeut; sed noster I, 57, 4 habet *acere.* Ex graeco ἄχυρον fit acus, aceris; Columella genere foemineo dixit.

Aequinoctin) Crescentii Editiones tres *ab aequinoctio* habent; quod voluit etiam h. l. restitui Vrsinus, qui praeterea h. l. excidisse quaedam suspicatur ex Geoponicis, ubi est: *δεῖ δὲ ὑποτιθέναι τὰ ᾠὰ μάλιστα ἀπὸ ζεφύρου πνοῆς τικτόμενα μέχρι μετοπωρινῆς ἰσημερίας. τὰ δὲ πρὸ τούτου τοῦ καιροῦ ἢ μετὰ ταῦτα τικτόμενα καὶ τὰ προτότοκα πάντα οὐχ ὑποθετέον. ἄγονα γὰρ καὶ ἀτέλεστα γίνονται. ὥρα δὲ ἀρίστη πρὸς τὸ ὑποτιθέναι τὰ ᾠὰ ἡ τοῦ ἔαρος ἰσημερία.* Dun scilicet tempora vult designari Vrsinus, unum ad partum a Favonin ad aequinoctium, alterum ad incubationem, ipso aequinoctin verno. Mihi etiam deesse multa videntur, alia a librariis fuisse turbata.

etiam prima eo tempore, non supponenda: et ea quae subiicias [y] potius vetulis, [z] quam pullastris, [a] et quae [b] rostra aut ungues non habeant acutos, quae debent potius in concipiendo occupatae esse, quam incu-

subiiciat post Commel. quod correxi. (z) *et vet. quam e p.* A. I. I-G. (a) *pullistris* P. 1. *pullitris* P. 2. quod cum nota mendae in libris suis Victor. reperit. (b) *quibus subiicias rostra* A. I. I-G. (c) *aptissime* I. B. Br. R. Cr.

Et etiam prima eo tempore) Haec omisit Crescent. qui habet: *post nata sunt, non sunt supponenda, et gallinae, quae rostra aut ungues non habent acutos, incubare debent, aliae in concipiendo et ovando potius quam incubando occupatae esse convenit.* Sed antiqua mea habet ibi: *supponenda et ea quae nostra — acutos autèm nam palustre in concipiendo et ovando, quam — occupatae esse* omisso verbo *convenit.* Gesner ex Lovaniens. tantum verba *et ovando* laudavit. Verba *prima eo tempore* interpretanda sunt τὰ πρωτότοκα. quae prima a novellis gallinis edita fuerunt.

Potius vetulis) Edd. I. I-G. *potius e vetulis quam e pullastris, et quibus subiicias, rostra aut.* Sed Victorianam et Edd. primarum lectionem expresserunt Geopon. δεῖ δὲ ὑποτιθέναι ταῖς προβεβηκυίαις οὐ ταῖς ἀκμαζούσαις καὶ τίκτειν δυναμέναις. ἀκμαιόταται γὰρ πρὸς ὠοτοκίαν εἰσὶν αἱ ἐνιαύσιαι, μάλιστα δὲ αἱ διετεῖς. αἱ δὲ τούτων πρεσβύτεραι ἧττον. τὰς δὲ κέντρα ἐχούσας ὄρνεις ἐοικότα τοῖς τῶν ἀλεκτρυόνων κωλυτέον ἐπωάζειν. τρυπῶσι γὰρ τὰ ὠά. Ita etiam Columella VIII, 2, 8, qui monet, calcaratas gallinas ad concubitum esse contumaces et incubantes aculeis calcis ova perfringere. Sed Varro gallinarum rostra et uogues acutos esse vetat, ne versantes ova aut incubantes perfringant ova. Mirum tamen, de calcaribus non meminisse nec h. l. nec in describenda gallina. Gallo tamen rostrum acutum et plenum esse voluit, quo scilicet pugnet contra noxia animalia. Lectio igitur Victoriana bene habet in eo, quod ova vetulis modo supponenda praecipit, non, ut vetus lectio, ova a vetulis edita. Ita etiam Columella: *novellae magis edendis quam excludendis ovis utiliores sunt — veteranas igitur aves ad hanc rem eligi oportebit, quae iam saepius id fecerint, moresque earum maxime pernosci, quoniam aliae melius excludunt, aliae editos pullos commodius educant.* Reliquam huius loci scripturam ex antiqua mea Crescentii editione ita debere constitui censeo: *non sunt supponenda, et ea, quae subiicias, vetulis potius, et quae rostra aut ungues non habent acutos. Nam pullastrae debent potius in concipiendo et ovando occupatae esse, quam incubando.* Verbum *ovare* nunc primum ex Varrone prodit; ovationem tamen habet Plinius 29, c. 3. Pro *pullastris* Turnebus Advers. 19, c. 28 malebat *pullinis* legere, Scaliger *pullitris* vel *pulletris* praeferebat; pullastras enim esse pumiliones; contra *pullitras*, quae nondum aut non multum pepererint. Ita *porcetram* esse, quae nondum aut non multum peperit, scrofam. De porcetra vide Gellium XVIII, 6. Eandem formam praeferebat etiam Pontedera; et Vrsinus veteris Codicis lectionem *pullicis* lau-

bando. Appositissimae[c] ad partum sunt anniculae, aut bimae. Si ova gallinis pavonina[d] subiicies,[e] quum iam 10
decem dies pavonina[f] fovere coepit, tum[g] denique gallinacea[h] subiicere, ut una excudant.[i] Gallinaceis enim pullis bis deni dies opus sunt, pavoninis ter deni.[k] Eas includere oportet, ut diem et noctem incubent, praeter quam mane[l] et vespere, dum cibus ac potio[m] eis[n] datur. Curator oportet circumeat diebus inter- 11
positis aliquot, ac vertat[o] ova, uti[p] aequabiliter con-

(d) *pavonia* H. A. Gr. G. (e) *subiicias* P. (f) *pavonia* H. A. Gr. G. *gallinacea* Br. (g) *gallinacea tum denique* I. B. R. (h) *gallinacea* om. Br. (i) *excudat* P. (k) Vulgo *noveni*. (l) Vulgatum *a mane* correxi ex I. I-G. A. (m) *potus* I. B. Br. R. (n) Vulgo *his detur* Pol. *is* Cresc. *die et nocte — praeterquam mane — cum cibus et potio eis datur*. (o) Ita pro *vertere* dedi ex

dabat. Ego *pullastrae* teneo. Ita enim vetustissimus liber Polit. habet *pullistris*, eoque ducit lectio antiquae meae Edit. Crescentii, ubi est: *nam palustrae*. quam ignorabant Pontedera et Gesner.

Subiicies — excudant) Ex quatuor Codd. Florent. *subiicias—excudat* praefert Pontedera. Esse enim haec de una gallina, et iam praecessisse *cum — coepit*. Deinde iidem libri *gallinacea fovere — tum denique subiicere*. Vnde antiqua forma Ponted. restituit: *Sei ova galeineis pavoneina supicias, quom iam decem dies fovere coepit, galeinaceia tum denique supicere, uti una exscudat*.

Fovere coepit) Recte *coeperunt* legendum esse monuit Gesner.

Ter noveni) Columel. cap. 11: *decimo die omnia gallinacea subtrahantur, et totidem recentia eiusdem generis supponantur; ut trigesima luna*, (*hoc est expletis triginta diebus* addit Palladius) *cum pavoninis excludantur*. Similiter Palladius I, 28, et Geopon. XIV, 18. Hinc manifestum fit vitium vulgatae lectionis *ter noveni*, de quo admonuit etiam obscure Turnebus Advers. VIII, 8, cuius locum non intellexit Gesner. Ipsa etiam Varronis ratio correctionem nostram postulabat. Crescentius verba: *Si ova — ter deni* omisit plane, et deinceps subiungit *Incubantes includere* etc. Colum. VIII, 5, 10: *diebus ter septenis opus est gallinaceo generi, at pavonino et anserino paulo amplius ter novenis*. Scilicet calore tempestatis numerus dierum vel augetur vel minuitur.

Includere) Geoponica: *μετὰ δὲ τὴν σύνθεσιν τῶν ᾠῶν ἐμβιβαστέον τὰς ὄρνεις καὶ ἐγκλειστέον, ἵνα δι' ὅλης τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς θάλπωσιν αὐτά. πρωῒ δὲ καὶ δείλης ἀνοικτέον, τροφήν τε παραβλητέον τὴν συνήθη καὶ ποτόν, εἶτα πάλιν ἐγκλειστέον*. unde Vrsinus h. l. legi malebat *datur*, quod ex Cresc. posui pro vulgato *detur*. et eodem auctore cum Edd. I. I-G. omisi *a* ante *mane*.

Aequabiliter) Geoponica: *ὁ δὲ πρὸς τοῦτο τεταγμένος δι' ἡμερῶν μεταστρεφάτω τὰ ᾠὰ ἵνα πάντοθεν ὁμαλῶς*

calefiant.[q] Ova[r] plena sint, atque utilia, necne, animadverti[s] aiunt posse, si demiseris[t] in aquam. quod inane,[v] natat;[x] plenum, desidit.[y] Qui, ut hoc intelligant, concutiant,[z] errare, quod in[a] eis vitales[b] venas confundant.[c] In iisdem[d] aiunt, quum ad lumen sustuleris,
12 quod perluceat,[e] id esse ob inane. Qui haec volunt diutius servare,[f] perfricant sale minuto, aut muria,

Cresc. Edit. tribus. (p) *ut* Br. A. (q) *aequaliter calefiant* Cr. (r) *si plena atque utilia sint* Cr. (s) *advertere potes* Cr. (t) *dimis.* Cr. (v) *est* add. Cr. (x) *natet* P. (y) *desedit* I. B. Br. R. *desidit, quod intelligere potes si concutias* Cr. (z) *concutiunt* a. V. (a) *inanes* I. B. R. *imanes* Br. (b) *venales* H. (c) *confundunt* a. V. (d) Ita pro *iis idem* I. B. Br. R. *Item si ad lumen* Cr. (e) *perlucet* a. V. *perlucet, inane est* Cr. (f) *servari* P. (g)

θάλπωνται — οὐ δεῖ δὲ εὐλαβεῖσθαι μὴ διαφθαρῇ τὰ ὠὰ, ἐὰν πολλάκις ἡσύχως μεταστρέφωνται. βλάπτει γὰρ οὐδὲν τὸ τοιοῦτον. Alii scilicet improbant hanc rationem vertendorum ovorum atque inde damnum timebant; sed ab utraque parte inepte agitur. Nihil enim opus versatione, quam peragit ipsa gallina; et absque hac talis est puncti salientis positio, ut, quocumque situ positum sit ovum, semper in superna parte consistat et calorem gallinae excipiat. Eandem ob causam timor ille est vanus, ne stamina et rudimenta pulli coëuntia confundantur concutiendo.

In iisdem) Ita ex Edd. primis rescripsi suadente etiam Gesnero; reliquae *in iis idem*. ubi Turnebus atque Vrsinus malebant *iidem* vel *item* legi. Cresc. videtur *item* h. l. legisse. Deinceps malim ex Cresc. *inane* legere deleto *ob*. Neque enim *obinane* dici potest, ut graece ὑπόκενον, quod putabat Scaliger.

In eos vitales) Edd. primae cum libris Victorii *inanes vitales*. unde Scaliger efficiebat: *quod inas vitales*, i. e. venas. Festus: *Ilia dicta ab ina, quae pars chartae est tenuissima*. Marcellus Empiricus cap. 31: *ad ulcera in ano facta chartae combustae seu inarum eius drachma I.* Derivat ex graeco ἶνας, i. e. fibrae, et confirmat interpretatione Geoponicorum, ubi est: διαγινώσκεται τὰ ὠὰ εἰ γόνιμον ἔχει τὸ ἐνόν, ἐὰν μετὰ τετάρτην ἡμέραν τοῦ θαλφθῆναι πρὸς τὴν αὐγὴν τοῦ ἡλίου θεωρῆται· ἐὰν μὲν γάρ τι φαίνηται διατρέχον ἰνῶδες καὶ ὕφαιμον, ἔσται γόνιμον τὸ ἐνόν. ἐὰν δὲ διαφανὲς ᾖ, ὡς ἄγονον ἐκβλητέον. Eadem paulo post: δοκιμάσεις εἰ χρήσιμα τὰ ὠὰ οὕτω. βάλλε ταῦτα εἰς ὕδωρ· το μὲν γὰρ ἀποδέον ἐπιπολάζει ὡς ἄχρηστον· τὸ δὲ πλῆρες κατενεχθήσεται κάτω. οὐδὲ γὰρ χρὴ πρὸς δοκιμασίαν σείειν τὰ ὠὰ ἵνα μὴ διαφθαρῇ τὸ ἐν αὐτοῖς ζωτικόν. Contra Vrsinus ex vetere scriptura effingebat: *animales vitales venas*, apposito loco Plinii 10, s. 75: *Quarto die postquam coepere incubari, si contra lumen cacumine ovorum apprehenso una manu, purus et unius modi perluceat color, sterilia existimantur esse, proque eis alia substituenda. Et in aqua est experimentum: inane fluitat: itaque sidentia, hoc est plena,*

tres[g] aut quatuor horas; eaque abluta condunt[h] in furfures, aut acus. In supponendo ova observant, ut sint numero imparia. Ova, quae incubantur, habeantne[i] semen pulli, curator quatriduo, postquam incubare[k] coepit,[l] intelligere potest, si contra lumen tenuit, et purum uniusmodi esse animadvertit,[m] putant eiiciendum, et aliud subiiciendum. Excusos[n] pullos subdu- 13
cendum ex singulis nidis, et subiiciendum ei, quae habeat paucos. ab eaque, si reliqua sint ova pauciora,

atque ita sinunt tres et cet. A. I. I-G. (h) *condiunt* I. B. Br. R. *condiant* P. (i) *si habeant in se semen* a. V. (k) Ita pro *incubari* I. B. Br. R. (l) *coeperint* I. I-G. A. (m) *animadverterit* I. I-G. A. (n) *excussos* ante Commelinum.

subiici volunt. Concuti vero experimento vetant, quoniam non gignant confusis vitalibus venis. Cum Scaligero facit Salmasius ad Solinum c. 30, p. 278, qui vocem *inam* etiam Plin. 13, s. 25 restituit ad Vopisci Firmum c. 3, ubi Harduinus *taeniam* habet. Denique Pontedera *inanes vitales venas* probabat, quoniam venae, quum primum explicantur, inanes sint, et humore vacua atque infirmiora facilius confundantur. Mihi placet *inanantes venas vitales confundant*; quod probabunt, qui naturam ovorum et puncti salientis cognitam habent. Cod. Caes. *inanes*, Venet. *cinanes* habere monet Pontedera in Curis sec.

Tres aut quatuor) Crescent. *quae optime servari possunt diu si perfricantur — per tres horas, deinde abluantur et furfure ac paleis recondantur.* Ceterum haec ipsa verba hoc ordine et hoc in loco non legit Crescentius, sed ad finem capitis reiecit. Contra post verba *ob inane* statim addit: *Ova oblonga acuta masculos rotunda foeminas tribuunt. Insuper ponenda* etc. Eadem tradit Columella VIII, 5, omisit vero Palladius, itaque aliunde nisi e Varrone non habuit Crescentius. Observationi de ovorum figura antiquae si quid inest veri, id referendum esse puto ad proceritatem collique longitudinem natorum ex ovis oblongis pullorum, quam nuper certa observatione deprehendisse videri voluit Bechstein in Histor. nat. Avium germanicarum.

Supponendo) Cresc. *insuper ponenda — incubantur, habeant semen pulli nec ne — postquam incubare coeperit.* ibi antiqua mea: *post incubare* habet. Vnde malim h. l. legere *habeant semen pulli nec ne.* ut supra sect. 11: *ova plena sint atque utilia, nec ne.* Deinde *coeperunt* malim ex Plinio pro vulgato *coepit*, quod Edd. quaedam mutarunt in *coeperint*.

Lumen tenuit) Cresc. *tenuerit, et purum quod unius modi animadvertit esse, eiicere debet ac aliud subiicere.* unde malim legere h. l. *tenuit, quod purum et unius modi esse animadvertit* etc. Certe vulgata vitio non caret.

Ova pauciora) Vrsinus *pauciora* abundare censebat; Crescentius tamen habuit. Geoponica: τὰ δὲ ἐκκολαπτόμενα νεόττια εὐθέως ὑποσπαστέον

tollenda et subiicienda aliis, quae nondum excuderunt,[o] et minus habent xxx pullos.[p] hoc enim gregem maiorem non faciendum. Obiiciendum pullis diebus xv primis mane subiecto pulvere (ne rostris noceat terra dura) polentam mixtam cum nasturtii semine,

mel. omoes. (o) *excuderint* A. I. I-G. *illis quae nondum* Cr. (p) *triginta:*

ἐξ ἑκάστης ὄρνιθος καὶ ὑποβλητέον τῇ ὀλιγαρκούσῃ. τὰ δὲ παρ' αὐτῇ μὴ κολαφθέντα ᾠὰ καταμεριστέον εἰς τὰς ἔτι θαλπούσας, ἵνα μετ' ἐκείνων θαλπόμενα ζωογονῆται. τῇ δὲ ὀλιγαρκούσῃ λ μόνον μὴ πλέον νεοττοὺς ὑποβλητέον. Sed praeterea alia h. l. insederunt vitia. Quo enim referuntur verba *ab eaque?* Ex singulis nidis subducere iubet pullos, quum primum fuerunt exclusi, et, si pauca supersint ova, aliis gallinis subiicere, quae nondum excuderunt. Igitur *ab eaque* est dictum quasi antecessisset *de unaquaque matre* vel gallina, nido incubante. Atque hucusque bene omnia procedunt. Sed quid deinceps volunt sibi verba: *et minus habent triginta pullos?* Quae nondum excuderunt ova, iisdem reliqua ova supponi vult; et tamen subdit: *quae minus 30 pullos habent.* At omnino nondum habent illae pullos! Igitur locus est vitiosus et lacunosus. Pertinent scilicet huc verba infra sect. 15 posita, ubi vide notam.

Subiecto pulvere) Geoponica XIV, 9: τὸ δὲ σκεῦος ἐφ' οὗ ἡ τροφὴ παρατίθεται βολβίτῳ χλεῖε. ubi certissima emendatione legendum est χρῖε, eodem consilio, quo Varro pulverem subiici vult, Geoponica fimo illini volunt vas, in quo cibus apponitur.

Polentam) Cresc. *primis pullis debet obiici pulvis, ne rostris — dura, eisque milium optimum et lolium et grana minuta tritici satis competunt; sed gallinarum pabula sunt, quibus praecipue delectantur, vermiculi, triticum et fere omnia grana, et praecipue dandum est eis lolium, quod eis competit, et hoc est humano corpori inimicum.* Geoponica XIV, 9: τροφὴν δὲ πρῶτον λαμβάνει ἐπὶ ἡμέρας πεντεκαίδεκα ἄλφιτα μετὰ καρδάμου σπέρματος σὺν οἴνῳ βραχέντα ὕδατι. ὑποθυμιᾶται δὲ καὶ ὁ οἶκος ἑνὶ τῶν ἀποδιωκόντων τὰ ἑρπετά. Columel. *farre ordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre, vino resperso, modice alendi sunt, priusque quam emittantur ad recentem cibum, singuli tentandi, ne quid hesterni habeant in gutture. nam si vacua non est ingluvies, cruditatem significat, abstinerique debent, dum concoquant. — et farina hordeacea pascendi dum corroborentur, cavendumque ne a serpentibus afflentur, quorum odor tam pestileus est, ut interimat universos. id vitatur saepius incenso cornu cervino.* Ex Geoponicis et Columella Pontedera malebat h. l. legi: *farre intrita.* Gesner: *factam intritam* vel ex *aqua — facta intrita.* In Curia sec. Pontedera corrigi volebat: *et aqua aliquanto ante factam et vino.* quae quidem lectio accurate reddit verba Geoponicorum, quae ea h. l. expressa esse videntur; etsi de eo potest dubitari, quia reliqua ibi omittuntur. De Columella magis etiam dubitari potest; qui tamen si respexit h. l. Varronis multo plura olim h. l. scri-

et aqua aliquanto ante facta intrita, ne[q] tum[r] denique[s] in eorum corpore turgescat. aqua prohibendum. Quando[t] de clunibus coeperint habere pinnas, e capite, et[v] e[x] collo eorum crebro[y] eligendi pedes. saepe 14
enim propter eos consenescunt. Circum caveas eorum incendendum cornum[z] cervinum, ne quae[a] serpens accedat: quarum bestiarum ex odore solent interire. Prodigendi[b] in solem et in[c] sterquilinium, ut

hunc enim Cr. (q) *et ne* I. I-G. A (r) *denique tunc* I. B. Br. R. (s) *deinde* H. A. Gr G. (t) *Qua* P. (v) *et* om. P. (x) *e* om. I. B. Br. R. (y) *crebre* Br. (z) *cornu* a. V. *cornum* P. (a) *qua* P. Br. A. (b) *Prodigere deinde solent in* I. B. Br. R. *prodigendae in sole* P. (c) *in* om. A. I. I-G.

pta reperit. Subito nos in loco desperato Crescentius destituit, quod dolendum. Sequentia etiam verba *aqua prohibendum*, a reliquis separata, mihi displicent. Nihil enim ea cautione opus est, ubi caveis pulli includuntur. Quid si olim fuit scriptum: *et ne tum denique — turgescat aqua, prohibendum?* Panem intritum in aquam habet noster cap. 9, 21, hordeum in aqua intritum cap. 10, 6, intritam simpliciter dixit Columella XII, 40, 1, cap. 43, 10, et cap. 55, 1.

Habere pinnas) Lacunam egregie indagavit Vrsinus, qui malebat legi: *quom coeperint habere pinnas, eae de clunibus evellendae*. Sed pinnae in clunibus non nascuntur, sed plumae. Columella: *primis pertractandi sunt plumulae, quae sub cauda clunibus detrahendae, ne stercore coinquinatae durescant et naturalia praecludant*. Infra noster sect. 20 gallinas saginari docet *evulsis ex alis pinnis et e cauda*. Sed unice huc facit locus Columellae VIII, 8, 2 de gallinis farciendis: *pluma omnis e capite et sub alis atque clunibus detergetur; illic, ne pediculum creet, hic, ne stercore loca naturalia exulceret*. Quare h. l. fuisse olim suspicor: *Quando coeperint habere pinnas, de clunibus detergendum stercus, e capite et e collo eorum crebro eligendi pedes. clunes sub cauda* nominat Columella. Scilicet *clunes*, ex graeco κλόνις facti, proprie lumbare os significant, vertebris ut plurimum quinque compositum. Ex Antimacho vocem posuit Pollux II, 178, aliunde Scholia Aeschyli ad Prometh. versu 496. Male Pollux ῥάχιν, rectius Scholiast. ὀσφὺν interpretatur.

Circum) Cresc. *circa caveas gallinarum incendendum est cornu, ne serpens accedat, cuius odore* etc. Ceterum h. l. *ne qua serpens*, legi volebat Th. Bartholinus de Vnicornu cap. 33, monente Gesnero; atque ita est in Polit. libris.

Prodigendi) Crescent. post verba *noceat terra dura* supra sect. 13, ita pergit: *pulli parvi proferendi sunt ad solem et sterquilinium ut in eo volutari possint, quod ita validiores fiunt*. Contra Edd. primae habent: *prodigere deinde solent in sterquilinium ut volutare p*. Vnde Vrsinus malebat: *prodigere solent in sterquilinium, ubi se volutare possint*. Librorum Polit. lectionem *ut volitare possint*. Inepte Victo

se[d] volutare[e] possint, quod ita alibiliores[f] fiunt. neque pullos tantum,[g] sed omne ὀρνιθοβοσκεῖον,[h] cum aestate, tum utique quum tempestas est[i] mollis...... atque[k] in apricum[l] intento supra rete, quod prohibeat eas extra septa evolare,[m] et in eas involare extrinsecus accipitrem, aut quid aliud; evitare[n] item caldorem et frigus,[o] quod utrumque his adversum. Quum iam pinnas habebunt, consuefaciendum, ut unam aut duas sectentur gallinas, ceterae ut potius

(d) *se* om. I. B. R. *volutare possit* omisso *ut* Brusch. (e) *volitare* P. *ut volitare* Codd. Victorii. (f) *alibiliora* I. B. Br. R. (g) *tantum* om. I. B. Br. R. (h) *ornitovostion* I. B. R. *ornithovostion* Br. hie et alibi. (i) Vulgo *sit mollis* A. I. I-G. *est*, *molle*. (k) Ex I. B. Br. R. addidi *in*. (l) *eligi debet* addunt I. I-G. A. (m) *volare* a. V. (n) Ita a. V. qui dedit *evitantem*. (o) *oporrius* tuebatur ex loco Varronis, ubi columbae foetae libero aëre redintegrari dicuntur, quum eierunt in agris. Nam pulli non volitant, nisi raro et volatu humili, nec volatu gallinae delectari nec recreari solent. Scaliger *prodigendum in solem — ut volutare possint* legi volebat. Equidem ex Crescentio lego: *prodigendi in solem et in sterquilinium, ubi volutari possint*. Sed propter sequentia *prodigendum* erat praeferendum, nisi loco suo mota essent.

Alibiliores) Caseum alibilem noster II, 11 dixit sensu longe diverso. In sterquilinio non fiunt pulli alibiliores, sed validiores, motu crebro corpus exercentes. Igitur praefero Crescentii lectionem *validiores*.

Sed omne ὀρνιθοβοσκεῖον) Intellige *prodigendum*. Scilicet nunc demum meminit vestibuli, de quo supra sect. 7: *ante sit, ut dixi, vestibulum septum, in quo diurno tempore esse possint, atque in pulvere volutari*. A quo loco hunc nostrum divulsum esse, manifestum est. De hoc vestibulo Colum. *habere etiam clausam oportet amplum vestibulum, quo prodeat et ubi apricetur, idque sit retibus munitum, ne aquila vel accipiter involet*. De lacuna h. l. non suspicati sunt interpretes, quae tamen est manifesta. Igitur post verba *est mollis* eius signum apposui; et ex Edd. primis dedi *atque in apricum*. Vulgo erat *atque apricum*.

Evitare item) Revocavi antiquam lectionem. In Victoriana *evitantem* haec cum superioribus vitiose copulantur. Nam de pullis haec solis valent. Columella VIII, 5, 19: *Sed et curandum erit, ut tepide habeantur; nam nec calorem nec frigus sustinent*. Vrsinus ex vetere Codice legi volebat: *evitandum calorem*.

Vnam aut duas) Nihil simile reperi in reliquis scriptoribus, nisi quod Columella cap. 5, 7: *pulli autem duarum aut trium avium exclusi, dum adhuc teneri sunt, ad unam quae sit melior nutrix transferri debent. — negant enim hoc ampliorem gregem posse ab una nutriri*: ex qua orationis serie mihi apparere videtur, haec Varro-

ad pariendum sint expeditae, quam in nutricatu occupatae. Incubare oportet incipere secundum novam 16
lunam, quod fere quae ante, pleraque non succedunt. Diebus fere xx excudunt. De quibus villaticis, quoniam vel nimium dictum, brevitate reliqua compensabo. Gallinae rusticae sunt in urbe rarae, nec fere[p] mansuetae sine cavea videntur Romae, similes facie

tet add. A. Iunt. G. (p) *ferae. Man.* I. B. R. Br. (q) *incontaminatae* P. (r)

nis verba esse divulsa a superioribus sect. 13: *Excusos pullos subducendum ex singulis nidis et subiiciendum ei quae habeat paucos; ab eoque si reliqua sint ova pauciora tollenda et subiicienda aliis; quae nondum excuderunt, et minus habent triginta pullos. hoc enim gregem maiorem non faciendum.* Ibi igitur sequi debebant haec verba Varronis, quibus modum adhibere debebant verba: *hoc enim gregem maiorem non faciendum.* Legendum tamen esse censeo: *Antequam pinnas habebunt.* Nam primo quoque die transferendos esse, monet Columella, dum mater suos et alienos propter similitudinem dignoscere non possit. Nihil mutat Crescentius, qui haec verba subiecit superioribus *alibiliores fiunt.*

Quod fere) Crescent. *eo quod plura quae ante incubant non succedunt.* Columella cap. 5, 9, ut luna *crescente a decima usque ad quintam decimam id fiat. Nam et ipsa suppositio per hos fere dies est commodissima, et sic administrandum est, ut rursus, quum excluduntur pulli, luna crescat.* Geopon. XIV, cap. 7: αὐξανομένης τῆς σελήνης ὑποτιθέναι, τουτέστι μετὰ τὴν γέννην ἕως ιδ (i. e. 14) σελήνης. Τὰ δὲ πρὸ νέας σελήνης ὑποτιθέμενα διαφθείρεται.

Fere XX) Supra sect. 10: *bis deni dies opus sunt gallinaceis pullis.* Columella VIII, 5, 10, ter septenos ponit. Plinius 10, c. 54: *Celerius excluduntur calidis diebus. Ideo aestate undevicesimo educunt foetum, hieme vigesimo quinto.*

De quibus villaticis) Vrsinus spurium censebat esse vocabulum *villaticis.* Gesner malebat *De avibus villaticis*; inepte hic quidem. Gallinae enim recte dicuntur villaticae, non aves. Neque enim Latini unquam aves dixerunt eadem notione, qua Graeci κατοικιδίους ὄρνιθας; etsi scio, Columellam cap. 7, 5, ubi de gallinis loquitur, dixisse *maximam quamque avem lautioribus epulis destinare.*

Rusticae sunt in urbe rarae) Salmasius in Solinum p. 105 attagenas, cum Buchnero Gesner phasianos, Schoëttgen tetraonis genus, nostris *Haselhuhn*, intelligi censebant; male omnes. Rusticam gallinam seu rusticulam, romanis scriptoribus dici perdicem griseam, Italiae indigenam, et a Graeca rubra diversam, demonstravi in Comment. ad Friderici II. Reliqua, p. 7, quae huc transferre non est opus. De his, quae difficultatem habent, singulatim videamus; unde patebit, cur rarae dicantur fuisse in urbe.

non his villaticis gallinis nostris, sed Africanis, aspe-
17 ctu ac facie incontaminata.[q] In ornatibus publicis solent poni cum psittacis[r] ac merulis albis, item aliis id genus rebus inusitatis. Neque fere[s] in villis ova ac pullos faciunt, sed in silvis. Ab his gallinis dicitur insula Gallinaria appellata,[t] quae est in mari Thusco[v]

psittacis a. V. (s) *ferae* I. B. R. Br. (t) *appellata* deest I. B. R. Br. (v)

Non his villaticis) Contra Columella cap. 2: *rustica quae non dissimilis villaticae per aucupem decipitur, eaque plurima est in insula, quam in Ligustico mari sitam producto nomine alitis Gallinariam vocarunt.* Igitur Scaliger h. l. interpretabatur: *non solum his villaticis — sed etiam Africanis.* Africanas esse, quas Galli *Poules de Guinée* vorant. Cum Scaligero facit Popma; atque uterque ellipseos huius exempla posuit, non dubia. Equidem acquiescendum puto hac interpretatione; meliorem certe ignoro.

Non his villaticis) *Non hic* Polit. 3 Flor. et Caesen. deinreps *incontaminato et incontaminatae*, ut Vindob. praeterea vocabulum horum sequentibus *in ornatibus* copulant. Vnde locum Ponted. ita constituit: *Galcinae rusticae sunt in urbe rarae nec fere mansuetae sine cavia videntur Romae; similes facie non heic veilaticeis galcineis nostreis sed Africaneis. Aspectu ac facie incontaminatae in ornatibus publiceis solent poni cum psittaceis ac meruleis albeis.* Non coloribus fucatas, ut pleraque, quae exponebantur in publicum, sed per se utpote pulcherrimas fuisse spectatas; contra struthiocamelos, quia indecori sunt, minio pictos munere Cirrensi exhibet Gordianorum vita. Miniatum Iovem novi; verum struthiocamelos miniatos et alias aves haud scio an monstroso seculo et genio imperatorum tantum debeamus.

Incontaminatae) Verba antea posita *aspectu et facie*, aliena et spuria censebat Scaliger; et deinreps corrigebat: *in conto miniato in ornatibus* etc. Nam quaecunque populo exhibebantur olim, miniari solita fuisse ait. Ita esse in vita Gordianorum: *Struthiocameli mauri miniati exhibiti munere Circensi.* Popma malebat: *aspectu ac falce in cono amentata.* monstrosa lectione, quam de Africanarum galea et cono interpretabatur homo ineptus, qui, quae dicatur rustica, plane ignorabat. Scaliger ait, veteres Editiones habere *contaminata*. Nihil varietatis annotavit Gesner, nisi *incontaminatae* ex Pol. libris. Faciem et aspectum in Africanis rontaminatam debemus interpretari de galea et palea rubra vel coerulea, qua rusticae caput et facies carent. Sed lectionem vix satis sanam esse puto. Indigenam rusticam Italiae satis manifesto loquitur Varronis locus; igitur non satis intelligi potest, cur in ornatibus publicis posita fuisse dicatur cum peregrinis avibus. Locum etiam hunc, ut tot alios huius capitis, lacunosum esse suspiror, et de perdire graeca et rubra quaedam excidisse; eamque in ornatihus publiris expositam fuisse puto, non vulgarem griseam seu rusticam.

Appellata) Verbum hoc omittunt Edd. primae et abesse voluit Vrsinus.

In mari Pontedera ex Charisio admonet, Varronem direre solitum esse

secundum Italiam contra montes Ligusticos,[x] Intemelium,[y] Albium Ingaunum. alii[z] ab his villaticis invectis a nautis ibi feris factis procreatis. Gallinae Africanae sunt grandes, variae, gibberae,[a] quas μελεαγρίδας[b]

tusco P. (x) *liguscos* P. et Codices Vrsini. (y) *intiminium ablumingaunum* P. *Intiminium*, *Album*, *Ingaunum* ex libris suis laudat Victorius. *vintimilium albuningavium* I. B. R. Br. *vintimillium albingaunium* A. I. I-G. (z) *aliis* I. B. R. Br. (a) *gilberiae* I. B. R. Br. (b) *meleagridas* P. *meleagrides* I. B. R.

in marc. et ex libro Pol. *Tusco* restituit. Gallinariam silvam habet Cicero ad Divers. Epist. IX, 23. Haec Gallinaria pinus Iuvenali III, 307, latronibus infesta.

Albium) Vrsinus legebat: *Vintimilium Albingaunium a villaticis invectis.* Victorius, lectione *Vintimilium* damnata, praeferebat *Intemelium* ex Strabone et Coelii epistola ad Ciceronem. Deinde emendabat *Albingaunium.* Vrsinus ex Ptolemaeo Ἄλβιον ἰντεμέλιον, ex Tacito *Albintimilium*, ex Strabone et Plinio *Albium Intemelium* apposuit. Apud Plinium III, c. 5, *Album Ingaunum*, apud Melam II, 4, 99, *Albingaunum* et *Albigaunum* scribi monuit Schoëttgen. Equidem totum h. l. misere luxatum esse censeo, et nomina haec urbium ab aliena manu locoque alieno inserta esse. Quid enim opus erat post Italiam et montes Ligusticos Italiae adversos nominatos iterum Italiae oppida duo inculcare lectoribus? Hodie oppida *Vintimiglia* et *Albenga*, insula ipsa *Isola d' Albengo* audit.

Aliis) Vrsinus post oppidorum nomina ita orationem continuat *a villaticis invectis.* Edd. primae habent *aliis*, quae lectio ferri non potest. Vulgatam si sanam censeas, ita interpretari oportet: alii dicunt, non a rusticis gallinis appellatam esse insulam gallinariam, sed ab his villaticis invectis a nautis ibi feris factis.

Procreatis) Molestum h. l. vocabulum, etiamsi copulam interseras. Columella hanc alteram rationem plane omisit. Optime I. Fr. Gronuv. *procreatas volunt* corrigit.

Gibberae) Supra II, 5, 7, *gibberi spina* est, sed loco dubio. Plinus 10, c. 26: *Simili modo pugnant Meleagrides in Boeotia. Africae hoc est gallinarum genus gibberum, variis sparsum plumis: quae novissimae sunt peregrinarum avium in mensas receptae propter ingratum virus.* Gibberum dicitur, quicquid partem aliquam exstantem habet, non solum in dorso, sed etiam in capite, ut meleagrides. Varro apud Nonium p. 219: *tragici prodeunt capite gibbero.*

Quas meleagridas) Scaliger, errore sui seculi ablatus, statuebat genere diversas meleagrides ab Africanis, basque esse gallinas Guincenses, illas vero gallinas indicas vulgo dictas (*poules d'Inde*). Itaque Varronis verba ita distinguebat: *gibberae. Quas μελεαγρίδας appellant Graeci, hae novissimae* etc. Quem errorem satis refellit locus Plinii, supra positus. Fateor equidem, Columellam Africanam gallinam seu Numidicam distinguere a meleagride, sed solo cristae et paleae colore, in ceteris similem utramque esse affirmat. Scaligeri correctionem reiecit etiam Salmasius ad Solin. pag. 611. Varronem tamen ipsum erroris accusans. Quae contra

appellant Graeci. Hae[c] novissimae in triclinium ga-
nearium[d] introierunt e culina, propter fastidium
19 hominum. Veneunt[e] propter penuriam magno. De
tribus generibus gallinae saginantur maxime villaticae.
eas includunt in locum tepidum et angustum et tene-
bricosum,[f] quod motus earum[g] et lux pinguitudini[h]
inimica, ad hanc rem electis maximis gallinis, nec
continuo his, quas Melicas appellant falso, quod an-
tiqui ut Thetin Thelim[i] dicebant, sic Medicam Me-

Br. (c) *Haec* P. (d) *genanium* P. quod etiam ex libris suis laudat Victorius. *genavium* I. B. R. Br. (e) *Vaeuerunt* Herv. (f) *tenebrosum* A. I. I- G. (g) *eorum* Br. (h) *pinguitudinis vindicta* Pol. Ryck. et Codd. Victorii. Deinceps *electis ad hanc rem* Ald. (i) *thelim* deest I. B. R. Br. (k) *medica*

Scaligerum disputavit Iustus Fontaninus in Explic. Achatis Isiaci anularis, eiusque libri censor in Act. Erud. 1730, p. 182, non digna sunt, quae huc referantur. Recte vero hoc unum vidit Gesner, meleagrides nullo rerum argumento convenire cum gallinis istis, quas Indicas vel Calecuticas hodie vocamus. Ad Columellae locum VIII, 2, 2, de genere hoc avium accurate disputabo. Interim vide quae post viros doctos Pallas et Pennant, de eo disputavit Ioan. Becmann in Symbolis ad Histor. Inventorum Vol. III, P. II, p. 239.

Ganearium) Hoc ex lectione librorum effecit Victorius. Ex illa lectione *genavium* Turnebus 19, 28 corrigebat *coenae avium*; Scaliger *genianum*, laudatis ex Gellio XIX, 13, Helvii Cinnae *genianis salictis*. Pontedera *alienigenarum*, quod Plinium putabat reddidisse vocabulo *peregrinarum*. Quae postrema ratio mihi maxime omnium probatur.

Inimica) Quod in libris Polit. Victorii et Ryck. est *vindicta*, in suo etiam Codice repertum Vrsinus mutabat in *interdicta*.

Tenebricosum) Ita in libris suis scriptis omnibus esse pro *tenebrosum* testatur Victorius, qui Varronis *specum tenebricosum* ex Nonio affert. Tenebricosam famem Pacuvii in Duloreste expressam esse, ex Aeschyleo Agamemnone: ὁ δυσφιλὴς σκότῳ λοιμὸς σύνοικος monet Scalig. Seneca Epist. 122: *Aves quae conviviis comparantur, ut immotae facile pinguescant, in obscuro continentur; ita sine ulla exercitatione iacentibus tumor pigrum corpus invadit, et super membra iners sagina succrescit.*

Inimica) Librorum scriptorum lectionem *pinguitudinis vindicta* defendebat Turnebus 19, 28, et Scaliger, hic quidem rectius interpretatus ἀφαιρεσιν. Atque ita in XII Tabulis *vindicare* dici monet pro eo, quod Solon dixerat ἐξερεῖν. Adstipulatur Scaligero etiam Pontedera.

Thelim) Scalig. comparabat *Equiselin* pro equisetin dictam, *lacrumae* pro dacrumae, Dautia, Lautia, Cassida, Cassila, ἀδακρυς, alacris, Impedimenta, Implimenta, Ὀδυσσεύς, Vlysses; Gesner addebat ancile, incile ab incidendo, *olere* ab ὄδωδα du-

licam vocabant. Hae primo dicebantur, quia ex Media[k] propter magnitudinem erant allatae, quaeque ex iis[l] generatae postea propter similitudinem amplae omnes.[m] Ex iis[n] evulsis ex[o] alis pinnis et e[p] cauda farciunt turundis ordeaceis; partim admixtis ex farina loliacea,[q] aut semine lini ex aqua dulci. Bis die ci-

I. B. Br. R. (l) *his* Br. A. (m) vulgo. *magnitudinem. Amplas omnes ex iis.* (n) *his* Br. A. (o) *ex* om. P. *et* Br. (p) *e* om. I. B. Br. R. A. (q)

tum. A melica factum *melca* et *melga*, qua voce utuntur medii aevi scriptores.

Amplae omnes) Egregiam Vrsini emendationem sententia postulante substitui vulgatae: *similitudinem Amplas omnes ex iis.* Retinui tamen ex vulgata verba *ex iis*, quae ille mutabat in *Eas.* Columella etiam amplissimam et maximam quamque gallinam vult farturae destinari cap. 7.

Evulsis) Columella l. c. Pluma omnis e capite et sub alis atque clunibus detergetur: illic, ne pediculum creet; hic, ne stercore loca naturalia exulceret. Geoponica XIV, 7: *Λιπαίνονται δὲ μάλιστα καὶ παχύταται ἐν οἴκῳ σκοτεινῷ καὶ θερμῷ τρεφόμεναι τῶν ὠκυπτέρων ἐκτιλλομένων.* Scilicet alarum pinnae evelluntur, ne avis volandi desiderium et conatum retineat inclusa. Sed caudae pinnae cur detrahendae sint, non video, nisi quod plumulas clunibus demere interest, ne stercore compactae anum occludant. Scilicet Columella ita vult includi gallinam saginandam, ut per alterum foramen caveae caput, per alterum cauda clunesque exserantur. Ita pennae etiam caudae conspurcantur quidem facile, sed plumae compactae clunium magis nocent. Vitiosum igitur censeo h. l. esse.

Turundis) Esse quae graece *μᾶζαι*, alibi etiam a medicis *βάλανοι* seu pessi dicantur, contra Turnebum monet ad h. l. Scaliger. Offas vocat Columella.

Partim) i. e. alii, recte monente Vrsino. Geoponica post verba supra posita: *προσφερομένης τε τροφῆς ἀλεύρων κριθίνων ὕδατι φυραθέντων. ἄλλοι δὲ κριθῶν καὶ αἴρας ἀλεύρῳ χρῶνται, ἢ κριθῶν καὶ λινοσπέρμου μετὰ ὠμῆς λύσεως, οἱ δὲ καὶ ἀλφίτων μιγνύουσιν, ἔνιοι τούτοις καὶ οἶνον προσχέουσιν. Τινὲς ἄρτον σίτινον εἰς οἶνον καλὸν διαβρέχοντες διδόασιν· οἱ πλεῖστοι δὲ κέγχρῳ τρέφουσι.* Columella: *cibus autem praebetur hordeacea farina, quae cum est aqua conspersa et subacta, formantur offae — eae tamen primis diebus parcius dari debent, dum plus concoquere consuescant — neque antea recens admovenda est, quam tentato gutture apparuerit nihil veteris escae remansisse. — Illi qui non solum opimas volunt, sed etiam teneras aves efficere, mulsea recente aqua praedicti generis farinam conspergunt, — nonnulli tribus aquae partibus unam boni vini miscent, madefactoque triticeo pane obesant avem, quae prima luna saginari coepta vigesima pergliscit.*

Aqua dulci) Geoponica interpretantur *μετὰ ὠμῆς λύσεως*. Ead. XVIII, c. 19, *ὠμὴν λύσιν* interpretatur farinam ex hordeo non torrefacto. Scilicet polenta, graece *ἄλφιτα*, fiebat ex hordeo tosto. Contra *ὠμὴ λύσις* pro-

bum dant, observantes ex quibusdam signis, ut prior sit concoctus, quam secundum dent. Dato cibo, quum[r] perpurgarunt[s] caput, ne quos habeant[t] pedes, rursus eas concludunt. Hoc faciunt usque ad dies xxv. tunc[v]
21 denique pingues fiunt. Quidam et[x] triticeo pane intrito in aquam mixto vino bono et[y] odorato farciunt, ita ut diebus xx pingues reddant ac teneras. Si in farciendo nimio cibo fastidiunt, remittendum in datione pro portione, sicut[z] decem primis processit,[a] in posterioribus ut diminuant[b] eadem ratione, ut vigesimus dies et primus sit par.[c] Eodem modo palumbes farciunt,[d] ac reddunt pingues.

lolleacea P. *loliaca* Br. (r) *quam* P. *tum* A. I. I-G. (s) *perpurgant* A. V. (t) *habeut* I. B. Br. R. (v) *Tum* a. V. (x) Ita pro *ex* P. (y) *et* om. I. B. Br. R. (z) Ita pro *ac* I. B. Br. R. A. I. I-G. (a) *praecessit* I. B. Br. R. (b) Ita pro *diminuat* I. B. Br. R. *deminuant* P. recte! (c) *pari* P. (d) *faciunt* I. B. R.

prie quidem farinam hordeaceam ex hordeo non tosto significat, sed deinde etiam quamcunque farinam crudam citra ullius liquoris admixtionem; nam liquor addendus speciatim ubique significatur, aut si non exprimitur, aqua fere simplex calida addenda intelligitur, aut aqua mulsa, ut egregie docuit Cornarius ad Galenum Compos. Medic. sec. loca p. 343 et 460. Itaque vides, ὠμὴν λύσιν h. l. esse Varronis aquam dulcem, et Columellae aquam mulseam.

Quam secundum) Malim *antequam secundum*.

Perpurgarunt) sibi gallinae: Columella: *cum satiata est avis, paululum deposita cavea dimittitur, sed ita, ne vagetur, sed potius, si quid est, quod eam stimulet aut mordeat, rostro persequatur.*

Diminuant) Columella: *Sed si fastidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot iam farturae processerint, ita tamen, ne tempus omne opimandi quintam et vigesimam lunam superveniat.*

Sicut decem primis processit) Postremam formam esse pro *processerit*, monuerunt Scaliger et Vrsinus, de reliquis verbis securi, etsi Vrsinus comparavit locum Columellae. Edd. primae omnes habent: *sicut decem primis processit.* quam lectionem revocavi. Vulgo enim pessime edebatur: in *datione, pro portione, ac decem — processit, in posterioribus, ut diminuat.* Distinctionem etiam correxi, et edd. primarum lectionem *diminuant* recepi. Possis etiam *diminuatur* legere. Sed omnino ex Polit. *deminuant* legi debet; quae forma alteri saepissime substituta fuit.

Sit par) Aut cum Pol. libro legendum *pari*, sc. ratione, aut *sint pares.*

X. Transi, inquit Axius, nunc in illud genus, quod[a] vos philograeci vocatis ἀμφίβιον, quod non est ulla villa ac terra contentum, sed requirit piscinas, in[b] quibus ubi anseres aluntur, nomine χηνοβοσκεῖον appellatis. Horum greges Scipio Metellus, et M. Seius habent magnos aliquot. Merula, Seius, inquit, ita greges comparavit anserum, ut hos quinque gradus observaret, quos in gallinis dixi. Hi sunt de genere, de foetura, de ovis, de pullis, de sagina. Primum iu- 2
bebat servum in legendo observare, ut essent ampli et albi, quod plerumque pullos similes sui faciunt. Est enim alterum genus varium, quod ferum vocatur, nec cum iis libenter congregatur,[c] nec[d] aeque fit mansuetum.[e] Anseribus ad admittendum[f] tempus est aptis- 3

Cap. X. (a) Verba: *quod vos...amphibium* pos. post *piscinas* I. B. R. Br. (b) *quas quia ibi* A. Iunt. G. (c) *congregantur* P. *cum his* Br. A. et ante *plerumque*. (d) *nec non* I. B. R. Br. (e) *inconsuetus* I. B. R. Br. *mansuetus* P. A. I. I-G. (f) *admittendum his* P. I. B. Br. R. *admittendum iis* ex libris suis laudat Victorius. Ex alio Codice Vrsinus affert *anseribus ad admittendum iis. ad admittendum* A. I. I-G. Victorius edidit ex correctione sua:

Cap. X. *Vlla villa*) Vrsinus *sola*, Gesner *una* corrigebat; rectius quidem hic et probabilius.

Scipio Metellus) De quo III, 2, 16. Est P. Scipio Nasica, Publii ex Licinia Crassi filius, adoptatus a Metello Pio, unde Q. Caecilius Metellus Pius Scipio dicitur. Vide Indicem Ciceronianum.

De pullis) Deinceps addit Brusch. *de anseribus*.

Varium) Columella VIII, 14: *ut mares feminaeque quam amplissimi corporis et albi coloris eligantur, nam est aliud genus varium, quod a fero mitigatum domesticum factum est, id neque aeque foecundum est nec tam pretiosum; propter quod minime nutriendum;* qui locus vitium huius nostri arguit. Edd. primae habent, *nec non aeque fit inconsuetus.* unde Pontedera malebat: *nec non aquae fit inconsuetum*, atque ita esse ait in Codice Veneto. Vtinam interpretationem addidisset!

Ad admittendum) Veterem lectionem librorum scriptorum *admittendum iis* ex Columella correxit Victorius. Ita vero ille: *Anseribus admittendis tempus aptissimum est a bruma: mox ad pariendum et ad incubandum a Calendis Februariis vel Martiis usque ad solstitium.* ubi libri Polit. et Sangerm. habent *anseribus ad admittendum*; deinde alii libri omittunt verba *Februariis vel.* Vnde apparet, temere antiquam lectionem h. l. fuisse a Victorio mutatam.

simum[g] a bruma: ad pariendum et incubandum a[h] Kalendis Martii usque ad solstitium. Saliunt fere in aqua, dein[i] merguntur in flumine[k] aut piscina. Singulae non plus quam ter[l] in anno pariunt. Singulis ubi pariant,[m] faciundum haras quadratas circum binos pedes, et semipedem; eas[n] substernendum palea. Notandum earum ova aliquo signo, quod aliena non excudunt. Ad incubandum supponunt plerumque[o] IX

anseribus admittendis. (g) *idoneum* I. I-G. Br. (h) *a Cal. Martii* desunt I. B. R. Br. (i) Vulgo *immgentur in flumen aut piscinam.* P. *immerguentur* I. B. Br. R. *merguntur* A. I. I-G. *dum se mergunt.* Victorius in libris suis *immgentur* reperit. (k) Ita Pol. 2. Ceterum *inigentur* Anonymus in margine Iuntinae. Commelinianam sequitur etiam Buchner Epist. (l) Vulgo *quater.* (m) *pariunt* a. V. (n) *Eis* a. V. (o) *plerique* I. B. R. Br. *plerunque* Ald.

. Merguntur) Columella: *Ineunt autem non insistentes humi: nam fere in flumine aut piscinis id faciunt. singulaeque ter anno pariunt, si prohibeantur foetus suos excludere.* Aristoteles H. A. VI, 2: οἱ χῆνες ὀχευθέντες κατακολυμβῶσι. Plinius 10, 79: *Anseres in aqua coeunt, pariunt vere, aut si bruma coiere, post solstitium, quadraginta prope: Bis anno, si priorem foetum gallinae excludant; alias plurima ova XVI, paucissima VII.* Geoponica: ᾠοτοκοῦσι τρίτον τοῦ ἔτους ἕως δύω καὶ δέκα, ἔσθ' ὅτε καὶ πλείονα. In Plinio Codices Pintiani habent: *quadragesimo prope.* quae verba unde sint ducta, ignoratur. Hoc nostro in loco Victorianum *immgentur* dedit etiam Gesner. *Inigentur* malebat Turnebus 19, 28: *iniguntur* Scaliger; *exiu unguntur* Pontedera, comparato etiam loco Aristotelis; *Inigentur igitur* Buchner Epist. P. II, p. 512. Equidem posui eam lectionem, quam fere habent Edd. primae, et rerum natura confirmat. Praeter locum Aristotelis, de cycno testis est auctor de rerum natura apud Vincentium 16, cap. 50: *post coitum frequenti caudae motu et rostri se aquis immergens purificat.* Albertus M. p. 233 b. *post coitum sicut et caeterae aves aquaticae, immergunt se aquis tam mas, quam femina.* Vide etiam Comment. ad Friderici II. Reliqua p. 16.

Quam ter) Ita pro *quater* legendum esse, monuit cum Vrsino Pintianus ad Plinium. Vrsinum sequitur Popma.

Circum pedes binos) Columella VIII, 14 singulis haris pedes ternos quoquo versus tribuit. Gesner *circiter* malebat legi; inepte. Voluit Varro dicere quoquo versus.

Substernendum) Columella: *cellas, in quibus incubitant, siccissimas esse oportet, substratasque habere paleas, vel si eae non sunt, gratissimum quoque foenum.*

Aliena non) Columella: *Sed novissimo foetu cum volumus ipsas incubare, notandi erunt uniuscuiusque partus, ut suis matribus subiiciantur: quoniam negatur anser aliena excludere ova, nisi subiecta sua quoque habuerit.* Cum Varrone etiam Geoponica XIV, 22 quem locum iam olim comparavit Victorius.

Supponunt) Geoponica: δεῖ δὲ ὑπο-

aut XI. qui hoc minus, VII:[p] qui hoc plus, XV.[q] Incubat tempestatibus dies XXX, tepidioribus XXV. Quum 4 excudit, quinque diebus primis patiuntur esse cum matre. deinde quotidie serenum quum est, producunt in prata, item[r] piscinas, aut paludes: iisque[s] faciunt haras supra terram aut subtus, in quas[t] non inducant[v] plus vicenos pullos. easque cellas[x] provident,[y] ne habeant in solo[z] humorem, et[a] ut[b] molle habeant substramen e palea,[c] aliave qua re, neve qua[d] eo accedere possint[e] mustelae,[f] aliaeve bestiae,[g] quae noceant. Anseres pascunt in humidis locis, ubi[h] pa- 5

(p) *quinque* I. B. Br. R. (q) *viginti quinque* I. B. Br. R. (r) *in piscinas* I. B. R. Iunt-*pratis iuxta piscinas* A. Ba. G. *in piscinas vel.* Br. *et pisc.* Cresc. (s) *eis* Br. *hisque* Ald. *aras eis fac. supra terram, iu qua non iuducant* Cr. (t) *quae* I. B. Br. R. P. Vulgo *queis.* (v) *inducant* P. Cr. Vulgo *includant.* (x) *aras* Cr. (y) *provideant* Cr. (z) *iu solo* om. Cr. (a) *sed* I. I-G. A. (b) *ut* om. a. V. Cr. (c) *ex palea* Cr. *palia* H. A. (d) *qua* om. I. I-G. A. *Studendum est ne accedere ad eos possint must. nec aliae bestiolae* Cr. ubi antiqua mea: *palea alba qua re ueve accidere.* (e) *possit* I. B. Br. R. (f) *mustela* I. B. Br. R. (g) *quae bestiae* I. B. Br. R. (h) *et* I. B. Br. R. (i)

τιθέναι ὠὰ ἕως τῶν θ ἢ τὸ μήκιστον ιά, μὴ ἔλαττον δὲ θ. ἐπωάζει ἐπιπολὺ ἡμέρας κθ. ψύχους δὲ ὄντος ἡμέρας λ. Columella: *Supponuntur autem gallinis huius generis ova sicut pavonia, plurima quinque, paucissima tria: ipsis autem anseribus paucissima VII, plurima XV. — pullis formandis excudendisque triginta diebus opus est, cum sunt frigora; nam tepidis XXV satis sunt.*

Quinque diebus) Columella: *decem primis diebus pascitur in hara clausus cum matre, postea cum serenitas permittit, producitur in prata et ad piscinas.* Totidem ponunt cum Palladio Geoponica; igitur Varronis locum corrigebat Vrsinus

In quas) Ita cum Vrsino scripsi pro *in queis.* Libri Victorii *in quae,* Cresc. *in qua.*

Inducant) Ita dedi ex Pol. et Cresc. pro *includant*, probante etiam Pontedera; quamvis Victorius lectionem nostram non sit ausus recipere, quoniam infra Varro: *quum autem sunt inclusi in haras, aut speluncas ut dixi:* unde h. l. pro *subtus* forte legendum est *specus.* Columella: *pullos autem non expedit plures in singulas haras quam vicenos adiici* (vel *adigi*) *nec rursus omnino cum maioribus includi, quoniam validior enecat infirmum. Cellas, in quibus incubant, siccissimas esse oportet, substratasque habere paleas, vel, si eae non sunt, gratissimum quoque foenum.* ubi alii libri habent *crassissimum quodque.* Vrsinus malebat *aridissimum quodque.* Sed praestaret ex h. l. legere *mollissimum quodque.*

Vbi pabulum serunt) Ex Edd. primis

bulum serunt, quod aliquem fructum ferat,[k] seruntque[l] his herbam, quae vocatur seris,[l] quod ea aqua tacta, etiam quum est arida, fit viridis. Folia eius decerpentes dant, ne si eo inegerint[m] ubi nascitur, aut obterendo perdant, aut ipsi cruditate pereant. voraces enim sunt natura. quo temperandum iis,[n] qui propter cupiditatem saepe in pascendo, si radicem prenderunt,[o] quam educere velint e terra, abrumpunt[p] collum. perimbecillum[q] enim id, ut caput molle. Si

ferant P. (k) *feruntque* I. B. Br. R. (l) *heris* I. B. Br. R. (m) *iniecerint* I. B. Br. R. *inecerint* libri Victorii. *comederint, ubi* I. I-G. A. (n) *his* Br. (o) *prenderint* I. B. Br. R. A. (p) *obrumpunt* I. I-G. A. (q) *Per imbecill.*

scribi voluit Ponledera, *et pabulum*, quoniam auctore Columella seu potius Palladio sata omnia anseres et morsu laedant et stercore polluant. Igitur ibi nullum posse fructum percipi, ubi anseres pascantur. At vero Columella cap. 13: *sicubi flumen aut lacus est, herbaeque copia, nec minus iuxta satae fruges, id quoque genus nutriendum est.* Contra tamen Palladius I, 30: *anser nec sine herba, nec sine aqua facile sustinetur. locis consitis inimicus est, quia sata et morsu laedit et stercore polluit.* Scilicet in Columella lectio antiqua *nec nimis iuxta* restitui debebat. Varro tamen cum Columella non pugnat, hoc quidem in loco. Ita enim Columella cap. 14: *palustris quoque sed herbidus ager destinetur, atque alia pabula conserantur, ut vicia, trifolium, foenum graecum, sed praecipue genus intubi, quod Graeci σέριν appellant.* In haec igitur pabula sunt prodigendi anseres; ita vero satis non nocent. Pabulum igitur, quod fructum aliquem ferat, Varro dicit viciam et reliqua legumina, a Columella nominata.

Seruntque his) Vrsinus malebat: *sed praecipue herbam.* Ex *sed* factum putat esse *serunt. ferant* Polit. Vind. deinceps *feruntque* Edd. pr. cum Pol. Vnde Pont. coniiciebat: *ferat, plerumque heis herbam q. v. s. q. e. a. tacta, etiam quom e. a. f. viridis, folia eius decerpentes dant ne.*

Decerpentes) Columella: *cavendum est — ne esuriens mittatur in pascuum, sed ante concisis intubis vel lactucae foliis saturetur: nam si adhuc parum firmus et indigens ciborum pervenit in pascuum, fruticibus aut solidioribus herbis obluctatur ita pertinaciter, ut collum obrumpat.* Vides, Columellam in Varrone legisse *fruticem*, non *radicem*. Sed Plinius X, s. 79: *quando apprehensa radice morsu saepe conantes avellere ante colla sua abrumpunt.* In Columella et Varrone Gesner praeferebat *obrumpant*, quod habent h. l. Editiones aliquae. Etiam in Palladio I, 19, 1 pro *abrumpi rimis*, Codices alii rectius *obrumpi* habent. In Flori Prologo I, 3, Vinetus ex manuscriptis dedit *obrumpit* pro *abrumpit*. Scilicet collum proprie non rumpitur, sed luxatur. Ceterum haec verba de pullis intelligenda esse patet; priora de adultis

haec herba non est, dandum ordeum, aut frumentum aliud. Quum est tempus farraginis, dandum ut in 6 seri[r] dixi. Quum incubant, ordeum iis[s] intritum in aqua apponendum. Pullis primum biduo polenta, aut ordeum apponitur, tribus proximis nasturtium viride consectum[t] minutatim ex aqua in vas aliquod. Quum autem sunt inclusi in haras, aut speluncas, ut dixi, victui[v] obiiciunt his polentam ordeaceam, aut farraginem, herbamve teneram aliquam concisam. Ad 7 saginandum eligunt pullos quatuor sexve[x] menses qui

divisim H. A. (r) *suprascriptis* I. B. Br. R. *seni* P. 1. *fetu anseri* P. 2. *satu seris* I. I. G. A. (s) *his* Br. A. (t) *confectum* Hervag. (v) *ad cibum* I. B. Br. R. *vicini* P. (x) Vulgo *circiter sexquimense*. Edd. I. B. Br. R. *sexqui-*

anseribus; sine dubio a librariis turbata et e locis suis disiecta.

Dandum ordeum) Columella de pullis: *milium quoque aut etiam triticum mistum cum aqua recte praebetur. atque ubi se paulum confirmavit, in gregem compellitur coaequalium, et ordeo alitur, quod et matricibus praebere non inutile est. — Sunt, qui ordeum maceratum incubantibus opponant, neo patiantur matrices saepius nidum relinquere; deinde pullis exclusis primis quinque diebus polentam, vel maceratum far sicut pavonibus obiiciunt. Nonnulli etiam viride nasturtium, consectum minutatim, cum aqua praebent, eaque eis est esca iucundissima.*

Vt inseri dixi) Mire haec variant libri scripti. Edd. primae *ut in supra scriptis*. Aliae *ut in satu seris*. Liber prior Polit. *ut in seni dixi*; alter *ut in feta anseri*. Vitium aliquod grave latere, manifestum est; nec vulgata placet. Farraginem nunc dicit, quod antea pabulum, viciam, trifolium, foenum graecum.

Biduo polenta aut ordeum) Columella primis quinque diebus polentam vel maceratum far sicut pavonibus obiicit. Vbi pro *maceratum far* Polit. liber *caratum farris*, Sangerm. *carata farri* habent. Ordeum nudum vel maceratum istius aetatis pullis nemo sanus apponet in cibo; quare h. l. malim *ordeaceum far*. Dicitur enim far de frumento minutim molito seu fracto, ut alibi doceo. Adde, quod Varro paulo post: *cum sunt inclusi in haras aut speluncas, ut dixi, victui obiiciunt his polentam ordeaceam aut farraginem herbamve teneram aliquam concisam*. Manifestum igitur esse hinc puto, totum hunc locum misere discerptum et disiectum fuisse a librariis. Geoponica: *ἅμα δὲ τῷ προελθεῖν τὰ νεόττια ἀπὸ τῶν ὠῶν, ἄλφιτα καὶ σῖτος διαβραχεὶς διδόσθω εἰς τροφὴν καὶ κάρδαμον χλωρόν.*

Quatuor sexve menses-nati) Licentiam emendandi lectores intelligentes facile condonabunt rerum veritati et naturae. Vulgo erat: *circiter sex qui mense qui sunt nata*. Edd. primae habent: *sex qui menses — nati*. unde efficiebat Vrsinus: *sesqui menses*. Sed ista aetate nemo pullos anserinos sa-

sunt[y] nati.[z] eos includunt in saginario ibique polentam, et pollinem aqua madefacta[a] dant cibum,[b] ita ut ter die[c] saturent. secundum cibum large ut bibant faciunt potestatem. sic curati circiter duobus mensibus fiunt pingues.[d] Quotiescumque sumserunt, locus solet purgari: quod ipsi[e] amant[f] locum purum, neque ipsi[g] ullum, ubi fuerint,[h] relinquunt purum.

XI. Qui autem volunt greges[a] anatium[b] habere, ac constituere *νησσοτροφεῖον*,[c] primum locum, cui[d] est

menses. (y) *sint* I. I-G. A. (z) Ita pro *natu* a. V. (a) *madefactam* I. B. R. Br. (b) *cibum* om. Codex Vrsini. (c) Vulgo est *per dies. per de* Ryck. *perinde se saturent* A. I. I.G. (d) *pingues quotcumque* I.I-G. A. (e) *ipsae* I.B. Br. R. cum libris Victorii, qui bis ita habent. (f) *ament* a. V. (g) *ipsae* Br. (h) *fuerunt* I.B. Br.R.

Cap. XI. (a) *gregem* I. B. Br. R. (b) *anatum* a. V. *et const.* Br. A. (c) *nessotrophion* I. B. Br. R. *νεοσσοτροφεῖον* reliq. Vrsinus ex Codice *νησοτροφεῖον* ex aliis *nesotrophium* laudat. (d) *quis* vel *queis* a. V. *qui* P. (e) *vulginat.* Columella: *mox ubi quatuor mensium facti sunt, farturae maximus quisque destinatur.* Ita etiam Palladius, quae loca satis comprobant emendationem meam. Graeci iecinoris ficati magnitudinem spectantes anseres eliguot, bimos et ultra natos Geoponica XIV, 22, *Herbilis anser,* teste Festo, dicebatur *herba pastus, qui gracilior est, quam frumento altus.* ubi Scaliger laudat Lucilii versum, *anseris herbilis virus.* Ceterum anserem Isidi et Osiridi sacrificabaut Aegyptii et Romani, testibus Ovidio Fastor. I, 457, Iuvenali VI, 540. Actius Cassius ad Tiberium apud Charisium: *Sic est contra Aegyptiis maximum sacrificium ubi integrum anserem adoleverunt.* Isidi par anserum sacrificat auctor Epigr. in Analectis Brunckii T. II, p. 244.

Aqua madefacta) Columella: *praeter polentam et pollinem ter die nihil sane aliud dari necesse est, dummodo large bibendi potestas fiat, nec vagandi facultas detur — hoc modo duobus mensibus pinguescunt, et ea propter etiam tenerrima pullities saepe XL diebus redditur opima.* ubi ex Palladio legendum est: *pinguescunt etiam maiores. nam tenerrima pullities saepe triginta diebus redditur opima.*

Ter die) Vulgatum *per dies.* quomodo varient libri scripti et editi, supra annotatum reperies. Vrs. emendatiooem interim dedi; ipse malim *ter in die saturent.* quo ducit varia lectio: *perinde se saturent.* Vrsinus etiam malebat *se saturent.* Popma corrigebal mecum *ter in die saturent.* Geoponica: ἐσθίουσι δὲ τρίτον τῆς ἡμέρας καὶ περὶ μέσην νύκτα, πίνουσι δὲ δαψιλῶς. Palladius: *Graeci — tribus per diem vicibus potu adiuvant, media quoque nocte aquam ministrant.* quae vix sana sunt.

Sumserunt) Intelligo cibum, monente etiam Victorio. Aldina hoc verbo sententiam concludit, et deinceps novam exorditur; male!

facultas, eligere oportet palustrem, quod eo maxime delectantur. si id non, potissimum ibi, ubi sit naturalis aut lacus, aut stagnum, aut manufacta piscina, quo gradatim descendere possint. Septum altum esse 2 oportet ubi versentur, ad pedes xv, ut vidistis ad villam[e] Sei, quod uno ostio claudatur. circum totum parietem intrinsecus crepido lata, in qua secundum parietem sint[f] tecta cubilia: ante eas[g] vestibulum earum[h] exaequatum tectorio opere testacco.[i] In co perpetua canalis, in quam et cibus ponitur iis[k] et immittitur aqua. sic enim cibum capiunt. Omnes parietes 3 tectorio levigantur, ne faeles,[l] aliave quae bestia introire ad nocendum possit, idque[m] septum totum[n] rete[o] grandibus maculis integitur, ne eo involare aquila possit, neve ex[p] ea evolare anas. Pabulum iis datur triticum, ordeum, vinacci uvae. nonnunquam etiam ex aqua cammari,[q] et quaedam eiusmodi[r] aquatilia.

lam. Sit quod et cel. I. B. Br. R. (f) *sunt* I. B. R. Br. (g) *ea* I. I-G. A. (h) *earum* abest I. I-G. A. (i) *testato* P. (k) *iis* deest I. I-G. A. *in his* P. I. B. Br. R. (l) *feles* a. V. (m) *Atque* I. B. R. Br. *id* I. I-G. A. *idque* .... *aquila possit* omitt. Zuing. (n) *tutum* Commel. Sphalma. (o) *rete* omitt. I. B. R. Br. (p) *ex* omitt. P. Deinceps *his datur* Br. A. (q) *grammari*

Cap. XI. *Quod uno ostio claudatur*) Haec Columella, qui reliqua transtulit, et accuratius tradidit, omisit.

Crepido lata) Columella VIII, 15: *sintque post hunc agri modum circa maceriam lapide fabricata et expolita tectoriis pedalia in quadratum cubilia quibus nidificent aves, eaque contegantur intersitis buxeis avi myrteis fruticibus, qui non exccdant altitudinem parietum, statim deinde perpetuus canaliculus, humi depressus, construatur, per quem quotidie misti cum aqua cibi decurrant: sic enim pabulatur id genus avium.*

Vestibulum) Columella: *Ora lacus ne corrumpantur violentia restagnantis undae, quae semper interfluere debet* (Edd. primae *influere*) *opere signino consternuntur, eaque non in gradus oportet erigi, sed paulatim clivo subsidere, ut tanquam e litore descendatur in aquam.* Haec ora lacus vestibula dixit Varro; sed librarii membra orationis singula etiam hoc in capite mire dissiparunt, et sine dubio verba etiam quaedam vitiarunt.

Vinacci uvae) Vocem *uvae* delendam esse aut legendum *vinacci ex uvis*, recte monuit Pontedera. In *vinaceis* consentit Columella et Geoponica XIV, 22.

Ex aqua cammari) Columella: *Aquatilibus autem cibis, si sit facultas,*

Quae in eo[s] septo erunt piscinae, in eas aquam large
4 influere oportet, ut semper recens sit. Sunt item non dissimilia alia genera, ut querquedulae, phalerides.[t] sic perdices, quae, ut Archelaus scribit, voce maris audita, concipiunt. quae, ut superiores, neque propter foecunditatem, neque propter suavitatem sagi-

P. *gramari* Ienss. *gamari* B. Br. R. (r) *huiusmodi* a. V. (s) *eodem* I. B. R. Br. (t) *phalerides* I. B. R. Br. Reliquae *phalarides*. (v) *et* I. B. R. Br. (x) *pastionem* H. A. Gr. G.

datur cammarus et rivalis alecula, vel si qua sunt incrementi parvi fluviorum animalia. Qui locus vitiosus est; vel sic tamen intelligi potest inde, *aquatiles cibos* a Varrone indicari, ubi est *ex aqua*. Nam cammari sunt omnes ex aqua. Terrestre enim genus, vel potius amphibium veteres ignorarunt; nisi quod equites Syriae dictos, seu cancros cursores Linn. obiter memorarunt.

Phalerides) Restitui lectionem antiquam. Vide ad Columellam VIII, 15, 1. Grues alii alebant ibidem; de quibus supra ad III, 2, sect. 14. Phoenicopterum deinde alii. Martialis III, 58, in villa Baiana Faustini memorat turbam cohortis sordidae, argutum anserem, pavones gemmeos, *nomenque debet quae rubentibus pennis*, pictam perdicem, numidicasque guttatas cum phasianis et Rhodiis gallinis. Supra III, 3, 3, iusta querquedulos nominavit anates. Varro L. L. IV, p. 21: *item aliae in hoc genere a Graecis, ut querquedula cerceris, halcedo quod ea Halcyon latina.* ubi alii *cercuris*, Scaliger κερκιθαλλὶς malebat et cum ἐρωδιῷ inepte comparabat. Sed locus Varronis aperte vitiosus est, quem ut corrigam, verba quaedam praecedentia repetere oportet. Ita igitur ille: *contra ab eo graculi quod gregatim, ut quidam Graeci τὰ γέργερα*; ubi Scaliger malebat γέργαρα, comparans tamen Hesychii γέργερα τὰ πάντα. Sed editio Parmensis 1480 habet *Graeci gregreges gergera*. Quae graeca esse ab loco aliena, demonstrat locus Quinctiliani I, 6, 37, ubi Varronis etymologias taxat: *qui graculos quia gregatim volent dictos Ciceroni persuadere voluit*. Certum igitur si illud est, graculos Varronem a gregatim volando derivasse, statim sequitur, graecum vocabulum ab hoc loco esse alienum. At vero ubi querquedulas a graecis deducit, vocabulum aptum deest; *cerceris* enim aeque ac *cercuris* et Scaligeri κερκιθαλλὶς inepta sunt. Igitur *gergera* huc pertinere puto; eiusque suspicionis auctorem habeo Santram apud Festum, qui *querqueram* febrem, id est tremorem frigidum et horrorem febris a graeco κάρκαρον derivat; ubi Paulus in Epitome κάρκηρα posuit, Codex Vrsini κάρκαρα. Graece vero γαργαίρειν est palpitare, moveri, vibrare: quod Homerus etiam καρκαίρειν dixit. Varro igitur febrem querqueram et aves querquedulas quasi gergeras a graeco γεργαίρω derivavit. Latino carmine expressit graecum nomen Varro apud Nonium p. 460: *neque quassagi pennas anates remipedes buxeis rostris pecudes, paludibus nocte*

nantur, sed[y] sic pascendo fiunt pingues.[z] Quod ad villaticarum pastionum[x] primum actum pertinere sum ratus, dixi.

XII. Interea redit Appius, et percunctati[a] nos ab illo, et ille a nobis, quid esset dictum ac factum, Appius, Sequitur, inquit, actus secundi generis, afficticius ad villam qui solet esse, ac nomine antiquo a parte quadam, leporarium appellatum. Nam neque solum lepores eo[b] includuntur silva, ut olim in iugero agelli, aut duobus, sed etiam cervi aut caprae in iugeribus multis. Q. Fulvius Lupinus[c] dicitur ha-

Cap. XII. (a) *perouuctanti* Iuntt. (b) *in ea* Herv. *in eo* I. I-G. A. (c)

nigra ad lumina lampadis sequens. Sic de Palmerii coniectura edidit Mercerius pro *quas agi pennis*. Equidem malim *quassati pennes*, id est *querquedulas.*

Sed sic pascendo) Quod ex vetere Codice laudat Vrsinus *et sic pascendo*, exstat in Edd. primis. Ceterum nescio, quam recte perdices in societate aquatilium habeantur h. l. quae arvensem victum diligunt. Nimis etiam abrupta oratio locum alienum arguit, et vitium scripturae. Si locus est sanus, de perdice rubra seu graeca intellige, quam omisit Columella. Nam is vulgarem grisseam seu rusticam in villa pasci vult liberam, etsi ova ibi non pariat. Quae ex Archelao refert Varro, eadem ex aliena fide retulit Aristoteles, atque inde Plin. X, sect. 51. Nititur fabula observatione de mira perdicis utriusque libidine, quae vel audita maris voce, vel invicem se comprimentes et loca genitalia titillantes, ova foras eiiciunt, sed infoecunda. Hunc Archelao concubitum dici, manifestum est.

Cap. XII. *Actus secundi)* Vrsinus malebat: *actus secundus eius generis affictitium ad villam quod solet esse.* ex cap. 3, ubi est: *pastionis villaticae sunt genera tria, ornithones, leporaria, piscinae. Leporaria te accipere volo omnia affixa ad villam quae sunt.*

Includuntur silva) Vrsinus *silva* deleri malebat. Equidem praefero lectionem *in eo.* Ceterum huc pertinet locus Gellii II, 20: *quae leporaria Varro dicit, haud usquam memini apud vetustiores scriptum. Sed quod apud Scipionem — legimus roboraria, aliquot Romae doctos viros dicere audivi id significare, quod nos vivaria dicimus, appellataque esse a tabulis roboreis, quibus septa essent: quod genus septorum vidimus in Italia locis plerisque.* Locum deinde ex oratione Scipionis ponit hunc: *aliis per vineas medias, aliis per roborarium atque piscinam, aliis per villam.*

Lupinus) Huic nomini *Lippinus* substituit Victorius probante Vrsino. Plinius VIII, s. 78: *Vivaria aprorum ceterorumque silvestrium primus togati generis invenit Fulvius Lupinus, qui in Tarquiniensi feras pascere instituit.* Id.

bere in Tarquiniensi septa[d] iugera XL, in quo sunt inclusa[e] non solum ea, quae dixi, sed etiam oves ferae, etiam hoc maius hic in Statoniensi,[f] et quidam
2 in locis aliis. In Gallia vero transalpina T.[g] Pompeius tantum septum venationis, ut circiter ꝏ[h] ꝏ ꝏ ꝏ passuum locum inclusum habeat. Praeterea in eodem consepto fere[i] habere solent[k] [de animalibus] coclearia, atque alvearia, atque etiam dolia, ubi habeant[l] conclusos glires. Sed horum omnium custodia, incrementum, et pastio aperta, praeterquam de apibus.
3 Quis enim ignorat septa e maceriis ita esse oportere in leporario, ut tectorio tacta[m] sint, et sint alta? al-

Ita pro *Lippinus* scripsi ex I. B. Br. R. *leporarium* A. I. I-G. (d) *septum*, *iugerum* A. I. I-G. (e) *inclusae* I. B. Br. R. (f) Ita pro *Statonensi* scripsi ex I. B. Br. R. (g) *Cn.* I. B. Br. R. (h) *XXXX. milia* I. B. Br. R *triginta millia* I. I-G. A. (i) *ferae* I. B. R. deest I. I-G. A. (k) *solet* s. V. (l)

tamen IX, s. 82, *Fulvium Hirpinum* nominavit. Miror Harduini inconstantiam, qui loco in priore ex Codd. regiis praetulit *Lupinus*, quum in Parmensi editione sit *Hirpinus*, quam scripturam in posteriore posuit. Recte tamen admonuit ex Festo, Samnitibus *irpum* esse lupum, hinc Hirpinum eundem esse cum Lupino. Hanc ob rationem veterem lectionem restitui.

Statoniensi) Plinius iuxta Tarquinienses nominat Statones III, s. 8. Idem agrum Statoniensem II, s. 96, palustrem nominat cum lacu Tarquiniensi, quem hodie *Lago di Bracciano* in Etruria dici, monet Harduinus. Pro *Statoniensi* libri Regii scripti habent ibi *Stationensi*. Sed libro 36, s. 49, iterum Statoniensem habet, et vina Statoniensia 14, sect. 8, nn. 5. Ad Ducatum Castrensem, *Ducato di Castro*, pertinuit ager Statoniensis. Antiquam igitur h. l. scripturam restitui. Victorius dederat *Statonensi*.

T. Pompeius) Edd. I. B. R. habent Cn. Pompeius. Videtur intelligi Pompeius, agricola strenuus, a quo etiam ficus Pompeia apud Plinium dicta fuit.

Septum venationis) Vrsino vocabulum *septum* spurium visum est.

Circiter) Gesner notas numerales has malebat poni ꝏꝏ, quae myriades singulae numerent, ut ꝏ millenarium numerum simplicem exprimit.

De animalibus) Haec verba, Vrsino suspecta, merito inclusit Gesner.

Septa e maceriis) Crescentius IX, 80, h. l. ita laudavit: *sed omnium horum — aperta et nota est, ideo breviter explicanda. Itaque septa ex materiis circa locum magnum vel parvum secundum optionem vel possibilitatem domini fiant adeo alta vel compacta, quod neque lupus, neque alia bestia intrare possit, neque desuper transilire.*

terum ne faelis,[n] aut maelis, aliave quae bestia introire[o] possit,[p] alterum ne lupus transilire: ibique esse latebras, ubi lepores interdiu delitescant in virgultis, atque herbis, et arbores patulis ramis, quae aquilae impediant conatus. Quis item[q] nescit, paucos si lepores, 4
mares ut[r] foeminas, intromiserit, brevi tempore fore ut impleatur?[s] tanta foecunditas huius quadrupedis. [Quatuor enim modo intromissis[t] in leporarium, brevi solet repleri.] Fit[v] enim saepe quum habent catulos

habeat I. I-G. A. *glires concl.* A. (m) *tecta* a. V. *tacta* V. (n) *feles aut meles* a. V. (o) *intrare* A. Iuot. G. (p) *possint* I. B. Br. R. deinceps *ubi interdiu lepores* Ald. (q) *enim* Br. (r) *aut* I. B. Br. R. *in* I. I-G. A. (s) *repleatur* I. B. Br. R. (t) Ita ex I. B. Br. R. scripsi pro *Quat. modo enim*

Maelis) Trochum Aristotelis, seu *taxum* recentiorum esse multi voluernot. Contra Salmasius ex genere felium ceosebat esse, qoos vulgo *martes* dicunt; contra quem ineptis rationibus puguant viri docti ad Gratii Cyneg. versu 402. Salmasii opinionem multo probabiliorem esse, docet et hic Varronis locus et alibi demonstravi; catum silvestrem interpretatus est etiam in Plauti Epidico Io. Fr. Gronovius.

Latebras) Crescent. *ibique oportet esse latebras in virgultis et herbis, ubi lepores interdum delitescant, et arbores — qui aquilae conatum — in quo si lepores mares vel foeminas paucos intromiseris, brevi tempore implebitur. Tanta est foecunditas huius quadrupedis. Saepe enim, quum catulos habent recentes, alios in ventre reperiuntur habere.* ubi antiqua Editio habet: *intromissis brevi tempore locus implebitur.*

Mares ut foeminas) Vrsinus ex edd. primis malebat *aut f.* Cresc. habet *vel foeminas.* et lectionem Edd. primarum comprobat. Nihilo magis tamen eam probo. Mares enim cum foeminis intromittendi sunt. Schoettgen malebat *et foeminas.* Sed vulgata defendi potest, etsi pessime Victorius de gemino leporum sexu interpretatur.

Quatuor — repleri) Quae inclusi, sunt inepte ex superioribus repetita; et recte omisit Crescentius.

Intromissis) Haoc Edd. primarum lectionem restitui voluit etiam Vrsinus. Pessime enim reliquae cum Victorio *intromisit*, quaedam *si intromiseris.* Gesner malebat: *intromisis* pro intromiseris, omisso *si*, et intellecto.

Fit enim) Edd. primae *ut enim.* unde Vrsinus malebat *etenim*; eaedem deinceps habent: *alios in ventre habere reperiuntur.* Atque hanc leetionem plane exhibet Crescentius, eandemque equidem probo cum Vrsiui emeodatione. De superfoetatione leporum hodie sunt nota omnia. Plinii tamen locum ponam 8, s. 81: *solus praeter dasypodem superfoetat, aliud educans, aliud in utero pilis vestitum, aliud implume, aliud inchoatum ge-*

recentes, alios ut[x] in ventre habere reperiantur.[y] Itaque de his Archelaus scribit, annorum quot sint[z] si[a] quis velit scire, inspicere oportere[b] foramina naturae, quae[c] sine dubio alius alio habet plura. Hoc quoque nuper institutum ut saginarentur[d] lepores, quum exceptos[e] e leporario condunt[f] in caveis, et loco clauso faciunt[g] pingues. Eorum[h] ergo tria genera fere sunt.

intromisit. A. I. I-G. *si intromiseris*. (v) *Vt* I. B. Br. R. (x) *ut* om. I. B. Br. R. (y) *reperiuntur* eaed. Edd. (z) *sit* P. (a) *si* om. I. B. Br. R. (b) Ita pro *oportet* I. B. Br. R. A. Iunt. Ba. (c) *quod* a. V. *alius habet alio pl.* Br. A. (d) Vulgo *Hos — saginarent*. Sed I. B. Br. R. *saginarentur*. Pro *lepores* libri omnes *pleraque*. Sequor Macrobium. (e) *exceptis* Hervag. (f)

rens pariter. ubi Auctor libri de rerum natura apud Vincentium 18, c. 62, habet *pilis vestit*, *alium sine pilis*, *et alium in gemine repositum simul gerit*.

Itaque) Cresc. *Itaque, qui scire volet masculum a foemina discernere, ut Archadius scribit, naturae foramina debet inspicere; nam sine dubio masculus unum, foemina duo inveniuntur habere, si caute et subtiliter inspiciatur*. Plinius 8, s. 81: *Archelaus auctor est, quot sint corporis cavernae ad excrementa lepori, totidem annos esse aetatis*. Aelianus H. A. II, 12: κατηγορεῖ δ' αὐτοῦ τὰ ἔτη τρώγλας τινὰς ὑποφαίνων. Pollux V, s. 73: ὅσων δ' ἂν ἐτῶν εἴη, τοσαύτας ἔχει τῶν ἀπὸ τοῦ σώματος ἐγχωρούντων ὑπὸ τὴν οὐρὰν τὰς ὀπάς. Archelai rationi quid veri subsit, docui ad Aelianum p. 579. Crescentius aliter haec Varronis verba interpretatus est, quia ineptam illam rationem damnabat. In Aldina h. l. est *quot sine dubio*.

Vt saginarentur lepores) Macrobius Saturn. III, 13: *Varro de Agricultura libro 3, quum de leporibus loquitur, sic ait. Hoc quoque nuper institutum, ut lepores saginarentur, quum exceptos e leporario quidam in caveis et loco clauso faciunt pingues*. ubi Codices alii pro *quidam* habent *condunt*. Io. Sarisberiensis VIII, 7, laudat etiam ex h. l. *hoc quoque nuper institutum est saginari et lepores*. Vnde non dubitavi vulgarem huius loci lectionem corrigere, quae habebat: *hos quoque — saginarent pleraque — concludant — faciant*. In plerisque habeo consentientem vel Vrsinum, vel Schoëttgenium, vel Gesnerum, vel Pontederam. Ceterum Plinius XI, s. 85: *quaedam non pinguescunt, ut lepus et perdix*. Sed auctor libri de rerum natura apud Vincentium 18, c. 62, infra tecta domus conclusum leporem, ut motu careat, pinguedinem immodicam super renes concipere ait et mori. Ceterum Sarisber. Ioannes pergit *concludant in caveis, faciant pingues. Sed et cocleas luxus effecit saginatas. Haec Varro*. Postrema Varroni ab ipso addita videntur, nec ex Macrobio excerpta. — Scripturam antiquam *saginarentur pleraque*, egregie ita concinnavit Pont. in Curis post. *Hos quoque nuper institutum uti sageinarent uti pleraque*, scil. quae in villa et circa villam nutriuntur.

Eorum ergo tria) Cresc. *Sed lepo-*

Vnum Italicum hoc nostrum pedibus primis humilibus, posterioribus altis, superiore parte pulla, ventre albo, auribus longis. qui lepus dicitur, quum

condant I. B. Br. R. Reliquae *concludant*. (g) Vulgo *faciant*. (h) *Quorum tria* — *Italicum*, *pedibus* — *superiore parte* (*id est dorso* inserit Ed. antiqua), *bassa* — *praegnans sit*, *tunc concipere*. Duplex leporis genus habet Xenophon de Venatione cap. 5, quod ita pingit: δύο δὲ καὶ τὰ γένη ἐστὶν αὐτῶν· οἱ μὲν γὰρ μεγάλοι ἐπίπερκνοι, καὶ τὸ λευκὸν τὸ ἐν τῷ μετώπῳ μέγα ἔχουσιν, οἱ δὲ ἐλάττους ἐπίξανθοι, μικρὸν τὸ λευκὸν ἔχοντες. Τὴν δὲ οὐρὰν οἱ μὲν κύκλῳ περιποίκιλον, οἱ δὲ παράσημον· καὶ τὰ ὄμματα οἱ μὲν ὑποχάροποι, οἱ δὲ ὑπόγλαυκοι· καὶ τὰ μέλανα τὰ περὶ τὰ ὦτα ἄκρα οἱ μὲν ἐπὶ πολὺ, οἱ δὲ ἐπὶ μικρόν. Addit, plerasque insularum graecarum Archipelagi habitare genus minus, a vulpe et aquila tutum propter minorem montium altitudinem. Facit igitur alterum genus et minus, montanum. Xenophontis locum interpretatur Pollus V, sect. 67, ita, ut doceat, colorem ἐπίπερκνον esse olivae inter maturitatem et acerbitatem mediae, quam variari dicunt Latini; Varro fuscum dixit. Idem ἐπίξανθοι interpretatur ὑπόπυῤῥος. Genus album post alios egregie definiit Cel. Pallas Nov. Glirium Spec. p. 2 seqq. unde, quae ad h. l. pertinent, transferam. Variabilem vocavit leporem, quem a vulgari europaeo distinxit. Is caudam breviorem, nullo colore nigro variatam, habet, ut vulgaris. Igitur in Xenophonte est legendum ἀπαράσημον, non παράσημον, ut putat Brunck; europaeo vulgari recte tribuit Xenophon caudam περιποίκιλον. Extremam aurium partem fere totam concolorem habere dicuntur fulvi, ut et frontem; quod de variabili confirmat Pallas; in vulgari enim frontis maculam magnam albam, auricularumque apicem nigrum adesse, monet Xenophon. Irides oculorum luteo-fuscas dixit in lepore variabili Pallas p. 21. Xenophon *subglaucam* vel *caesiam* variabili, subfulvum vulgari tribuit. In longitudine etiam corporis dissentit Pallas, quem locus Xenophontis egregius latuit, unde insignis accessio fit iis, quae disputavit vir egregius de natalibus et differentiis huius generis. Oppianus Xenophontis Varronisque praecepta corrupit III, 508, ubi a colore terrarum, quas habitant, genus utrumque distinguit. Oculorum etiam colorem confundit in utroque. Ita enim ille misellus poëtaster cecinit: χροιὴν δ' ἀμφιέσαντ' ἀνομοίιον· οἱ μὲν ἔασι κυάνεοι δνοφεροί τε μελάμβωλον κατ' ἄρουραν· ξανθοὶ δ' αὖθ' ἕτεροι πεδίων ἐπὶ μιλτοπαρήων· ἀτὰρ ἐρέγληνοι χάροπον στράπτουσιν ὀπωπαί· ubi Gallicus Interpres cuniculos et lepores describi ab Oppiano ridiculo errore censebat. Tertium genus addit Pollux l. c. Elymaeos lepores, magnitudine vulpi pares, colore nigrescentes, oblongo corpore, caudae apice macula alba oblonga variato. Elymaei iuxta Susianam habitabant in Elymaide. Quale animalium genus intelligatur, nondum excogitavi, nisi quod laculum giganteum aliquem suspicor alicubi in India latere, nondum cognitum.

Primis) Corrigo *prioribus*. Nam toti pedes priores sunt humiles, non pars prima tantum.

praegnans[i] sit, tamen concipere. In Gallia transalpina et Macedonia fiunt permagni: in Hispania et in
6 Italia mediocres. Alterius generis est, quod in Gallia nascitur ad[k] Alpes, qui hoc[l] fere mutant, quod toti candidi sunt. hi raro perferuntur Romam. Tertii generis est, quod in Hispania nascitur, similis nostro lepori ex quadam parte, sed humile, quem cuniculum appellant. L.[m] Aelius putabat ab eo dictum leporem [a celeritudine], quod levipes esset. Ego arbitror a Graeco vocabulo antiquo, quod eum[n] Aeoles[o]

P. (i) *praegnas* P. (k) *adadpis* P. *adadapis* I. B. R. Br. (l) *haec* I. B. Br. R. *candi* Br. (m) *Lelius* I. B. Br. R. *Laelius* P. *Lucius Aelius* A. I. I-G. (n) *eo* Br. I. I-G. (o) *Aeolis* Victor. (p) *et bene* P. *Aeolis et bonum*

Mediocres) Cresc. *in Italia et Hispania mediocres. Item in Gallia reperiuntur alii alterius generis toti candidi.*

Humile) Recte Cresc. *humilis*, etsi video, vulgatam a Gesnero defendi, sed satis inepte.

Ad alpes) In Edd. primis *adadapis*, in Polit. libris *adadpis*. Vrsinus in vetere Codice reperit *dasypus*. Sed dasypodem Aristoteles dicit eundem, quem alibi leporem, Plinius interdum errore distinxit. Ceterum de his candidis Plin. 8, s. 81: *In Alpibus candidi, quibus hibernis mensibus pro cibatu nivem credunt esse: certe liquescente ea rutilescunt annis omnibus: et est alioquin animal intolerandi rigoris alumnum.* ubi Vincentius *rubescunt* habet. Ex Xenophontis loco, supra apposito, patet, hoc genus candidum praeter hiemem esse colore rutilo seu rubeo, et mutare colorem. Quare vitium in loco Varronis esse suspicor. Mutare ab aliqua re habuimus supra II, 11, 12. Sed huius loci diversa ratio est Malim igitur: *qui colorem mutant, quod toti candidi fiunt.*

Quod in Hispania) Cresc. addit: *et in Provincia et in partibus Lombardiae, sibi cohaerentibus, nascitur — sed humilis.*

Levipes) Cresc. *Lepus dicitur ab eo, quia levi pede ambulat. cuniculi ab ea, — solent, — in agris, nemoribus et pratis et vineis.* Isidorus 12, 1: *lepus quasi levipes, quia velociter currit.* Verba *a celeritudine*, damnata ab Vrsino, inclusit Gesner. Nec habuit in suis libris Crescentius.

Aeoles) Vrsinus malebat: *quod eum e Sicoleis Graeci λέποριν.* Noster enim de L. L. V: *Lepus, quod et Sicoleis quidam Graeci dicunt λέποριν, a Roma, quod orti Sicoli, ut annales nostri veteres dicunt, fortasse hinc illuc tulerunt, et hic reliquerunt id nomen.* Quod in libris reperit Victorius *Aeolis et bonum leporum*, Popma mutabat in *Aeoles ut bonum λεπορόν.* quasi Aeoles bonum λεπαρόν pro λεπαρὸν dixissent. Inepte! Pontedera inde efficiebat: *quod cum Aeolii Siculum leporum sive σικανὸν λέποριν appellabant.* ut Aeoles leporem, a Siculis dictum λέποριν, appellasse in-

Boeotio[p] *λέποριν*[q] appellabant. Cuniculi dicti ab eo, quod sub terra cuniculos ipsi facere soleant,[r] ubi la-
teant[s] in agris. Horum omnium[t] tria genera, si pos- 4
sis, in leporario habere oportet. duo quidem[v] utique te habere puto, et quod in Hispania annis ita[x] fuisti multis, ut inde te cuniculos persecutos credam.

XIII. Apros quidem posse habere in leporario, nec magno negotio ibi[a] et captivos, et cicures, qui ibi

leporum ex libris suis laudat Victor. *Boetii* Br. (q) *leporum* P. *leporem* a. V. (r) *solent* I. B. Br. R. (s) *latent* I. B. Br. R. (t) *omnium* om. Edd. eaedem. (v) *quidem* om. Edd. eaedem. *enim* I. I–G. A. (x) *tu* I. B. Br. R.
Cap. XIII. (a) *habere posse* Br. A. Deinceps *negotio tibi est capt.* A. Iunt.

telligantur σικανὸν λέποριν. Scaligero λεπόῤῥις epitheton leporis fuisse videbatur, a simis naribus. Si luberet ineptiis his immorari, auspicari liceret, etiam λέπαργον ulim potuisse leporem dici, quod ventre est albus. Sed vocem graecam ignoramus, unde lepus commode possit derivari.

Cuniculi. Plinius l. c. *Leporum generis sunt et quos Hispania cuniculos appellat, foecunditatis innumerae — foetus ventri exsectos vel uteribus ablatos non repurgatis interaneis, gratissimo in cibo habent, laurices vocant.* Deinde de viverris, cuniculos venantibus, subiicit: *iniiciunt eas in specus, qui sunt multiformes in terra, unde et nomen animali.* Latinam vocem esse cuniculum, disputabat Harduinus ad Plinium, ineptis rationibus usus. Animal, ex Hispania allatum, Romani vetere Hispanico nomine appellarunt. Diserte ita etiam Aelianus H. A. 13, 15, ubi κόνιλος dicitur. In Polybio XII, p. 388, edidit κυνίκλων etiam Schweighaeuser, sed puto scripsisse Polybium κονίλων. Hispanicae originis nomina sunt etiam Κουνεοὶ populi Hispaniae, eorumque princeps oppidum κονίστοργις apud Appianum T. I, p. 169, ed. Schweigh. Massilienses λεβηρίδα vocabant, teste Telemarho grammatico apud Etymol. M. h. v. Idem nomen habet Strabo T. I, p. 213.

Persecutos) Vrsinus maluit *prosecutos*. Praeterea *et* ante *quod* delendum esse censeo. Ceterum Appius haec ad Varronem dirigit verba, de cuius in Hispania moratione alibi dictum est.

Cap. XIII. *Apros*) Cresc. *Apros habere posse in leporario et capreolos et cervos non est dubium.* ut adeo legisse videatur h. l. *ibi et capreolos et cervos.* Vrsinus malebat: *posse haberi — negotio; et ibi captivos et cicures; qui ibi nati sunt — inquit Agrius, Axi*, vel supra *Agrius* scribendum fuisse monet, non *Appius*, qui hucusque locutus fuerat. Verbum *inquam* locum non habere, quia Varronem non loqui demonstrent sequentia. Mihi quidem inprimis lectio Crescentii placet; neque enim debebat caprelos aut capreas cervosque, indigenas Italiae feras, praeterire Varro. Quis porro cicures dixerit apros, in vivario natos? Antiqua Cresc. editio habet *ca-*

nati sint,[b] pingues solere fieri, scis, *inquam*, Axi.[c] Nam quem fundum in Tusculano emit hic Varro a M. Pupio[d] Pisone, vidisti ad buccinam[e] inflatam certo tempore apros et capreas[f] convenire ad pabulum, quum e superiore loco e palestra apris effunderetur[g] glans,
2 capreis vicia aut quid aliud. Ego vero, *inquit ille*, apud Q. Hortensium quum in agro Laurenti essem, ibi istuc[h] magis τραγικῶς[i] fieri vidi. Nam silva erat

G. (b) *non* I B. Br. R. *et* add. A. Iunt. G. (c) *Agri Axi* I. B. Br. R. deinceps *Tusculano* A. (d) *Pupio* om. A. Iunl. G. (e) *bucinam* cum Victorio Gesn. (f) *capros* I. B. Br. R. (g) *effuderetur* P. *eff. apris* Br. A. deinceps *capris* I. B. Br. R. (h) *istuc* om. I.B. Br. R. (i) *tragicos* Eaed.

priolos et *corvos*. Et supra initio capitis praecedentis pro capreis utraque Editio Crescentii capreolos nominat.

Scis, inquam, Axi) Vitium vidit post Vrsinum etiam Pontedera, qui malebat legi: *Scis, inquit Appius, Axi*; quam emendationem probavit etiam Gesner; et quis non probaverit? Interim antiquam reliqui, quia vestigia verae lectionis nimis alte abscondita latent adhuc in vulgata.

M. Pupio Pisone) Calpurniano, de quo vide Indicem Ciceronianum Ernesti. Eundem supra cap. 3, sect. 6 M. Pisonem nominat, atque ita bis eundem Consulem memorat Plinius. *Pupii* tamen nomen etiam in vetere Codice adesse monet Vrsinus.

Buccinam) Hoc loco *bucinam* posuerat Gesner, paulo post tamen *buccinam*. Ad buccinam convenire vult etiam porcos noster II, 4, 20, vaccas Columella VI, 23, 3. De subulcis Italicis generatim testatur Polybius XII, p. 389, eos non sequentes, ut in Graecia, sed antecedentes et buccinam inflantes (βυκάνῃ φωνοῦντες) greges ducere, atque ita facile quamvis magnos greges per aetates et genera separari, et a fuga furtoque defendi. Similiter in Corsica greges caprarum boumque ad buccinam agi et cogi ait. Locum eundem annotaverat Pontedera.

Certo tempore) Vrsinus malebat *uno tempore*. Idem paulo post verba a *palaestra* spuria esse censebat aut mutanda in a *fenestra*. Contra Scaliger huc trahebat locum Martialis III, 82: *Partitur apri glandulas palaestritae*. Ita scilicet cum Scaligero voluit ibi legi etiam Lipsius pro *palaestritis*, quae lectio unice vera est. Palaestrae nihil est cum apris commune.

Laurenti) Festus: *Stura flumen in agro Laurenti est, quod quidam Asturam vocant*. Insulam et flumen Asturam habet Plinius III, s. 9. Asturam insulam in Antiano nominat sect. 12. Oppidum Laurentum cum amne Numicio sect. 9. Hodie oppidum inter Antium et Ostiam dicitur *St. Lorenzo*. Insula et flumen Astura hodie nomen retinent. In Astura villam habuit Cicero Epist. ad Div. VI, 19; ad Attic. 12, 40; 15, 12. Laurentem aprum habet Horatius Epod. V, 28.

Magis τραγικῶς) Crescentius IX,

(ut dicebat) supra quinquaginta iugerum maceria septa, quod non leporarium sed θηριοτροφεῖον appellabat.[k] Ibi erat locus excelsus, ubi triclinio[l] posito coenabamus. Quintus[m] Orphea vocari iussit. qui quum 3
eo venisset cum[n] stola et cithara, et[o] cantare esset iussus, buccinam inflavit, ubi[p] tanta[q] circumfluxit nos[r] cervorum, aprorum et caeterarum quadrupedum multitudo, ut non minus formosum mihi visum sit spectaculum, quam in circo maximo aedilium sine[s] Africanis bestiis quum fiunt venationes.

(k) *appellabant* Eaedem. (l) *tricilinio* P. (m) *apud quod* I. B. Br. R. (n) *cum* om. Eaedem. (o) *et* om. Eaedem. (p) *ut* P. et Codd. Victorii. (q) *tantum* I. B. R. *tantum circum fluxerit* Br. et Codd. Victorii. (r) *mox* I. B. Br. R. *nos* Codd. Victorii. (s) *non siue* A. Iunt. G.

80: *magistraliter fieri vidit* (Varro). Voluit credo *mogis theatraliter*. Sed tota haec narratio, quam ex Editione Lovaniensi retulit Gesner, in Basileensi omissa fuit, et in altera antiquiore multo.

Quintus Orphea) Pontedera praeferebat lectionem Edd. primarum: *Apud quod Orphea*, i. e. ad quod. Crescentius Lovan. *Vocatus fuit quidam, qui cum stola et cithara* venit, et quum cantare iussus esset, *bucina inflavit*.

Vbi tanta) Lectionem, a Victorio in libris repertam: *ut tantum circumfluxerit nos*. probabat Scaliger, omissa scilicet voce *multitudo*. Vrsinus malebat: *ubi tantum circumfluxerit mox* similiter omisso *multitudo*. Voluit sine dubio Vrsinus *circumfluxit mox*, quod est in Edd. primis, eamque lectionem et ipse probo. Crescentius Lovan. *et subito circumfulsit eum et ceteros tanta multitudo — et aliorum quadrupedum, quod valde formosum sibi apparuit spectaculum*. Ceterum Br. et Aldina *circum fluxerit* habent, ut *plerumque* et similes formas.

Aedilium) Sc. spectaculum. Malebat tamen Scaliger *aedilitium*. Ita Varro apud Nonium p. 427, b. *Solus rex, solus rhetor, solus formosus, securus vel ad aedilicium. mundus, purus, putus*. Ita enim ex libris duobus scriptis locum istum emendabat Scaliger, qui vulgo ita editur: *secus vel ad aedilicium, modius purus, putis*.

Sine Africanis) Iucundus correxit: *non sine Africanis*; et rara fuerunt munera hoc tempore sine Africanis; ita vero pantheras vocabant, et *varias*. Sed Varro respicere videtur Senatusconsultum vetus, ne liceret Africanas in Italiam advehere, contra quod deinde A. V. 670 ad populum tulit Cn. Aufidius tribunus plebis; permissumque deinde Circensium gratia importare. Primus autem Scaurus aedilitate sua varias 450 universas misit, auctore Plinio VIII, s. 24. Hinc igitur Varro addit *aedilitium spectaculum*; quia ludis Circensibus publicis inferre Africanas licebat.

XIV. Axius, Tuas partes (inquit) sublevavit Ap-
pius, o Merula noster. Quod ad venationem pertinet,
breviter secundus transactus est actus. Nec de cocleis,[a]
ac gliribus quaero, quod reliquum est. neque enim
magnum emolumentum esse potest. Non istuc tam
simplex est, inquit Appius, quam tu putas, o Axi no-
ster. nam et idoneus sub dio sumendus[b] locus co-
leariis, quem circum[c] totum aqua claudas, ne quas
ibi posueris ad partum, non liberos earum, sed ipsas[d]
quaeras. Aqua,[e] *inquam*, finiendae, ne fugitivarius
2 sit parandus.[f] Locus is melior,[g] quem et[h] non coquit
sol, et tangit ros. Qui si naturalis non est (ut fere
non sunt in aprico loco) neque habeas in opaco, ut[i]
facias, ut sunt sub rupibus ac montibus, quorum al-

Cap. XIV. (a) *cochleis* Br. (b) *est* additur a. V. et P. (c) *totum circum* a. V. H. Si-D. (d) *ipsa* Herv. (e) *Aquam inquam fundendae* I. B. Br. R *cludendae* A. Iunl. G. (f) *parandus locus. Is* a. V. (g) *mollior* I. B. Br. R. (h) *et* om. Eaedem. (i) *ubi* a. V. deinceps *rosidum* Br. Ald. (k) *ab-*

Emolumentum) Palmerius in Spicileg. p. 847, *molimentum* legi volebat, i. e. operam, opus, laborem, et comparabat locum Caesaris de B. G. I, 34, ubi tamen *emolumentum* P. Victorius V. L. XXII, 10, interpretatur, ut in Varrone, rem operosam, consentiente Davies et Voss ad Catull. p. 312. Contra *emolimentum* ea notione malebat legi Gesner ad h. l. et in Thes. L. L.

Simplex est) Vrsinus malebat: *simplex., inquam, ut tu putas* propter locum sequentem, ubi est, *aquam, inquam*. Sed recte monuit Gesner, nihil opus esse ea emendatione propter alterum locum.

Non liberos) Gesner lusum esse putat in *liberos quaerere*; quem equidem non intelligo, sed puto esse dictum pro: *ne frustra matres etiam, non solum liberos eorum quaeras*. Ceterum ex aquae mentione satis apparet, cochleas terrestres ad cibum fuisse adhibitas.

Fugitivarius) Qui servos fugitivos retrahit. Vtitur vocabulo Florus III, 19, 7, et Vlpianus, quos laudavit ad h. l. Schoettgen.

Non coquit sol) Plauti locum Captiv. I, 1, 13, quasi *quum caletur, cochleae in occultis latent, suo sibi succo vivunt, ros si non cadit.* alterumque similem Comici apud Athenaeum II, p. 60, ubi cochleae post tenuem imbrem prodire et olera depasci dicuntur comparavit Victorius V. L. 33, c. 23.

Ros) Deinceps sequi debebat: *ut fere non sunt in aprico loco, sed sub rupibus — ac fluvii*. Postea subiiciendum: *Qui si naturalis — ut facias*,

luant[k] radices lacus ac fluvii, manu facere oportet roscidum. qui fit, si eduxeris[l] fistulam, et in eam mammillas[m] imposueris tenues, quae eructent aquam, ita ut in aliquem lapidem incidat ac late dissipetur. Parvus iis[n] cibus opus est, et is sine ministratore.[o] Et 3
hunc, dum serpit, non solum in area reperit, sed etiam

luant I. B. Br. R. (l) *adduxeris* a. V. deinceps *fistula* P. (m) *pupillas* a. V. deinceps *exuctent* Br. (n) *his* Br. Ald. (o) *administratore* a. V. (p)

manu facere etc. Priora verba non solum male divisa, sed et alieno loco intrusa sunt.

Mamillas) Ita Victorius scripsit pro *papillas*. Plinius 35, s. 46: *vel assiduitate satiant figlinarum opera, doliis ad vina excogitatis, ad aquas tubulis, ad balineas mammatis, ad tecta coctilibus laterculis frontatisque.* Ita enim locum eum ex Codice regio 2, refinxit Harduinus, ubi antea erat: *vel quae assiduitate satiant figlinarum opera imbricibus tubulis tegulisque ad balineas hamatis, vel ad texta coctilibus laterculis frontatisque, aut quae rota fiunt, etiam fictilibus doliis ad vina excogitatis et ad aquas.* In Codice isto fuit *fundamentisque* pro *frontatisque.* Harduinum ex parte secutus *Brotier* edidit ex editione principe, Codice regio 2 et 3: *figlinarum opera, imbricibus, doliis ad vina excogitatis.* In *mammatis* etiam sequitur ineptam Harduini interpretationem, nisi quod addit: *mammati* dicti videntur tubuli, quod, ut mammae lac fundunt, ita illi tubi, in angulis positi, calorem diffundebant. Veram interpretationem docet locus Varronis. *Imbrices* plane alieno loco inseruit Brotier; ineptius etiam tegulas mammatas ex Plinio effecit Gesneri Thes. L. L. In Plinio gravius ulcus est, quam quod Harduini levitas potuerit sanare. Ecce enim Isidorus 19, c. 10: *fictilium operum ad parietes et fundamenta, quae coctis laterculis ad tecta imbriculis tegulisque aptantur.* quem locum ita posuit Vincentius Sp. nat. 6, c. 80: *Operum autem fictilium ad parietes aedificiorum et fundamenta cocti laterculi, ad tecta vero tegulae et imbriculae aptantur.* Ex quo primum fit manifestum, in Plinio legendum esse: *ad parietes aedificiorum fundamentaque coctis laterculis, ad tecta imbricibus tegulisque, ad aquas tubulis, ad balineas mammatis, aut quae rota fiunt, etiam fictilibus doliis ad vina excogitatis.* In lectione Harduini opera figlina non omnia nec ordine iusto enumerantur. Coctiles enim lateres non ad tecta adhibentur, sed ad parietes et fundamenta, contra ad tecta imbrices tegulaeque. Deinde pessime omisit verba *quae rota fiunt*, quae rationem doliorum minorum vinariorum praeclare docent. Maiora absque rota fingebantur, auctore Anatolio in Geoponicis 6, 3. Gronovius Vossiani libri hanc memorat lectionem: *imbricibus doliis ad vina exoogitatis, ad aquas tubulis, ad balineas mammatis, ad tecta coctilibus laterculis, fundamentis quae aut qua Numa rex septimum.* quae aeque vitiosa est, nec locum tetigit Gronovii sagax ingenium.

Et hunc, dum serpit) Vrsinus malebat: *etenim dum serpit.*

si rivus non prohibet, in parietes[p] stantes invenit. Denique ipsae ex se ruminantes[q] ad propolam[r] vitam

pariete Ryck. I. B. R. In Brusch. est: *parietes stantes* sine *in*. Caeterae omnes *in parietes* babent, annotante Gesnero. (q) Vulgo *exgruminantes*. (r) Ita

In parietes stantes) Vrsinus *in pariete* malebat, quod est in Edd. et libris scriptis quibusdam. Gesner in *parietes stantes* interpretabatur *in parietibus stantibus*, eamque rationem non inauditam esse asserebat his scriptoribus. Equidem vulgatam vitiosam esse censeo. Quid enim dicit parietes stantes, quasi non omnis paries stet? Deinde quid paries ad eibum cochleae? Siccus enim paries cibum ei nullum praebet. Contra si area seu cochleare est sub radice rupium aut montium alluente aqua, quam positionem inprimis laudavit Varro, solent cochleae etiam latera montium depasci, nisi rivus interveniens prohibeat. Igitur legendum puto *pariete adstante*, et de latere montis vel rupis interpretandum.

Ex se ruminantes) Cum Turnebo Advers. I, 1. Scaliger pro vulgato *exgruminantes* malebat *exruminantes*, consentiente etiam Vrsino; contra vulgatam defendebat Popma, gruminare seu cruminare interpretatus minutatim et frustulatim delibare, deterpere, auferre. Gesner *ex se ruminantes* malebat; cui coniecturae pondus aliquod accedit inde, quod in Codice Bibliothecae Monasterii B. Victorii, quem Parisiis contulit Peyer Meryeolog p. 10, scriptum est simplex *ruminantes*. Gesneri coniecturam interim posui. Beroaldus malebat *exgrumantes*. Inter Glossas Isidori *cruminat*, *ruminat* es h. l. ductum mihi videtur. Error flusisse videtur ex antiqua verbi ruminare scriptura. Arnobius VII, p. 230, ubi varia farciminum et liborum vocabula obscura, in saerificiorum caeremoniis usitata, ponit: *non ratione eadem aerumnos, quae sunt prima in gurgulionibus capita, qua deiicere cibos et referre natura est ruminatoribus saeculis*. Ita quidem editio Lugdun. 1651. Sed aliae *rumas*, romana princeps *erumnas* habent. Lectionem *rumas* videtur asserere Servius ad Eclog. VI, 54: *rumatio dicta est a ruma, eminente gutturis parte, per quam demissus cibus revocatur*. Festus antiquum verbum *rumare* pro ruminare derivat a voce *rumen*, quam ait significare partem colli, qua esca devoratur; Nonius locum ait esse in ventre, quo sumitur cibus, et unde redditur. Contra *frumen* de eadem parte interpretantur Donatus ad Terentii Adelph. V, 8, 27. Servius ad Aeneid. I, 182, et Isidorus XX, 2, et Different. p. 755. Vnde in Arnobio malim *ruminas* vel *rumnas* legere, quod vocabulum, ex rumine vel frumine factum, explicare voluit Arnobius. Frumen in loco Varronis apud Nonium in *offendere* vulgato *flumen* substituit reete Scaliger ad Priapeia p. 157. Verba sunt: *Deinde mittit virile veretrum in frumen, offendit buccam Volumnio*. Quod flagitium proprio vocabulo veteres *irrumare* dicebant. Vnde cognoscimus, rumen et frumen dici eandem faucium vel gutturis partem. Verbum *adrumovit* Festus derivat pariter a rumine, parte gutturis. De ruma seu mamma alibi disimus; quae num ab eadem an diversa radice provenerit, nondum escogitavi.

Propolam) Vulgatum *propolam* ineptissime defendebat Turnebus, recte

diu producunt,[s] quum ad eam rem pauca laurea[t] fo-
lia interiiciant, et aspergant[v] furfures non multos.
Itaque cocus[x] has vivas an mortuas coquat, plerumque
nescit. Genera coclearum sunt plura,[y] ut minutae al- 4
bulae, quae afferuntur e[z] Reatino, et maximae,[a] quae
de Illyrico apportantur, et mediocres, quae ex Africa
afferuntur. Non quo non[b] in his regionibus quibus-
dam locis eae[c] magnitudinibus[d] sint dispariles: nam
et valde amplae sunt quaedam[e] ex Africa, quae vo-
cantur solitanae,[f] ita ut earum calices quadrantes octo-

pro *propalam* scripsi ex Commelin. (s) *perducunt* P. (t) *laureae* P. (v) *aspergunt* I. B. Br. R. (x) *cocus* Br. A. vulgo *coquus*. (y) *multa vel plura* I. B. Br. R. (z) *a* I. B. Br. R. (a) *maxime* A. I. I-G. et Gesner, sed vitio. (b) *non quod in his* a. V. (c) *ac* I. B. Br. R. (d) Vulgo interpositum *non* incluserat Gesner, omisi cum I. B. Br. R. (e) Ita pro *sunt*, *quanquam* scripsi cum A. I. I-G. (f) Male Victor. et seq. *Solitannae*. (g)

monente Scaligero et Vrsino. Gesner optionem lectori et arbitrium relinquebat in re tam aperta. Equidem dedi, quod analogia postulat et Commel. editio dedit. Deinceps ex Br. et Ald. *cocus* restitui. Eaedem deinceps *plerunque* habent.

Coquus) Brusch. recte *cocus*; sed eadem infra cap. 17, s. 4, *coquus* dedit pro *cocus*. Ego vero, ut sibi constet Varro, utrobique *cocus* scripsi.

Genera) Plinius 9, s. 82: *Cochlearum vivaria instituit Fulvius Hirpinus in Tarquiniensi, paulo ante civile bellum, quod cum Pompeio magno gestum est, distinctis quidem generibus earum, separatim ut essent albae, quae in Reatino agro nascuntur, separatim Illyricae, quibus magnitudo praecipua, Africanae, quibus foecunditas, Solitanae, quibus nobilitas. Quin et saginam earum commentus est, sapa et farre aliisque generibus, ut cochleae quoque altiles ganeam implerent; cuius artis gloria in eam magnitudinem perducta sit, ut octoginta quadrantes caperent singularum calices. Auctor est M. Varro.* ubi recte iam Pintianus monuit, legendum esse *perductae sint*. Ceterum ex h. l. non omnia verba Plinii ducta esse, statim apparet; plurima tamen conveniunt. In Plinio etiam libri scripti plurimi habent *commentatus est*, quasi ipse Fulvius de cochlearum sagina scripserit librum.

Afferuntur) Verbum hoc spurium videbatur Vrsino; idem eodem crimine damnat verba *quibusdam locis*. erisi nimis severa, et vana!

Sint dispariles) Vulgatum *non sint dispariles* corrigi voluit etiam Gesner, interim incluso *non*.

Quaedam ex Africa) Ita dedi ex Edd. I. I-G. pro vulgato *quamquam*, cui Gesner voluit substitui *quemadmodum*.

Ita, ut earum calices) Antiquam Varronis lectionem, a Plinii libris omnibus confirmatam, restitui, quam temere mutavit Victorius. In libris scriptis is reperit: *ita, ut eas LXXX*

ginta capere possint.[g] et sic in aliis regionibus eaedem[h] inter se collatae[i] et minores sunt,[k] ac maiores. Hae in foetura pariunt innumerabilia. Earum semen minutum ac testa molli, diuturnitate obdurescit. Magnis insulis in areis factis, magnum bolum deferunt aeris.[l]

Ita Edd. a. Victor. qui dedit *ut in eas LXXX quadrantes coniici possint.* In Codd. eius erat: *ut eas LXXX quadr. coici possint.* (h) *eiedem* I. B. Br. R. (i) *collata* Eaedem. (k) *sunt* om. Eaedem. Deinceps *et maiores* Ald. (l) *aeris* omitt. I. B. Br. R. (m) *eam* Eaedem.

quadrantes coici possint. unde Pontedera malebat legi *coiici*, id est, cngi. Victorius interpretationem suae lectionis censebat esse eam, quam restitui. At nostra lectio genus cochleae declarat, quo in cibo utebantur. Sunt enim etiam nudae cochleae, nulla testa inclusae. Operculatas ex maritimis Alpibus, deinde ex Literno vel Veliterno, Italiae oppido, et insula Astypalaea laudatissimas, in cibo puto, memorat Plinius 8, s. 59. Solitanas cum Siculis, Balearieis et Astypalicis iterum laudat et apparatum docet libro 30, s. 15. Fluviatiles, ut virosas, silvestres, vepribus et frutetis adhaerentes, tanquam alvum et vomitum cientes, damnabant, eodem auctore cum Dioscoride II, 11. Solitanae a promontorio Solis in Africa dictae videntur, quod Interpretes Plinii interpretantur *Le Cap Cantin.* Pessime ediderat Victorius *Solitaunae.* Helicem pomatiam Linn. helluones nostri in cibo amant. Statius Silvarum IV in Risu Saturnalitio versu 32: *nusquam Cinyphiis vagata campis curvarum domus uda coclearum.* Nunc demum video J. Fr. Gronovium ex lectione libri Vossiani optimi: *exisiolitanae astypalaeicae et ne Siculae* corrigere in Plinio: *ex his Iolitanae — Aetneae Siculae*, eandemque scripturam Varroni restitui velle. Iol Africae maritimum oppidum, Iubae regiam, etiam Caesaream dictam, habet Mela I, 6 cum Ptolemaeo. Harduinus Gronovii, non nominati, emendationem in Plinio reiecit, haud scio an recte. In Inscriptione Fabrettiana p. 364 memoratur Provinciae Byzacenae municipium Aelii Hadriani Aug. Civiulitanum, quod idem esse ait Philippus a Turre ad Monum. Antii p. 151 cum eo, unde Episcopi *Cilitani*, *Cillitani* in Subscriptionibus Conciliorum dicuntur. Huc trahit etiam *Cilio* apud Antoninum. Hoc nomen urbis an huc pertineat, viderint alii!

Semen) De ovulis cochlearum, inprimis hortensis, seu pomatiae, quae in cibum adhiberi solet, vide egregie disputantem *Swamerdam* in Bibliis Naturae ad tabulam 4 operis eximii. Bene etiam de huius generis physiologia meritus est Britannus *Lister.* Vide etiam Antonii Felicis et Harderi Observ. de ovis cochlearum in Malpighii Oper. T. II, p. 85 seqq. Obdurescere diuturnitate, si ova a terra sua separaveris et in loco sicco reposueris, intelligo. Sed possunt etiam semina cochleae, recens natae, intelligi.

Bolum deferunt aëris) Vrsino vox *aëris* spuria videbatur. Supra III, 2, 16: *sed ut ad hunc bolum pervenias.* Metaphora est ducta a piscatorum βόλῳ, iactu, quum rete educto vident

Has quoque saginare solent ita, ut ollam cum[m] foraminibus incrustent sapa et farre, ubi pascantur; quae foramina habeat, ut intrare aër possit. Vivax enim haec natura.

XV. Glirarium autem[a] dissimili ratione habetur, quod non aqua, sed maceria locus sepitur. Tota levi[b] lapide, aut tectorio intrinsecus incrustatur, ne ex ea erepere possit. In eo arbusculas esse oportet, quae ferunt[c] glandem. quae, quum fructum non ferunt, intra maceriam iacere oportet glandem et castaneam, unde saturi fiant. Facere his cavos[d] oportet laxiores, 2
ubi pullos parere possint. aquam esse[e] tenuem, quod ea[f] non utuntur multum, et aridum locum quaerunt.

Cap. XV. (a) *autem* deest I. B. R. Br. (b) *laevi* Com. (c) *ferant* I. I-G. A. (d) *caveas* I. I-G. A. Deinceps *pulos* Br. hic et alibi. (e) *oportet esse*

capturam. Equidem malim *conferunt*.

Cum foraminibus) Haec spuria esse censebat Vrsinus; recte, puto; statim enim sequitur *quae foramina habeat*.

Incrustant sapa) Eadem notione infra 15, 1 maceriam laevi lapide aut tectorio incrustare. Nonius p. 62, a. ex Nostro habet parietes crustatos. Alio sensu Horatius Serm. I, 3, 56 sincerum vas incrustare dixit; alio Lucilius, a Scholiaste ibi laudatus: *nam vel regionibus illis incrustatu' calix ruta caulive bibetur*. Scribonius Largus Comp. 153: *calices quoque eis incrustentur additis quinque vel sex salis farrisque granis*. ubi vide Rhodium. Crustariae tabernae Festo sunt a vasis potoriis crustatis dictae. Vasa seu pocula lignea faginea cera illita intus apud Ovidium Metam. VII, 668 dici possunt similiter incrustata. De pastione cochlearum ita Apicius VII, 16: *Accipies cochleas, spongizabis, membranam tolles* (i. e. operculum), *ut possint prodire, adiicies in vas lac et salem uno die, ceteris diebus lac per se et omni hora mundabis stercus; quum pastae fuerint, ut non possint se retrahere, ex oleo friges. Similiter ex pulte pasci possunt. — Cochleas viventes in lac siligineum infundis: ubi pastae fuerint, coques.* Vnde apparet, eam testa fuisse apparatas. Alibi enim diserte cochleas exemtas addi vult in iure VIII, cap. 7.

Vivax) Haec mihi non integra videntur esse. Foramina sunt ollae facienda, ut aër intrare possit, et cochlea vivere, etiamsi tam vivax cochlea non sit. Sed potest etiam durare in olla, quae foramina non habet; tam vivax est animal.

Cap. XV. *Tota levi*) ad maceriam refertur.

Ne ex ea) Vrsinus malebat *ne ea*, ortam putans ex *ea* praepositionem. Praeterea *possint* legendum esse vidit Gesner.

Ili[g] saginantur in doliis, quae etiam in villis habent multi, quae figuli faciunt multo[h] aliter atque alia, quod in lateribus eorum semitas faciunt, et cavum, ubi cibum constituant. In hoc dolium addunt glandem, aut nuces iuglandes, aut castaneam. Quibus in tenebris, quum cumulatim positum est in doliis, fiunt pingues.[a]

a. V. (f) *eam* Br. (g) *Hae* Br. (h) *Multa* I. B. Br. R. (i) *cumularim* P. in libro Victorii erat: *tenebris cumularim — doleis.* In altero. *clivulatim positum* suprascripto *hylarim.* (k) *pinguiores* I. B. Br. R.

In hoc dolium) Vrsinus corrigebat: *in eo addunt glandem — quibus* in *tenebris fiunt pingues.* Doliorum formam a Varrone descriptam, non satis intelligo. Semitae enim vocabulum mihi obscurum esse in hac re videtur. Esse tamen videtur via tecta.

Quum cumulatim) Ex lectione librorum Victorii Turnebus XIX, 28 efficiebat *quum hilar oppositum est*, interpretatus operculum ex graeco εἶλαρ. Idem aliorum coniecturam *quum molare* aut *quum ollare* legentium memorat. Scaliger emendabat *quum ædar impositum est, in doliis p.* Putabat enim, ollar dici operculum ollae, ut putei puteal. Pontedera denique legebat: *quum affatim positum est* in *doleis, pingues fiunt.* Vrsinus ait esse in vetere Codice *quum ular impositum est, in doliis:* deinde laudat Turnebi emendationem. Turnebus vero, veterem lectionem: *quum ular impositum est*, afferens, videtur Victorii librum respexisse. Quare dubito, an Vrsinus ipse alium Codicem inspexerit, etsi saepe veteris Codicis lectionem a Victoriana discrepantem laudet. Scaliger inventum suum *ædar* manifesto debet coniecturae a Turnebo antea proditae. Ipsum enim Turnebum nominat Scaliger, eiusque emendationem recta improbat. Plin. VIII, s. 82: *Sorices et ipsos hieme condi auctor est Nigidius, sicut glires, quos censoriae leges princepsque M. Scaurus in Consulatu non alio modo coenis ademere, quam conchylia. — Semiferum et ipsum animal, cui vivaria in doliis idem, qui apris instituit. Qua in re notatum, non congregari nisi populares eiusdem silvae, etsi misceantur alienigenae, amne vel monte discreti, interire dimicando. Genitores suos fessos senecta alunt, insigni pietate. Senium finitur hiberna quiete. Conditi enim et hi cubant: rursus aestate iuvenescunt, simili et nitelis quiete.* Scauri lex sumtuaria incidit in A. V. 639. Vivaria vero aprorum primus instituit Fulvius Lupinus, teste eodem sect. 78, quanquam ex loco Varronis supra c. 12, unde sua transtulit Plinius, auctorem primum agnoscere non licet. Pergit Plinius sect. 83: *In Maesia silva Italiae non nisi in parte reperiuntur hi glires.* De silva Livius I: *Silva Maesia Veientibus adempta: usque ad mare imperium prolatum.* Vulgo hodie appellari *Bosco di Baccano*, monet Harduinus. Plinius XVI, s. 7: *fagus glires quoque saginat* Confirmat narrationem Matthiolus ad Dioscorid. p. 206, qui fagi maturitate appetente

XVI. Appius,[a] Igitur relinquitur, inquit, de pa-

innumeros capi glires refert in Carniola, Carinthia Stiriaque. Martialis XIII, 59: *tota mihi dormitur hiems et pinguior illo tempore sum quo me nil nisi somnus alit.* Idem III, 58: *somniculosos ille porrigit glires.* Ad coenam glires parat Apicius VIII, c. 9, ubi inepte nuperus Editor interpretatur murem marmottam, *Murmelthier.* *Glires* ex Plinio retulit Isidorus XII, 3, unde tamen *glyres* exscripsit Vincentius Sp. nat. XIX, c. 131. Glirium examina ex Plauto retulit Nonius p. 119, adeo, ut eius aetate glires in coenis fuisse videantur. Auctor Gallicus de natura rerum apud Isidorum l. c. *Glis est animal modicum, coloribus albo nigro subrufo variatum, per totam hiemem dormit et quasi pila contractus in unum iacet. — Sed hoc mirum est, quia si sopitum animal ad aëris serena deferatur, paulatim inter manus tenentium convalescente spiritu resolvitur. — In arboribus velut in terra currit, et pomorum succo cupidius delectatur.* Albertus de Animal. p. 221, a. *Glis animal est notum, et est colore varium in dorso griseum, in ventre album, brevioris pili et tenerioris corii quam id, quod vere varium vocatur. Animal est de genere muris, succo pomorum vescitur: in silvis vagatur, hieme tota dormit, et aestate evigilat et in dormiendo pinguescit, et ideo versus Boëmiam et Carinthiam in autumno rustici in silvis cellaria parant, et in his se collocant ista animalia in numero permaximo, et in eis ad esum hominum colliguntur.* Egregie Albertus glirem notavit eiusque mores; contra auctor libri de natura rerum aliud muris genus ante oculos habuit. Gallis vocatur *Loir*, Carinthis *Billig* seu *Willig.* In Carniola feminas glires autumno deligi captas cibo testatur *Hacquet* Itiner. Alpini T. I, p. 85. Polonis et Carno-Slavonis *Pouch* dicitur, monente Pallas in Novis Glirium Specieb. p. 89. Linnaeo Sciurus glis audit. Simillimam glirium capturam ei, quam Albertus narravit, vel potius eandem accurate narravit Valvasor in Historia Carinthiae Libro III, p. 439, qui nomen Slavonicum *Pouh* commemoravit. In Calabria hodieque ad cibos capi glires, testatur Swinburne Itiner. T. I, p. 383, vers. german. Vulgo Gazam secuti ἐλειὸν Aristotelis H. A. VIII, 17, eundem putant esse, de quo ita ille: *φωλεῖ δὲ καὶ ὁ ἐλειὸς ἐν αὐτοῖς τοῖς δένδρεσι, καὶ γίνεται τότε παχύτατος.* Hesychius: ἐλειός — ἔστι γὰρ ζῶον τετράπουν ὁ ἐλειὸς καλούμενος μῦς, ὁ σκίουρος. Idem ἔλιος σκίουρος, ἔλιος. Codex Mediceus Aristotelis cum vetere interprete ἐλιὸς habet, Alberti versio *aliens.* Eundem ἐλειὸν faciunt cum μυόξῳ Oppiani Cyneg. II, 574 seqq. quem conditum per hiemem cibo omni abstinere ait; ad quem locum Bodinus p. 85, b. affirmat, myoxi descriptionem plane convenire cum ἐλειῷ Aristotelis. Contra Galenus libro tertio de Aliment. Facult. c. 1 myoxos inter lautissimas epulas Italiae referens ait: τῶν ἀρουραίων μυῶν καὶ τῶν καλουμένων ἐλειῶν ἐν μέσῳ εἶναι τὸν μυωξὸν καλούμενον. Ad Lucaniam regionem Italiae is refert myoxum, cum arctomye (ἀρκτομῦς), alibi tamen eundem in deliciis coenarum esse confessus. Inde agnoscimus, myoxum esse glirem romanum, diversum ab ἐλειῷ Aristotelis. De myoxo tradit etiam Epiphanius in Haeresi 64: ἔλιος vel ἐλειὸς potest esse nitela, quam inter puellarum deli-

stione villatica tertius actus de piscinis. Quid tertius? inquit Axius. An quia tu solitus es in adolescentia tua domi mulsum non bibere propter parsimoniam,
2 nos mel negligemus?[b] Appius, Nobis verum dicit,[c] inquit. Nam quum pauper cum duobus fratribus et duabus sororibus essem relictus; [quarum] alteram sine dote dedi Lucullo, a quo haereditate me[d] cessa primum, et primus mulsum domi meae bibere coepi ipse, quum interea nihilo minus pene quotidie in convivio omnibus darem mulsum. Praeterea meum erat

Cap. XVI. (a) *Axius* I. B. R. *Agrius* Br. (b) *negligimus*: I. B. Br. R. (c) *Appius nobis*, *verum* A. cum in prioribus nullum comma esset. Deinceps *dic* margo Durdr. (d) *mi* A. Ba-G. Deinceps *natura plurimum* Br. Ald.

cias memorat Martialis V, 38. Quibus hodieque in Anglia mus avellanarius in lusu frequens et gratissimus est, referente Pallas. Auream dixit Martialis, et a colore fulvo salicem quandam nitelinam vocarunt Romani. Variatum fuit dialectis vocabulum. Hesychius enim ὀλείρ, ἔλιος, μῦς. Idem ἔλιος· μῦς τις. Idem in ἔλιοι sic: Ἀντίγονος δὲ ὁ Καρύστιος ἐν τῷ περὶ ζώων τὸν καλούμενον μῦν ἔλειον. Coloris varietatem in Slavonico glire annotavit Taube T. I, p. 21. Itali hodieque antiquo nomine *Ghiro* vocant. Myoxum Graeci recentiores etiam μυξὸν dixere, contracto vocabulo. Suidas μυξός· ὁ λαγόγηρως παρ' ἡμῖν. Orneosophium p. 264: ἢ τοὺς λεγομένους λαγογήρους παράβαλε τῷ ὀρνέῳ.

Cap. XVI. *De piscinis*) Haec verba in vetere Codice deesse, annotavit Vrsinus. Idem ex Geoponicis XV, 2 arguit multa, praecipue narrationem de apibus, ex cadavere bovillo in cella excludendis, deesse in hoc cap.

Appius, nobis) Locum distinctione adiuvit Gesner, quem Vrsinus emendari volebat legendo *Axius nobis — inquit* sc. Appius. Huic Appio tres fuisse sorores, arguunt viri docti ex loco Ciceronis Epist. ad Divers. I, 9, s. 34, ubi Clodius, Appii frater, Bonam Deam non pluris fecisse dicitur, quam tres sorores. Luculli nempe uxorem incestu contaminavit. Tertiam igitur sororem Appii pater vivus collocasse videtur. Altera Luculli uxor fuit Metelli Numidici soror, teste Cicerone Verrin. IV, 66.

(*Quarum*) *Earum* legi malebant Scaliger et Vrsinus; hic praeterea *omnibus daretur*, omisso *mulsum*. Gesnerus recte *quarum* inclusit. Optime I. Fr. Gronov. corrigit *duarum alteram*. Inepte vero ait Appius, *se primum ipsum* bibisse mulsum domi, etsi in convivio omnibus ipse daret, aut ab aliis daretur. Nisi *primum* antecederet, mutarem *primus* in *primum*.

Me cessa) Pro *mihi* dici antiquo more, ex Festo et Perizonio ad Sanctii Minerv. I, 6, p. 36 annotavit Gesner.

Meum esset) Appius loquitur, quasi ab apibus nomen adeptus.

non tuum, eas novisse volucres, quibus plurimum
natura ingenii atque artis tribuit: itaque eas melius
me nosse quam te, ut scias, de incredibili earum a-
vium natura audi. Merula, ut[e] caetera fecit, ὑλικῶς,
quae sequi melitturgi[g] soleant,[h] demonstrabit. Primum 4
apes nascuntur partim ex apibus, partim ex bubulo
corpore putrefacto. Itaque Archelaus in epigram-
mate ait eas esse --- βοὸς φθιμένης[i] πεποτημένα τέκνα.
Idem: Ιππων μὲν σφῆκες γενεὰ, μόσχων[k] δὲ μέλισσαι.[l] Hae
apes non sunt solitaria natura, ut aquilae, sed ut ho-

postea *me nosce quam* te Br. Ald. (e) *audi: Merula quae* I. B. Br. R. (f) Ita Codex Vrsini. *hyliscus* I. B. Br. R. reliquae cum Aldina *ἱστορικῶς*. (g) *meliturgi* a. V. H. St. D. (h) *id est, quae exercent (exercet* lens.) *mellaria* add. I. B. R. *qui exercet* Brusch. (i) Vulgatum antea φθινομένης ex libris suis corrigi iussit Victor. quod fecit Comel. prima. Deinceps Edd. antiquae πεποιημένα habent; libri Victorii *pepianem mina*. Correxit primus Turnebus Advers. VIII. 8. Scaliger malebat πεπλανημένα. (k) *μοσχων δε μεδισθαι*. I. B. R. *ιπ ων — μοσχων δε ελισται* Br. (l) ἵπποι μὲν σφηκῶν γένεσις. μό-

Natura audi) *Naturali* est in Polit. Ambros. 3, Flur. ut Vindob. deinde pro *avium* Polit. S. Repar. et Vindob. *artium*, Ambros. *arte*. Hoc probat Pontedera. Deinceps *melliturgeo* Pol. 2 Flor. Caesen. Ambr. *mellicturgio* Vindob. unde Pontedera corrigebat Attico more, ut ait, et graece scriptum μελιτούργεῳ. Quid fuerit in mente viro egregio, non potui divinare. Hoc scio, antiquum *meliturgi* fuisse restituendum.

Ὑλικῶς, *quae cetera*) Vulgatum ἱστορικῶς ex vetere Codice Vrsinus, Pontedera et ipse adeo Gesner corrigi voluerunt. Deinde in eodem Codice reperit Vrsinus *quae cetera*. quae mutabat in *quemadmodum cetera*. Similis est locus Varronis II, 1, 2: *dicam duntaxat, quod est ἱστορικὸν, — de origine et dignitate. de tertia parte ubi est de arte, Scrofa suscipiet*. Ceterum lectio Edd. I. B. R. *id est, quae exercent mellarii*, vulgatae videtur esse interpretatio.

Bubulo corpore) Vrsinus *pecore* malebat.

Archelaus) Huius epigrammata de rebus physicis ad Ptolemaeum scripta saepius laudavit Antigonus Carystius de rebus mirabilibus.

Idem) Vrsinus malebat Nicander, cuius est versus a Varrone positus. Ante Victorium versus geminatus aderat; alterum auctoribus libris suis delevit Victor., quem laudari iisdem verbis monuit a Simplicio in Primum Aristotelicae ἀκροας. φυσικῆς e. 52, ubi est: ἵπποι γὰρ σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν. Fabulam eandem plures tradiderunt veterum scriptorum. Ceterum in Nicandri Theriacis versu 741, legitur locus ita, ut a Simplicio laudatur, et ab Aeliano I, 28, eamque lectionem equidem praeferrem h. l. quia magis exquisitum

mines. Quod si hoc [m] faciunt etiam graculi, at non idem: quod hic societas operis et aedificiorum, quod illic non est. Hic ratio atque ars; ab his opus facere discunt, ab his aedificare, ab his cibaria condere. Tria enim harum, cibus, domus, opus: neque idem quod cibus cera, nec quod ea mel, nec quod mel [n] domus. (non[o]) in favo sex angulis [p] cella, totidem, quot habet ipsa [q] pedes. quod geometrae ἑξάγωνον [r] fieri in orbi rotundo ostendunt, ut plurimum loci includatur.[s] Foris pascuntur, intus opus [t] faciunt: quod, dulcissimum quod [v] est, et diis et hominibus est [x] acceptum. quod favus venit in altaria, et mel ad principia con-

σχοι δὲ μελισσῶν add. A. I. I-G. (m) *in hoc* I. B. R. Br. (n) *mel* om. I. B. Br. R. *quod id. domus* ex Codice Vrsiuus corrigit. (o) *Nam* I. I-G. A. (p) *Sex angulis cellam tot.* I. B. R. Br. *cella ex angulis totidem* I. I-G. A. *et margo* Dudr. *sexangulis* Victor. (q) *ipsa* deest I. B. R. Br. (r) *hexagon* B. R. *orbi* Br. Ald. *orbe* cum Victor. reliquae. (s) *includant* A. Iuot. G. (t) *favos melle farciunt* Eaedem. (v) *quidem* A. Vict. (x) *est* om. A. Iunt.

et ingenin Nicandri aptum est γένεσις ἵπποι quam ἵππων γενεά.

Graculi) Brusch. *graeculi*. Varro de L. L. IV a gregatim volando dictos esse voluit; rectius cum aliis Festus a sono oris; cum quo facit Isidorus Origin. XII, 7. Scilicet a κράζω fit gracus, graculus. Graece dicitur κολοιός. Alii a *gerere* derivabant; Menagius a graeco κόραξ, κόρακος, quasi *coraculum*, *graculum*. Ex contracto *graulus* ortum vocabulum Italicum *grola* et Gallicum *grole*. Vide etiam notam supra ad cap. XI, 4.

Sed ut homines) Haec verba abundare videntur Vrsino, qui praeterea *apes* post *hae* deleri volebat, ut glossam. — *Quod si hoc*) *Quodsi in hoc* Edd. pr. Polit. 3 Florent. et Vindob. quod probans Pontedera locum interpretatur: *si in hoc conveniunt etiam graculi.*

Operis) Crescentius IX, 100, *operum* habet.

Quod mel domus) *quod id domus* malebat Vrsinus ex vetere Codice; deinde vulgatum *nam* abundare putabat, cui Gesnerus cum aliis Edd. substituit *non* cum signo interrogationis. Sed interrogatio ab hac Appii oratione plaue aliena est. Quare *non* inclusi.

Vt plurimum loci) Rationes geometricas accurate explicavit Reaumure in opere egregio de Apibus.

Opus faciunt) Antiquam lectionem, *favos melle farciunt*, haud scio an temere mutaverit Victorius.

Principia convivii) Vnde promulsis dicitur. Vide Interpretes Petronii cap. 31 et 34, et Lipsium Antiq. Lect. III, p. 101. In promulside autem mel inerat. Haec monuit Schoettgen.

vivii, et in secundam mensam administratur. Hae[y] ut 6
hominum civitates, quod hic est et rex et imperium
et societas, quod sequuntur omnia pura. Itaque nulla
harum assidit in loco inquinato, aut eo, qui male oleat,
neque etiam in eo, qui bona olet unguenta. itaque
his unctus qui accessit,[z] pungunt. non ut muscae li-
guriunt,[a] quod nemo has videt, ut illas, in carne aut
sanguine aut[b] adipe. ideo modo[c] considunt in quo est
sapor dulcis. Minime malefica, quod nullius opus vel- 7
licans facit deterius: neque ignava, ut non, qui[d] eius[e]
opus conetur disturbare, resistat. Neque tamen nescia
suae imbecillitatis; * quae quum causa musarum esse
dicantur volucres, quod et siquando displicatae sunt,
cymbalis et plausibus numero reducunt[f] in locum
unum. Et ut his diis Helicona atque Olympon attri-
buerunt homines, sic his floridos et incultos natura
attribuit montes. Regem suum sequuntur quocunque 8

G. (y) *Haec* I. B. Br. R. (z) *accesserit* a. V. (a) *ligurriunt* P. et sic in optimis libris scriptum hoc verbum hic et in Terentii Eunucho reperiri, testatur Victor. (b) *et adipe* Br. (c) *modo eo* I. B. Br. R. (d) *ei qui* a. V. (e) *eius opus* om. I. B. Br. R. (f) *redducunt* P. et Codd. Vict. (g)

Accessit) Ita et vetus Vrsini liber, quod esse monet pro *accesserit*. Ceterum quaecunque hoc capite traduntur de natura et moribus apum, pleraque sunt ex Aristotelis H. A. IX, 40 repetita. Quae difficultatis aliquid habent, attingam; reliqua silentio transmittam, quae lectores commodius in ipso philosopho longe subtiliore ordine tradita legent.

Ideo modo) Malebat Schoettgen in *eo modo*.

Imbecillitatis) Post haec excidisse quaedam, recte monuit Vrsinus, sed temere ex Geoponicis XV, 3 interpolare lacunam conatus est. Neque enim Geoponica in mellificii disciplina sequuntur, ut in multis aliis rusticae scientiae partibus, ducem Varronem, sed multa ab eius doctrina aliena plane inmiscent. Et sunt plures in hoc capite lacunae, quas ex Geoponicis nullo modo licebit explere. Lacunae iudicem stellam apposuit Schoettgen.

Dicantur) Polit. et 3 Flor. *dicant* teste Pont. unde praecedens *quae* mutat in *quas*. Vindob. *nae* habet pro *dicantur*.

Displicatae) Crescentius: *in aïre dispersae*. Gesnerus emendabat *disputatae*.

Numero reducunt) Cresc. *cymbalis et sonis se reducunt*. omisso *numero*. quod est pro cito, celeriter dictum. Vide Festum in voce *numero*.

Quocunque it) Cresc. *ierit*, *fessum*

it, et fessum sublevant; et, si nequit volare, succolant,[g] quod eum servare volunt. Neque ipsae sunt inficientes,[h] nec non oderunt inertes. itaque impetentes[i] a se eiiciunt fucos, quod hi neque adiuvant, et mel consumunt: quos vocificantes[k] plures persequuntur etiam paucae. Extra ostium alvei obturant omnia, qua venit inter favos spiritus, quam ἐριθάκην[l]
9 appellant Graeci. Omnes ut in exercitu vivunt, atque alternis dormiunt, et opus faciunt pariter, et ut colonias mittunt. Hique duces conficiunt quaedam ad

succolant Br. *subvolant* A. Ba-G. (h) *inficiantes* A. Ba-G. (i) Ita libri a. V. qui ex *impectantes* P. et Codd. suorum effecit *insectantes*. Deinceps *consumunt mel.* Br. Ald. (k) *vociferantes* margo Dord. et Gymn. (l) *rhitha-*

sublevant — sustollunt. sed antiqua mea Editio *quocunque. id et fessum sublevant — sustollunt.*

Inertes) Crescent. *neque ipsae sunt ociosae — desides.* Sed antiqua mea Editio: *neque ipsae sunt inoperantes nec non oderunt inertes.* Varronianum fere puto esse *inoperantes*.

Impetentes) Victorius ex lectione librorum Polit. *itaque impectantes* effinxerat *insectantes*. Impectantes tamen ipsum defendebat Turnebus Advers. VIII, 8, interpretatus verberantes seu verberare cupientes. Ab impingere id verbum derivabat Schoettgen. Inepte Popma legebat *inspectantes*. Antiquam lectionem et proham expressit Crescentius; habet enim *impetum facientes*. Igitur eam restitui.

Vocificantes) Crescent. *vociferantes — persequuntur et paucae*. sed Editio antiqua mea *et pauci*. Plinius: *abigunt fucos, multaeque singulos aggressae trucidant*. Igitur Vrsino videbatur Plinius in Varrone legisse *paucos*.

Extra ostium) Crescentius *propter ostium* quasi *iuxta* legisset; quod equidem praeferam. Deinceps habet *ne veniat*, sed antiqua mea *quae venit* habet. Deinde pro erithace reponebat Vrsinus propolin, quoniam infra sect. 23 est: *propolin vocant, e quo faciunt ad foramen introitus protectum in alvum maxime aestate — erithacem vocant, quo favos extremos inter se conglutinant, quod est aliud melle propoli.* Aristoteles H. A. IX, 40. περὶ δὲ τὸ στόμα τοῦ σμήνους τὸ μὲν πρῶτον τῆς εἰσδύσεως περιαλήλειπται μίτυϊ, τοῦτο δ' ἐστὶ μέλαν ἱκανῶς, ὥσπερ ἀποκάθαρμα. ubi Codex Mediceus cum versione Thomae habet μήτυϊ. Et in Plinio XI, sect. 6, ubi locum hunc expressit, pro commosin bis Vincentius habet *mityn*, altero loco *metin*. Quum Aristotelem ubique expresserit Varro, nisi alium auctorem nominavit aliquem, lacunam hoc loco esse censeo et verba quaedam excidisse. Erithace enim plane diversa in cellis favorum seposita: quum metys sit species propolis, qua tecta picantur intus. Etiam *spiritum* male h. l. nominari puto.

Vt colonias) Cresc. *in colonias horunque duces faciunt.* Gesnerus emendabat. *Hacque ducis.* Equidem duce

vocem ut imitatione tubae. tum id faciunt, quum inter se signa pacis ac belli habeant. Sed o Merula, Axius noster ne, dum haec [m] audit physica, fatiscat, quod de fructu nihil dixi, nunc cursu lampada tibi [n] trado. Merula, De fructu, inquit, hoc dico, quod fortassean tibi satis sit *Axi*, in [o] quo auctorem habeo non solum, qui alvearia sua locata habet quotannis quinis millibus pondo mellis, sed etiam hunc Varronem nostrum, quem audivi dicentem, duo milites se habuisse in Hispania fratres Veianos ex agro Falisco locupletes, quibus quum a patre relicta esset parva villa, et agellus non sane maior iugero uno, hos circum villam totam alvearium fecisse, et hortum habuisse, ac reliquum thymo et cytiso obsevisse, [p] et apiastro, quod alii *pa-*

cen I. B. R. *rhithacem* Br. *obthurant* Ald. paulo antea. (m) *hoc* I. B. Br. R. Leinde vulgo *physicam addiscat* legitur. Sed *dum haec audit: physicam achiscat* Pol. (n) *tibo* I. B. R. Br. (o) *in quo* omitt. A. Iunt. G. (p) *opplevisse*

Crescentio malim legere: *ut colonias mittunt, harumque duces. Conficiunt. — belli habent.* Nam Crescent. etiam *habent* praefert.

Fatiscat) Ex lectione libri Polit. *physicam achiscat* Scaliger effingebat *physica, maciscat*, i. e. macescat. Vrsinus ex vetere Codice *arcessat* vel accuset physicam, legi volebat, Popma: *physica magis hiscat.* Equidem legendum puto: *physica, fatiscat*: ne fatigetur haec physica audiens. Atque hanc lectionem vulgatae, quae sensum plane alienum ab h. l. habet, interim substitui, dum meliorem afferant alii. — *Physicam achiscat* etiam Caesenas, Codex S. Repar. *physica machiscat.* Vindob. *physicam achyrscat*; deinde *non cursu* ex Edd. pr. Polit. et 3 Florent. ut Vindob. annotavit probans Pontedera, atque ita interpretatur: *non cursu, ut in Atticis ludis, sed sedens lampadem trado.* Totum locum ita reconcinnavit: *physica, maciscat, quod de fructu nihil deixsi, non cursu lampada tibi trado.* Ceterum etiam sect. 20 *maciscunt* malebat Pontedera.

Fortassean) Sic Pontedera monuit scribendum, probante Schneidero. Vulgo, *forsan*; alii *fortasse an*. T.

Villa) Cresc. *domuscula — uno, circa totam domum alvearia fecisse — ac reliquum locum ac spatium — citiso semine operuisse.* ubi Editio antiqua habet *ac spatio.* Ceterum Aldina habet *duos milites.*

Agellus) Charisius p. 108. Varro rerum rusticarum 3: *iugerum agelli* et *iugero uno* quum dixerit, idem *in iugeribus multis.* Sed et primo rusticarum rerum *iugeribus* saepe dixit.

λίφυλλον,[q] alii *μελισσόφυλλον*, quidam *μέλινον* appellant.
11 Hos nunquam minus, ut peraeque ducerent, dena millia sestertia ex melle recipere esse solitos. tum eos et velle exspectare, ut suo potius tempore mercatorem admitterent, quam celerius alieno. Dic igitur, *inquit*,[r] ubi et cuiusmodi me facere oporteat alvearium, ut
12 magnos capiam fructus. *Ille*, *μελιττῶνας* ita facere oportet, quos alii *μελιττοτροφεῖα*[s] appellant, eandem rem quidam mellaria. Primum secundum villam, potissimum ubi non resonent imagines. hic enim sonus harum fugae [causa[t]] existimatur esse. Procerum[v] esse

I. B. R. *opsevisse* Pol. (q) *meliphilon*, *al. melisophilon*, *qu. mellinom* I. B. R. Br. *melliuem* Pol. Deinceps *pleraeque* Br. (r) *inq. Merula* I. I-G. A. (s) *melitrophia* I. B. R. Br. *μελιτροφεῖα* Vict. et Gesn. *μελιττοτροφεῖα* I. I-G. A. (t) *causa* om. I. B. Br. R. et Cod. uterque Flor. et Venet. monente Ponted. *causam* A. Iunt. G. (v) *Praeterea proc.* a. Vict. *Praeterea* solum habet

μέλινον) Nomen aliunde incognitum. Scaliger ex libro Polit. *mellinam* restitui volebat, aeque ignotam. Ab aliis *μελέτταιναν* appellari, monuit ipse Victorius. Sed ecce Philargyrius ad Georg. IV, 63: *melisphylla herba est, quam, ut ait Varro, alii apiastrum, alii meliuem appellant.* Servius ibidem: *Varro hanc herbam apiastrum dicit in primo libro operis rustici.* Itaque libri antiquissimi auctoritas non spernenda esse videtur.

Minus — sestertia) Cresc. *minus quam — sextaria.* Sed recte Editio antiqua: *minus ut per aeque ducerentur dena.* Vrsinus emendat *sestertium.*

μελιττῶνας) Gellius II, 20 ex h. l. laudat: *μελισσῶνας ita favere oportet, quae quidem mellaria appellant.*

Resonent) Cresc. addit: *id est vocis echi.* Ex sua Cresc. editione Gesner laudavit: *resident imagines, id est voces eco.* Ex Crescentio addendum puto *vocis.* Imago enim vix dici potest echo, omisso hoc vocabulo.

Boverum) Ex vulgata lectione Scaliger hanc effingebat: *hic enim sonus harum fugae existimatur esse protelum:* interpretatus ita: ciusmodi sonis longe protelantur in fugam. Affert locum ex Varronis libro de liberis educandis hunc: *contra delectatio protelum, ad discendum.* Scaligero adstipulatus Gesner incluserat vocem *causa*, quam ex *protelum*, tanquam glossam, ortam putabat. Vrsinus simpliciter legi volebat: *peaeterea locum esse oportet.* Ex lectione Edd. I. R. R. *praeterea procerum* Vossius ad Catull. p. 123 efficiebat: *peactoria procerum.* Quod nimis esset poëticum. Nec de solis proceribus loquitur Varro. Equidem simplicem et facilem Vrsini rationem amplector. Liber Caesenas, teste Pontedera, habet *praeterea* pro *procerum.* Crescentius habet: *hic enim sonus fugae existimatur earum esse.* Sed antiqua mea Editio habet *existimatur procerum esse. Item esse deberi dicit in aëre temperato neque aestate frigido*

oportet aëre temperato, neque aestate fervido, neque hieme non aprico, ut spectet potissimum ad hibernos ortus, quae[x] prope se loca habeat ea, ubi pabulum sit frequens et aqua pura. Si pabulum naturale non 13
est, ea oportet dominum serere, quae maxime sequuntur apes. ea sunt, rosa, serpyllum, apiastrum, papaver, faba, lens, pisum, ocimum,[y] cyperum, Medica, et maxime cytisum, quod minus[z] valentibus utilissimum est. Etenim ab aequinoctio verno florere incipit, et permanet ad alterum aequinoctium autumni. Sed ut hoc aptissimum ad sanitatem apium, sic 14
ad mellificium thymum. Propter hoc Siculum mel fert palmam, quod ibi thymum bonum et frequens est. Itaque quidam thymum contundunt[a] in pila, et diluunt in aqua tepida: eo[b] conspergunt omnia seminaria consita apium causa. Quod ad locum pertinet, 15
hoc genus potissimum eligendum iuxta villam; non quo[c] non in villae porticu quoque[d] quidam (quo tu-

Caesenas, omittit uterque Flor. et Venetus, teste Pontedera. (x) *qui* corr. Gesn. (y) *oc. medicae max.* I. B. Br. R. *ocimum* omitt. A. Iunt. G. *ocymum apium medicam* Caesen. Cod. (z) *minus* vulgo deest. (a) *contondunt* Br. (b) *ea* I. I-G. A. (c) *quod* I. I-G. A. (d) *quoque* om. I. B. Br. R. (e)

neque hieme non oppresso. ubi Basil. habet: *neque aestate nimium calido neque hieme nimium frigido.* Triller Observ. IV, 27 corrigebat: *Porro caelum esse oportet.*

Ea sunt, rosa) Cresc. *ut sunt.*

Ocimum) Cresc. *eginum. medica maxime valentibus.* Sed antiqua edit. mea: *eginium, capra, medice maxime citisimque valentibus* etc.

Cyperum) Recte omitti in Edd. quibusdam censet Pontedera, aut legendum cipiron, quem interpretatur *gladiolum*, a reliquis scriptoribus in mellificio commemoratum, Cyperi enim flores eius, quem hodie dicimus, filamenta apibus inutilia praebere, recte monet.

Minus valentibus) Ita recte emendavit Vrsinus ex ipsa sententia et Columella IX, 5. Vulgo deerat *minus.*

Autumni) Cresc. *autumnale.* Pontedera deleri vult aut *alterum* aut *autumni.* Brusch. hic etiam suum *autumni* habet.

Porticu) Supra cap. III, sect. 5: *apes enim subter subgrundas abinitio villatico usae tecto.*

Alvearia) Miror libros scriptos formam *alvaria* hic non praeferre, de qua dicam ad Columellae IX, cap. 6, ubi libri optimi eam exhibent.

tius essent) alvearia collocarint. Alvos,[e] ubi sint, alii faciunt ex viminibus rotundas, alii e ligno ac corticibus, alii ex arbore cava, alii fictiles, alii etiam ex ferulis quadratas longas circiter pedes ternos,[f] latas pedem, sed ita uti quum[g] parum sit[h] qua compleant, eas coangustent, ne in vasto loco et inani despondeant animum. haec omnia vocant a mellis alimonio alvos: quas ideo videntur medias facere angustissimas,
16 ut figuram imitentur earum. Vitiles[k] fimo bubulo oblinunt[l] intus et extra, ne asperitate absterreantur. easque alvos ita collocant in mutulis[m] parietis, ut ne agitentur, neve inter se contingant, quum in ordinem sint positae. sic intervallo interposito,[n] alterum et tertium ordinem infra faciunt, et aiunt potius hinc demi oportere, quam addi[o] quartum. Media[p] alvo,

Alvos ex Edd. ante Victor. restitui. (f) *tres* I. B. Br. R. (g) *cum* om. Edd. eaed. (h) *sint quae* eaed. Edd. Paulo antea *pedes circiter* Br. Ald. (i) *ue eas* I. B. Br. R. (k) *fictiles* a. V. (l) *obliniunt* a. V. (m) *mutilis* a. V. (n) *posito* I. B. Br. R. (o) *addi. Quartum med.* Eaedem. (p) *Medio*

Alvos, ubi sint) sc. apes. Hanc antea vulgatam lectionem temere ex libris suis mutavit Victorius, uti mecum censuere Pontedera et Gesnerus.

Sed ita uti cum parum) Polit. et 3 Flor. *sed ita uti parum sunt q. c. ut eas conangustent in vasto loco inani.* Vind. *sed ita parum sunt quae com. uti eas coang.* Vnde Pontedera corrigebat: *Sed ita ube parum sont, quae compleant, uti eas conangustent, ne in vasto despondeant animum.* Verba *loco et inani* glossam censebat *vasti* ineptam; nam ubi versentur apes, locum inanem dici non posse, parum posse.

Alimonio) Ab alendo alvum dictam vult etiam Festus h. v.

Imitentur earum) Homines medios contractiores a similitudine vesparum, quae similes apibus hac corporis parte, vocant σφηκώδεις, Romani *cingulos.*

Vitiles) Vulgatam antea *fictiles* Victorius ex libris suis, ratione etiam ita suadente, uti putabat, mutavit in *vitiles.* At *fictiles* restitui voluit Pontedera, quod hae intus etiam propter asperitatem, vitiles vero extus modo contra aërem fimo bubulo oblinantur. Ligneas alvos extus, ne putrescant, cioere fimo bubulo misto oblinunt Geoponica XV, 2. Rimas et foramina extriosecus luto et fimo bubulo mistis illioit Columella IX, 14, 14. Plinius XXI, s. 47: *circumlini alvos fimo bubulo utilissimum.* De materia nun satis aperte tradunt alvorum. Equidem vitiles utilius intus et extus oblini putaverim, quam fictiles. Denique fictiles ipse Varro deterrimas ait esse alvos.

(in [q]) qua introëant apes, faciunt foramina parva dextra ac sinistra. Ad extrema, qua mellarii [r] favum 17
eximere possint, [s] opercula imponunt alvis. Optimae fiunt corticeae, [t] deterrimae fictiles, quod et [v] frigore hieme et aestate calore vehementissime [x] commoventur. Verno tempore et aestivo fere ter in mense mellarius inspicere debet, fumigans leviter eas, [y] et a spurcitiis purgare alvum, et vermiculos eiicere. Praeterea ut 18
animadvertat, ne reguli plures existant: inutiles enim fiunt propter seditiones. et, [z] ut quidam dicunt, tria genera quum sint ducum in apibus, niger, ruber, varius; ut Menecrates scribit, duo, niger et varius: qui ita, melior; ut expediat mellario, [a] quum duo

Herv. (q) *in* om. margo Durd. (r) *melliarii* I. B. Br. R. (s) Ita libri a. V. qui *possunt* invexit. (t) *cortice* a. V. (v) *ex* I. B. Br. R. (x) *hic* vulgo intersertum omisi cum A. Iunt. G. (y) *eas* om. I. B. Br. R. (z) *et* om.

In qua introeant) Inclusi *in*, quia statim sequitur *qua mellarii favum eximere possint*. ubi nescio, cur Vrsinus *quo* legi maluerit.

Possint) Hoc ex antiquis Edd. restitui temere mutatum a Victorio.

Quod et frigore) Vrsinus malebat: *quod eae frigore*.

Hic commoventur) Omisi *hic*, quod Gesner mutari volebat in *hae* aut *haec*.

Et ut quidam) Vrsinus *et* abesse a veteribus codicibus ait, et abest ad Edd. I. B. R. — *Cum et quidam*. Polit. et 3 Florent. ut Vindob.; unde Pouted. efficiebat: *seditiones ducum. Et, ut quidam dicunt, tria genera quum sint.*

Tria genera) Nullus scriptorum eorum, qui hodie exstant, tria, sed duo omnes faciont cum Aristotele H. A. IX, 40: δύο μὲν ἡγεμόνων· ὁ μὲν βελτίων πυῤῥός· ὁ δ' ἕτερος μέλας καὶ ποικιλώτερος. Aliunde accuratius cum Hygino descripserunt Virgilius, Columella et Plinius. Virgilius adeo ad regis alterum genus transtulit, quae de fure Aristoteles: μέλας καὶ πλατυγάστωρ. Aeistotelis locum paulo aliter referunt Geoponica XV, 2, 16: τῶν δὲ βασιλέων οἱ μὲν ἄριστοι εἰσὶ τῇ χροιᾷ ξανθοὶ, μέγεθος ἡμιόλιον μελίσσης, οἱ δὲ δεύτεροι ποικίλοι, ὀλίγον ὑπομελαίνοντες, μέγεθος διπλάσιον. Aristoteles enim de nigro et vario solo addit: τὸ δὲ μέγεθος διπλάσιος τῆς χρηστῆς μελίττης. Sed libro V, cap. 21, addit: καὶ τὸ κάτω τοῦ διαζώματος ἔχουσιν ἡμιόλιον μάλιστα τῷ μήκει· quae Geoponica male ad primum genus ducum referunt. Menecratem de erithacae origine laudat Plinius XI, sect. 7.

Qui ita, melior) Gesnerus malebat *hic ita melior, ut*. Praeterea Scaliger suspicabatur, olim fuisse h. l. *Menecrates scribit, duo, ruber, niger et varius*. Sed dubitari potest, an Menecrates Aristotelem ubique fuerit secutus, utpote poëta, Ephesius. Equi-

sint[b] eadem alvo, interficere nigrum, quem scit cum altero rege esse seditiosum, et corrumpere alvum, quod fuget, aut cum multitudine fugetur. De reliquis apibus optima est parva, varia, rotunda.[c] Fur, qui vocatur ab aliis fucus, ater[d] est, lato ventre. Vespae[e] quae similitudinem habet apis, neque socia est operis,[f] et nocere solet morsu, quam apes a se secernunt.

Eaedem. (a) *melliario* I. B. Br. R. *melliarii* P. (b) *sunt* a. V. (c) *rutunda* P. (d) Vulgo *alter*. I. B. Br. R. *est alter: est*. (e) Vulgo *Vespa*. (f) *operi*

dem totum hunc locum a librariis mutilatum atque interpolatum puto; quum tria vocabula *ruber, niger et varius* posita viderent, statim inde tria ducum genera effecerunt. Cresc. habet: *seditionem. nam duo sunt genera, ut Meocnates et Virgilius scribunt, niger et varius, qui melior est. Debet ergo mellearius interficere nigrum, qui alteri regi seditiosus est et corrumpit alvum, eo quod fugat* etc.

Fur, qui vocatur) *Vocabitur* cum Vindob. Polit. 3 Florent. et Caesen. deinceps *fucus est alter: est lato ventre vespa quae*. Postea: *Hae differunt* cum Vindob. Polit. et 3 Florent. Vnde corrigebat Ponted. *Four, qui vocabitur ab alls foueus, est alter: est lato ventre vespa, quae*.

Ater) Ita recte vulgatum *alter* emendari iussit iam olim Scaliger ex his Aristotelis H. A. IX, 40: *ἕτερος ὁ φὼρ καλούμενος, μέλας καὶ πλατυγάστωρ· ἔστι δὲ ὁ κηφὴν αὐτος μέγιστος πάντων, ἄκεντρος δὲ καὶ νωθρός·* unde Plinius XI, sect. 18: *quamquam de fucis video dubitari, propriumque iis genus esse aliquos existimare, sicut furibus, „grandissimis inter illas, sed nigris lataque alvo, ita appellatis quia furtim devorent mella.* In loco Aristotelis recte Codex Vaticanus cum versione Thomae legit: *ἔτι δὲ ὁ κηφὴν· οὗτος* etc. Pro *μέλας* versio Scoti, quam sequitur Albertus et Vincentius, expressit *μέγας*. Male! Furem versio Thomae nominat *formigerum*. Cum Aristotele faciunt Geoponica. Verba *qui vocatur ab aliis fucus* ex glossa esse orta putabat Vrsinus; adstipulante Beckmanno ad Antigonum Carystium p. 105, qui egregie docuit, fures, quos Aristoteles diligenter ubiquae a fucis distinxit, esse genus rapax nec genere nec specie a vulgari apium genere separatum, sed invitante occasione vel indigentia ad furta delapsum. Quodsi lectio vulgaris bene habet, tum credere oportet, Varronem, vel ipsum Menecratem, lectione loci Aristotelici deceptum, fucum eundem cum fure fecisse; in quem errorem pronior erat lapsus, quum sciret, et ipsos fucos furium nomine censeri a scriptoribus, veluti factum ab Aeliano H. A. I, 9.

Vespae quae) Ita corresi vulgatum *vespa, qua*. Aristoteles enim sic: *ἄλλη μακρὰ ὁμοία τῇ ἀνθρήνῃ — αἱ δὲ μακραὶ — μέλι βραχὺ ἢ οὐδὲν — πολεμοῦσι δὲ σφόδρα αἱ μακραὶ τῷ γένει τῷ μακρῷ καὶ πειρῶνται ἐκβάλλειν ἐκ τῶν σμηνῶν· κἂν ἐπικρατήσωσι, τοῦτο δοκεῖ ὑπερβολῇ γίγνεσθαι ἀγαθὸν σμήνος.* Plinius XI, s. 19: *deterioris longae et quibus similitudo vesparum.*

Eae[g] differunt inter se, quae ferae et cicures sunt. Nunc feras dico, quae in silvestribus locis pastitant; cicures, quae in[h] cultis. Silvestres minores sunt ma- 20
gnitudine et pilosae, sed opifices magis. In emendo emtorem videre oportet, valeant an sint aegrae. Sanitatis signa, si sunt frequentes in examine, et si nitidae: et si opus, quod faciunt, est aequabile ac leve. Minus valentium signa, si sunt[i] pilosae et horridae, aut[k] pulverulentae, nisi opificii eas urget tempus. tum enim propter laborem asperantur, ac macescunt.[l] Si 21
transferendae sunt alvi[m] in alium locum, id facere diligenter oportet, et tempora, quibus id potissimum facias, animadvertendum; et loca, quo transferas, idonea providendum. Tempora, ut verno potius quam

I. I-G. A. (g) *Haec* I. B. Br. R. *Hae* P. (h) *in* om. I. B. R. habet Brusch. (i) *sint* I. I-G. (k) Vulgo *ut*, etiam in Br. *aut* I. B. R. (l) *et mac.* Br. A.

Quae ferae) Legendum puto *qua ferae*. Plinius l. c. *apes sunt et rusticae silvestresque, horridae aspectu, multo iracundiores, sed opere ac labore praestantes. Vrbanarum duo genera: optimae breves variaeque et in rotunditatem compactiles: deteriores longae et quibus similitudo vesparum. etiamnum deterrimae ex iis pilosae.* Aristoteles H. A. IX, 40: ἡ δ᾽ ἀρίστη μικρὰ, στρογγύλη καὶ ποικίλη. ἄλλη μακρὰ — διαφέρουσι δὲ αἱ γινόμεναι τῶν μελιττῶν αἵ τ᾽ ἀπὸ τῶν τὰ ἥμερα νεμομένων καὶ ἀπὸ τῶν τὰ ὀρεινά· εἰσὶ γὰρ αἱ ἀπὸ τῶν ὑλονόμων δασύτεραι καὶ ἐλάττους καὶ ἐργατικώτεραι καὶ χαλεπώτεραι, ἐργάζονταί τε τὰ κηρία ὁμαλὰ καὶ τὸ ἐπιπολῆς κάλυμμα πᾶν λεῖον — αἱ δὲ μακραὶ τά τε κηρία ποιοῦσιν ἀνώμαλα καὶ τὸ κάλυμμα ἀνφωδηκός, ὅμοιον τῷ τῆς ἀνθρήνης.

Quae — pastitant) Ita correxit Pontedera ex Polit. 3 Florent. et Ambros. probante Schneidero. Vulgo *pascitant*.

Aut pulverulentae) Has Virgilius hinc reddidit: *namque aliae turpes horrent, ceu pulvere ab alto quum venit et sicco terram spuit ore viator.* quae verba male Columella IX, 10, sect. 2, ad genus regum deterius transtulit. Hoc nostrum genus idem cap. II, sect. 2, ita notavit: *alius minores quidem sed aeque rotundas et infusci coloris horridique pili.* Aristoteles H. A. IX, 40: αἱ δὲ μικραὶ ἐργάτιδες μᾶλλον τῶν μεγάλων, ὥσπερ εἴρηται, ἔχουσι δὲ τὰ πτερὰ περιτετριμμένα καὶ χροιὰν μέλαιναν καὶ ἐπικεκαμμέναι· αἱ δὲ φαναὶ καὶ λαμπραὶ ὥσπερ γυναῖκες ἀργαί· ubi libri optimi cum Scoti et Thomae versione ἐπικεκαυμέναι habent; Thomae versio etiam περιτετρημένα.

Sunt alvi) Cresc. omittit *alvi*.

Tempora) Crescent. *tempore verno — nam hieme — consuescunt translatae manere.* Vrsinus verba *quo sunt translatae manere* abundare putabat.

hiberno, quod hieme difficulter consuescunt, quo sunt translatae, manere: itaque fugiunt plerumque. Si e bono loco transtuleris eo, ubi idonea,[o] pabulatio non est, fugitivae fiunt. Nec si ex alvo in alvum in
22 eodem loco traiicias, negligenter faciendum. Sed et alvus, in quam[p] transiturae sunt apes,[q] apiastro perfricanda,[r] quod illicium hoc illis: et favi melliti intus ponendi, a faucibus non longe, ne quum animadverterint, aut inopiam escae[s] habuisse dicantur,[t] aut quum sunt apes morbidae propter primores vernos

marcescunt P. (m) *alvos* P. (n) *quod transl.* I. B. Br. R. (o) *bona* add. I. B. Br. R. (p) Vulgo *sed si transiturae*. Sed Hervag. *Sed et alvus, in quam trans.* Iuntt. *Sed et ea alvus in qua.* Polit. *Sed et transiturae sint.* (q) Vulgo interpositum *ea* om. I. B. Br. R. I. I. H. ex P. (r) *perfricandum* a. V. Cod. Caesen. et Pop. (s) *essae habuisse dicitis: ait cum* P. *esse habuisse dicitis ait cum*

Quo sunt translatae, manere, itaque fugiunt plerumque) Haec e glossa irrepsisse censebat Pontedera, ob causam non nimis gravem.

Non est) Cresc. *non sit.*

Sed et alvus) Vulgatam *sed si transiturae sunt apes ea apiastro*, audacter relinxi ex lectione Editt. quam temeravit Victorius. Scabiem vulgatae variis modis lenire conati sunt Pontedera, Bruchner et Gesner.

Ne cum animadv.) *Nec cum* Flor. tertius, pro *escae* Pol. *esuae*, Caesen. S. Rep. *esse*, tertius Flor. *esce*; pro *dicantur* est in Vict. Pol. 2 Flor. Caes. *dicitis:* Vindob. *esse — dicitis.* Postea *ut cum* Flor. tertius, *ait* in 3 reliquis; denique *sint* Victor. Vindob. et Codd. Pontederae, qui referri ex quodam auctore censebat haec, sed quaedam a librariis omissa esse. Itaque locum ita concinnabat: *Nec quom animadvorteriint aut inopiam esse, aut aegras apes (alvum) habuisse, esse transferendas Menecrates (vel quis alius) deicit. Is ait...*

Animadverteriut) Ex lectione a Victorio tradita libri veteris Scaliger efficiebat: *haud inopiam esse, abivisse dicit. Is ait, quum sunt* etc. et ad Menecratem referebat. Vrsinus malebat: *animadverterint cibi inopiam esse, abrant. Menecrates ait apes propter — pastus ex floribus — cornu solere — easque urina fotas refici.* Popma excogitavit hanc medelam: *animadverterint favi inopiam esse, habuisse divitis malint*, i. e. habitare divites alvos malint. Deinde corrigit: *Quum sunt apes — urina pota reficiendum.* Pontedera censebat, Varronem nunc loqui velle de eo, quod faciendum, quum apes non sunt transiturae, in aliam alvum; igitur legebat: *nae* (sive *nam*) *quum animadverterint aut inopiam esse* (pro *escae*) *habuisse devitant, aut quum sint apes morbidae.* Gesnerus hic, velut in clivo bovem, despondrre animum se fatetur; recte tamen monet, magnam hic lacunam esse in oratione et sententia, quae vix unquam recte interpolabitur.

pastus, qui ex floribus nucis Graecae et cornu fiunt. coeliacas fieri, atque urina pota[v] refici. De his pro- 23
polim vocant, e quo faciunt ad foramen introitus protectum in alvum maxime aestate. Quam[x] rem etiam nomine eodem medici utuntur in amplastris. propter quam rem etiam carius in sacra via, quam[y] mel venit. Erithacen[z] vocant, quo[a] favos extremos inter[b] se conglutinant, quod est aliud melle,[c] propoli: itaque in hoc vim esse illiciendi. quo circa examen ubi volunt considere, eum ramum aliamve quam rem obliniunt[d] hoc, admixto apiastro. Favus est, quem fingunt 24
multicavatum e cera, quum singula cava sena latèra habeant, quot singulis pedes dedit natura. Neque

sint apes Codex Victorii. (t) *dicatur* Br. (v) *postas* P. (x) *Quam ob* margo Durdr. (y) *qua* I. B. Br. R. (z) *erhithacen* P. *rhithacen* Br. *rhitacem* I. B. R. *erythacen* I. I-G. Ald. (a) *quibus* I. B. R. Br. (b) *simul cong.* I. B. R. Br. *simul inter se* P. (c) *mel e* divis. I. B. R. Br. *melius* A. Iunt-G. (d) *obliniunt : hoc* I.

Vernos pastus) Postas Polit. dicitur habere, sed Ponted. in 3 Florent. *pota* in quarto *petas*, in Cod. S. Repar. *viriutepotas*; quartus Flor. ut Caesen. lacunam habet. Igitur Pontedera, qui apem omnia pura consectari et ab eo, quod male olet, abstinere censet, in Varrone praefert *ceriute potas* ex Virgilio IV, 62: *et ceriuthae ignobile gramen*. Vrinae remedium Columellam et Plinium non ex Varrone, sed ex Hygino descripsisse, quem Columella adeo appellet.

Nucis graecae et cornu) De corno idem Plinius affirmat, atque omnino de floribus quibuscunque, primo vere nimis avide ingestis, observat, nocere eos apibus. Vide ad Columellam IX, 13, 2. Vlmi floribus avide ingestis alvi profluvium pati tradit Columella. Cornum post illatam a Lucullo cerasum Italiae dictum fuisse cornocerasum tradit Servius ad Georg. II, 18. Eodem nomine Germani appellant composito.

De his) Multa ante haec verba excidisse, ipse orationis nexus docet et monuit Vrsinus. Cetera etiam ordine perverso plane traduntur, ut in reliquis capitibus saepe factum fuit.

Erithacen) Non inepte coniecisse puto, qui in Iuntt. correxerunt *erythacen*; quae scriptura et originem vocis et naturam, certe colorem rei significet. Nullibi tamen in graecis scriptoribus eam formam reperi.

Melle) Ita ex libris suis scripsit Victorius. Vrsinus legi praeterea volebat *melle et propoli*, aut potius *mel e propoli*, quae est ipsa scriptura Edd. veterum.

Afferuntur) Gesnerus emendari volebat: *offeruntur — ex iisdem omnia rebus*. Pontedera etiam *dicunt* volebat revocari ex Edd. I. B. R.

quae afferuntur ad quatuor res faciendas, propolim,
erithacen,[e] favum, mel, ex iisdem omnibus rebus car-
pere[f] dicuntur. Simplex ministerium,[g] quod e[h] malo
punico et asparago cibum carpant solum, ex olea ar-
25 bore ceram, e fico mel, sed non bonum. duplex mi-
nisterium praeberi, ut e faba, apiastro, cucurbita,
brassica ceram et cibum. nec non aliter duplex, quod
fit e malo et piris[i] silvestribus, cibum et mel. item
aliter duplex, quod e[k] papavere, ceram[l] et mel. tri-
plex ministerium quoque[m] fieri, uti ex nuce Graeca,
et e lapsana,[n] cibum, mel, ceram. item ex aliis flori-
bus ita carpere,[o] ut alia ad singulas res sumant, alia
26 ad plures. nec non etiam aliud discrimen sequuntur[p]

B. Br. R. A. Deinceps *quod singulis* Brusch. Eadem ubique *caera* scriptum habet. (e) *erhithacen* P. *rhithacen* Br. *rhithacem* I. B. R. *erythacen* A. I. I-G. et sic fere alibi. (f) *capere dicunt* I. B. Br. R. (g) *ministerium* addidi ex A. I. I-G. *dicuntur. Simplex minist.* margo Durdr. (h) *e* om. I. B. Br. R. (i) *piro silvestri, caeram* a. V. (k) *e* om. I. B. Br. R. (l) *caera* I. B. Br. R. (m) *cum* Eaedem. *ut ex* Br. (n) *lapsana* P. *et ex laps.* Br. (o) *capere* I. B. Br.

Simplex ministerium) Vulgo omissum vocabulum *ministerium* addidi ex antiquis Edd. Vrsinus multa excidisse ante vocem *simplex* putabat; cui assentitur Gesner, qui *ministerium* additum putabat ab aliquo, qui lacunam interpolare vellet. Equidem locum melius intelligi putabam posse addito vocabulo *ministerium*, persanatum tamen ita esse non credo.

Carpant) Cresc. *belli habent. Ex malo punico et consparago cibum capiunt solum.*

Olea) Cresc. *olea mel, sed non bonum.*

Quoque fieri) Edd. I. B. R. *quum fieri*. In Codice vetere Vrsinus reperit *confieri*. quam lectionem probo.

Silvestribus, cibum et mel) In libris suis Victorius reperit. *circum et mel.* unde effecit *cibum et mel.* pro vulgatis antea *ceram et mel.*

Lapsana) Cresc. *lapsano*. Nux graeca est fructus amygdalae, de qua Aristoteles Mirabil. auscult. cap. 19: ἡ χαλκιδικὴ πόα καὶ τὰ ἀμύγδαλα χρησιμώτατα πρὸς τὸ μέλι ποιεῖν· πλεῖστον γὰρ γόνον φασὶν ἐξ αὐτῶν γίνεσθαι· ubi chalcidica herba potius ficus chalcidica esse debere videtur.

Carpere) Cresc. cum I. B. R. *capere*.

Discrimen) Vrsinus omisso *discrimen* legi volebat: *nec non etiam aliud sequuntur in carptura, ut id sequantur in melle.* Scaliger: *ut eas sequatur*; intellecto *herbas*. Pontedera: *aliud eas sequatur* aut *sequitur*. Equidem locum ita puto constituendum: *sequuntur in carptura, ut in melle; quod* etc. omissis mediis verbis: *aut eas sequatur*, quae, tanquam ex varia lectione orta, omittenda censeo. Interim inclusi; et *sequuntur* mutavi in *sequantur*.

in carptura (aut eas sequatur), ut in melle quod ex alia re faciunt[q] liquidum mel, ut ex siserae[r] flore: ex[s] alia contra, spissum, ut e rore marino. Sic ex

R. (p) Vulgo *sequantur*. (q) *faciant* P. (r) Ita pro *sisere* dedi ex I. B. Br. R. *siseris* A. I. I-G. *sisarae* Po. (s) *et alig.* I. B. Br. R. (t) e om. I. B. R.

Siserae) *Sisarae* legendum censebat Scaliger, de erica Plinii et melle ericaeo interpretatus. Salmasius *siserae* praeferebat, siser seu genus pastinacae explicans: Scaligerm praeiverat H. Barbarus Corollarii I, cap. 125. Contra quam opinionem recta monuit Pontedera, mel ericaeum Plinii non esse liquidum, sed arenosum; deinde praeclare rationibus physicis explicat, cur ex erica mel liquidum confieri non possit, sed spissum. Contra Salmasium deinde docet, siser non esse genus pastinacae, nec ex pastinaca, nedum ex sisere liquidum mel, sed potius spissum cogi. Igitur lectionem Crescent. *ciceris* amplectitur Pontedera, et simul docet, papilionacei floris herbas, ad quas pertinet cicer, copiosum apibus mel atque aquosum, igitur liquidum, praebere. Vtinam experimento confirmasset emendationem. Ceterum ex editione Lovaniensi Crescent. Gesnerus laudat lectionem *ex sisere flore*. Antiqua mea *cicere flore* habet. Equidem in Plinio reperio XI, sect. 15: *quod fit palam doliolis, pingue: marino e rore spissum*, quae Harduinus explicat ex sect. 13, ubi est: *ibi optimum semper, ubi optimorum doliolis florum conditur.* ubi Harduinus, solia calycina interpretatur. Videtur scilicet Plinius exprimere voluisse haec Aristotelis H. A. V. 22: φέρει δὲ τὸ μέλι ἀπὸ πάντων ἡ μέλισσα, ὅσα ἔχει ἐν κάλυκι ἄνθη· seu ut est in libris scriptis: ὅσα ἐν κάλυκι ἀνθεῖ. Verum Plinii priorem locum plane equidem vitiosum esse censeo. Nec enim dolia simpliciter de calyce florum dici posse videntur; deinde Plinius nominare debebat in melle pingui florem aut herbam aliquam, ut in spisso, rorem marinum. Nam si dolia sunt h. l. calyces florum, tum vero falsa est Plinii observatio. Omne enim mel ex floribus herbarum, calyce inclusis, confit, observante Aristotele. Male denique spisso opponitur pingue mel, et vocabulum palam plane inepte additur. Igitur in verbis *palam doliolis* vestigia verae lectionis, e Varrone traductae, latere puto. Forte fuit *faba et dolichis liquidum.* Fabae enim florem apes vere evocare alveariis, ipse observavit Plinius, ut ad Columellam docui. Ceterum plantae, praecipue nectariis, a Linnaeo dictis, variae iis formae et positionis, mellis liquorem, a natura praeparatum, apibus subministrant. Sunt tamen etiam plantae quaedam nectariferae, quibus abstinent apes, velut anthoxanthum odoratum, narcissus poëticus et fumaria officinalis. Contra ex graveolentibus etiam, dictamno albo, lamio purpureo, coriandro sativo, geranio cicutario, apes mel colligunt. Mel venenosum Ponticum, veteribus etiam dictum, ex azaleae genere collectum fuisse, hodie constat. Ex graminibus nihil fere cerae aut mellis subministratur, nisi quod caricem acutam exceipit Hagstrom de Apium cultura Suecica, Holmiae 1773, qui simul indicem posuit plantarum Suecicarum, unde apes seu ceram sive mel colligunt,

alia re, ut e fico mel insuave, e[v] cytiso bonum, e[x]
27 thymo optimum. Cibi pars, quod[x] potio, et ea iis aqua liquida, unde bibant, esse oportet, eamque propinquam, quae praeterfluat, aut in aliquem locum influat, ita[y] ut[z] ne altitudine ascendat[a] duo, aut tres digitos: in qua aqua iaceant testae aut lapilli, ita ut exstent paulum, ubi assidere, et bibere possint. In qua diligenter habenda cura, ut aqua sit pura, quod ad
28 mellificium bonum vehementer prodest. Quod non omnis tempestas ad pastum prodire longius patitur, praeparandus his cibus, ne tum melle cogantur solo vivere, aut relinquere exinanitas alvos. Igitur ficorum pinguium circiter decem pondo decoquunt in aquae congiis sex, quas coactas[b] in offas prope apponunt.

Br. (v) *et* I. B. R. Br. (x) *quoque* A. I. I-G. deioceps *ea bis* Br. Ald. (y) *ita* omitt. P. (z) *ut* omitt. I. B. R. Br. (a) *escendat* P. *descendat* A. Iunt. G. *duos* Br. Ald. Postea *melle solo cogantur* Ald. et Brusch. (b) Vulgo

Denique vide notam posteriorem ad Nicandri Alexiph. vers. 451, ubi suspicatus sum, h. l. legendum esse: *liquidum mel, ut e thymo, arenosum, ut ex sisarae flore.* Mellis Attici, ex thymi confecti, notas collectas vide ap. Niclas ad Geopon. p. 1092. Ceterum ciceram hodieque nomine antiquo in Italia appellari monet Ponted. in Cur. sec.

Cytiso bonum) Cresc. *fico, cytiso bonum, ex thymo;* sed antiqua mea editio: *extitiso bonum ex timo.*

Cibi pars) Scaliger legi volebat: *Cibi pars quod potio: et ea iis aqualicula, unde bibant — eamque liquidam.* — aut *eis aqualicula.* ita ut *aqualicula* sint vasa aqualia; eaque ex voce repetit verbum aquam, vocabulo *liquidam* adiungendam. *ea* interpretatur *ideo.* Vrsinus ex codice vetere legebat: *cibi pars quod potio, et ex iis aqua liquida, unde bibant* etc. Crescentius ex h. l. habet: *His aquam liquidam, unde bibant, esse oportet.* Pontedera *etea* interpretatur *ideo*, et *aquam liquidam* similiter probat.

Ascendat) Crescent. *ne profunda ultra duos aut tres digitos sit.* unde h. l. malim legere *ascendat ultra duos aut tres digitos.*

Diligenter) Crescent. *bibere possint. Diligens habenda cura est.* sed Editio antiqua mea: *bibere possint in aqua, diligens* etc.

Aut — exinanitas) Cresc. *examinatas.* Pro *aut* Vrsinus et Pontedera legi malunt *ac relinquere.* Equidem eius emendationis nullam video necessitatem. Apes aut melle solo vivunt, si pabulum illis non praebetur incommoda tempestate, aut si utrumque deficit, alvum relinquunt.

Coactas) Ita legendum esse, mo-

Alii aquam mulsam in vasculis prope ut sit curant, in quae [c] addunt lanam purpuram,[d] per quam sugant:[e] uno tempore [f] ne potu nimium impleantur, aut ne incidant in aquam. Singula vasa ponunt ad alvos [g] singulas, et hac supplentur. Alii uvam passam, et ficum, quum pinserunt,[h] affundunt sapam,[i] atque ex eo factas offas apponunt [k] ibi, quo [l] foras (hieme) in pabulum procedere tamen [m] possint. Quum examen 29 exiturum [n] est, quod fieri solet, quum adnatae prospere [o] sunt multae, ac progeniem veteres [p] emittere

coctas. (c) *quam* a. V. (d) Vulgo *purpuream.* Mecum Columella et Cresc. Edd. tres. (e) *sugunt verno* I. B. Br. R. (f) *tenore* I. I G. (g) *alvos. Huec* I. B. Br. R. *alveos* Cresc. *et hac supplentur* om. Cresc. edit. tres. (h) *pisierunt* I. B. Br. R. *pistaverunt* Cr. Lovan. *pistaverint* meae Cresc. Editiones duae. *pinsierunt* Cod. Vrsini. (i) *sapa* A. I. I-G. *effundunt in sapam* Cresc. (k) *apponunt. Id tempestatibus et hieme, cum in pab.* A. I. I-G. *adponunt* Codd. Victorii. (l) *quo horas* I. B. Br. R. *cum foras* aliae. *quo horas — tamen possunt* Codices Victorii, unde ipse effecit: *quum foras.* Gesner restituit *quo foras.* Codex Vrsini *quo foras hieme:* in alio: *apponunt illis quo foras.* Cresc. *apponunt, ad quas in hyeme ad pab. accedere possint.* Ita ex Ed. sua laudat Pontedera; mea Basileensis habet *procedere.* antiqua mea: *apponunt ibi ad quas — procedere.* Ex Lovan. editione verba *quo foras* laudat Gesner. (m) *non possunt* A. I. I-G. *possunt* Codd. Victorii. (n) *excitatum* I. B. R. Br. (o) *prosperae* Eaedem. *cum apes natae prosperae sunt nutritae* Cresc. Lovan. IX, 101, sed Basil. *apes natae sunt multae — volunt incolumem.*

nuit Vrsinus pro vulgato *coctas.* Infra iterum *offas ex eo factas apponunt.* Ceterum Cresc. ex h. l. habet *saepe apponunt.*

Perpuram) Vulgatum *purpuream* ex Columella, qui mundam lanam imbui iubet, emendari iussit Pontedera. Crescentius etiam ex h. l. refert haec: *alii aquam mulsam ut si prope curant, in qua addunt lanam puram.*

Vno tempore) Vrsinus *simul* interpretatur, et deinde *ac ne* emendat.

Apponunt ibi) Ex lectione Codicis sui Vrsinus corrigebat: *ibi, quum foras hieme in p. procedere non possunt,* vocem *hieme* ex glossa esse suspicatus. Pontedera: *ibi, quo foras ad pab. proc. tamen possint;* quem secutus Gesner restituit *quo foras;* sed praeterea *hieme* tollendum erat cum Pontedera; nam hieme sopitae apes torpent. Mihi ratio Pontederae maxime omnium placet; sed incommodum mihi in ea accidit *tamen,* quasi illud praecipue sit curandum mellario, ut apes prodire possint alvo, quum cibi penuria laborant. Interim *hieme* inclusi; nisi hiems pro tempestate simpliciter dicitur.

Adnatae) Adnata in trifolio vocat Plinius 27, cap. 11, quas Dioscorides παραφυάδας. Isidorus Orig. 17, c. 9, *adnationes.*

volunt in coloniam, ut olim crebro Sabini factitaverunt propter multitudinem liberorum; huius[q] quod[r] duo solent praeire signa scitur.[s] Vnum quod superioribus diebus, maxime vespertinis, multae ante foramen ut uvae aliae ex aliis pendent conglobatae.
30 Alterum, quod quum iam evolaturae sunt, aut etiam inceperunt, consonant vehementer, proinde[t] ut milites faciunt, quum castra movent. Quae primo tum[v] exierunt, in conspectu volitant, reliquas quae nondum congregatae sunt respectantes,[x] dum conveniant. Quum a mellario id fecisse sunt animadversae, iaciundo in eas pulverem et circumtinniendo[y] aere
31 perterritas[z] quo voluerit perducet. Non longe inde ramum vel quid aliud[a] oblinunt[b] erithace atque apiastro, caeterisque rebus, quibus delectantur. Vbi considerunt, afferunt alvum prope eisdem[c] illiciis illitam[d] intus: et prope apposita, fumo leni[e] circumeundo[f] cogunt eas intrare: ut quae[g] in novam coloniam quum

(p) *veteres* om. Brusch. (q) *huius quod* om. A. l. l-G. et Cr. Lovan. *huius* om. Cr. Basil. (r) *quae* l. B. Br. R. (s) *sunt* Eaedem *scitur* om. A. l. l-G. et Cr. edit. tres. (t) *perinde* a. V. *perinde ut milites et populi faciunt* Cr. (v) *cum* l. B. Br. R. Cr. et Cod. Vrsini. (x) *expectantes* A. l. l-G. *nondum exiverunt expectantes donec omnes conveniant* Cr. Basil. (y) *circum tinn.* divisim ante Victor. (z) *perterritae, quo volunt perducere* P. (a) *ramum vel quid aliud* addidi ex l. l-G. A. (b) *obliviunt* Br. *rhithace* Br. (c) *easdem* l. B. Br. R. (d) *illitam* om. Br. (e) *levi* a. V. (f) *circumdato* l. B. Br. R. *cir-*

Liberorum) Hoc vocabulom ut spuriom deleri volebat Vrsinus, nulla edita ratione.

Huius quod) Vitii manifesti sanandi plures vias moostrant libri; quam sequar, dubius haereo.

Ramum vel quid aliud) Vulgo haec deerant. Vrsinus malebat legi *ramum aliudve quid oblinunt.* Supra dixit: *Examen ubi volunt condere, tum ramum aliamve quam rem oblinunt.*

Prope apposita) *Adpositae* ex Politiano et 2 Florentin. posuit Pontedera probans. Vindob. *adposito.* Totum locum ita concionavit Pontedera: *Vbe consederont, adferont alvom prope easdem inliceis elitam intus et prope adpositae, fumo leni circumdato, cogont eas entrare.* Ex Silii XI posuit: *Pontoque intrare negares.* Quod voluit *elitam*, in Vindob. *elicam* firmari posse videatur.

Vt quae in novam) Gesnerus volebat legi: *Itaque in novam etc.*

introierunt,[h] permanent adeo libenter, ut etiam si proximam posueris illam alvum, unde exierunt, tamen novo domicilio potius sint[i] contentae. Quod ad 32
pastiones pertinere sum ratus, quoniam dixi, nunc iam, cuius[k] causa adhibetur ea cura, de fructu dicam.[l] Eximendorum favorum signum sumunt ex ipsis,[m]

cuendo A. (g) *utque* Eaedem. *Vt in* A. Iunt. G. (h) *introierint*, *permaneant* A. I. I-G. (i) *sunt* I. B. Br. R. (k) *quoius* I. B. R. B. *causa* om. Br. (l) Lacunae signum hic posuit Commel. (m) *viris alvos habeant. et nem.* P. *alvos hab. nam cum* P. 2 Victorius in libris suis reperit: *ex ipsis viris alvos habeat rem congerminarit coniecturam.* Codex Caesenas: *ipsis curis alvos habeat. nam cum germinarit, coniecturam.* Venetus. *ipsis viri salvos habeat nem congerminarit coniecturam.* I. B. Br. R. *ipsis :,uti alvos habeant, et uti congerminaverint · conicct.* Ponted. ex Polit. laudat: *viris alvos habent rem*

Sumunt) De hoc loco sanando desperaverat Scaliger cum Victorio. Primus in verae lectionis vestigia incidit Popma, qui legi volebat: *ex ipsis, si fures alvos habeat, quem concerminarint*, interpretatus *quos concerpserint*. Recte enim ex Columella animadvertit, maturitatem mellis intelligi, si animadvertamus, fucos ab apibus expelli et fugari. Quod sequitur *coniecturam faciunt* ad apes quoque referri censet, sed diversum tamen esse a praecedenti, uti signum ipsum, rei scilicet certae et conspicuae, a coniectura rei obscurae. Verum in verbo monstroso *concerminarint* desidero ingenii felicitatem. Salmasius ad Solinum pag. 677, corrigi volebat: *si pluris alius habeat, vel congerminarint*, i. e. si favi coniuncti et συμπεφυκότες estiterint, non rari ac dissipati. Infeliciter prorsus. Pontedera priore emendationis parte, a Popmae propositae, probata, legebat: *fures si alvos habeat, nam quum germinarit, coniecturam capiunt, si intus faciunt.* aut ita: *fures alvos habeatne. nam quum germinarit.* Sed nec ita locum persanari puto. Neque enim illud signum dici potest, veluti rei certae, quum germinavit alvus fures seu fucos, sed signum illud certum et manifestum est eximendorum favorum, si alvus fures seu fucos expulit. Equidem certissimam loci medicinam reperisse mihi videor. Primum cum Popma signa certa a coniecturis distinguo. Signa ex ipsis favis plenis et membrana obductis sumuntur. Coniectura de favis plenis et melle maturo eximendo fit ex ipsis apibus, si bombum faciunt, si huc illuc cursitantes trepidant, denique si fucos exterminarunt.. Haec ita tradit Palladius Iunio VII: *quae mella matura esse signis pluribus instruemur. Primum quidem, si plena sunt, apum subtile murmur audimus — item quum fucos a sedibus suis grandi intentione deturbant.* Murmuris subtilis signum reliqui scriptores omiserunt. Bombum vocat Varro; sed potuit is bombum ad trepidationem et iram apum, fucos expellentium, referre. Locum igitur sic emendandum puto verbis transpositis: *sumunt ex ipsis, si plenos alvus habet* (scilicet *favos*), *etsi, opercula alvi quum removeris, favorum fore-*

quum plenas alvos habent, et quum illos geminaverint. ex apibus coniecturam capiunt, si intus faciunt bombum,[n] et quum intro eunt ac foras, trepidant, et si, opercula alvi[o] quum removeris, favorum foramina obducta videntur (mellis) membranis: quoniam tunc
33 sunt[p] repleti melle. In eximendo quidam dicunt oportere[q] novem partes tollere, decimam relinquere. quod

cong. ex Cod. S. Reparatae: *viris alvos habeat nem cong.* (n) *globum. item si favorum — obducta sunt quasi membranis, quia tunc sunt melle pleni* Cresc. (o) *alvum cum remorcissi* P. *alvum cum removeris* P. 2 *etsi opercula ulvi cum remorcissi* Cod. Caesenas, et Venetus, nisi quod hic *remoreissi* habet, teste Pontedera. *etsi opercula alvum cum remoreis si favorum* Cod. S. Reparatae. Vulgo erat *remota sint.* (p) Vulgo *Cum sint repleti melle.* (q) *ita ut* add.

mina obducta videntur membranis. quoniam tunc sunt repleti melle. Ex apibus coniecturam capiunt, si intus bombum, et, cum intro eunt ac foras, trepidant, et fucos (seu fures) exterminant. Paene oblitus eram Vrsini, qui legi volebat: *ex ipsis, uti si fucos abigunt, si intus faciunt* etc. Media verba spuria esse censebat.

Intro eunt) Ita dividi vulgatum *introiunt* iussit Pontedera. Vrsinus malebat legi deinceps: *ad fores trepidant, et operc. alvum quum removeris, si favorum — videntur membranis, quod sunt repleti.*

Et si opercula) Victorius in libris suis reperit scriptum signo vitii apposito; *etsi opercula alvum quum remoreissi.* unde Scaliger efficiebat: *et opercula alvum quum removeris, si favorum — membranis, quum sint repleti melle. In eximendo.* Pontedera eandem emendationem proposuit, ut *alvum* sit pro *alvorum.* Pro *mellis membranis* Cresc. habet *quasi membranis.* Sed vulgatam Vrsinus defendebat ex Plinii loco XI, c. 13: *vigesimo die crassescit mel, mox obducitur tenui membrana, quae fervoris ipsius spuma concrescit.* Columella IX, 15: *Ergo quum rixam fucorum et apium saepius committi videris, adapertas alvos inspicies, ut, sive semipleni favi sint, differantur; sive iam liquore completi, ut superpositis ceris, tanquam operculis obliti, demetantur.* Equidem Scaligeri emendationem reposui pro vulgato *remota sint*, et vocabulum *mellis* inclusi. Quodsi enim vel maxime ex mellis spuma membranae istae fervore quodam concrescent, ut tradit Plinius, et falso quidem, uti puto, inepte tamen Varro eas *mellis membranas* dixisset, et deinceps demum de ipso melle favorum subdidisset. Quare probo Cresc. lectionem *quasi membranis.* Postea posui *quoniam tunc* pro vulgato *quum sint.* Ex antiqua scriptura *quom* ortum puto vulgatum *cum.* Crescentius etiam habet *quia tunc sunt.* Editio mea antiqua habet: *Item si — educta — melle* omisso vocabulo *pleni.*

In eximendo) Ita recte iam olim haec distingui iussit Scaliger et Vrsinus. Vitium tamen manifestum reliquit Gesner. Vulgo enim legitur: *membranis. Quum sint repleti melle, in eximendo.*

Decimam) Vere et aestate decimam

si omne[r] eximas, fore ut discedant. Alii hoc plus relinquunt, quam dixi. ut in aratis, qui faciunt non[s] restibiles segetes, plus tollunt frumenti ex intervallis: sic in alvis, si non quotannis eximas, aut non quoque multum, et magis[t] (his) assiduas habeas apes, et magis fructuosas. Eximendorum favorum primum 34 putant esse tempus Vergiliarum exortu,[v] secundum aestate acta,[x] ante quam totus exoriatur[y] Arcturus. tertium post Vergiliarum occasum, et ita si foecunda[z] sit alvus, ut ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquum[a] hiemationi relinquatur.[b] si[c] vero alvus non sit[d] fertilis, ubi[e] quid eximatur, exemtio quum est

I. B. Br. R. (r) *omnes* B. R. (s) *non* addidi cum Vrsino. (t) *magnis* Br. (v) *exortum* I. B. Br. R. (x) *exacta* a. V. (y) *exoritur* I. B. Br. R. (z) *secunda* Eaedem. (a) *et* add. Eaedem. *ex hiematione* P. (b) *relinq.* om. P. (c) *sive alvis* I. B. Br. R. *sine alvus* P. *sive alvulis non sit* Caesenas liber. (d) Vulgo *fit* legitur. (e) *nisi quod* I. B. Br. R Cod. Caesenas. (f) *nune-*

relinqui, autumno tertiam, iubent etiam Geoponica XV, 5. In Plinio XI, c. 14, est duodecima. in Columella IX, 15, quinta; quos numeros ad normam Varronis corrigi voluit Vrsinus. Sed vide notam ad Columellam.

Restibiles segetes) Negationem addi iussit Vrsinus. Restibilis enim ager est, qui biennio continuo seritur, contra novalis, qui intermittitur.

Quoque multum) Vrsinus emendabat *quotannis multum — magis assiduas.* Interim inclusi supervacuum *his.* Deinceps Aldina habet *primum tempus esse putant.*

Tertia pars) Crescent. *sed Varro scribit, quod pars tertia favorum tantummodo tollatur pro hieme, reliquum relinquatur, licet plena sint alvearia melle.* Vides, eum in Varrone legisse: *etiamsi foecunda sit* alvus.

Si vero alvus) Vrsinus ex vetere Codice h. l. ita interpunctum legebat: *si non sit fertilis, ni quid eximatur exemtione deficiant animum. Favi quum eximuntur.* Scilicet in libris antea erat: *animum favorum qui. aut animum favi.* quod tamen vitium iam correxit ex libris suis Victorius. Pontedera ex vestigiis antiquae scripturae emendabat: *sane alvos non fit fertilis, nisi quid eximatur.* Quae quidem sententia et rerum naturae adversatur, et prior periodus opponi vult alvum non fertilem. Sermo est de tertia vindemia. Locum equidem verbis transpositis ita reconcinnandum puto: *reliquum hiemationi relinquatur, ne deficiant animum, exemtio quum est maior. neque universam, neque palam facere oportet: Si vero alvus non sit fertilis, ne quid eximatur.* Vix continebam me, quin hanc emendationem ipsi orationi insererem. Interim vulgatum *fit fertilis* correxi.

maior, neque universam,[f] neque palam facere oportet, ne deficiant[g] animum.[h] Favi qui eximuntur, siqua pars[i] nihil habet, aut habet inquinatum,[k] cultello[l]
35 praesecatur.[m] Providendum ne infirmiores a valentioribus opprimantur. eo enim minuitur fructus. Itaque imbecilliores secretas subiiciunt sub alterum regem. Quae crebrius inter se pugnabunt, aspergi[n] eas oportet aqua mulsa. quo facto non modo[o] desistunt pugna, sed etiam conferciunt se lingentes,[p] eo magis, si mulso sunt aspersae, quo[q] propter odorem avidius
36 applicant se, atque obstupescunt potantes. Si ex alvo minus frequentes evadunt, ac subsidit aliqua pars, suffumigandum, et prope apponendum aliquid[r] bene olentium herbarum, maxime apiastrum[s] et thymum.
37 Providendum vehementer ne propter aestum, aut propter frigus dispereant. Si quando subito imbri in pastu sunt oppressae, aut frigore subito, ante quam ipsae providerint id fore,[t] (quod accidit raro,

rosam I. B. Br. R. (g) *deficiniant* B. R. (h) *amnis* P. *animum favi* I. B. Br. R. *animum favorum qui* I. I-G. A. (i) *pars mellis* I. I-G. (k) *incunatum* P. (l) *e cult.* I. B. Br. R. (m) *praesicatur* P. (n) *aspargi* P. *asparagi* B. R. (o) *non* add. Brusch. (p) *ingentes* P. (q) *quod* I. B. Br. R. (r) *aliquid* addidi ex Cresc. *fumus apponendus* I. I-G. Ald. (s) *apiastri et thymi* I. I-G.

Vniversam) Edd. primae *numerosam*, quod ad partes decem refertur, de quibus antea dixit, monente Pontedera.

Inquinatum) Polit. liber *incunatum* scriptura antiqua; unde *cunae*, *incunabula*. Hinc *ancunulentae* foeminae ap. Festum. Sed accuratius dicam de voce ad Columellam VIII, 5, 19.

Secretas) Cresc. *secretas occiso otioso rege subiiciunt altri regi*. Sed Gesner ex editione Lovan. Cresc. laudat: *earum rege occiso*. quod tamen ipsum additamentum recte probat. In antiqua mea Edit. est *earum ocioso subiiciunt altero regi*.

Quae crebrius) Cresc. *Si crebrius*.

Pugna) Cresc. *a pugna — consortiunt se — si melle sunt adspersae; propter odorem — obstupescunt. Si ex alveo.* ubi antiqua mea Editio *quapropter odorem — obstupescunt, putantes si ex alveo.*

Alvo minus) Cresc. *alveo — aut subsidit.*

Apponendum) Ex Crescentio *aliquid* addendum esse vidit etiam Pontedera.

Antequam — id fore) Cresc. haec omisit. Deinde pergit *quod raro accidit ut decipiantur, guttis offensae ia-*

ut decipiantur) et imbris guttis uberibus[v] offensae iacent prostratae et afflictae, colligendum eas in vas aliquod, et reponendum in tecto loco,[x] ac tepido.[y] Promendum[z] deinde quam maxime tempestate bona, et[a] cinere facto[b] e ficulneis lignis infriandum[c] paulo plus caldo quam tepidiore.[d] deinde concutiendum leviter ipsas vase,[e] ut manu non tangas,

A. (t) *fere* I. B. Br. R. *id fere quod* et cet. I. I- G. A. (v) *uberius* I. I-G. A. (x) *loco* om. Hervag. (y) *tepido* om. Hervag. (z) *prono ad meridiem quam* a. V. *pronum ad mer.* sive *pronum e die* Pol. Victorius in libro suo reperit, quod deinde editum fuit: *promum e die.* (a) *et* om. I. B. Br. R. *et vas ipsum cinere* A. Iunt- G. (b) *facta* P. (e) *infricandum* A. Iunt. G. Codd. Victorii vulgatam, Codd. Vrsini *infriandum* vel *infriando* habent. Deinceps *paullo* dedit cum Victor. Gesner. (d) Lacunae notam posuit Commelin. (e) *ipso vase* I. B. Br. R. *ipso vaso* P. 1. *ipsum vaso* P. 2. Codex Caesenas *ipso vase*, alter S. Reparatae *ipsum vas*, teste Pontedera. Verba haec h. l. omisit

cent prostratae, *colligendum eas.* Vulgatam antea librorum distinctionem et lectionem *id fere quod* correxit Victorius.

Tecto) Cresc. *tecto, loco tepido et bono cinere tepido plus calido quam tepido, eiiciendum super eas et excutiendum leviter vas, et apes, manu non tangas et ponendum in sole quo reviviscant iuxta suos alveos, ut ad domicilio redeant.* ubi Edit. antiqua mea habet: *leviter vas, et vas manu.* Vulgatam antea *prono ad meridiem* ex libro suo mutavit Victorius. Deinde Scaliger totum locum sic refingebat. *Promendae quam maxime tempestate bona.* Vrsinus contra ex vestigiis scripturae veteris Codicis legi volebat: *promendumque maxime* aut *promendum que vere maxime.* Vere enim in sole positas et cinere ficulneo obrutas reviviscere, tradit cum Columella Plinius. Popma ita emendabat: *promundae die.* Pontedera: *promundam quam.* Gesner: *promendaeque inde.* Equidem comparato Plinii et Columellae loco IX, 13, video, apes primum colligendas et per hiemem tepido loco reponendas esse, deinde vere promendas et in sole reponendas, ficulneo cinere obrutas. Igitur post *tepido* posui punctum. Deinde *promendum* unice verum puto, propter reliquorum verborum similem formam, et quod sententia librorumque scriptura hoc postulat. Igitur id posui. Deinde *meridie*, quem libri offerunt, non est opus; ponit enim in sole apes Varro, eoque ipso meridiei mentionem inutilem facit. Quare interim posui *deinde* pro vulgato *e die.*

Concutiendum) Vrsinus ex libris veteribus legi volebat: *concutiendum leviter ipso vase, ut manu non tangas.* Ex vestigiis scripturae Cresc. Pontedera malebat *concutiendum leviter ipsas vase — et ponendum in sole.* In Codicibus Vaticanis esse *ponendae* sive *ponendo*, idem annotavit. Gesnerus nihil aliud nisi ex editione Lovan. Crescentii attulit hanc varietatem: *in tecto tepido — cinere tepido, magis tamen calido quam frigido — leviter vas ut eas manu.* Equidem, Pontede-

38 et ponendum[f] in sole. Quae enim sic[g] concaluerunt, restituunt se, ac reviviscunt, ut solet similiter fieri in muscis aqua necatis. Hoc faciundum secundum alvos, ut reconciliatae[h] ad suum quaeque opus et domicilium redeant.

XVII. Interea redit ad nos Pavo, Et, si vultis, inquit, ancoras[a] tollere, latis tabulis sortitio fit tribuum, ac coepti sunt a praecone renuntiari,[b] quem quaeque tribus fecerint[c] aedilem. Appius confestim surgit, ut ibidem candidato suo gratularetur, ac discederet[d] in hortos.[e] Merula, Tertium actum de pastionibus villaticis postea, inquit, tibi reddam, Axi. Consurgentibus illis, Axius mihi, respectantibus nobis, quod et[f] candidatum nostrum venturum sciebamus, Non laboro,[g] inquit, hoc loco discessisse Merulam. reliqua
39 enim fere mihi sunt nota. Quod quum[h] piscinarum genera sint[i] duo, dulcium et salsarum, alterum apud plebem, et [non] sine fructu, ubi lymphae aquam

cum Aldina Victor. et Gesner. (f) Vulgo *ponendae*. (g) *conciliatae* add. I. B. Br. R. *concinnatae* A. Iunt. G. (h) *reconcinnatae* A. Iunt-G.

Cap. XVII. (a) *anchoras* Br. Aldin. (b) *recinii* P. eandem lectionem annotat Victor. (c) *fecerunt* I. B. R. Br. (d) *descenderet* a. V. (e) *hortulos* I. B. R. Br. (f) *et* deest I. B. R. Br. (g) *labores* a. V. (h) *enim* I.

rae rationem secutus, inserui *ipsas vase*, et *ponendae* mutavi in *ponendum*. Crescentius longe alium verborum ordinem in libro suo reperit.

Cap. XVII. *Redit*) quo discesserat supra III, 5 in fine.

Ancoras) Ita scilicet veteres, non *anchoras*, teste Servio ad Aeneid. VI, 3.

Sortitio) Recte contra Vrsinum dubitantem h. l. explicat Gesner ex loco Ciceronis pro Plancio c. 22: *neque enim unquam maiores nostri sortitionem constituissent aedilliciam, nisi viderent, accidere posse, ut competitores pares suffragiis essent.*

Renuntiari) Antiquum *recinii* probabant Scaliger et Pontedera dictum pro *recini* ultima longa, ut *mariimus* pro *marimus* est in monumentis antiquis.

Quod et candidatum) Eleganter Vrsinus corrigebat *quod ea candidatum*.

Non sine fructu) Recte Gesner inseruit negationem; his enim nobilium piscinae oppositae marsupium potius exinaniunt. Male Pontedera corrigebat vulgatam: *et sine sumtu*. At in Curis post. omisso *non* ante *sine* cum 4 Flor. Codd. *suctu* corrigit, in-

piscinis nostris villaticis ministrant, illae autem maritimae piscinae nobilium, quibus Neptunus ut aquam sic[k] et pisces ministrat, magis ad oculos pertinent quam ad vesicam, et potius marsupium[l] domini[m] exinaniunt quam implent.[n] Primum enim aedificantur magno, secundo[o] implentur magno, tertio aluntur magno. Hirrius[p] circum piscinas suas ex aedificiis duodena millia sestertia[q] capiebat. eam omnem mercedem escis,[r] quas dabat piscibus, consumebat. Non mirum. uno tempore enim memini hunc Caesari sex[s] millia

B.R. Br. (i) *sunt* I. B. R. Br. (k) *aquam et piscibus min.* I. B. R. Br. (l) *massippium* P. (m) *Domini* om. I. B. R. Br. (n) *replent* a. V. (o) *secundu* Br. (p) *Hirius* I. B. Br. R. *C. Hirrius* A. I. I-G. (q) *sestertia* a. V. *sestaria* P. 4, *sestraria* P. 2. (r) *aescis* I. B. Br. R. (s) Ita ex Edd. ante Victor. scripsi.

telligens *suctum* de eo quod post ea ait Varro *exinanire* rem dominicam. Deinde antiquum *et piscibus* es quatuor Flor. et Caesen. praefert; quod si enim Neptunus nobilium piscinis at aquam et pisces ministraret, nullum fore sumtum, easque plebeis praestare. Igitur inserto *esca* legi volebat: *scio et escam piscibus ministrat*; scilicet emtitiam. At vero ita licebit etiam vulgatum ab Aldo *pisces*, scilicet emtitios, defendere.

Illae autem maritimae) Vrsinus corrigebat: *lymphae eae — ministrant; alterum apud nobiles: maritimae piscinae quibus*. Verum etsi grammatica regula ita postulabat reddi alterum orationis membrum, saepenumero tamen ab ea lege variationis causa discedit Varro et optimi quique scriptores.

Vesicam) i. e. marsupium. Male Vrsinus interpretatur de potu, in vesicam eunte, ex loco Varronis apud Nonium in *bulga* hoc: *nobilius est Philippeum quod accepimus, quam quod bibimus, quum alterum addamus in bulgam, alterum in vesicam.*

Marsupium) *Massippium* Polit. 2 Flor. et Caesen quod ex graeco μαρσίπιον derivat Ponted. In Curis post.

Sestertia capiebat) *Sestertium* legi voluit Vrsinus. Vide ad II, 4, 4.

Escis) Vrsinus corrigit *in escis*.

Caesari) Plinius IX, s. 81: *Muraenarum vivarium privatim excogitavit C. Hirrius ante alios, qui coenis triumphalibus Caesaris Dictatoris sex millia numero muraenarum mutuo appendit; nam permutare quidem pretia noluit aliave merce. Huius villam intra quam modicum quadragies piscinae vendiderunt.* ubi tamen cum Pintiano malim ex libris et Varrone legere *pisces vendiderunt*. Cf. Macrobii Saturn. II, 11, ubi libri in numero muraenarum consentiunt; itaque antiquam lectionem Varronis restitui, probante Pontedera. Nomen Hirrii similiter variatur in libris Plinii, ut in Varronis Codd. Est C. Lucceius, C. F. Hirrus, Pupinia, quem memorat Cicero ad Divers. VIII, 8. Pompeianus is fuit, et postquam aedilitatem petierat, et repul-

muraenarum mutua dedisse in pondus, et propter piscium multitudinem quadragies sestertio villam venisse. Quare[t] nostra piscina ac mediterranea plebeia recte dicitur dulcis, et illa amara. Quis enim nostrum non una contentus est hac piscina? quis contra maritimas non ex piscinis singulis plūres coniunctas ha-
4 bet? [Pluris.[v]] nam ut Pausias et caeteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas,[x] ubi discolores[y] sint cerae,[z] sic hi loculatas habent piscinas, ubi dispares disclusos habeant[a] pisces, quos,

Vulgo *duo*. (t) *Quae* I. B. Br. R. (v) *habet pluris? Nam* I. B. R. Br. *habet? Nam ut* A. Iunt. G. (x) *arcolas* I. B. R. Br. (y) *diversi colores* A. Iunt. G. (z) *cetera sic hic* P. *certas* I. B. R. Br. Ba. A. Gr. G. *discreti* I. I. Herv. (a)

sam tulerat, contra Caesarem sententias dixit, teste Cicerone ad Div. VIII, 2. In Cicerone *Hirrus* ubique scripsit Ernesti.

Sestertio) Vrsinus *sestertiûm* iterum corrigit.

Nostra piscina) Vrsinus corrigit: *piscina dulcis et mediterranea, plebeia recte dicitur* (*Quis enim — contentus est*)? *Quis contra* etc.

Habet? (plures)] Suadente etiam Pontedera inclusi alterum *plures*. Cum Edd. I. B. R. facit Codex Caesenas et Venetus. Gesner vulgatum defendebat, quasi post alterum *plures* intelligendum esset *inquam*. Vrsinus malebat: *Quis contra maritimas non singulas ex piscinis pluribus coniunctas habet?*

Magnas habent) Vrsinus *magnas* abundare censebat, assentiente Pontedera, qui ad piscinas retrahendam eam vocem suspicabatur. Sed idem mox vetus *arcolas* praeferebat. Addebat, pictores arculis uti ad reponendos colores; at âreolis seu tabellis ad pingendum. Sed vir doctus rationem picturae encausticae non cogitabat eam fuisse, ut discolores cerae picturae perfectae singulae imponerentur, et deinde virgula candente inurerentur, quo diutius picturae colores integri et splendentes servarentur.

Discolores sint cerae) Ita emendavit Victorius ex librorum scriptorum lectione: *ubi discolores sunt cetera*. Primae Edd. habent *discolores sint certas*. Eandem cum Victorio emendationem, quasi ex Codice vetere ductam, proposuit Vrsinus, et addidit locum Plinii 35, s. 39. Ceris pingere ac picturam inurere quis primus excogitaverit, non constat. — Pamphilus quoque, Apellis praeceptor, non pinxisse tantum encaustica, sed etiam docuisse traditur Pausiam Sicyonium, primum in hoc genere nobilem. Idem sect. 31 cerae tinguntur iisdem his coloribus ad eas picturas, quae inuruntur. Apuleius Apolog. 1, quod vel cera inustum vel pigmento illitum. Haec Vrsinus. Pertinet huc locus epistolae, a Baluzio Miscell. 4, p. 417 editae, ubi haec sunt: artificium quoddam, iuxta morem antiquum pingendi, cui, ne facies et pulcritudo

proinde[b] ut sacri sint, ac sanctiores quam illi in Lydia, quos sacrificanti[c] tibi, Varro, ad tibicinem[d] Grae-

habent I. B. R. Br. (b) *perinde* a. V. (c) *sacrificant. Ibi Va.* I. B. R. Br.

picturae vetustate temporum aboleretur, cerae mixtura apponebatur, modico igni huic temperamento adiecto, ut, aequa mensura colorum ceraeque concordante, nec venustas, et gratia coloribus, nec cerae perspicuitas deesset. Vide locum integrum apud Harduinum ad Plinium T. II, p. 709. Seneca Epist. 121 pictor colores, quos ad reddendam similitudinem multos variosque ante se posuit, celerrime denotat, et inter ceram opusque facili vultu ac manu commeat. Postrema ratio a Plinio memorata, quae resolutas igni ceras penicillo imponebat tabulis et apud Graecos Romanosque navibus pingendis, diutissime in imperio Graeco duravit, docente Cangio in Glossario graeco sub voce *κηρός*; sed plane diversa a prima illa, qua cera tabulae, coloribus, ut videtur, aqua resolutis et impositis, perfectae atque absolutae superinductis virgulis candentibus inurebatur, ne colores elui possent. Hinc Plato in Timaeo p. 145: ὥστε οἷον ἔγκαυμα ἀνεκπλύτου γραφῆς μοι γέγονε. Atque huc pertinet locus egregius Plutarchi de Sera numinis vindicta p. 109, ed. Wyttenb. ubi Thespesium, animo peragrantem loca inferna et reverti volentem, femina tangit subito virgula, quo melius visa ibi recordaretur: δεῦρο δή, εἶπεν οὗτος, ὅπως ἕκαστα μᾶλλον μνημονεύσης· καί τι ῥαβδίον, ὥσπερ οἱ ζωγράφοι διάπυρον προσάγειν, ἑτέραν δὲ κωλύειν. Ex quo loco clarissime apparet, ceram perfectae picturae fuisse inustam virgula ignita, quo melius colores et diutius integri permanerent. Timaeus in Lexico Platonico p. 276 ed. secundae: χραίνειν παρὰ τοῖς ζωγράφοις λέγεται τὸ χρώζειν διὰ τοῦ ῥαβδίου. τὰ δὲ ἀποχραίνειν τὸ τὰ χρωσθέντα ἑνοποιεῖν. Interpretatur ita locum de legibus 6, p. 286, ed. Bipont. καθάπερ ζωγράφων οὐδὲν πέρας ἔχειν ἡ πραγματεία δοκεῖ περὶ ἑκάστων τῶν ζώων, ἀλλ' ἢ τοῦ χραίνειν ἢ ἀποχραίνειν οὐκ ἄν ποτε δοκεῖ παύσασθαι κοσμοῦσα, ὥστε ἐπίδοσιν ἔχειν εἰς τὸ καλλίω τε καὶ φανερώτερα γίγνεσθαι τὰ γεγραμμένα. Sed in hoc Platonis loco de cera, inurenda picturae, non est sermo, sed de colorum circumlitione, quae nescio an virgula fuerit facta. De hac est locus Quinctiliani Instit. 8, 5, 26; nec pictura, in qua nihil circumlitum est, eminet; ideoque artifices etiam quum plura in unam tabulam opera contulerunt, spatiis distinguunt, ne umbrae in corpora cadant. Circumlinere hic est ἀποχραίνειν, quod Graeci alio vocabulo συμφθείρειν colores dicunt. Circumlitio a Plinio dicta, plane est diversa. Hinc in Digestis de instr. Martianus in leg. item pictoris: *Item pictoris instrumento legato, cerae, colores, similiaque horum legato cedunt. Item peniculi et cauteria et conchae.*

Ac sanctiores) Scaliger haec verba delebat, ut archaismum Varroni imputaret de suo.

Lydia) Lyciae pisces sacros, ad auguria tibia evocatos, habet Aelianus H. A. VIII, 5, ubi vide notam. Alibi pisces sacros memorat Idem XII, 2 et 30. Lyciacos pisces sacros habet etiam Athenaeus VIII, p. 333. Possit igitur aliquis suspicari, h. l. legi de-

cum gregatim venisse[e] dicebas ad extremum litus atque aram, quod eos capere auderet nemo, quum eodem tempore insulas Ludinorum[f] ibi choreuusas[g] vidisses, sic hos pisces nemo cocus[h] in ius vocare au-

(d) *tubicinam* I. B. R. Br. (e) Vetustissimum Codicem hucusque Varronem scriptum habere, Politianus in margine, et Victorius annotant. (f) Victorius in libris suis reperit *Ludanorum* in aliis *Ludoanorum*. Pol. 2, *Ludonorum*. (g) *incusas* Pol 2. Libri Victorii alii *Concussas* alii *Circusas*, ali. *Corussas* habebant. *corrusas* I. B. R. Br. *corrosus* reliquae. *Coreusas* Ryck.

bere *Lycia*; sed impedit sequens *eodem tempore — ibi*, quo minus de Lycla nunc cogitemus.

Ludinorum) Victorius corrigebat *Ludiorum*, Scaliger *Ludianorum*, uterque *Lydiorum* intelligi volens; *Lydorum* reponebat Turnebus IV, 6. Popma incpte hariolabatur, legendum esse *ludii ad modum ibi chorcusas*. Lydorum χορευούσας, quasi saltautes dicas, insulas intelligi, recte monuit Turnebus, de quibus ita Sotion in Eclogis: Εν Λυδίᾳ ἐστὶ λίμνη, καλαμίνη καλουμένη, ἱερὰ δὲ οὖσα Νυμφῶν, ἣ φέρει καλάμων πλῆθος — θυσίας δὲ καὶ ἑορτὰς ἐπιτελοῦντες ἐνιαυσίους ἐξιλάσκονται· τούτων δὲ ἐπιτελουμένων, ἐπειδὰν ἐπὶ τῆς ἠϊόνος κτύπος συμφωνίας γένηται, πάντες οἱ κάλαμοι χορεύουσι, καὶ ὁ βασιλεὺς σὺν αὐτοῖς χορεύων παραγίνεται ἐπὶ τὴν ἠϊόνα. Plinius II, s. 96: *In Lydia, quae vocantur Calaminae non ventis solum, sed etiam contis quo libent impulsae, multorum civium Mithridatico bello salus. Sunt et in Nymphaeo parvae saltuares dictae, quoniam symphoniae cantu ad ictus modulantium pedum moventur.* ubi Vincentius legit: *contis et quolibet impulsu — saltares*. Sed *saltuares* antiquo more dicuntur pro *saltantes*; indè *saltuatim* moveri. Pactem calaminae lacus esse insulas saltuares, cum Nymphaeo monuit Turnebus, quem sequitur Dalecamp cum reliquis Plinii interpretibus. Scaliger addidit locum Martiani Capellae IX, cap. 1: *In Lydia Nympharum insulas dicunt, quas etiam recentior asserentium Varro se vidisse testatur, quae, in medium stagnum a continenti procedentes, cantu tibiarum primo in circulum motae, dehinc ad litora revertantur.* Ceterum mentio belli Mithridatici, obiter iniecta a Plinio, docet, Varronem (a Pompeio classi praefectum in bello isto, teste Appiano cap. 95), obiter has insulas spectasse quum Pompeium militantem in Lydia sequeretur. De casu tamen memorato a Plinio ipsisque insulis saltuaribus, nihil annotatum reperi ab Appiano. Denique in Varrone *chorcuusas* scribi debere, non *choreusas*, ut vulgo legebatur, tam apertum est, ut eam ipsam formam reponere non dubitarem. *Ludiorum* pro *Lydiorum* debebam praeterea addere. Apud Nouium denique exstat Varronis locus p. 131, ed. Mercer. *Ladon fluens sub Sardibus flumen tulit aurum.* ubi recte corrigit Mercerius. *Ludon*, i. e. Lydium flumen, scilicet Pactolus. Sed, qui h. l. *Ludinorum* habent libri, miror, eos supra *Lydia* intactum servasse.

Sic hos) Vulgarem interpunctionem *vidisses*. *Sic* recte correxit Gesner monente Scaligero.

det. Q. Hortensius[i] familiaris noster quum piscinas 5
haberet magna pecunia aedificatas ad[k] Baulos, ita saepe cum eo ad villam fui, ut illum sciam semper in coenam pisces Puteolos mittere emtum solitum. Ne- 6
que satis erat eum non pasci piscinis, nisi eos ipse pasceret ultro; ac maiorem curam sibi haberet, ne[l] eius esurirent mulli,[m] quam ego habeo, ne mei in Rosea[n] esuriant asini. et[o] quidem utraque re, et cibo et potione, quum non paulo sumptuosius, quam ego his,[p] ministraret[q] victum. Ego enim[r] uno servulo, ordeo[s] non multo, aqua domestica, meos multinumos alo asinos: Hortensius primum qui ministrarent piscatores habebat complures, et ii[t] pisciculos minutos aggerebant[v] frequenter, ut[x] a maioribus absumeren-

Vulgo eral *choreusas*. (h) *coquus* Br. (i) *Hort.* • *Quintus* I. B. Br R. (k) *ac loculos* Eaedem. (l) *prius esur.* Eaedem. (m) *asini* I. B. Br. R. (n) *Rosia* Br. (o) *Eoquid utr.* I. B. Br. R. *re* om. Br. (p) *his* om. I. B. Br. R. Po. 2. (q) *ministret* a. V. *minister* Br. (r) *Ego cum honore uno servulo* I. B. Br. R. (s) *hordeo — multinummos* Br. (t) *ii* om I. B. Br. R. *compl. qui* A. I. I-G. (v) *aggerebat* I. B. Br. R. (x) *qui* Br. (y) *Salsa-*

In ius vocare) Ludit in vocabuli ambigua significatione senex, suo more.

Haberet magna) Plinius IX, c. 55, s. 81: *Apud Baulos in parte Baiana piscinam habuit Hortensius orator, in qua muraenam adeo dilexit* etc.

Piscinis nisi eos) Voces *piscinis* et *eos*, ul glossas deleri volebat Vrsinus. *Eos* scilicel pisces, ex vocabulo *piscinis* repetere oportet cogitatione, nisi malis cum Pontedera *piscibus* legere.

Maiorem curam) Vrsinus corrigebal *maiori curae*, ut esl I, c. 4. Recte, puto.

Mulli) Edd. primae *asini* habenl, qui el ipsi inter pisces marinos sunt, sed nunquam palati romani aestimatione aeque nobilitati ac mulli, in quo nomine simul Varro alludil ad mulos, ex equa et asino genitos.

Rosea)* Brusch. *Rosia*. Deinceps *paullo* invexit ilerum Victorius, quum alibi *paulum* et *paulo* dedisset. Vereor, ut omnibus in locis veterem scripturam restituerim. Similiter veterem scripturam in *sumptuosius* servavil, in *emtum* el *emtitia* ab Edd. primarum adeoque Aldina scriptura discessil.

Et cibo et potione) Haec verba ul glossas deleri volebat Vrsinus.

Multinumos) Varro apud Nonium Merceri p. 216: *nec multinumus piscis ex salo captus helops, neque ostrea illa magna captata quivit palatum suscitare.*

Vt a maioribus) Vrsinus in Codice repertum *qui a maioribus* probabat; deinde in Codice Vrsini fuit: *salsa-*

7 tur. Praeterea salsamenta[y] in eas piscinas emtitia[z] coniiciebat, quum mare turbaret,[a] uti[b] per tempestatem suis piscibus e macello cetariorum, uti e mari obsonium praeberet, quum[c] neque everriculo illi[d] in litus educere possent vivam saginam,[e] plebeiae coenae[f] pisces. Celerius voluntate Hortensii ex equili educeres rhedarios,[g] ut tibi haberes, mulos, quam e pi-
8 scina barbatum[h] mullum. Atque[i] illi non minor cura (eius) erat de aegrotis piscibus, quam de minus valentibus servis. itaque minus laborabat, ne servus aeger, quam aquam frigidam biberent[k] sui pisces.

mentorum I. B. R. *Salsassamentorum* Br. (z) *emptum* I. B. Br. R. (a) Ita pro *turbaretur* ex Pol. 2, et Codice Arond. apud Wasse ad Sallustii Catil. c. 56, p. 177, scripsit Gesner. (b) *ac per tempest. macellum piscinam ut mare obs.* I. B. Br. R. (c) *cum* om. Eaedem. (d) *illi* om. Eaedem. (e) *sabinae* I. B. R. *sabinam* Br. (f) *laenae* P. 2. (g) *redarios — mulos* a. V. qui dedit *rhedarias mulas.* (h) *balbatum mulum* Br. (i) Vulgo *At*, inquit

mentum — emptitium; eodem ducit lectio Edd. priocipum.

Turbaret) Recte Gesoer repertam etiam a Victorio in libris lectionem recepit. Horatius Serm II, 2, 17: *et utrum defendens pisces hiemat mare.*

Vti per tempestatem) Cum Vrsino probo lectionem Edd. principum *ut per tempestatem macellum piscinis, ut mare obsonium praeberet.* Columella VIII, 17, 12 piscibus iacentibus praeberi iubet halecnlas tabentes, salitam chalcidem, putrem sardinam, scarorum braochias, intestina pelamydum lacertorumque, scombri, carchariae, elacatae ventriculos, denique salsamentorum purgamenta, quae cetariorum officinis everraotur. Cetariorum sunt officinae, sed macellum commune erat forum laniis, cetariis et reliquis cupedioariis opificibus. Igitur recte *cetariorum* omitti puto ab Vrsino. — *ac per tempest. macellum piscinarum ut mare* Codd. Flor. 3, unde Pontedera corrigebat: *ac per tempestatem macelum pisceinariom, uti mare, opsoniom praeberet; neque evericulo in litus educere posent veivam sageinam plebeiae coenae piscis.*

Plebeiae coenae pisces) Vrsinus postremum vocabulum veluti glossam delebat, pisciculos mioutos dici saginam coenae plebeiae.

Voluntate) eo permittente. Caesar B. G. I, 29: *petebat, ut eius voluntate discedere liceret.*

Rhedarios — mulos) Restitui lectionem antiquam, quae lusui senis faceti melius convenit, mulos cum mullis comparantis.

Atque illi) Vulgatam ita cum Vrsino correxi, incluso pronomine *eius.* Loquitur etiamnum Varro.

Frigidam biberent) *Frigidam recentem biberent* cum Vindob. duo Codd. Florentini, quorum alter etiam *quam* omisit cum Vindob. unde locum ita redintegrabat Pontedera: *ne*

Etenim hac incuria laborare aiebat M. Lucullum, et
piscinas eius despiciebat, quod aestivaria idonea non
haberet, ac[l] residem aquam in[m] locis pestilentibus
habitarent pisces eius. Contra ad Neapolim L. Lucul- 9
lus posteaquam perfodisset montem, ac maritima[n]
flumina immisisset in piscinas, quae reciproce[o] flue-
rent,[p] ipsi[q] Neptuno non cedere[r] de piscatu. factum[s]
esse enim, ut amatos, pisces suos videatur propter

ille. P. 2, *Atque* dedit. (k) *bibere vellet* P. 2. (l) Vulgo interpositum *in* inclusit Gesner, omittunt I. B. Br. R. (m) Ita pro *et* I. B. Br. R. (n) *maritimum flumen*. Eaedem. (o) Vulgo *reciprocae*. P. 2. *reciproci*. (p) *fuere* I. B. Br. R. *flueret* P. 2. (q) Vulgo *ipse*. (r) *cederet* vulgo. (s) *esse fa-*

servos aeger aquam frigidam beibere vellet, quam ne recentem beiberent sui pisces. Ex sequentibus enim apparere, Hortensium maxime residem aquam piscinarum improbasse, non frigidam.

Aestivaria) Vrsinus ait, in Codice vetere esse *aestuaria — ac residem aquam in locis* etc. Atque ita fere Editiones principes habent scriptum, quarum lectionem eatenus probavit etiam Gesner, ut in ante *residem* includeret; ego vero totam illam lectionem antiquam amplector. *Aestivaria* sunt aestiva piscium, ut pecorum aestivae pastiones. Plane alia sunt *aestuaria*, ubi aqua non sit reses, sed continuo maris aestu reciprocetur. Vtram lectionem optem, dubius haereo; comparatio enim sequens aestivarum pastionum *aestivaria* postulare videtur; contra reliqua tota narratio eo ducit, ut *aestuaria* praeferam, praecipue cum *aestivaria* solus dixerit Varro pro *aestivis*. Nunc denique me confirmat in hac opinione, ut *aestuaria* praeferam, locus Valerii, deinceps ponendus.

Neapolin) Plinius IX, s. 80: *Lucullus, exciso etiam monte iuxta Neapolin maiore impendio, quam villam aedificaverat, euripum et maria admisit, qua de causa Magnus Pompeius Xerxem togatum eum appellabat.* De altera Luculli villa dubitari potest. Plures enim sine dubio habuit Lucullus; in Tusculanam villam eiusque ruinas epigramma, a Barnaba Mattei editum, repetiit Burmann Antholog. latin. III, 6. Neapolitanam Luculli villam memorat cum Hortensii villa ad Baulos Cicero Acad. IV, 3. Varro in Eumenidibus ap. Nonium p. 543, ed. Merceri: *Patella esurienti posita provocat Neapolitanas piscinas.*

Quae reciproce) Ita legi debere, Vrsinus monuit. Neque enim piscinae fluunt reciproce, sed flumina maris, seu, quod Edd. principes habent, *maritimum flumen*, alternis aestibus fluctus reciprocat.

Ipsi — cedere) Vrsini emendationi debes *ipsi* pro *ipse*, Gesneri *cedere* pro *cederet*. Continuatur enim sermo Hortensii, quod est manifestum ex forma verbi *perfodisset*, et deinceps *immisisset*. Male igitur Gesner, quasi oblitus ipse suae observationis, deinceps malebat legi *factum est enim*.

Propter aestus) Vrsinus malebat *per aestus*. Et sic deinceps ait esse in

aestus eduxisse[t] in loca frigidiora, ut Appuli solent[v] pecuarii[x] facere, quod propter[y] calores in montes Sabinos pecus ducunt. In Baiano autem[z] tanta ardebat cura, ut architecto permiserit, vel[a] ut suam pecuniam consumeret, dummodo perduceret specus e piscinis[b] in mare, obiectaculo[c] quo aestus bis quotidie ab exorta[d] luna ad proximam nonam[e] introire,

etum, ut amicos P. 2, *esse causam, ut antiquos* I. B. Br. R. (t) *duxisse* I. B. R. (v) *solerent* I. B. Br. R. *Apuli* Br. (x) *pecuata* P. 2. (y) *per colles* P. 2. Ryck. (z) *aut emardis tanta* P. 2. Eandem ex suo Codice lectionem annotavit Victor. In altero erat: *aut ardis*. I. B. Br. R. *aut ardeae*. (a) *vel ut* P. 2. Codd. Victorii et Cod. Vrsini. Vulgo *vel* deest. (b) *piscina* P. (c) *abitudo* (c. *habitaculo*) P. 2. *obiecta onulo* Cod. Vrs. (d) *ortu lunae* I.

Codice vetere *per calores*, quo ducit etiam lectio Cod. Polit. et Rykiani *per colles*.

Quod propter) Vrsinus malebat *qui propter — montes Samnios*. Scilicet supra II, 1, 16 greges ovium ex Apulia in Samnium aestivatum abiguntur. Sed Vrsinus ipse annotavit locum II, 2, 9, ubi greges ovium in Apulia hibernant, in montibus vero Reatinis aestivant.

Baiano autem) Ex lectione librorum *autem ardis*, vel *aut ardis*, vel *aut ardeae* Scaliger efficiebat: *In Baiano autem arsit tantu* (i. e. tantum), *ut architecto* etc. Popma: *In Baiano haud par, sed tanta ut*. Salmasius ad Solinum p. 189: *In Baiano autem tanta ardes, ut architecto*. ut *ardes* sit antiquo more dictum pro *ardor*. Equidem mihi persuasi, legendum esse ex vestigiis antiquae scripturae: *In Baiano autem maris tanta ardebat cura, ut*. — *Aut ardis tanta*; vel ut alii Codd. *aut ardeae* Pontedera in Curis post. derivat a Graeco ἄρδις stimulus, eoque vocabulo Graeculum in margine explicare voluisse, quid esset *cura*.

Vel ut) Librorum scriptorum Victorii omnium lectionem et Codicis Vrsini restitui pro vulgata, probante etiam Pontedera. Vrsinus tamen malebat *ut vel suam*.

Obiectaculo) Codex Vrsini *obiecta oculo*. Molem intelligit, mari oppositam, seu montis alicuius obicem vel obiectum. — In Flor. Codd. variare scripturam inter *obiectulo*, *abitudo*, *habitaculo*, monet Pontedera in Cur. post., qui inde efficiebat *obiecto spiraculo*. At meam coniecturam *obiecta mole* praefero.

Ab exorta novam) Gesnero Varro aestum maris tribuere videtur lunae novae, eumque credere cessare luna silente vel interlunio; deinde etiam aestum seu fluxum et refluxum mari Baiano adscribere, quod utrumque falsum et physicorum hodiernorum statutis contrarium esse affirmat Gesner. Haud scio, an ita voluerit mari omni italico aestum auferre vir doctus. Ita vero contrarium sibi habebit Columellam VIII, 17, 9, ubi piscinas marinas construere docet. De litore Venetiarum et aestu maris per ora Timavi ad montem usque ascendente, vide locum Servii ad Aeneid. I, 250,

ac redire rursus in mare posset, ac refrigerare piscinas. Nos[f] haec. At strepitus a dextra, et cum[g] lata candidatus noster designatus aedilis se in villam.[h] Cui

B. R. (e) Vulgo *novam* (f) *Non* B. R. (g) Ita pro *et eccum recta* I. B. Br. R. *et cum candid.* P. 2. Mecum facit etiam Cod. Paris. (h) *se in villam* ex Cod. Paris. addidi. *in villam* I. B. Br. R. Vulgo desunt haec verba.

De litoris Ravennatis aestu exstat testimonium Claudiani XXVIII, 496 seqq. De maris Labronici (Livorno) aestu, ad dimidiae ulnae altitudinem ascendente, testatur Tozzetti Itiner. Tusci T. I, p. 490, vers. germ. qui laudat Io. Bianchi librum de aestu maris ad litus portumque Ariminensem. Hinc factum, ut piscinas marinas aestuaria dicerent Romani. Valerius Max. IX, 1: *C. Sergius Orata ne gulam, Neptuni arbitrio subiectam, haberet, peculiaria sibi maria excogitavit aestuariis intercipiendo fluctus pisciumque diversos greges separatos molibus includendo, ut nulla tam saeva tempestas incideret, qua non Oratae mensae varietate ferculorum abundarent. Aedificiis etiam spatiosis et excelsis deserta ad id tempus ora Lucrini lacus pressit, quo recentiore usu conchyliorum frueretur.* Eundem in tegulas piscinas et ostreorum vivaria sustulisse, eodem teste et Cicerone Senecaque cognoscimus. Aestuaria ipse etiam Varro dixit, ut paulo antea demonstravi. Hinc aestum maris in ipso tractu hoc maris Baiani et Puteolani facile agnosces. Nunc alteram Gesneri criminationem inspiciamus. Varroni praeivit Pytheas apud Plutarchum Placit. Philos. III, 17 lunae plenae aestum maris, decrescenti vero recessum assignans. Hinc Plinius II, s. 99: *Bis inter duos exortus lunae affluunt aestus bisque remeant vicenis quaternisque semper horis.* Scilicet Pytheas et Varro plenilunio aestum altiorem assignare ita voluerunt. Varro L. L. VIII, p. 105: *At in mari motus non habent dissimilitudines geminas, qui in viginti quatuor horis lunaribus cotidie quater se mutant? At cum sex horis aestus creverunt, totidem decreverunt rursum identidem aliis horis. An hanc analogiam ad diem servant, ad mensem non item alios motus?* (scil. interlunii, lunae plenae et novae). *Sic item quum habeant alios inter se convenientes, de quibus in libro, quem de aestuariis feci, scripsi.* Quem locum si notum habuisset Forster, in eo firmamentum interpretationis suae Pytheanae sententiae reperisset, quem vide in libro: Geschichte der Entdeckungen im Nordem p. 31. Addo locum Alberti M. Oper. T. VI, p. 304: *inventum est mare stans, quod nec accedit, nec recedit* (quale esse ait Pisanum); *et inventum est mare, quod ab initio lunae ad plenilunium accedit, et a plenilunio usque ad perfectum lunae defectum recedit: quaedam maria accedunt omni die bis et recedunt bis.*

Ad proximam nonam) Ita corresi vulgatum *novam* ex Edd. primis, monente Pontedera in Curis postumis supra ad lib. I, 37, 1. Tyr.

Et cum lata) Qui *et eccum recta* correxerunt, relinquere saltim debebant deinceps *in villam*, ubi nos ex Paris. *se in villam* restituimus. Villam intelligit publicam, de qua supra admonui. *Cum lata* intelligo *purpura*, *lato clavo*, quem candidati, postquam

nos occidimus,[i] et gratulati[k] in Capitolium prosequimur. ille inde[l] eundo suam domum, nos nostram. O Pinni[m] noster sermonem de pastione villatica summatim hunc,[n] quem exposui, habeto.

(i) *occidimus* Iens. Br. Cod. Paris. Vulgo *occurrimus*. (k) *gratulanti* Iens. Br. *gradatim* P. (l) *enim idem* Iens. *ille inde endo sum* Cod. Vrsini. *ille inde endo suam* Paris. (m) Vulgo *Opinionis nostrae*. (n) *haec, quae* P. 2. *hoc,· quem* Paris.

electi a populo fuissent, statim videntur sumsisse, eaque induti in Capitolium accessisse. Mercerius nihil aliud comminisci potuit, nisi *cum lata*, ut *turba* intelligeret. — *Et cum lata — aedilis se in villam — occidimus* mecum ex Codd. Florentinis probavit Pontedera in Curis postumis, monens, candidatum, designatnm aedilem, novam vestem, tunicam latam i. e. laticlaviam, superinduxisse candidae. Ceterum *et cum lata occum* legit Pontedera.

Occidimus) Ita Iens. Br. Paris. et sine dubio Pol. quia ad lectionem Iens. tacet Politianus. Correxerunt *occurrimus*, qui verbum antiquum non intellexerant. Festus: *Occidamus Plautus ponit pro contracedamus.*

Inde eundo) Vrsini emendationem, quam suam facere Popma voluit, plane confirmat Paris. Cod., eamque ipse unice probo: *ille inde endo suam domum*. Vulgatum *eundo* orationem abrumpit atque imperfectam relinquit.

O Pinni nostri) Vulgatam *opinionis nostrae* egregie ita corresit Mercerius in notis ad Taciti III, Annal. cap. 42. Opinionis enim sermonem latine dici, nemo facile docebit; quanquam Vrsinus in Codice suo postremo additum reperit *o Q. Pinni*. quam leetionem ante indicatam mihi ab Abr. Gronovio Mercerii emendationem receperam. Nunc Merceriana malo inventa amplecti, quoniam sic reliqua oratio correctior fit atque elegantior. Triller Observ. IV, 27 corrigebat: *O Pinni noster sermone — hoc habito*. Cf. II Praef. 6, et II, 11, sect. 12.

Hunc quem) *Haec quae* ex 3 Flor. annotavit Pontedera in Curis postumis, qui inde corrigebat *sermonum*, ut initio libri 3: *recordatus de ea re sermones, quos de veila perfecta habuissemus.*

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE

DE RE RVSTICA

LIBRI XII

ET

LIBER DE ARBORIBVS.

PRAEFATIO.

Parte operis rustici antiquissima eaque difficillima absoluta, accedimus iam ad eloquentissimum omnium rei rusticae scriptorum, qui quidem hodie exstant, Columellam; de cuius aetate et vita nihil fere aliunde cognovimus praeter ea, quae ipse in variis librorum suorum locis memoriae prodenda censuit. Tempora quidem, quibus vixit, clarissime signavit III, 3, 3, Senecae viventis et laude florentis vineas commemorans, et Cornelium Celsum suorum temporum virum nominans I, 1, 14. Plures etiam in opere nominavit, quorum memoria in historiis Romanis servata exstat, veluti M. Trebellium V, 1, 2, ubi videbis notam appositam. Librum de Arboribus, qui reliquos omnes tempore antecessit, ad Eprium Marcellum scriptum fuisse, quum caeteri Silvino inscripti sint, docui ex lemmatibus antiquis Codicum Lipsiensis et Sangermanensis ad initium istius libri. Librum suum adversus Astrologos ipse memorat XI, 1, 31. Ceretanum in Sardinia praedium III, 3, 3. M. Columellam, patruum, pluribus in locis nominat et patriam suam municipium Gaditanum Hispaniae edit VIII, 2, 4, X, 185, et alibi. Patriam cum eo eandem habuit Moderatus, cuius libros XI de placitis Pythagoreorum memoravit Por-

phyrius in vita Pythagorae p. 32; Suidas Syrianus ad Aristotel. Metaphys. p. 91, 6; Proclus ad Platonis Timaeum p. 144; e Porphyrio Simplicius ad Aristotelis Physica pag. 50 b. et Stephanus Byzantinus in Γάδαρα. unde breve fragmentum Ex τῶν Μοδεράτου πυθαγορικῶν (scilicet σχολῶν) ex codd. publicavit doctissimus *Heeren* in Eclogis Stobaei T. I, pag. 18. Qui quidem Moderatus nostri an alienam familiam necessitudine aliqua magis quam Moderatus a Seneca in Praefatione libri V Controversiarum nominatus attigerit, equidem non habeo dicere. Quod vero ex Libri II, c. 10, sect. 18 collegit Gesnerus, Columellam Syriam Ciliciamque obiisse non sine imperio aut potestate, vana prorsus nititur coniectura, ut ad locum istum monui.

Sedecim Columellae libros memoravit Cassiodorus Divin. lectionum c. 28, quanquam hodie tredecim tantum habemus. Numerum Cassiodori, nisi forte ex errore scripturae ortum, ita defendebat atque interpretabatur Gesnerus, ut a Columella ante duodecim de re rustica libros editos eandem disciplinam tribus aut quatuor libris comprehensam fuisse censeret. Quibus ad Eprium Marcellum scriptis ipse deinde duodecim alios libros substituit, quibus praecepta rei rusticae copiosius explicaret; quo factum est, ut priores libri, non nolente, ut puto, ipso eorum patre, vilescerent et negligerentur. Vnicum, de arboribus inscriptum, fortuna servatum, ad nostram aetatem transmisit: de quo eius fato est omnino quod laetemur. Quamvis enim ipse Columella eadem praecepta in universum accuratius in reliquis libris tradiderit, tamen insunt isti de Arboribus libro quaedam, ex Magonis vel Dionysii vel Diophanis commentariis ducta, quae repetere Moderatus ipse quidem noluit, Plinius ta-

men cum Palladio loca multa inde excerpserunt, quorum fontem hodie vix agnosceremus, nisi aditus nobis ad librum Columellae de Arboribus pateret. Verum longe maior est libri istius utilitas ad quintum Columellae librum, quem omnium pessime librarii habuerunt, et in quo ipse egregius Sangermannensis Codex spem nostram destituit, multis in locis lacunosis redintegrandum. Codices quidem illi, ex quibus Columella primum editus fuit, librum de Arboribus, post librum secundum insertum, tertio loco reliquosque libros deinceps numerabant, ita, ut qui hodie duodecimus est, ordine decimus tertius esset. Eundem librorum ordinem numerumque fuisse in libris scriptis, quibus olim Servius Grammaticus usus est, monui in Praefatione ad Librum de Arboribus. Primus Iucundus, Aldinae Editionis auctor, errorem librariorum deprehensum correxit, librumque de Arboribus ex reliquorum serie reiecit ad finem, quem deinceps reliqui Editores recte secuti sunt.

Ceterum praeter Isidorum, Servium et Cassiodorum vix alius Grammaticorum veterum Columellae libros laudavit vel excerpsit, adeo, ut post Palladium, qui disciplinam eius per menses digessit contractam, in bibliothecarum latebris absconditi et neglecti delituisse videantur, quippe quos Vincentius Bellovacensis seculo decimo eumque secutus non longo temporis intervallo Petrus de Crescentiis, diligentissimus veterum rei rusticae scriptorum lector, plane ignoraverint.

Editionum principum, ex Codicibus ductarum, notitiam iudiciumque habes in Praefatione ad Catonem et Varronem; Aldinae auctor, Iucundus, quidquid mutavit, plerumque deterius fecit etiam in Co-

lumella; Iuntina in paucis aliquot locis Codicis alicuius auctoritatem secuta esse videtur.

In emendando Columella P. Victorius duobus exemplaribus scriptis usus est, altero ex Divi Marci bibliotheca quem Nicolaus Nicolus sua manu descriptum e vetusto exemplari moriens curae sodalitatis Marcianae legaverat et commiserat; alterum literis Longobardicis exaratum ex Bibliotheca Augustinorum Divi Galli primum condita a Laurentio Medices habuit. De usu eorum ipse ita tradit: *Quaecumque autem in hoc scriptore menda correxi, auxilio horum duorum exemplarium correxi, quae forte, si accuratius pertractarentur, possent etiam aliis maculis delendis auxilio esse: non tamen illa adeo fidelia inveni, ut sine aliis confirmationibus auctoritatem eorum sequi tutum esse iudicarim.* Habes ipsum Victorium confitentem negligentius quam par erat ab eo Codicem utrumque fuisse tractatum et cum Columella comparatum; quod ipsa etiam inspectio annotationum satis declarat, ubi viri doctissimi brevitatem, ne dicam ieiunitatem, saepenumero miratus sum. Editiones primas Columellae nullibi consuluisse videtur, quae eius negligentia eum habuit eventum, ut insecuti Editores plerique Aldinas depravationes auctoritate vel silentio Victorii confirmatas existimarent adeoque repeterent. Multo quidem accuratius eosdem Codices tractaverat antea Ang. Politianus et cum Iensoniana principi Editione comparaverat, testante ipsa egregii viri manu et libro, in Bibliotheca Medicea servato, unde opera Henr. Brenkmanni excerptam varietatem omnem et ad Chr. Schoettgenium transmissam publicavit Gesnerus. Hic quidem merito mirabatur, quid esset, cur Politiani, cuius manu notato Terentio et Pandectis usus erat Victorius in Catone et Varrone et Columella eiusdem

opera cum codicibus comparatis, tamen nullibi meminerit; sed indignum Victorii pudore existimabat credere, tacitum eum alienos labores in usum suum convertisse. Apud me tamen non ita salvus est Victorii pudor, quam apud Gesnerum, quamque ipse vellem esset apud omnes humanitatis studiosos. Quid quaeris? Dabo tibi ipsum Victorium testem contra defensorem Gesnerum. Ita enim scriptum legimus in Victorii Explicat. Castigat. suarum in Ciceronem, Lugduni 1560, p. 160: *Item Columellae Codex in Bibliotheca Divi Marci non negligenter scriptus a Nicolao Nicolo, quem olim Politianus viderat et laudat.*

Priorem Codicem, quem comparaverat Victorius ex Bibliotheca Divi Marci, ibi non amplius exstare, sed evanuisse, auctor est Pontedera, cuius haec sunt verba in Epistola III, p. 25: *Optimus omnium Codicum, quem ex Bibliotheca D. M. Florentina laudat Victorius — et quando liber iste iam evanuit, dedi operam, ut nonnulla, quae Politianus ante Victorium de eodem transcripserat, item ex alio, qui ad S. Reparatae asservatur, mihi Florentia per Hier. Lagomarsinum transmitterentur. Quumque Caesenae in Bibliotheca Fratrum Minorum Conventualium custodiri Codicem, qui de Victoriano illo exscriptus ferebatur, accepissem, per amicos curavi, ut eorum, quae dubia atque obscura habebam, exemplum remitteretur. Accesserunt quoque nonnulla ex Bibliothecis Vaticana deprompta et Medicea. Multa etiam per me Venetiis cum antiquo D. Marci exemplari contuli.* Idem alibi in iisdem Antiqq. p. 464 in Columellae libri II, capite 2, varietates XC ex Codicibus a Politiano excerptas in Editione Lipsiensi Gesneri omissas querebatur: cui Gesnerus in Epistola ad Reitzium, Luciano eiusdem addita, respondit ita, ut omnem

omissionis culpam a se amoliretur. In quo viro candidissimo fidem cur non habeamus, causam equidem nullam video. Videtur enim in Politiani excerptis Gesnero idem accidisse, quod postea I. A. Ernestio in varietate Codicis Sangermannensis, ab Oudendorpio transmissa, de qua paulo postea dicetur. Diu etiam, antequam ex Italia in manus Gesneri pervenirent Excerpta ista Politiani, inter manus cupedinariorum Belgii litterati delituisse, colligo ex annotatione Duckeri ad Florum II, c. 3, sect. 1, p. 244. Quicquid ea de re sit, varietatem omnem, quam ex Politiani Excerptis Pontedera in Columellae quibusdam locis accuratius retulit quam Gesnerus, diligenter excerptam suo quamque loco apposui. Ceterum Codices a Politiano, Victorio et Pontedera comparati, omnes ex uno eodemque fonte fluxisse videntur, quem deinceps indicabo.

Post Petrum Victorium Fulvius Vrsinus, acerrimi iudicii et acuminis vir, ad Scriptores R. R. latinos emendandos accessit, libris scriptis aliquot usus, quorum tamen et numerum natalesque et auctoritatem plane ignoramus. Vaticana ex Bibliotheca deprompsisse copias suas Vrsinum, probabile mihi quidem fit ex eo, quod Romae degebat, et cum Petro Ciaccono, Hispano, Pontificis iussu Biblia Graeca tum expoliebat. Huic eidem Ciaccono multas deberi correctiones, aliasque in Catone et Columella Io. Bapt. Sighicello, quae hodie solum Vrsini nomen praescriptum gerunt, ipse acutissimus vir profitetur in Praefatione, unde verba excerpta posuit Gesner p. XXI.

Hier. Commelini vel potius Fr. Sylburgii nulla sunt in Columellam merita alia, nisi quod hic Editionis Bruschianae varietatem inspexit atque interdum annotavit.

Postremus ad hanc rusticam operam expoliendam

accessit I. M. Gesner, satis bonis librorum scriptorum copiis instructus. De Politani excerptis iam satis paulo antea fuit dictum. Praeterea Codicem Columellae Lipsiensem, iam antea a Chr. Schoettgenio inspectum, iterum et multo quidem attentius tractavit, varietatemque omnem inde retulit Gesnerus. Probitate lectionum is liber antecellit Codices, a Politiano et Victorio consultos, et plerumque consentit cum varietate Goesiana, quam ex libro aliquo, cuius auctoritatem ignoramus, ductam editioni coloniensi adscripserat Guil. Goesius, ad Editionem autem Parisinam anni 1533 transtulerat Ianus Broukhusius, cuius librum, ex Bibliotheca Kaesii, Lipsiensis Senatoris, commodatum, habuerunt Schoettgen et Gesner: atque indidem ductae sunt coniecturae aliquot Broukhusii, quas suis quasque in locis, quanquam leves plerasque aut falsas, commemoratas lector reperiet. Varietas autem Goesiana non ultra libri VIII, capitis XI, sectionem quartam pertingit; quod item in Bibliotheca Surenhusiana p. 63 de Editione Rob. Stephani collata cum veteri Codice Wilh. Goesii usque ad libri VIII, cap. 8 cum notis MSS. viri docti annotatum esse, Gesnerum monuit I. A. Fabricius. In plerisque omnibus locis scripturam Goesianam cum lectionibus, ex antiquissima Sangermannensi membrana commemoratis a Nicolao Heinsio, conspirare quum animadvertisset Gesnerus, in eam non immerito suspicionem incidit, eiusdem Codicis lectiones pervenisse in manus Guil. Goesii; quanquam sunt loca, in quibus scriptura Goesiana ab Heinsiana seu Sangermannensi diversa abit. Praeterea dubium reddebat Gesnerum illud inprimis, quod varietas Goesiana intra octavum Columellae librum substitit, Sangermannensis autem totum Columellam complectitur.

Frustra Gesnerus cum Schoettgenio aditum ad Heinsianas copias tentaverat; itaque eo remedio, ad quod aliena eum invidia compulerat, usus est, ut disseminatas a Nic. Heinsio per varios libros lectiones Codicis Sangermannenses sedulo colligeret, collectasque reliquae librorum varietati insereret. In qua tamen opera eum vel memoria, vel diligentia eius hominis, cui Heinsianos libros excerpendos commiserat, valde fefellit. Omissas enim ab eo reperi bene multas lectiones, aut nimis obscure relatas. Gesneri suspicionem de Goesianae varietatis auctoritate confirmavit deinde P. Burmannus, cuius Epistola ad Gesnerum scripta exstat in Thesauro Epistolico Gesneriano Vol. II.p.253, ubi affirmat vir doctus, varietatem lectionis, a Goesio vel Broukhusio descriptam, non ea cura, qua par fuerat, ex Codice N. Heinsii fuisse translatam, Heinsium vero Codicis Sangermannensis lectiones margini Editionis Gryphianae adscripsisse cum emendationibus et coniecturis suis; quarum bonam partem ex Adversariis eius, a P. Burmanno Secundo demum editis, excerptam, et ab Ernestio plane omissam, retuli ad singulos Columellae locos.

Atque his, quanquam satis praeclaris subsidiis usus, Gesnerus pauca tamen Columellae loca correxit, nimia religione et reverentia nominis Victoriani ductus. Palladium etiam et Plinium non ea cum diligentia ubique comparaverat, quam res postulare quasi videri debebat. Itaque in permultis locis a veritate aberravit vir doctus, nec orationis vitia animadvertit, ad quorum vestigia indaganda perducere eum facile poterat Palladii comparatio. Qua quidem in parte plus vidit Iul. Pontedera, qui praeterea praeclara rei botanicae et rusticae scientia imbutus, multa plane atque egregie interpretatus est, quae Gesneri ingenium,

a scriptorum rusticorum oratione et disciplina plane alienum, ne intelligere quidem potuit. Librorum etiam scriptorum copias advocavit Pontedera, quorum notitiam paulo antea ex Epistolis egregii viri posui. Librorum Mediceorum excerptas lectiones a Gast. Georgio, Roma Vaticanorum Codicum et Bruschianae Editionis lectiones nescio quo annotante acceperat, ut ipse refert in Epistola ad Iac. Facciolatum, inserta Gesnerianae Editioni p. XLIII—XLV, ubi praeterea Editionum, quibus usus est Pontedera, notitia exstat. Denique temporum et Calendarii romani veteris rationes et varietates omnes cum vinitoria disciplina egregie explanavit, additis tabulis in aere expressis, quarum aliquas Gesnerus iam posuerat, alias nunc primum ex Antiquitatibus viri doctissimi addidi, eas quidem, quae mihi ad Columellae librorum intelligentiam pernecessariae videbantur. Indidem excerpsi annotationes et correctiones aliquot Pontederae, quas in altera Gesneriana editione omiserat Ernesti aut plane perverse retulerat, quum ipsam viri docti disputationem non intelligeret. Scilicet, quae Pontedera rogatus primum cum Gesnero communicaverat, sero tandem perlata, ideoque ad finem Editionis reiecta, ipse vir doctus, quum nimis ei lentum negotium Lipsiense esse videretur, in Epistolarum formam redacta collegit et publicavit Patavii anno 1740, additis non paucis annotationibus, quas repetita scriptorum rusticorum lectio ei suppeditaverat. Gravis inde simultas inter Gesnerum et Pontederam exorta est. Causam suam ipse Gesnerus defendit in Epistola ad Reitzium scripta; eiusdem partes tueri conatus est in actis novis Erudit. Lips. anni 1743 Chr. Saxius, quod ex indicio ipsius viri doctissimi in Onomastico litterario cognovi. De tota controversia ita iudicavit Ang. Fabronius in

vita Iul. Pontederae inserta Vol. XII. Vitarum Italorum doctrina excellentium: *Gesnerum minime functum esse amice officio, quum elaborata a Pontedera magna ex parte suppresserit; sed durius hoc accepisse Pontederam, quam belli homines solent.*

Praeterea multas Io. Bapt. Morgagni annotationes easque egregias et copiosas communicatas habuit Gesnerus; quas in altera Editionis suae parte integras publicavit. Pleraeque omnes in Columella cum Palladio et Vegetio comparando atque emendando versantur; ubi mirabar, virum praestantissimum de consulendis Hippiatricis graecis non cogitasse. Ipsas annotationes, breviter excerptas, inserui commentariis meis. Qui vero copias atque elegantiam doctrinae Morgagni accuratius perspicere atque admirari volent, iis ut Epistolas, in Gesneriana Editione propositas, ipsi adeant, auctor sum. Facciolati annotationes perpaucae simul in manus Gesneri pervenisse videntur, raro enim eas laudatas reperi; neque ulla alia in re nisi in latinitate Scriptorum R. R. explicanda occupatus fuisse mihi videtur Italus elegantissimus, cuius Epistolas, ad Gesnerum scriptas, cum indice Annotationum suarum, Morgagni et Pontederae ex Italia transmissarum, habes in Thesauro Epistolico Gesneriano Vol. II, p. 233 seqq.

Hactenus de Gesneriana Editione, ab ipso viro doctissimo procurata anno 1735. Pauca supersunt dicenda de altera Editione, quam post mortem eius anno 1773 curavit Io. Aug. Ernesti; in qua de Columella quidem praeclare meritus est Praeceptor olim meus, publicata varietate lectionis, e Codice antiquissimo et celeberrimo Parisiensi in monasterio S. Germani ducta illique a Fr. Oudendorpio oblata. Sed huius Codicis lectiones, a Gesneriana diversas, non

varietati inter textum operis Columellae et notas virorum doctorum positas immiscuit, quod fore videbat ipse opportunius iis, qui Columellae libros legerent; sed perverso plane consilio ad calcem operis Columellae reiecit. Causam ipse edidit hanc, quam ipsis viri egregii verbis ponam: *Aptius id putabam iis, qui totam illam varietatem et in verbis et in scriptura ad usum criticum in scriptoribus latinis tractandis cognoscere vellent; quod animadverti factum a viris quibusdam doctissimis. Nam vidi in notis criticis ad veteres latinitatis auctores, ut a Drakenborchio in Livianis aliisque, lectionum harum mentionem fieri, ita, ut iis ad decernendum uterentur. Ceterum ex his Codicis lectionibus non parum emendationis accedere Columellae posse existimo, idque etiam specimine, quamquam brevi, demonstravit vir doctus in Observationibus Dorvillianis T. VII, p.* 274. Auctorem huius speciminis, qui Gesnerum satis inclementer tractavit, P. Burmannum, nominavit in Onomastico litterario Chr. Saxius. Sed nec has Burmanni annotationes omnes Ernestius in alteram Editionem retulit, et de varietate Sangermannensi diu me dubium habuit illud, quod ab Oudendorpio, Burmanno, I. Fr. et Abr. Gronovio, N. Heinsio aliisque annotatas repereram Sangermannensis Codicis lectiones eas, quas in Collectione Ernestiana frustra quaerebam. Neque adhuc ipse causam huius diversitatis indagare vel interpretari potui. Interim sedulo varietatem omnem ex farragine Ernestiana ad locos quamque suos transtuli; ubi si quid forte diversitatis omissum a me fuerit, id errore meo, non consilio, factum lectores iudicabunt, quibus aditus patet ad alteram Gesnerianam Editionem, unde omissa facile poterunt expleri. De conditione Codicis, tantopere a viris doctis laudati, nihil

hucusque traditum exstabant, nisi quod Codicem Monasterii Corbeiensis, qui Parisiis in Bibliotheca S. Germani de pratis deinde asservatus sit, dixit Menagius ad Diogenem Laërtium p. 54, edit. Wetst. neque magis mihi constabat, num Nicolaus Heinsius ipse Codicem inspexerit, an ab alio excerptam varietatem lectionis acceperit. Qui lectiones Sangermannenses Ernestio transmisit in publicos usus edendas, utinam auctoritatem exempli, unde ductae fuerunt, addidisset. Nunc vero dubitare licet interdum, cui maiorem adhibeas fidem, ubi eiusdem Codicis scriptura diversa a diversis tradita legitur. Sed bene accidit, ut a doctissimo Heerenio de Gronoviano apparatu critico ad Scriptores R. R. latinos, in Bibliotheca publica Lugduno-Batava latente, commonefierem. Statim igitur aditum ad copias Gronovianas tentavi per eruditissimum virum et de literis graecis latinisque in primis bene meritum, Dav. Ruhnkenium; nec is precibus meis pro singulari humanitate sua, quam nuperrime etiam Polybius Schweighaeuseri expertus est, defuit, sed omnem Gronovianum apparatum liberaliter usibus meis concessit. Quo quidem beneficio, quantopere non tam me ipsum, quam omnes Columellae reliquorumque R. R. Scriptorum lectores sibi vir egregius obstrinxerit, oratione mea satis declarare non possum; cui interim publice hoc loco gratias agendas censui, dum exoptatæ mihi se obtulerit occasio gratae beneficii memoriae re et facto testandae. In illo igitur Gronoviano apparatu inerat varietas Codicis Sangermannensis, et quidem gemini, adscripta inferiori margini Editionis Commelianae; praeterea in charta, paginis Editionis interposita, separatim annotatae legebantur eiusdem, ut suspicor, Codicis lectiones multae, praescripto MS. titulo. In fronte libri ipse Abr. Gronovius hanc

brevem Codicis utriusque Sangermannensis notitiam apposuerat: *Varietas lectionis, quae partim in inferiore margine, partim e regione contextus adiectae sunt, excerpsi ex Editione Badii Ascensii* 1529, *ad quam Patruus ὁ πάνυ comparaverat Codicem Bibliothecae Abbatiae S. Germani Parisinae mense Augusto* 1679. *Codex erat forma quadrata, literis rotundis conscriptus, et vetustatem octingentorum annorum praeferebat. Alter vero Codex, quo Excerpta ex Columella continebantur, in eadem Bibliotheca adservatus, vetere scriptura quoque erat exaratus.* Alterum hunc Codicem incipere a libri quinti verbis *Quoniam familiariter* ipse Abr. Gronovius in margine inferiore Editionis Commel. ibi annotaverat; eiusque lectiones numero 2 signavit plerumque cum altero consentientes. Quousque pertingerent Excerpta Codicis, nuspiam annotatum a Gronovio reperi. Ceterum in varietate permultae lectiones desiderantur, quas ab Oudendorpio acceptas posuit Ernesti. Cuius diversitatis causa unde sit repetenda, equidem excogitare non potui; facile autem illi iudicabunt, ad quos pervenit exemplum Editionis Ascensianae, manu Iacobi Gronovii notatum; unde fortasse Abr. Gronovius illas tantum excerpserat lectiones, quas approbandas et in nova quam parabat, Editione, recipiendas censebat. Contra etiam Gronovius lectiones aliquot annotaverat, quas in Collectione Oudendorpiana frustra quaeras. Verba nunc primum orationi Columellae VI, cap. 30, s. 1 inserta: *Paleas — substernendae* solus Gronovius ex Codice Sangermannensi annotaverat. In universum Codicem Sangermannensem, omnium antiquissimum, et ex quo reliqui scripti libri maiore minoreve cum fide translati fuerint, quilibet lector facile nunc agnoscet; tanta est libri praestantia, tanta lectionum

probitas et veritas! Itaque omnem Columellae orationem ad hanc veluti regulam corrigere, et ab insulsis Iucundi interpolationibus purgare non dubitavi; qua quidem in opera non solum elegantiae verborum concinnitatisque, cuius utriusque Columella egregie studiosus fuit, sed numeri etiam oratorii rationem habendam censui. Multa enim verba, alienum in locum transposita a librariis, ex auctoritate libri Sangermannensis suo reposita reperiet lector, ubi admonere eum de mutatione interdum neglexi. De meo dedi coniecturas aliquot ex lectione vitiosa, sed proxima vero libri Sangermannensis ductas, verum in ordinem verborum nihil mihi ipsi sine libri auctoritate licere putavi.

Praeterea Codicem membranaceum Bibliothecae Pauli a Demidow indicavit Chr. Frid. Matthaei V. C. in Lectionum Mosquens. Vol. I, p. 80, atque inde lectiones variantes retulit, ad librum Columellae decimum pertinentes, cum indicibus capitum singulorum librorum; unde didici, librum diligenter admodum ex Codice Sangermannensi fuisse descriptum, quocum in lectionibus plerisque omnibus conspirat. Singularis fuit fortuna decimi Columellae libri, qui, quo pluribus vitiis fuit a librariis conspurcatus, eo maiorem excitavit interpretum copiam et diligentiam. Plurimas huic carmini I. Fr. Gronovii suasque coniecturas adscripserat Abr. Gronovius: sed iam olim I. Pomponius Sabinus, vel, ut Commentariis in Columellam editis inscriptum legitur, Fortunatus amplo commentario versus Columellae magis oneraverat, quam illustraverat, quem nullo cum lectoris fructu, magno vero cum taedio repetiit Gesneriana Editio. Post eum Io. Baptista Pius maiore cum diligentiae laude interpretatus est carmen hortense, adhibito et-

iam librorum scriptorum auxilio; ex cuius annotationibus, si quid utile ad rem meam videbam, excerpsi auctorique suo fideliter adscripsi. Lancilloti Expositiones MSS. in Hortum Columellae Florentiae in Bibliothecae Mediceae Pluteo LII asservari, fide I. A. Fabricii retulit Gesner. In Halleri Bibliotheca Botanica Vol. II, p. 606 reperi C. Lancilloti Pasii Ferrariensis notas in Columellae Hortos ad Laurentium Mediceum quasi editas Regii 1493 nescio quo auctore memoratas. Eodem igitur anno duorum doctorum virorum annotationes in Hortum Columellae poëticum prodierunt. Nam Pomponii Sabini commentarius, qui in Editione Bononiensi 1494 cum versibus Columellae legitur, iam antea separatim editus exstabat hoc cum elogio: *I. Moderati Columellae hortali commentarium incipit feliciter.* In fine legitur: *Commentarium I. M. Columellae finit.* Libellus plagulas tres cum dimidia implet, nec auctoris nomen ullibi adscriptum habet, testante Gesnero in Praefat. p. XII.

Denique admonebo lectorem de libro Arabico, unde non parum auxilii ad rusticos scriptores vel graecos vel latinos interpretandos speraveram. Primam eius notitiam debeo Catalogo Biblioth. Hispanic. Casiriano T. I, p. 324 seqq. ubi opus arabicum de re rustica manuscriptum recensetur, et nomina auctorum ibi laudatorum ponuntur, pleraque ex Varroniano et Columellae Catalogo translata et mirum in modum vitiata. Specimen libri ibi laudatum tandem beneficio Heynii mei nactus legi; cuius hic erat titulus: *Apendice* (ad Hamelii Librum de Agricultura in Hispanum sermonem translatum Madriti 1751. 4) *que contiene dos capitulos del Tratado de Agricultura escrito en lengua arabica por Abu Zacharia Feia Ebn Mohamad, Ebn Ahmad (vulgarmente) Ebn Alauan, Se-*

villano, traducidos por el Doctor Don Miguel Casiri Presbytero — y por Don Pedro Rodriguez Campomanes.

Capita, ex Opere arabico excerpta, tractant arandi seminandique tempus cum seminum mensura, sed tanta cum nominum verborumque et auctoritatum diversitate, atque obscuritate, ut latinorum quidem scriptorum auctoritatem multo minus quam graecorum agnoscere mihi licuerit. Neque ego ullum inde subsidium Geoponicis vel latinis rusticis exspectandum esse existimo: quamvis fieri potest, ut alium ad historiam rei rusticae, inprimis Hispanicae, illustrandam liber Arabicus, bene duntaxat conversus, usum praestare possit. Speciminis tamen loco ponam excerpta ex libro perraro verba de seminum generibus aliquot, quae fortasse lectores doctiores agnoscent.

P. 265. *Segun Abil-Fasàl el Andaluz, se cria en tierra de Babilonia cebada, que llaman Kolba, que es una cebada sin cascara, parecida al trigo, y tiene en el grano algunas divisiones, ò vetas: las espigas son como las de nuestro trigo, excepto que la cebada de calidad es mas fria. Algunos llaman à esta cebada Kolba, por parecerse al trigo, cebada Romana.*

La semilla que llama Ben-al-Hagiag en su Libro Husciaki, es una simiente que se siembra en las tierras de Babilonia, y llaman los Griegos Chondros; y se parece al grano del Kolba, soloque es mas abultado. Siembrase en todo el mes de Noviembre, y se siega en Abril, por ser el mas tempanizo de todos los granos; se muele, se cuece, y hace de èl pan. Quiere tierra encarnada, ò colorada y cercana al agua, fuerte, y fierme — Este pan es de poco alimento, estriñe y obstruye.

P. 266. *Es el Tharmaki un genero de grano, que se siembra en el tiempo que el trigo; pero la mejor estacion de su sementera es amediado Diciembre y en prin-*

cipio de Febrero, y es parecido al grano de Husciaki, de que acabamos de hablar: requiere tierra recia y pedragosa: resiste mucho à la secura, y naquiere rocìo, ni humedad; de suerte que sobreviniendole mucha agua, suele pudrirse ò debilitarse, y estando seco, crecer y corroborarse. Este, sembrado come la cevada, se riega tres veces — La siega es al principio de Julio, y se hace de èl pan para comer; y echandole sal al tiempo de amasarle, se corrompe luego, y sale de su harina mucha salvada. Es de dificil digestion; pero digerido, ablanda el vientre.

ARGVMENTA

LIBRORVM COLVMELLAE

ex Editione Rheginensi 1482 ducta a Commelino et Gesnero, et comparata cum scriptura Codicum Lipsiensis, Sangermanuensis et Mosquensis, ubi etiam alio ordine leguntur scripta. Ipse Columella omnium librorum suorum argumenta subiecerat libro XI, ipso testante XI, cap. 3, sect. 65, ubi videbis notam. Dextrum paginae latus implet scriptura Rheginensis, sinistrum Codicum varietas. Lipsiensem, libro XI subiectam in Codice, excerpserat Gesnerus, Sangermannensem Abr. Gronovius, Mosquensem Chr. Frid. Matthaei Lect. Mosq. Vol. I, p. 80 seqq. In Sangermannensi primum singulis libris apposita leguntur lemmata, quae cum scriptura Lipsiensi interdum conveniunt, saepe diversa sunt. Deinde eadem lemmata ad calcem libri XI subiecta leguntur, quae pleraque ibi cum Lipsiensibus conveniunt. Idem factum in Codice Mosquensi, adnotavit Cel. Matthaei. Vbi eadem in Codd. verba adsunt, in sinistro latere omissa memineris, numeri tamen signo relicto; si quae Codd. variant in lemmatibus, XI libro subiectis, additum numerum XI reperies. Denique ea lemmata, quae sub finem XI libri tantum leguntur addita reliquis, semilunulatis numeris distinxi.

L. Iuni Moderati Columellae rei rusticae liber primus incipit feliciter.

I. *Praecepta, quae sequantur, qui rusticari velint.*

II. III. *Quae praecipue inspiciendo (inspitiendo M. alibi) agro antequam ematur, notanda sunt.*

IV. V. VI. VII. *De officiis*

I. Lib.

1. *Praecepta quae sequantur qui rusticari velint.*
2. *Qualiter dispositus fundus maxime probetur.*
3. *Quae praecipue inspiciendo agro, antequam ematur, notanda sint.*
4. *De salubritate regionum.*

(*offitiis M.*) *patris familiae S. M.*

VIII. IX. *ubi* sunt *M. habet addens*: Incipit, Saepenumero civitatis nostrae.

Lib. II. *de sementibus* (*sic Lips.* Sementibus *Mosq. XI*) *Videtur fuisse olim* Sementivus.

I. si *om. M. XI.* stercores *S.*

II. terrae *L. M. XI.* Quod sint *S.*

III. *Quot deinde species generibus subiungantur* (In quot *d.* — subiungantur *M. XI. S. XI. L. XI. nis. quod* in quo *L.*)

IV. *Quod solum maxime probetur.*

V. *Quemadmodum silvestris locus excolatur et arvum fiat.*

VI. *Quemadmodum pinguis et frumentarius ager dinoscatur* (*denoscatur L.*) *et uliginosa terra.* (*et ulig. terra om. L. M. XI.*)

VII. *Quae sequenda quaeque vitanda sint* (*sunt S. om. L.*) *in proscindendo solo* (*solum L. S.*)

(VIII.) *Quemadmodum ab opere disiuncti boves curari debeant.*

(IX.) *Quibus temporibus quidque genus proscindendum et iterandum sit.*

(X.) *Quemadmodum frumentarium agrum stercorandum sit.*

(XI.) *De seminum generibus.*

(XII.) *De temporibus sationum, quantum cuique* (*cunque S.*) *seminis* (*omittit L.*) *in iugerum adiciendum.* (*L. adiiciendum, M. aditiendum.*)

5. *De aqua.*
6. *De positione villae.*
7. *De officiis patrisfamilias.*
8. *De pecore et pecorum magistris.*
9. *Qualis corporaturae mancipia cuique operi contribuenda sint.*

II. Lib.

1. *Terram nec senescere nec fatigari si stercoretur.*
2. *Quot sint genera terreni.*
3. *Quae cura adhibenda sit bubus ab opere disiunctis.*
4. *Quo anni tempore campi arandi sint et quomodo.*
5. *Exilis terra quomodo stercoretur.*
6. *De generibus seminum.*
7. *De generibus leguminum.*
8. *Quod seminandi tempus sit.*
9. *Quot seminum modios iugerum postulet, et medicinae seminum.*
10. *Quod solum cuique legumini conveniat.*
11. *De genere pabulorum, et de Medica, vicia, farragine, avena, foenograeco, ervo, et cicera.*
12. *Quemadmodum et quot operis unumquodque frumentum ac legumen colatur.*

nisi quod agricolis M. habet.
Incipit liber secundus Sementibus (voluit Sementivus.)
Quaeris ex me P. Silvine.

LIB. III. (*S. XI. addit: Phyteuticus, surcularis. L.* Φυτικὸς *surcularis M. XI. Phiteuticos, surcularis.*)

I. II. *Qualia semina et qualiter legas (quomodo legas M. XI.)*

III. *Quem sem. eligas (M. XI legas).*

IV. *De malleolis.* V. *De vineis constituendis.*

VI. *De generibus vinearum et de operis pastini varie (aut* vaerae *legi debet scriptura S. vinearum et operis M. sed* et operis *omittit M. XI.)*

VII. *ut editum V. item*

VIII. *ut editum VI. etiam IX ut VII.*

X. *De insitionibus fructuosis vites fecundas facere. (L. S. XI. M. XI. De insitione. In fructuosas vites facere foecundas. (fecundas M.)*

XI. *Vt uva aeinorum complura habeant. (M.* XI. *habet. post acinorum genera. S. XI. habeant aguganta. Voluit agigarta.)*

XII. *Vineam quomodo putes.*

XIII. *De fossura.*

XIV. *De pampinatione*

XV. *Vt editum XIII. item XVI. ut XIV, nisi quod M. XI. vitem excecat. Voluit, credo, escendnt.*

XVII. *Ne volucres (volucra S.) vitem laedant. (L. S. XI.*

III. LIB.

In recentioribus editionibus liber de arboribus seorsum post XII *ponitur.*

1. *De vitiario faciendo.*
2. *Qualia semina et quando legas.*
3. *Quemadmodum semina eligas, et de habitu terrae.*
4. *De generibus vinearum.*
5. *Quemadmodum vites coli debeant.*
6. *De resecanda vinea vetere et propagnnda.*
7. *De propagatione.*
8. *De insitionibus fructuosis quae vites foecundas faciunt.*
9. *Vt uva complura genera acinorum habeat.*
10. *Vindemiam quomodo putes.*
11. *De pampinatione.*
12. *De fossura.*
13. *Ne rubigo vineam vexet.*
14. *Ne formica vitem ascendat.*
15. *Ne sorices aut volucra vitem laedat.*
16. *De arbustis.*
17. *De olivetis.*

malleolo redigere. (*recidere L. S. XI. M. XI.*)

VII. *Quantum in singula iugera vini facere.*

VIII. *Quot iugera debeat unus vinitor colere.* (*vini torculare M. I.*)

IX. (*Quali solo et quomodo vitiarium faciundum sit. om. L. S. XI. M. XI.*)

X. (*Qualis et ex quibus partibus vitis malleolus legendus sit. om. L. S. XI. M. XI.*)

XI. (*Quomodo fecunditatem vitis explores om. L. S. XI. M. XI.*)

XII. *Quomodo amineas* (*Aminaeas L. ammineas M. XI.*) *vites* (*om. S. I. M. I.*) *feraces facias.*

XIII. *Quae spectandae sint qualitates in eo solo* (*loco M. XI.*) *quod vineis destinaveris.*

XIV. *ut editum XIII. item XV. ut XIV.*

XVI. *ut editum XV. nisi quod M. I.* possessionem *habet; idem eum L. et S.* in novali factis (*fictis L.*) scrobibus aut sulcis.

XVII. *ut editum XVI.*

XVIII. *ut editum XVII. nisi quod* quibus temporibus conserenda sit vitis *M. et S.*

XIX. *ut editum XVIII. nisi quod* vitem serit *M. I.* conserit *M. XI. L. et S. XI.*

XX. *Contra Iuli* (*Iuli L.*) *Attiei positionem, qui* (*quae L. M. XI. S. XI.*) *contortum malleolum ponit.* (*Ceterum M. I. hoc lemma superiori adiungit.*)

XXI. *ut editum XIX. Q. long. d. e. malleolus.*

XXII. *ut editum XX.*

7. *Quomodo foecunditatem vitis explores.*

8. *Quae spectanda sit qualitas in eo solo, quod vineis destinaveris.*

9. *Quomodo Aminaeas feraces facias.*

10. *Ex qua vitis parte semina eligenda sint.*

11. *Quae spectandae qualitates in eo solo quod vineae destinaveris.*

12. *Quae Iulius Graecinus tradiderit de terra vineali*

13. *Quomodo terra pastinetur.*

14. *Quot modis vitis ponatur aut in provinciis aut in Italia.*

15. *Meliorem esse positionem pastinato solo quam novali.*

16. *Quae mensura pastinandi soli abunde sit vineis.*

17. *Quemadmodum et quo tempore vitis serenda sit.*

18. *Quae observare debeat qui vitem ponit.*

19. *Quam longus esse debeat maleolus.*

20. *Quot genera vitium ponenda sint.*

21. *Vtrum distinctis generibus vitium horti conserendi sint.*

uti quae L. M. XI. viti, quae M. I.) primo quinquennio (quinquennis M.) novellam vineam, et (om. et M. XI. L. S. XI.) ante brumam coaequandam. (coaequanda M. I.)

XII. *Ablaqueata (ablaqueatae vineae S) vinea (oblaqueatam vineam M. I.) quemadmodum aestivae radiculae amputentur. (aut putentur L. Aestivare diculeam putentur M. XI.)*

XIII. *Quemadmodum novella vinea putetur.*

XIV. *ut editum XI. item XV. ut* XII.

(XVI. *Quemadmodum vitis adliganda sit.*)

XVII. *Quemadmodum palanda (pampinanda L. M. XI. S. XI.) sit vinea.*

XVIII. *Quam alte canterius adlevandus sit. (levandus L. S. XI. Alter cantherius levandus M. XI.)*

XIX. *Quemadmodum vitis adliganda sit.*

XX. *Quemadmodum malleolis iugum imponendum sit.*

XXI. *ut editum XVI.*

XXII. *Editis verbis XVII. addunt Codd.* et cuius aetatis viviradix.

XXIII. *Quemadmodum ex harundinibus iugum faciendum sit.*

XXIV. *Quemadmodum et cet. ut editum XIX.*

XXV. *ut editum XXII. nisi quod* veteraneae *M.*

XXVI. *ut editum XXIII.*

XXVII. *ut editum XXIV.*

12. *Quomodo malleolus resecandus sit.*

13. *Quemadmodum pedanda sit vinea, et de canterio.*

14. *Quomodo vitis alliganda sit.*

15. *Maleolis iugum imponendum, et quam alte canterius allevandus sit.*

16. *Quemadmodum novella vinea frequentanda, et propagines faciendae sint.*

17. *Quo tempore viviradix transferenda sit.*

18. *Quomodo ex arundinibus iugum faciendum.*

19. *Quomodo in hortulos vineae dividendae sint.*

20. *De positione iugi, et quatenus a terra levandum.*

21. *Novella vinea quomodo putanda sit.*

22. *Quemadmodum veteranae vineae restituantur.*

23. *Quemadmodum eaedem putentur.*

24. *Quae bonus vinitor in constituta iam vinea vitare aut sequi debeat.*

25. *Figura falcis.*

26. *De cura adminiculandae iugandaeque vineae.*

27. *Quae bonus vinitor in*

Lib. VII. (Κτηνικος *add. L. et S. XI.*)	(VI.) VII. Lib.
I. *De bubus probandis.* (om. *M. XI.*)	1. *De bubus parandis atque emendis, earumque forma.*
II. *De bubus domandis.*	2. *De bubus domandis.*
III. *De, bubus eurandis.*	3. *De boum curn et cibariis.*
IV. *De cibaria boum.*	4. *De vitiis boum et medicinis.*
V. *Peritia boum et medicinae.*	5. *Vbi gregibus pestilentin ingruit, quue remedia adhibenda sint.*
VI. *Ventris dolor.*	6. *Quod remedium adhibeatur bovi, eruditate laboranti.*
VII. *Ranae boum sic curantur.*	7. *Quo remedio sedetur dolor ventris et intestinorum pecoris.*
VIII. *De tussi.*	8. *De vitiosis incrementis linguae.*
IX. De *subpuratione.*	9. *De tussi boum.* (*De tussi XIII. S.*)
X. *De scabie.*	10. *Suppurationis remedia.*

Hucusque a numero usque III. solus S. In Mosquensi enim haec modo leguntur; III. De cura et cibariis eorum vitiis boum et medicinae. Lips. haec modo habet: De equis. Medicinas eorum. De mulis medicinas eorum. Totidem habet Sang. sub finem libri XI adscripta).

XI. *De tauris.*	11. *Claudicanti bovi quod remedium adhibeatur.*
VII. *De vaccis.* (*M. IV. De tauris. V. De vaccis.*)	12. *Ad scabiem remedia, et ad morsum rabiosi canis vel lupi, nec non et ad coriaginem.*
XIII. *Kpemactepae. S.* (*M. VI. De castratione boum.*)	13. *Ad exulcerationem pulmonis, et ad tumorem palati.*
XIV. *De equis.*	14. *Ad tumorem cervicis.*
XV. Ιππο *manes.* (*M. VII. De equis. VIII. De medieinis equorum. sed idem XI.* Medicinas eorum.)	15. *Ad convulsos armos, et cornua praefracta.*
XVI. *De medicina.*	16. *Ad ictus serpentis et noxiorum animalium.*
XVII. *De mulis* (*M. IX. De mulis.*)	17. *Remedia ad haustam hirudinem.*
XVIII. *De medieina mularum.* (*S. XI. Medicinas mularum et sic M. I.*)	18. *De machina facienda qua clausa iumenta curentur.*

Incipit, *Scio quosdam*, *P. Silvine*, *prudentis.*

(Hoc loco Gesnerus annotavit, accusativos lemmatum videri sibi vestigia manus Columellae servare, quem forte incepisse sic putabat: *Liber primus continet* etc. Quam coniecturam confirmat liber Saugerm. qui singulis libris adscriptum habet: *Liber—continet.*)

Lib. VIII. (*In fine libri praecedentis legitur in M. et S.* Veterinarius, medicinalis liber II. De minore pecore. *In M. XI. Lips. et S. XI.* De pecore minuto *legitur ut primum lemma libri VIII.*

(VII.) VIII. Lib.

II. III. IV *conveniunt cum editis.*	2. *De ovibus emendis tuendisque.* 3. *De arietibus eligendis.* 4. *De ovibus tectis.*
V. *Medicinas pecoris ovilli.* (*sic M. XI. medicinae M. I. S. I. ovilis S.*)	5. *Medicinae pecoris ovili.*
VI. *De officio* (*officina M. I. pastorum.*	6. *De caprino pecore.*
VII. *De capris.*	7. *De medicina caprarum.*
VIII. *Medicinas earum.* (*Medicinae M. I. S. I.*)	8. *Casei faciendi ratio.*
IX. *De caseo faciendo.* (*fac. om. L. M. XI. S. XI.*)	9. *De suibus et eorum medicinis.*
X. *De subus.* (*suibus L. subiis M.*)	10. *De medicina suum.*
XI. *Medicinas earum.* (*Medicinae M. I. S. I.*)	11. *De castratione suum.*
XII. *De castratione.* (*castrationibus M. XI.*)	12. *De canibus.*
XIII. *De canibus XIV. Medicinas eorum.* (*Medicinae M. I. S. I. earum L. M.*)	13. *De moribus et medicinis canum.*
Incipit, de minore pecore dicturus.	
In fine huius libri legitur: Veterinarius, Medicinalis, de minore pecore II. Liber.	
Lib. IX. *De villaticis pastionibus, aviarius et piscator.* (*De villaticis pastionibus Liber I. add. L. M. XI. S. XI.*)	(VIII.) IX. Lib.
I. *De cohortalibus gallinis nutriendis* (*nutr. om. L. et galliuariis constituendis.*)	1. *De villaticis pastionibus.*
II. *De servandis ovis.*	2. *De gallinarum generibus, gallis cohortalibus parandis et nutriendis.*
III. *De gallinis farciendis.*	3. *De gallinariis constituendis.*
IV. *De palumbis et columbis farciendis.*	4. *De cibariis gallinarum.*
5. *De columbariis constituendis.* (*omittit Lips*)	5. *De servandis et supponendis ovis.*
VI. *De turturibus.*	6. *De ovis.*
VII. *De turdis.*	7. *De gallinis farciendis.*
VIII. *De pavonibus.*	8. *De palumbis et columbis*

IX. *De numidieis et rusticis gallinis.*

X. *De anseribus.*

XI. *De anatibus et querce-dulis.* (*et querc. om. M. I. S. I.*)

XII. *De piseinis faciendis et piseibus alendis.*

Initium, *Quae fere eonsummabant.*

Lib. X. (*L. M. XI. S. XI. addunt*: *De villatieis pastionibus liber seeundus macellarius et apiarius.*)

I. *ut editum*, *nisi quod* faciundis *S.*

(II. *De apibus.*

III. *Quot genera sint apium, et quod ex his optimum genus.*)

IV. *Quales pabulationes et qui situs pastionum aptus esse debeat.*

V. *De sedibus apium eligendis.* (*sepibus M. XI.*)

VI. *De vasis alvorum probandis et* (*om. M. XI. S. XI.*) *quemadmodum alvi eonloeandi sint.* (*alvei collocandi M.* I.)

VII. *De comp. ap. ut editum VIII.*

VIII. *Quemadmodum silv. ex cap. ut edit. VIII.* (*Sed M. I. S. I. haec duo lemmata iungunt.*)

IX. *ut editum IX. nisi quod Codd.* prodeuntia obs. *M. I.* alvuos.

fareiendis, et columbariis constituendis.

9. *De alendis turturibus.*

10. *De turdis edueandis.*

11. *De pavonibus edueandis.*

12. *De Numidiearum et rusticarum gnllinarum educatione.*

13. *De avibus, quas Graeci* ἀμφιβίους *et Latini duplieis vitae appellant.* (αμφίβιον *Br.*)

14. *De anseribus edueandis, et anserario constituendo.*

15. *De anatibus, querquedulis et similibus.*

16. *De piscinis et piscibus alendis.*

17. *De positione piscinae.*

(IX.) X. Lib.

1. *De vivariis faciendis, et iucludendis pecudibus feris.*

2. *De apibus.*

3. *Quot genera sint apum, et quod ex iis optimum.*

4. *Quales pastiones et qui situs pastionum apium esse debeat.*

5. *De sedibus apum eligendis.*

6. *De vasis alveorum probandis.*

7. *Quemadmodum alvei colloeandi sint.*

8. *De comparandis apibus, et quemadmodum silvestria examina capiantur.*

9. *Quemadmodum vernacula examina observentur, et in alvos condantur.*

X. *Quemadmodum frequentandae sint alvi, quae exigua habent examina.* (*frequentandi sunt alvei, qui M. I. S. I. alvi quae M. XI. alvi omittit L.*)

XI. *Remedia morbo laborantium apium.* (*apium M. I. praecedenti iungit S.*)

XII. *Quid quoque tempore faciant apes et per anni tempora quid earum curator facere debeat.*

XIII. *De melle conf. et quemadmodum et* (*aut M. XI.*) *quando castrari debeant alvi.* (*alvei M. I.*)

XIV. *De cera faciunda.* (*faciundo M. I. facienda M. XI.*

Inscribitur hic liber, de villaticis pastionibus, Macellarius et apiarius.

Incipit, Venio nunc ad tutelam.

10. *Quae sit forma regis apum.*

11. *Quomodo apum paucitas emendetur.*

12. *De condendo examine, et eius fuga inhibenda.*

13. *Remedia apum morbo laborantium.*

14. *Quid quoque tempore faciant apes, et quid earum curator facere debeat.*

15. *De melle conficiendo, et quando castrari debeant alvi.*

16. *De cera facienda.*

Lib. XI. *De cura hortorum carmen incipit feliciter, De villaticis pastionibus Liber secundus Macellarius et apiarius.*

Incipit, Fenoris tui, Silvine.

In fine huius libri Sang. habet: C. iuni Mod. Col. rei rusticae Cepuricus de cultu hortorum undecimus explicit. Sic etiam Mosq. nisi quod: L. iuni M. — liber XI. *explicit feliciter.*

(X.) XI. Lib.

Carmina continet de cultu hortorum.

Lib. XII. (*Hic est villicus et hortorum add. L. S.* XI. *Hic est utilicus et hortorum M.* XI. *lemmata ipsa M.* XI. *solum habet sequentia absque his verbis.*)

(*Incipit, Claudius Augustalis.* (*solus M.* XI. *habet.*)

(*Continet autem quae intra villam agi debeant* (*debent L.*) *a muliere officio villicationis praeposita.* (*prop. M.*)

(XI. XII. Lib.

1. *Quae intra villam agi debeant ab homine officio villicationis praeposito.*

II. *De condituris vinorum.*

III. *De custodia pomorum et pleraque alia, quae in oeconomicis (oec. om. L. M.) libris praecipiuntur. Praeter hos duodecim libros singulares est (eius L. ei M.) liber ad Eprium Marcellum.*

IV. *De cultura vinearum et arborum. Hic liber aliter quam indicem habet (habeat S.) inscriptus. (in scripturis L. M.)*

2. *Quid quoque mense faciendum sit, temporibus accommodando opera.*

3. *Prosa de cultu hortorum, et herbis hortensibus.*

(Haec ita constitui et iungi debent: *Praeter hos* XII. *libros singularis est liber ad Eprium Marcellum de cultura vinearum et arborum. Hic liber aliter indicem habet quam in scripturis.* Postrema verba: *Hic — scripturis* recentioris grammatici esse suspicor, reliqua veteris et docti, qui librum de Arboribus ad Eprium Marcellum scriptum significare voluit, aliter inscriptum legi in vulgaribus libris. Copiosius dicetur ea de re ad ipsum librum. Gesnerus haec omnia emblemata aliena esse censebat, nec quid sibi vellent, comminiscebatur.)

Lib. XIII. *Vilica.* (*L. Iuni M. Col. rei rusticae liber tertius decimus vilicae. Liber tertius dec. haec continet.* Καθολικά. *Sang.* I. *De Villica L.*)

I. *Curae domesticae et praecepta, quae vilica exequi debeat.*

II. *Quemad. tr. debeat penorn.*

III. *Idem ipse quae et qualia vasa parare debeat penoribus et salgamis condiendis.*

IV. *ut editum* V-

V. *ut* VI. *nisi quod* Quemadmodum *Cold.*

VI. *Quae per quattuor tempora anni herbae et quemadmodum condiantur.*

(XII.) XIII. Lib.

1. *Cura rei domesticae, et praecepta, quae villica exsequi debeat.*

2. *Quemadmodum tractare debeat penora sive cellaria.*

3. *Distributio instrumenti et suppellectilis.*

4. *Quae vasa parare debeat penoribus et salgamis condiendis.*

5. *Quemadmodum ex vino vapido acetum fiat.*

6. *Quomodo muria dura fiat.*

VII. *Oxygalia quemadmodum fiat. M.*

VIII. *Pirorum et malorum ceterorumque pomorum compositio.*

IX. *Aquae marinae et aequa dulcis cocturas, compositiones, quibus vina condiantur.*

X. *Curationem vini. de melle (vini de mele M.) et aqua mulsa facienda (S. novum lemma orditur hinc. De melle et cet.)*

XI. *De caseo in usus domesticos servando.*

XII. *ut editum* XIV.

XIII. *De ficis aridis.*

XIV. *De uvis passis faciendis.*

XV. *De ac. ut editum* XVII.

XVI. *ut editum* XVIII.

XVII. *De compluribus et cet. ut editum* XIX. *nisi quod S.* vina confirmantur.

XVIII. *De passo faciendo.*

XIX. *De sapa coquenda.*

XX. *De defruto faciendo.*

XXI. *Item de defruto eo, quod quidam neapolitanam vocant.*

XXII. *Quemadmodum mustum infirmi generis ad vetustatem possit perduci. (S. addit altero in loco: Aquam dulcem ad condituram vini salsam facere. Confer editum* 26.)

XXIII. *Remedium languentis vini.*

XXIV. *Si quod — interierit, ut editum* XXXI. *omisso* remedia.

7. *Quae per quatuor anni tempora herbae, et quomodo condiantur.*

8. *Oxygala quomodo fiat.*

9. *Conditura lactucae.*

10. *Caepe, pirorum et malorum ceterorumque pomorum compositio.*

11. *Aquae dulcis compositio, qua in conditaris utuntur.*

12. *De aqua mulsa facienda.*

13. *De caseo servando, et de quibusdam herbis condiendis.*

14. *De malis et piris in sole siccandis.*

15. *De uvis passis faciendis et sorbis servandis.*

16. *De ficis aridis.*

17. *De aceto ficulneo faciendo.*

18. *Quae praeparanda sint vindemiae.*

19. *De pluribus generibus conditurarum, quibus vinum confirmatur.*

20. *De sapa coquenda.*

21. *De defruto, quod quidam Neapolitanum vocant.*

22. *De defruto, quod adiicitur in vinum ad vetustatem.*

23. *Picis liquidae alterum medicamen quo mustum condias.*

24. *De pice, qua utuntur Allobroges ad condituram vini picati.*

XLI. *Sinape quemadmodum facias.* (*Huic lemmati Lips. subiungit illud, quod supra numero* XXXVIII. *posui.*)

XLII. *Holeris atri et siseris r. q. c. ut editum* 55.

XLIII. *Moretum quemadmodum facias.* (*Mirtetum L.*)

XLIV. *Oxyporum quemadmodum componas.*

(*Expliciunt capitula totius voluminis Lips.*)

41. *Mustum lixivum quomodo fiat.*

42. *De caseo condendo.*

43. *Vvae ollares quemadmodum componantur et serventur.*

44. *Mala granata quemadmodum serventur.*

45. *Mala orbiculata, Sestiana, melimela, et alia genera quomodo serventur.*

46. *De olivarum albarum conditura.*

47. *Nigrae olivae conditura.*

48. *Sirapa quomodo fiat.*

49. *Oleum quemadmodum fiat.*

50. *De oleo gleucino.*

51. *Oleum ad unguenta quemadmodum facias.* (*facias Br.*)

52. *De salsura suillae carnis.*

53. *Rapa et napos quemadmodum condias.*

54. *Sinapin quemadmodum facias.*

55. *Oleris atri et siseris radicem quemadmodum condias.*

56. *Moretum oxyporum vel* (*ut alii*) *oxygarum quemadmodum componas.* (allii *Br.*)

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE

DE RE RVSTICA[a]

LIBER PRIMVS.

AD[b]

PVB. SILVINVM PRAEFATIO.

Saepenumero civitatis nostrae principes audio culpantes modo agrorum infoecunditatem,[c] modo caeli per[d] multa iam tempora noxiam frugibus intemperiem:[e] quosdam etiam praedictas querimonias velut ratione certa mitigantes, quod existiment, ubertate nimia prioris aevi defatigatum et effoetum solum nequire pristina benignitate praebere mortalibus alimenta. Quas ego causas, Publi[f] Silvine, procul a 2

VARIETAS LECTIONIS.

(a) *Rei Rusticae* I. B. R. Goes. (b) *ad Publ. Silvinum praefatio* deest I. B. Br. R. Iunt. (c) *in foecunditatem* divis. I. B. R. (d) *permulta* iunct. I. B. R. I. I. (e) *in temperiem* I. B. R. deinceps *efoetum* Br. (f) P. Goes omitt.

De codicibus scriptis Columellae, ab Angelo Politiano comparatis, posui eiusdem annotationem ad extremum Columellam p. 662, ubi alter liber Nicolai Nicoli manu descriptus ex vetusto Codice dicitur: Eiusdem meminit cum laude vir doctus in Elogio Codicis manuscripti Medicei Celsi apud Cochium Chirurg. vet. p. 52, ubi est: *Exaratus manu Nicolai Nicoli viri diligentis et eruditi, qui abundavit copia antiquorum exemplariorum, cuius scripturae Angelus Politianus magnam fidem habere solitus erat; itaque eius testimonium saepe citat.*

Effoetum) Plinius VI, Epist. 21, *neque enim quasi lassa et effoeta natura nihil iam laudabile parit.* Ita enim ex editione romana anni 1490 legendum esse, vidit I. M. Heusinger. Vulgo est: *ut nihil iam — pariat.*

Silvine) Eandem cum Columella patriam habuisse, inde arguo, quod

veritate abesse certum habeo. quod neque fas existimare, rerum[g] naturam, quam primus ille mundi genitor perpetua foecunditate donavit, quasi quodam morbo sterilitate affectam; neque prudentis[h] credere, tellurem, quae divinam et aeternam iuventam sortita, communis omnium parens dicta sit, quia et cuncta peperit semper, et deinceps paritura sit, velut hominem consenuisse.
3 Nec post haec reor intemperantia[i] caeli nobis ista, sed nostro potius accidere vitio, qui rem rusticam pessimo cuique servorum, velut carnifici, noxae[k] dedimus, quam maiorum nostrorum optimus quisque et[l] optime tractaverit.[m] Atque[n] ego satis

P. (g) Ita pro *humi naturam* Goes. I. B. Br. R. S. Post *fas* addidit *est* Gronovius ea Codice ut videtur. (h) *est* add. I. I. St. Lips. (i) *violentia coeli* I. B. R. Goes. Sang. Br. *vehementia* ex Codice vetere affert Gronovius. (k) *noxiae* I. I. Gr. G. St. *noxe* I. B. R. Goes. Sang. *nosce* Lips. (l) *et* addidi ex I. B. R. Sang. Br. (m) *tractaverat* Goes. Sang. (n) Ita Sang.

cum eodem in Cerretano Hispaniae agro vineta habuit, ut refert noster III, 9, 3.

Neque fas est) Ita praeter Brusch. Commelin. et Gesnerianam, Edd. pr. Codd. Polit. alter Florent. Ambros. Tromb. et Pontederae

Rerum naturam) Vulgo *humi naturam*. Sed de terra statim addit. Igitur praetuli lectionem alteram, suadente etiam Pontedera, et iam olim Heinsio ad Virgilium T. III, p. 157.

Donavit) Vrsinus malebat *dotavit*, et deinceps *sterilitatis* legi.

Iuventutem) Sequitur opinionem eorum, qui mundum aeternum esse putabant; contra cum Epicuro ortum et interiturum mundum censens Lucretius, senio quoque obnoxium facit II, 1149. Recte hoc monuit Büchner.

Peperit) Recte Heinsius malebat *pepererit*, memorante V. D. in Observ. Miscell. Belgic. VII, p. 274, ubi Praefationem Columellae ex libro Sangermannensi emendare conatus est. Eum fuisse P. Burmannum, indicavit Chr. Sase in Onomastico. Is nisi facillimam operis partem sibi corrigendam sumsisset, profecto non tam facilem carpendae editionis Gesnerianae occasionem nactus esset, ubi in rem praesentem venire oportebat.

Intemperantia) Alteram lectionem *violentia* praeferebat Pontedera, *iniuriam* interpretatus. Ceterum Abr. Gronovius malebat: *Nec propterea* vel *Nec propter haec*.

Et optime) Copulam addi volebat V. D. in Observ. Miscell. l. c. cum Pontedera, qui deinceps etiam *tractaverat* praeferebat.

Atque ego) Ita volebat etiam Buchnerus legi. Vulgo *Atqui*. Deinceps malebat Gesner: *quid sit, quod decendi cupidi*.

mirari non possum, quid ita dicendi cupidi seligant
oratorem, cuius imitentur eloquentiam; mensurarum
et numerorum modum rimantes, placitae disciplinae
consectentur magistrum; vocis et cantus modulatorem,
nec minus corporis gesticulatorem, scrupulosissime[o]
requirant saltationis ac musicae rationis studiosi; iam[p] 4
qui aedificare velint, fabros et architectos advocent;
qui navigia mari concredere,[q] gubernandi peritos; qui
bella moliri, armorum et militiae gnaros; et ne singula
persequar, ei studio, quod quis agere velit, consultissimum
rectorem adhibeat; denique animi sibi
quisque formatorem praeceptoremque virtutis e coetu
sapientum arcessat: sola res rustica, quae sine dubitatione
proxima, et quasi consanguinea sapientiae
est, tam discentibus egeat quam magistris. Adhuc 5
enim scholas rhetorum, et, ut dixi, geometrarum musicorumque,
vel quod magis mirandum est, contemptissimorum
vitiorum officinas, gulosius condiendi
cibos, et luxuriosius fercula struendi, capitumque et
capillorum concinnatores non solum esse audivi, sed
et ipse vidi. agricolationis neque doctores qui se pro- 6
fiterentur, neque discipulos cognovi. quum etiam si
praedictarum artium professoribus egeret civitas:[r] tamen,
sicut apud priscos, florere posset respublica.

Vulgo *Atqui*. (o) *scrupulosissimae* I. I.-G Br. (p) Ita P. S. Vulgo *Iamque*. (q) *concedere* Edil. Io. Parvi. (r) Ita pro *civitas egeret* S. *civitatis* Br.

Placitae disciplinae consectentur magistrum) Haec otiosa esse et e margine in textum irrepsisse, nec cum reliquis nexa haerere, censebat Pontedera, qui quid spectaverit, ignoro.

Fercula) Liber Sangerm. *fericula*. Ita codices quidam apud Suetonium Calig. c. 15. Ceterum Vrsinus malebat *gulosas — luxuriosis*. Structorem in familia urbana servum explicuit Schoellgen ad Iuvencum III, 53.

Egeret civitas) Ita Sang. Vulgo *civitas egeret*. Inepte emendabat Almeloveen *si sine — ageret*.

Respublica) V. D. in Obs. Miscell. annotat, in vetere Codice nescio an Sangerm esse: *resp. prima sine ludicris et artibus. Atque etiam*; unde Heinsium maluisse *res priva* legi.

nam[s] sine ludicris artibus atque etiam sine causidicis olim satis felices fuere,[t] futuraeque sunt urbes: at sine agri cultoribus nec consistere mortales, nec ali posse
7 manifestum est.[v] Quo magis prodigii[x] simile est,quod accidit,ut res corporibus nostris vitaeque utilitati maxime conveniens minime[y] usque in hoc tempus consummationem haberet; idque sperneretur genus amplificandi relinquendique[z] patrimonii, quod omni crimine caret. Nam caetera diversa et quasi repugnantia dissident a iustitia. nisi aequius existimamus[a] cepisse praedam ex militia, quae nobis nihil sine sanguine et cladibus
8 alienis[b] affert. An bellum perosis,[c] maris et negotiationis alea[d] sit optabilior, ut rupto naturae foedere terrestre animal homo, ventorum et maris obiectus

(s) *nam* om. I. B. Br. R. *Sine* praecedente puncto Br. (t) *fuerunt* Br. (v) *est quo magis* Iunt. (x) *prodigio* L. Sang. (y) Ita pro *minimam* I. B. Br. R. (z) Ita pro *retinendique* Goes. Sang. Postea *iusticia* Br. (a) *existimavimus* L. *coepisse* Br. (b) *alienis* om. L. (c) *per obsessa* Goes. L. Sang.

Pontedera malebat ex vestigiis librorum quorumdam legi: *respublica sine ludicris artibus atque etiam sine caussidicis, ut olim satis felices* etc. Ernesti ex Sangerm. annotavit vulgatum *respublica*; quod cur fecerit, ignoro; deinde ait, ibi legi *ac sine agr. ne consistere.*

Consistere) Significationem hanc aliunde ignoro. An huc pertinet Ciceronis locus pro Quint. 30, *miserum atque infelicem tandem posse consistere*; et pro Flacco c. 32: *qui non potuerit privatus in civitate consistere?*

Minime) Ita ex editionibus optimis legendum esse pro *minimam*, monuit Pontedera. Consumatio nec maxima nec minima recte dici potest.

Crimine caret) Heinsius malebat *careat*. Vulgatum *retinendique* emendavimus suadente etiam V. D. in Observ. Miscell. Ita enim libri meliores habent. Contra Gesner in nota posthuma instat, nihil prodesse amplificare, nisi retineas; nec relinqui posse, quod non retinueris; deinde Iurisperitorum esse, docere, non rusticorum, quomodo relinquendum sit; quae quidem speciem veri habent, sed vera non sunt.

Alienis) Hoc vocabulum cum Lips. libro omitti rectius, censebat Pontedera, quia nulla praeda contingat sine nostra aut aliena clade. Equidem retinendum puto et necessarium; clades enim sine adiecto personae nomine dici non potest.

Perosis) Ex vestigiis libri Sang. et Goes. malebat V. D. in Obs. Misc. legi: *an bellum, per obsessa maria et negotiationis alia;* et haec de navalibus bellis intelligi. Male. Haec enim omnia bello opponuntur.

irac, se fluctibus[e] audeat credere, semperque, ritu
volucrum, longinqui littoris peregrinus ignotum per-
erret orbem? An foeneratio probabilior sit, etiam his
invisa, quibus succurrere videtur? Sed ne caninum 9
quidem, sicut dixere veteres, studium praestantius
locupletissimum quemque[f] adlatrandi et contra inno-
centes ac pro nocentibus, neglectum a maioribus, a no-
bis etiam concessum intra moenia et in ipso foro latro-
cinium? An honestius duxerim[g] mercenarii salutatoris[h]
mendacissimum aucupium circumvolitantis[i] limina po-
tentiorum, somnumque[k] regis sui rumoribus auguran-
tis?[l] neque enim roganti, quid agatur[m] intus, responde-
re servi dignantur. An putem fortunatius a catenato[n] 10

(d) *alia* P. S. (e) *fluctibus tendere* P. *pendeat* L. et margo Pol. *irae, fluctibus tendere* Sang. (f) *quenque* Br. (g) *dixerim* I. B. Br. R. (h) *saltatoris* Gr. St. (i) *circumvolanti* L. (k) St. *somnumque* Lips. Vulgo *somniumque* est *Somnum* P. Gr. G. St. verba *regis sui* deesse in vetere Codice, annotavit Abr. Gronov. (l) Ita pro *inaugurantis* I. B. Br. R. I. I. A. H. Lips. S. Goes. (m) *agitur* G. (n) *catheuato* Br. (o) Ita Sangerm. pro

Audeat credere) Ex lectione Sangerm. V. D. idem in Obs. Misc. efficiebat: *obiectus irae fluctibus audeat contendere*. Ingeniose satis.

Caninum) Buchner malebat: *caninum facundiae studium*. Caussidicos et tabulas ridet Columella. Ciceroni adeo caninam eloquentiam tribuit Lactantius VI, 8, 26, monente Schoëttgen. Caninam facundiam dixit Sallustius apud Nonium in voce *Rabula*.

Locupletissimum) Heinsii coniecturam, *inculpatissimum* legentis, recte reiecit V. D. in Obs. Misc. delatores et advocatos illos infames, a Petronio c. 45, praedones dictos, intelligi monens.

Mendacissimum) Vrsini coniecturam *mendicissimum* defendebat V. D. in Obs. Misc. mentione sportularum, quas salutatores a rege suo accipiebant. Sed *mercenarius* eam ob rem dicitur salutator.

Somnumque) Hanc lectionem recte ipse Gesnerus probabat, quoniam unice sequentibus convenit. Vulgatum *somniumque inaugurantis* oportet interpretari de adulatoris somnium domini veluti divinationem aliquam conscientis et confirmantis rumoribus interpretatione. — *Somnumque* Ponted. Tromb. *augurantes* iidem cum libro Pontederae, qui scripturas has praefert.

Regis) Adulatores et servi ita dominos, patronos et clientes suos vocabant. Res exemplis non eget!

Catenato) Ianitorem ligatum catena ex Ovidii Amor. 1, 6, 1, posuit Schoettgen.

repulsum ianitore saepe nocte sera foribus ingratis adiacere, miserrimoque famulatu per dedecus, fascium decus et imperium, profuso tamen patrimonio, mercari? nam nec gratuita servitute,[o] sed donis rependitur honor. Quae si et ipsa et eorum similia bonis fugienda sunt: superest (ut dixi) unum genus liberale et ingenuum rei familiaris augendae, quod ex agri-
11 colatione contingit. Cuius praecepta si vel temere ab indoctis, dum tamen agrorum possessoribus, antiquo more administrarentur, minus iacturae paterentur res rusticae. nam industria dominorum cum ignorantiae[p] detrimentis multa pensaret: nec quorum commodum ageretur, tota vita vellent imprudentes negotii sui conspici; eoque discendi cupidiores agricolationem
12 pernoscerent. Nunc et ipsi praedia nostra colere dedignamur, et nullius momenti ducimus peritissimum quemque[q] villicum facere: vel si nescium, certe[r] vigoris experrecti,[s] quo celerius, quod ignorat,[t] addiscat. Sed sive fundum locuples mercatus est, e turba pedisequorum[v] lecticariorumque defectissimum annis et viribus in agrum relegat; quum istud opus non

gratuitae servituti. et sic esse in margine Asceosianae, monet Abr. Gronov. (p) *inorantiae* L. (q) *quemque* deest H. (r) *quemque* add. I. I. *quem* L. (s) *experti* I. B. Br. R. S. (t) Ita pro *ignoret* Goes. Sang. (v) Ita I. B.

* *Gratuita*) Hanc Sang. lectionem vulgatae *gratuitae servituti* recte praeferebat Burmann. ad Phaedri L. III, Praef. vers. 12, et in Observ. Misc. p. 277, qui ex Ovidio *dote rependere* et ex Valerio Flacco VI, 4 et 549, *luctu rependere*, et *visu* laudavit. Addit Gronovius locum Taciti Annal. XIV, 2, et adire iubet Heinsium ad Ovidii Amores I, 4, 40.

Quum ignorantiae) Malim *dominorum ignorantiae detrimenta multa compensaret.*

Conspici, eoque) Male Sang. *conspicioque* habet scriptum.

Et ipsi) Sang. *et ipsa;* male iterum!

Relegat) Apud Petronium c. 69 servus conqueritur: *ideo me in villicationem relegavit.* Conferre Casaub. ad Suetonii Aug. cap. 24, et Fabri Semestria II, 5, iubet Schoettgen.

solum scientiam, sed et viridem aetatem cum robore corporis ad labores sufferendos desideret: sive mediarum facultatum dominus, ex mercenariis[x] aliquem, iam recusantem[y] quotidianum[z] illud tributum [qui vectigalis esse non possit[a]], ignarum rei, cui praefuturus est, magistrum fieri iubet. Quae quum animad- 13
vertam, saepe mecum retractans ac recogitans, quam turpi consensu deserta exoleverit[b] disciplina ruris, vereor ne flagitiosa et quodammodo pudenda,[c] aut inhonesta videatur ingenuis. Verum quum pluribus[d] monumentis[e] scriptorum admonear,[f] apud antiquos nostros fuisse gloriae curam rusticationis; ex qua Quintius Cincinnatus[g] obsessi consulis et exercitus liberator, ab aratro vocatus ad Dictaturam venerit, ac rursus fascibus depositis, quos festinantius victor reddiderat, quam sumpserat Imperator, ad eosdem iuvencos et quatuor iugerum avitum herediolum[h] redierit: item-

Br. R. H. A. Gr. G. Vulgo *pedissequorum*. (x) *mercedariis* Pol. et Sang. Paulo antea *et labores* Sang. (y) *accusantem* Gr. (z) *cotidianum* P. *quottidianum* I. B. R. (a) *quia vectigali esse non posset* Sang. *quia posset* etiam Goes. *posset* etiam I. B. R. Br. (b) *exoluerit* Gr. (c) *pudenda, ingenuis aut inhonesta sit* I. B. Br. R. I. I. Lips. *flagitiosas — pudendas — non ingenuis sit* Sang. sed Gronovius ex Sang. retulit *flagitiosas et q. pudendam ingenuis aut inhonesta sit.* et sic V. D. in Observ Miscellan. indidem. (d) *plurimum* I. B. Br. R. *plurimis* A. Iunt. G. Gr. H. St. *complurimis* P. *et cum plurimis* L. *compluribus* Sang. (e) *monim.* A. Iunt. H. (f) *admoneat* Br. (g) *Cincinnatus* addit Lips. I. B. R. *Cincinatus* Br. (h) *praediolum* Lips-

Viridem) I. e. vegetam. Virgilii Aeneid. VI, 304, et Plinii Epist. VII, 24, 4, comparavit idem Schoettgen.

Illud tributum) Mercedis diurnae, qua locabatur a domino. Sequentia verba *qui — possit* recte damnavit et inclusit Gesner, veluti glossam.

Qui vectigalis esse non possit) Hace defendit Pontedera, si ex Goës. (et Sang.) *quia*, deinceps ex Edd. pr. Goës. Tromb. Ponted. *posset* reponas. Tempus tamen mihi incommodum visum est.

Pudenda ingenuis aut inhonesta sit) Polit. Tromb. Caesen. Ponted. *vereor ne quibusdam flagitiosis quodam modo nostra susceptio pudenda ingenuis aut inhonesta sit putata.*

Quatuor iugerum) Vrsinus annotavit Festi locum hunc: *Quintia prata dicta sunt a Quinto Cincinatio, qui sibi damnato filio, venditis omnibus,*

44 que C. Fabricius,[i] et Curius Dentatus,[2] alter Pyrrho finibus Italiae pulso, domitis alter Sabinis, accepta, quae viritim dividebantur, captivi agri septem iugera non minus industrie[l] coluerit, quam fortiter armis quaesierat: et ne singulos intempestive nunc persequar, quum tot alios Romani generis intuear memorabiles duces hoc semper duplici studio floruisse, vel defendendi, vel colendi patrios quaesitosve fines: intelligo[m] luxuriae et deliciis[n] nostris pristinum morem virilem-
45 que vitam displicuisse. Omnes enim (sicut M. Varro iam temporibus avorum conquestus est) patresfamiliae falce et aratro relictis intra murum correpsimus, et in circis potius ac theatris, quam in segetibus et vinetis[o] manus movemus: attonitique miramur gestus effoeminatorum, quod a natura sexum viris[p] denegatum muliebri motu mentiantur, decipiantque[q] oculos
46 spectantium. Mox deinde ut apti veniamus ad ganeas,

(i) *Fabritius al. Frabicius* Lips. deleto *Fabr.* (k) *quorum.* (l) *industriae* Commel. (m) *intellego* P. (n) *delitiis* a. Vict. (o) *ac vineis* Goes. Sang. (p) *viris* ex Lips. addidit Gesner. (q) *decipientes* Lips. (r) *exusto* I. B. R.

quatuor iugerum agrum trans Tiberim paraverat; quem agrum colentem senatus dictatorem per viatorem salutavit Cincinnatum, qui edere bene gesta acto triumpho ad privata negotia confestim rediit, deposita dictatura, pecuariamque rem et agrariam exercens Romanis ipsis aemulationi fuit. Prata Quintia trans Tiberim fuisse contra eum locum, ubi postea navalia fuerint, ibique quatuor iugerum agrum coluisse Quintium, testatur Livius III, 13 et 26.

[2] *Herediolum*) Festus *heredium, praedium parvulum.* Vide ad Varron. I, 10, 3. Septem iugera agri possedit, ex quibus tria pro amico aerario adsignata multae nomine amisit; reliquorum deinde reditu ferocis filii poenam solvit Quintius, teste Valerio Maximo IV, 4, 7. Ceterum ex Brusc. *sumpserat* restitui pro *sumserat*; deinceps Br. *quattuor.*

Intuear) pro *videam* nescio an alibi reperiatur in huius aevi scriptoribus.

Varro) Locus est in libri 2 Praefatione, unde deinceps plura repetiit Columella.

Mox deinde) Ex libro nescio quo *mox vero* annotavit Gesner; quod malim, etsi scio, latinam esse vulgatam, sed alia sententia, quam quae huic loco apta videatur. Ceterum *caneas* pro *ganeas* ex Sang. annotavit Gronov. Idem alibi *gelare* mutat in *celare*.

quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, et exsucto [r] sudore sitim quaerimus, noctesque libidinibus et ebrietatibus, dies ludo vel somno consumimus; ac nosmetipsos ducimus fortunatos, quod nec orientem solem vidimus [s] nec occidentem. Itaque istam 17
vitam socordem [t] persequitur valetudo. nam sic iuvenum corpora fluxa et resoluta sunt, ut nihil mors mutatura videatur. At mehercules [v] vera illa Romuli proles assiduis venatibus nec minus agrestibus operibus exercitata, firmissimis praevaluit corporibus, ac militiam belli, quum res postulavit, facile sustinuit durata pacis laboribus, semperque rusticam plebem praeposuit urbanae. Vt enim qui [x] in villis intra consepta morarentur, quam qui foris terram molirentur, ignaviores habitos: sic eos, qui sub umbra civitatis intra moenia desides cunctarentur, quam qui rura

Goes. Br. Sang. *exhausto* Lips. (s) Ita pro *videmus* Sang. monente Gronovio. (t) *socordem pros. valit.* Lips. *prosequitur* malebat Vrsinus. *valitudo* etiam Brusch. (v) Ita pro *mehercule* I. B. Br. R. *hercules* P. *Ac hercules* Sang. *At hercules* ex Sang. Gronov. deinceps *opibus* I. B. R. *operibus excitata* Br.

Laconicis) Soli olim Lacedaemonii ψυχρολουτρεῖν dicti fuerunt; quorum mores deinde immutati fuisse debent, ut Laconica dicerentur sudatoria balnea sicca, in orbem constructa, de quibus ex Beroaldo ad h. l. tradit Gesner, rectius vero Cornarius ad Galenum de Compos. Medic. sec. loca p. 514. Locus classicus est Vitruvii V, 10. Inepta est h. l. librorum lectio, *lactucis* Pol. *lacticis* Goes. et Sang. Senec. Epist. 86, *piscinas — in quas multa sudatione corpora exinanita demittimus — salubrem temperaturam, non hanc, quae nuper inventa est, similis incendio, adeo quidem, ut convictum in aliquo scelere servum vivum lavari oporteat. Nihil mihi videtur iam interesse ardeat balneum an caleat.* Idem epist. 51, *quid mihi cum istis calentibus stagnis, quid cum sudatoriis, in quae siccus vapor corpora exhausturus includitur?* Epist. 108, *decoquere corpus atque exinanire sudoribus.*

Exsucto) Heinsius malebat *exusti sudore*. V. D. in Obs. Misc. contra legebat: *exsucti* vel *exsucci sudore*. Ceterum ex loco Senecae antea laudato possis *exusto* defendere. Ad sitim pertinet locus eiusdem Epist. 122: *frequens hoc adolescentibus vitium est, qui vires excolunt, ut in ipso pene balnei limine inter nudos bibant imo potent, et sudorem, quem moverunt potionibus crebris ac ferventibus, subinde destringant.*

Qui in villis) Librorum P. L. Goës. et Sang. lectio aperte vitiosa esse vi-

colerent [administrarentve opera[y] colonorum] se-
18 gniores visos. Nundinarum etiam conventus manifestum est propterea usurpatos, ut nonis tantummodo diebus urbanae res agerentur, reliquis administrarentur rusticae. illis enim temporibus, ut ante iam diximus, proceres civitatis in agris morabantur: et quum consilium publicum desiderabatur, e[z] villis ar-
19 cessebantur in senatum. ex quo, qui eos evocabant, Viatores nominati sunt. isque mos dum servatus est perseverantissimo colendorum agrorum studio, veteres illi Sabini Quirites atavique Romani, quamquam inter ferrum et ignes, hosticisque[zz] incursionibus vastatas fruges, largius tamen condidere, quam nos, quibus diuturna permittente pace prolatare licuit rem
20 rusticam. Itaque in hoc Latio et Saturnia terra, ubi Dii cultus[a] agrorum progeniem suam docuerant, ibi[b] nunc ad hastam locamus, ut nobis ex transmarinis provinciis advehatur frumentum, ne fame laboremus:

(x) *quae inutilis intra* L. P. Goes. Sang. (y) *adm. op. colon.* om. I. B. Br. R. Pol. Sang. *administrarentur* G. deinceps pro *nonis* L. Pol. *iis* habent. (z) *a villis* Br. (zz) *hosticis* I. B. Br. R. Goes. Sang. Deinceps vulgatum *vastatae* ex I. B. Br. R. L. Sang correxit Gesner. cum Vrsino. Postea *fruges parcius* P. Sang. (a) *fructus* P. Sang. (b) *ubi* ex libro posuit Gesner. (c)

detur, si compares Varronis locum II, Praef. 4, unde haec ducta sunt. Ceterum recte Gesner admonuit, desiderari in vulgata verba aliquot, quibus Varronis auctoritatem praefatus erat Columella, atque unde pendent modi infiniti.

Administrarentve op. col.) Haec verba non immerito omittunt libri optimi; sunt enim plane supervacanea post illa *qui rura colerent*; quare inclusi. Sed nunc demum video Salmasium de Modo Vsur. p. 412, corrigere *colerent opera colonorum*, colonos interpretatus ἐργάτας et a γεωργοῖς distinguens. Quae tamen ratio mihi non placet.

Vt nonis) Pol. et Lips. liber *ut iis*; recte puto; in nundinis enim sunt noni dies.

Viatores) Cicero in Catone c. 15: *In agris erant tum senatores et iidem senes — a villa in senatum arcessebantur et Curius et ceteri senes: ex quo qui eos arcessebant, viatores nominati sunt.* Vide Clavem Ciceron. h. v.

Hosticisque — vastatas) *Hosticis — vastatae* recte praefert Pontedera in Cur. post.

et vindemias condimus ex insulis Cycladibus ac regionibus Baeticis,[c] Gallicisque. Nec mirum; quum sit publice concepta, et confirmata iam vulgaris existimatio, rem rusticam sordidum opus, et id esse negotium, quod nullius[d] egeat magisterio praeceptoris.[e]
At ego, quum aut magnitudinem totius rei, quasi quan- 21
dam vastitatem corporis, aut partium eius velut singulorum membrorum numerum[f] recenseo, vereor ne supremus ante me dies occupet,[g] quam universam
disciplinam ruris possim cognoscere. Nam qui se in 22
hac scientia perfectum volet profiteri, sit oportet rerum naturae sagacissimus, declinationum mundi non

beticis I. I. H. A. G. Sang. (d) *nullo* L. Goes. *nullis* Sang. (e) *praeceptone* I. B. R. I. I. L. Goes. Sang. (f) *subtilitatem dispicio* Bon. Sangerm. et Br. quae *membrorum*. (g) *occultet* Pol. (h) Ita pro *praesentes* scripsit Gesner.

Rem rusticam) urbanae ita opponi, ut ab hortis violariis viridariis distinguatur, censet Christius in Villatico p. 90; male!

Baeticis) Lectio a Mureto ad Taciti Ann III, 54, posita: *Qua dicis*; sine dubio ex errore calami orta est. Vitium gallicarum varia genera memorat infra Columella; unicam, coccolubem, Hispanicam III, 2, 19. Gallicae vero regiones dicuntur Galliae Cisalpinae, quod item de lanis Gallicis valet. In reliqua enim Gallia vites fuisse suo tempore negat Diodorus, et a Iuliano ex Italia illuc translatas esse testatur Ammianus, ab Abr. Gronovio laudatus, qui h. l. corrigi malebat *Gallaicis*. Sed de Gallia Cisalpinà, uti dixi, intelligenda haec sunt.

Nullius) Ex librorum varietate arguere licet, geminam olim fuisse huius loci lectionem, eam primam, quae nune vulgatur, alteram hanc: *nullo egeat — praeceptore*. Equidem vulgatam amplector, ut numerosiorem. — *Praeceptoque* ex suo Cod. Pontedera in Cur. post., qui ex Iunta *nullo — praeceptore* cum Goës. Lips. Tromb. probat.

Numerum recenseo) Lectionem *subtilitatem dispicio* praeferebat V. D. in Obs. Miscell. immerito. Neque enim hic de subtilitate disciplinae eiusque partium; sed de numero partium, et vastitate totius disciplinae agitur. At verbum *dispicio* placet, et deinceps vulgato *cognoscere* substituere malim *recensere*. Nam universa ruris disciplina facilius cognosci et mente percipi quam recenseri potest. — *Subtilitatem dispicio* ex Edd. pr. Tromb. Ambros. et suo probat Pontedera in Cur. post.; nulla addita interpretatione.

Declinationum) Quae vulgo climata dicuntur; inclinationem coeli latioe dixit Vitruvius I, 1. Mundum pro coelo dici, multis exemplis allatis docuit Schoettgen.

ignarus: ut exploratum habeat, quid cuique plagae conveniat, quid repugnet: siderum ortus et occasus memoria repetat, ne imbribus ventisque imminen-
23 tibus opera inchoet, laboremque frustretur. Caeli et anni praesentis[h] mores intueatur. neque enim semper eundem velut ex praescripto habitum gerunt: nec omnibus annis eodem vultu[i] venit aestas aut hiems: nec pluvium semper est ver, aut humidus[k] autumnus. quae praenoscere sine lumine animi et sine exquisitissimis disciplinis non quemquam[l] posse crediderim. Iam ipsa terrae varietas, et cuiusque soli habitus, quid nobis neget, quid promittat, paucorum est discer-
24 nere. Contemplatio vero cunctarum in ea disciplina partium quanto[m] cuique contigit,[n] ut et segetum arationumque perciperet usum, et varias dissimillimasque terrarum species pernosceret? quarum[o] non nullae colore, non nullae qualitate fallunt: atque in aliis regionibus nigra terra, quam pullam vocant, ut in Campania, est laudabilis; in aliis pinguis rubrica[q] melius respondet; quibusdam sicut in Africa

ex I. B. R. I. I. H. A. Br. G. Lips. Goes. Sang. (i) *voto* P. et Lips. (k) *umidum autumnum* P. Sangerm. (l) *quemque* I. B. R. (m) Vulgo *quando est. quod quanto* P. *quid cuique* Lips. *quanto* etiam Sang. (n) Vulgo *contingit.* (o) *quorum nonullae* Saug. (p) *in his* Sang. (q) I. B. Br. R. Goes.

Caeli — mores) Virgilius Georg. I, *caeli praediscere morem.*

Eodem vultu) Male P. et Lips. *voto.*

Humidus autumnus) Ex lectione Pol. et Sang. *umidum autumnum* malebat Heinsius: *humidum tempus autumnum.* Recte autem monuit V. D. in Obs. Misc. ita praestare simul legere: *nec pluvium semper est. vernum;* omisso vocabulo *tempus*, uti apud Columellam VII, 7, est *sive autumnum verno mutatur.*

Quanto cuique) Ita recte emendari voluit Gesner, et Heinsius, teste V D. in Observ. Misc. Vulgatam *quando cuique* ita explicabat Vrsinus, ut notam interrogandi addi vellet; quod deinde factum est. Poëtis frequens satis fuit usus hic vocabuli *quantus*, quibus nunc accedit prosaici scriptoris antiqui auctoritas. In Palladio saepe reperias *aliquanti* pro *aliquot* positum. Deinde vulgatum *contingit* cum Vrsino et Gesnero correxi. Sequuntur enim deinceps tempora imperfecta.

Numidiae[r] putres arenae[s] foecunditate vel robustissimum solum vincunt; in Asia Mysiaque densa et glutinosa terra maxime exuberat; atque in his ipsis haberet[t] cognitum, quid (ferret aut) recusaret[v] collis, quid campestris positio, quid cultus, quid silvester ager, quid humidus et graminosus, quid siccus et spurcus; rationem[x] quoque dispiceret[y] in arboribus

S. lubrica. (r) Ita pro *Numidia* Goes. Sang. *Numida* ex vetere Codice separatim annotavit Gronovius. (s) *harenae* I. B. R. Br. Deinceps vulgatam distinctionem *exuberat. Atque* correxi cum Ponted. et Gesnero. Pendent haec enim a superioribus *quanto cuique contigit ut.* (t) Ita scripsi ex I. B. R. Br. Goes. Sang. vulgo *habere*, ubi Brouckh. supplebat *debet.* Deinceps *ferret aut* addidi cum viro docto in Obs. Misc. ex Virgilio Georg. I. 51, *quid quaeque ferat regio, quid quaeque recuset.* Non enim solum id quaeritur, quid recuset collis et reliquae regiones, sed quid ferant. Sed vir doctus, qui vulgatam huius loci lectionem et interpunctionem probabat, *ferat* scribi volebat. (v) Ita I. B. R. Br. Sang. Vulgo *recuset.* (x) Ita Br. L. Goes. Sang. probante Ponted. Vulgo *ratione.* Deinde *dispiceret* ex Pol. Tromb. et suo probat Pont. (y) Ita I. B. Br. R. Sang. Vulgo *dispicere et.* Deinceps vulgatum *vinctisque, quorum* ex P. et Sang. correxi. Postea Lips. habet *adscivimus ad agr. partem.*

Numidiae) Ita pro vulgato *Numidia* ex libro Goësiano scripsi. V. D. in Obs. Misc. malebat *Numidiam* deleri, aut *Numidiamque* legi.

Putres arenae) Virgilius solum esile seu macrum et siccum arenam dicere solet. Georg. I, 104: *qui semine cominus arva insequitur, cumulosque ruit male pinguis arenae.* Idem versu 70 exilem et siccam terram autumno arare iubet: *sterilem exiguus ne deserat humor arenam.* Idem II, 139: *totaque turiferis Panchaia pinguis arenis.* IV, 293 de Nilo: *et viridem Aegyptum nigra foecundat arena.* Quibus in locis omnibus ineptissime simpliciter arenam pro terra diei, censuit nuperus Georgicorum interpres vernaculus, qui quoniam in Parnasso somniaverat aliquamdiu, statim rem rusticam omnem percepisse sibi visus est. Pingues arenas habet noster II, 10, 18.

Silvester) Ex V Codic. V. D. in Obs. Misc. affert *silvestris*, quod mutasse putabat, qui nolebant agro iungi flexionem femininam. Eum vero scrupulum sublatum fuisse a Burmanno ad Petronii c. 128 et 131. Addit *volucris somnus* ex Silio Italico X, 352, et ex nostro III, 12, *silvestris ager*, ex VII, 2, 3, *campestris situs.* In Lips. etiam libro h. l. est *silvestris.* De acer et alacer, acris et alacris exstat Servii observatio ad Aeneid. VI, 685.

Spurcus) Pontedera malebat *purus.* Sed V. D. in Obs. Misc. interpretatur *spurcus*, qui malis herbis, lolio, avena et similibus sit deformatus vel etiam uliginosus. Recte omnino vidit Pontedera, graminoso opponi spurcum; sed non necesse est mutare id in purum. Quin spurcum recte Gesner in-

vineisque, quarum infinita sunt genera, conserendis ac tuendis; et in pecoribus parandis conservandisque: quoniam et hanc adscivimus quasi agriculturae partem, quum separata sit ab agricolatione pastoralis
26 scientia,[z] nec ea tamen simplex. Quippe aliud exigit equinum,[a] atque aliud bubulum armentum, aliud pecus ovillum; et in eo ipso dissimilem rationem postulat Tarentinum, atque hirtum:[b] aliud caprinum; et id ipsum aliter curatur mutilum et raripilum, aliter cornutum et setosum,[c] quale est in Cilicia. Porculatoris vero et subulci diversa professio, diversae pastiones: nec eundem glabrae sues densaeque caeli statum, nec eandem educationem cultumve quaerunt.

(z) Ita distinxi cum I. I. Vulgo erat *scientia. nec ea t. s. quippe*. Paulo antea *Quom et hanc* Br. (a) Vulgo additum *aliud* omisi cum Lips. probante Gesnero. omittunt Edd. pr. omnes, Polit. Tromb. Ambr. Pont. Atqoe ita Bruschiana, quae deinde *ovilum*. (b) *hyrtum* G. *arietinum atque hircinum* Lips. (c) *suetosum* I. B. R. Br. deinceps *eamdem* Br. (d) *cortalium* R. Sang.

terpretatur squalidum; et Columella videtur mihi expressisse graecum αὐχμηρός. In Curis sec. Pontedera p. 469 cavillatur Gesneri interpretationem.

Vineisque quarum) Vulgatum *vinetisque quorum* correxi ex libris scriptis. Vinetum enim vineas easque plurium generum complectitur, ut ad Varronem docui. Forma *vinetisque quarum* miror placuisse Burmanno ad Lucanum p. 21.

Setosum) Dixi de eo ad Varronem. Capras Angoricas intelligi, suspicatus est etiam germanicus interpres, Curtius. Martialis XIV, 140, de udonibus Ciliciis: *Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti, Cinyphio poterit planta latere sinu.* Fuit igitur genus calceamentorum, cuius etiam Vlpianus meminit.

Glabrae sues) Dicam de iis ad VII, c. 9, sect. 3, ubi etiam genus Carniolense nigro et crispo pilo annotavi, quale Guineense genus pinxit et descripsit Marcgraf. Tale fuisse genus illud puto, a quo Mediolanum, Italiae oppidum, vocatum tradit Claudianus X, 183, *ad moenia Gallis condita, lanigeri suis ostentantia pellem pervenit*. Isidorus XV, 1: *Vocatur Mediolanum, quod ibi sus in medio lanea perhibetur inventa*. Sic etiam Sidonius Apollinaris VII, 17, *et quae lanigero de sue nomen habet*. Insubres Mediolanum condidisse, tradit Plinius III, s. 21. Insubres autem pastu porcorum excellebant. Plinius XI, s. 111, *caudae nudae hirtis, ut apris*. Quod unde habuerit nescio; nam Aristoteles de A. P. II, 14, unde reliqua sunt ducta, nihil tale habet.

Et ut a pecoribus recedam, quorum in parte avium 27
cohortalium [d] et apium cura posita est; quis tanti studii fuit, ut super ista, quae enumeravimus, tot nosset species insitionum, tot putationum? tot pomorum olerumque [e] cultus exerceret? [f] tot generibus ficorum, sicut rosariis impenderet curam? quum a plerisque etiam maiora negligantur. [g] quamquam et ista iam non minima vectigalia multis esse coeperunt. [h]
Nam prata et salicta, genistaeque [i] et arundines, [k] quam- 28
vis tenuem, nihilominus aliquam desiderant industriam. Post hanc tam multarum tamque multiplicium rerum praedicationem non me praeterit, si, quem desideramus agricolam, quemque describimus, [l] exegero a participibus agrestium operum, tardatum iri [m]

(e) *olerum* R. Vulgo *holerum*. (f) Ita I. B. R. Br. Goes. Sang. Vulgo *exercere*. Deinceps Sang. *sicut rosaris*. (g) *neglegantur* nescio unde Gesner posuit in varietate. (h) *coeperint* Br. Goes. Sang. (i) *genestaeque* I. B. Br. R. *genitaeque* G. *genestraeque* Lips. (k) *harundines* P. Lips. (l) *describemus* I. B. Br. R. Saug. (m) *tardentur* Br. *ut rei* addere Lips. annotat Gesner. *tardatut rei* ex

Quorum in parte) I. e. quorum curae partem facit avium cohortalium apiumque cura. Scilicet ad villaticam pastionem pertinet etiam apium et avium, cohortalium pastio et cura.

Olerumque) Recte monet Pontedera, inter arborum putationes insitionesque male *olera* memorari; igitur malebat *olearum*. Deinceps *exerceret* restitui, assentientibus Pontedera et Facciolati.

Ficorum sicut rosariis) Gesnerus malebat legi *florum* et verba *sicut rosariis* tolli, quia putabat, post poma ficos inepte memorari separatim, multoque minus apte rosaria ficis adiici censebat. Sed Columella solam ficorum varietatem ingentem spectabat, eandemque cum rosarum varietate aeque magna comparabat. Recte hoc monuit etiam V. D. in Obs. Misc. p. 284. Equidem malim *rosarum*.

Describimus) Ita primarum Edd. lectionem *describemus* correxit Iucundus, improbante Burmanno in Observ. Misc. et Pontedera. Vterque nondum a Columella descriptum censebat agricolam eum, quem velit Columella. Verum satis est significatum antea, qualem velit, hinc pergit: *post hanc tam multarum — praedicationem.*

Tardatum iri) Sang. lectionem hanc refert Burmannus l. c. *tardat, ut rei studia, — conterriti aliqui nollent — consequi*; sed recentiore manu *aliqui* suprascriptum monet, quod Heinsius mutabat in *alioqui*. In Lips. *tardatum iri ut rei* esse ait Gesner; idem dein-

studia discentium, qui tam variae, tamque[n] vastae scientiae desperatione conterriti, nolent experiri,
29 quod se consequi[o] posse diffident. Verumtamen quod in Oratore iam M. Tullius rectissime dixit, Par est eos qui generi humano res utilissimas conquirere,[p] et perpensas exploratasque memoriae tradere concupiverint,[q] cuncta tentare. Nec si vel illa praestantis ingenii vis, vel inclytarum artium defecerit instrumentum, confestim debemus ad otium et inertiam[r] devolvi: sed quod sapienter speraverimus,[s] perseveranter consectari. Summum enim culmen affectantes satis
30 honeste vel in secundo fastigio conspiciemur. Nam

Sang. Burmann, *tarda ut rei* Ernuti retulit. (n) *tanquam* Br. (o) Ita pro *assequi* Lips. Sang. Praeterea *conterriti aliqui nollent* ex Sang. Burmann. refert, sed recentiore manu *aliqui* supra scriptum. *diffiderent* deinceps Lips. (p) *quaerere* I. B. Br. R. Sang. (q) *concupierint* a. .Viet. (r) *negligentiam* nescio unde affert Gesner. (s) Sic restituit Pont. ex suo et Polit. ita etiam

ceps *se consequi p. diffiderent.* Ex Sang. Ernesti hanc posuit lectionem: *tarda ut rei — quid — nollent — consequi;* addit verbo *conterriti* suprascriptum adesse *aliq.* ubi dubitari potest, lectio *quid* ad verba *quod se assequi*, ut vulgo legitur, an potius ad verba *qui tam vario* pertineat. Euphoniae causa motus sum, ut *consequi* vulgato *assequi* substituerem. Suprascriptum *aliq.* videtur mihi ad varietatem lectionis, olim in Codice annotatam, respexisse, hanc fere: *scientiae contemplatione conterriti*. Certe in vulgata *conterriti* est plane otiosum, imo ineptum. Alia est ratio loci Ciceroniani, quem Col. expressit: *tardens studia discentium, qui desperatione debilitati, experiri id nolent, quod se assequi p. diffidant;* ubi Ernestius recte delevit *id*, quamquam legitur in Codice Wittebergensi membranaceo (non chartaceo, ut falso praedicat Ernesti), et longe meliore membrana Gudiana; sed male correxit *nolint* ex libro Witteh. rectum *nolent* habet Gudianus.

Tullius) Locus in Orat. c. 4 exstat, ab Ernestio ibi non comparatus cum hoc nostro: *Sed par est omnes omnia experiri, qui res magnas et magnopere expetendas concupiverunt;* ubi Codex Witteh. cuius lectiones margini libri sui adscripserat Zeunius, habet *omnia omnibus*, sed in margine *omnia omnes*. Gudiana membrana *concupierunt* habet. Deinceps *columen* ex Sang. annotavit Gronovius.

Nec si illa) In Cicerone est locus auctior: *Quodsi quem aut natura sua, aut illa praestantis ingenii vis forte deficiet, aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis;* ubi tamen verba *aut natura sua* nemo desideraverit, si abessent. Ceterum ibi Cod. Witteb. *destituet* habet.

Latiae musae non solos adytis suis Accium[t] et Virgilium recepere, sed eorum et proximis et procul a secundis sacras concessere sedes. Nec[v] Brutum aut Caelium Pollionemve[x] cum Messala, et Calvo[y] deterruere ab eloquentiae studio fulmina illa Ciceronis. Nam neque [ille[z]] ipse Cicero territus cesserat tonantibus Demostheni Platonique: nec parens eloquentiae, deus ille Maeonius, vastissimis fluminibus facundiae suae posteritatis studia restinxerat.[a] Ac ne minoris quidem 31
famae opifices per tot[b] iam secula videmus laborem suum destituisse, qui Protogenem Apellemque cum

I. B. Br. R. Sang. Vulgo *speravimus*. T. (t) *Actium — recceperunt* Br. paulo antea *Nam* pro *An* dedi. (v) *Non* I. B. Br. R. *Celium* Br. (x) *Pollionem* L. (y) *Calvo* I. B. Br. R. Goes. Sang. Vulgo *Catulo*, quod habent Polit. Ambr. probante Pont. ex suo MS. (z) *ille* om. Sang. (a) *restrinxerat* L. B. Br. R. *restrinxerat* Lips. *restixerat* R. Deinceps vulgatum *An ne* correxi. et in Edit. Stephan. esse *Ac ne* admonuit Gronovius. (b) *tota secula* Sang.

Nam Latiae — adytis suis) Sang. omittit *suis*. Vulgatum *An* varie tentarunt viri docti; in *Nam* mutabat Buchnerus, in *Ac* Facciolatus; pro *Annon* dictum interpretatus defendebat Gesner; quocum facere videtur Pontedera, qui sequens *Non Brutum* (ita enim Edd. primae habent) mutabat in *Num Brutum*. Equidem rationem Buchnerianam unice amplector; eamque in loco vulgatae reposui. Sic enim, quem imitatur Columella, Cicero: *Prima enim sequentem, honestum est in secundis tertiisque consistere. Nam in poëtis non Homero soli locus est, aut Archilocho, — sed horum vel secundis vel etiam infra secundos.* Burmannus vulgatam corrigebat negatione sic translocata: *sed non et eorum.* Ceterum in Cicerone Cod. Gudianus habet scriptum *An in poëtis — horum secundus vel etiam infra secundos.* De Accio vide, si lubet, annotationes ad Ciceronis Brutum ex editione Wetzelii mei, ubi oratorum, a Columella nominatorum, aetatem et eloquentiam diligenter notatam reperies.

Calvo) Veterem lectionem hanc depravavit Aldina mutatam in *Catulo*, qui Cicerone non fuit iunior, sed senior, pater et filius. Licinius est Calvus, de quo vide ad Ciceronis Brutum c. 81.

Restinxerat) Etiam in Ciceronis loco membrana Gudiana egregia *restrinxit* habet.

Ac ne minoris) Vulgatum *An ne* Gesner quasi pro *Annon* dictum defendebat; equidem cum Buchnero et Facciolato dedi, quod in Editione Steph. esse admonuit Gronovius. Sic enim Cicero: *Nec solum ab optimis studiis excellentes viri deterriti non sunt; sed ne opifices quidem se artibus suis removerunt, qui aut Ialysi non potuerunt aut Coae Veneris pulcritudinem imitari.*

Protogenem) Brusch. *Prothogenem*

Parrhasio mirati sunt. Nec pulchritudine Iovis Olympii Minervaeque Phidiacae sequentis aetatis attonitos piguit experiri Bryaxim, Lysippum, Praxitelem, Polycletum,[c] quid efficere, aut quousque progredi possent.[d] Sed in omni genere scientiae et summis admiratio veneratioque et inferioribus merita laus con-
32 tigit.[e] Accedit huc, quod ille,[f] quem nos perfectum esse volumus agricolam, si quidem artis consummatae[g] non[h] sit, nec in universa rerum natura sagacitatem Democriti vel Pythagorae[i] fuerit consecutus,

(c) *Polyclitum* Pol. (d) *possint* P. S. (e) Ita pro *contingit* Sang. (f) *illi* Sang. (g) Ita pro *consumatae* ex G. Gr. St. Gesner. (h) *non* om. l. B. Br. L. *consummatae est et in* Sang. *sit et* Br. Lips. *sagacitatemque* S. (i) Vulgo

— *Parasio* — *Bryasim* — *Praxitelen* habet, et ubique *consumata* et *consumationem*. Phidiacum Iovem cum Polycleti Iunone comparat Lucianus in Somnio.

Minervaeque Phidiacae) Cicero: *Nec simulacro Iovis Olympii aut Doryphori statua deterriti reliqui minus experti sunt, quid efficere aut quo progredi possent.* ubi Columella videri possit Doryphorum interpretatus esse Minervae in Parthenone Atheniensi collocatam statuam, quam ἔνοπλον et θαρσέα vocant Epigrammata Graeca, ab Harduino etiam posita ad Plinii 34, s. 19. Hanc ipsam intellexisse videtur Columella; plures enim fecerat Phidias, minoris aestimatas. Sed Cicero in Bruto c. 86, Polycleti Doryphoron, quem Plinius l. c. viriliter puerum fuisse narrat, Lysippo magistrum in arte fuisse refert. Itaque Cicero Doryphorum Polycleti magis, quam Phidiae hastatam Minervam cogitasse videtur. Quanquam idem Cicero paulo post c. 2: *Itaque et Phidiae simulacris, quibus nihil in illo genere perfectius videmus, et his picturis, quas nominavi (Ialysi et Coae Veneris) cogitare tamen possumus pulcriora. Nec vero ille artifex, quum faceret Iovis signum aut Minervae, contemplabatur aliquem* etc. ubi manifeste picturas Apellis antea nominatas respicit; itaque etiam Doryphorum iuxta Olympium Iovem Phidiae nominatum interpretari oportet Minervam Phidiae Doryphorum seu hastatam; quod fecit etiam Columella. Multis etiam aliis in locis Phidiae Minervam Cicero, ut exemplum artis perfectae proposuit.

Contigit) Ita liber Sang et sic Cicero: *quorum tanta multitudo fuit, tanta in suo cuiusque genere laus, ut cum summa miraremur, inferiores tamen probaremus.*

Pythagorae fuerit) Vulgo interpositum *non* recte omittunt liber Lips. et Sangerm. Deleri etiam iussit Vrsinus. Quanquam ex Edd. primis possis etiam legere *artis consummatae non sit, et in universa — Pythagorae non fuerit consecutus.* Ita videlicet servabitur *non*, quod tamen Brusch. etiam omittit. Sed altera ratio Colu-

et in motibus astrorum ventorumque Metonis[k] providentiam vel Eudoxi, et in pecoris cultu doctrinam Chironis ac Melampodis, et in agrorum solique molitione[l] Triptolemi aut Aristei prudentiam:[m] multum tamen profecerit, si usu Tremellios[n] Sasernasque et Stolones[o] nostros aequaverit. Potest enim nec subti- 33
lissima, nec rursus, quod aiunt, pingui Minerva res agrestis administrari. Nam illud procul vero[p] est, quod plerique crediderunt, facillimam[q] esse nec ullius acuminis rusticationem. De cuius universitate nihil attinet plura nunc disserere: quandoquidem[r] cunctae partes eius destinatis aliquot voluminibus explicandae sunt, quas ordine suo tunc demum persequar, quum praefatus fuero, quae reor ad universam disciplinam maxime pertinere.

I. Qui studium agricolationi dederit, antiquissima sciat haec sibi advocanda, prudentiam rei, facultatem impendendi, voluntatem agendi. Nam is demum cultissimum rus habebit, ut ait Tremellius, qui et colere sciet et poterit et volet. neque enim scire aut velle cuiquam[a] satis fuerit sine sumptibus, quos exigunt opera: nec rursus faciendi aut impendendi voluntas (facultasque[b]) profuerit sine arte, quia caput 2
est in omni negotio, nosse quid agendum sit, maximeque in agricultura, in qua voluntas facultasque

additum *non* om. Br. Sang. *Putagorae fuerit* Lips. (k) *Montonis* Br. *Mentonis* Goes. Sang. *Meribonis* P. (l) *monitione* Br. P. Sang. (m) *providentiam* L. P. *Aristaei* Sang. (n) *Tremelios* Br. (o) *Solones* Sang. (p) *verum* L. (q) *facilimam* G. Gr. St. *facillamam* P. *facillima* S. (r) *quom quidem* Br.
Cap. I. (a) *quemquam* L. (b) *facultasque* vulgo deest. (c) *cultura* Lips.

mellae orationem et molliorem et reliquis membris similem facit. Alioquin in reliqua parte cum I. Fr. Gronovio erit legendum *non Metonis providentiam.* — *Non ante fuerit consecutus* omittunt Edd. pr. omnes ante Aldum, Polit. Tromb. Ponted.

Cap. I. *Impendendi voluntas) Fa-*

citra scientiam saepe magnam dominis afferunt iacturam, quum imprudenter facta opera frustrantur im-
3 pensas. Itaque diligens paterfamilias, cui cordi est ex agri cultu[e] certam sequi rationem rei familiaris augendae, maxime curabit, ut aetatis suae prudentissimos agricolas de quaque re consulat, et commentarios antiquorum sedulo scrutetur, atque aestimet,[d] quid eorum quisque senserit, quid praeceperit: an universa, quae maiores prodiderunt, huius temporis cul-
4 turae respondeant, an aliqua dissonent. Multos enim iam memorabiles auctores comperi persuasum habere, longo aevi situ qualitatem caeli statumque mutari; eorumque consultissimum astrologiae professorem Hipparchum prodidisse, tempus fore, quo cardines mundi loco moverentur: idque etiam non spernendus auctor rei rusticae Saserna videtur adcredidisse.
5 Nam eo libro, quem de agricultura scriptum reliquit, mutatum caeli situm[e] sic colligit, quod quae regiones antea propter hiemis assiduam violentiam nullam stirpem vitis aut oleae depositam custodire potuerint, nunc mitigato [iam[f]] et intepescente pristino frigore largissimis olivitatibus Liberique vindemiis exuberent. Sed haec sive falsa seu vera ratio est, literis astrolo-
6 giae concedatur. Caetera non dissimulanda erunt agrorum cultori praecepta rusticationis, quae quum plu-

paulo antea *paterfamiliae* Saog. et saepe variant vocabulum Editiones. (d) *extimet* Lips. (e) Ita pro *statum* I. B. Br. R. Goes. Sang. (f) *iam* om. I.

cultasque inserui, postulante sententia, monente Vrsino, approbante Gesnero.

Iam memorabiles) Sang. *tam memorabiles*. deinceps *statum*.

Cardines caeli) Aequinoctiorum praecessionem ab Hipparcho inventam male interpretatus est Columella, ut nostro fere seculo fecerunt vaticiniis inepti hominis, ex Capellae altitudine meridiana mutata ductis, decepti. Vide Pfaffium de Ortibus et Occas. Siderum p. 55. Ceterum male Brusch. *moventur*.

Caeli situm) Iucundus male *statum* dedit, qui plane diversus a situ, qui

rima tradiderint Poeni ex Africa scriptores, multa tamen ab his falso prodita coarguunt[g] nostri coloni. sicut Tremellius, qui querens[h] id ipsum, tamen excusat, quod Italiae et Africae solum caelumque diversae naturae, nequeat eosdem proventus habere. Quaecunque sunt autem, quae propter disciplina ruris nostrorum temporum cum priscis discrepat, non deterrere debent a lectione discentem. Nam multo plura reperiuntur apud veteres, quae nobis probanda sint, quam quae repudianda. Magna porro[k] et 7
Graecorum turba est, de rusticis rebus praecipiens; cuius princeps celeberrimus vates non minimum professioni nostrae contulit Hesiodus Boeotius.[l] Magis deinde eam[m] iuvere fontibus orti sapientiae Democritus Abderites, Socraticus Xenophon, Tarentinus Archytas, Peripatetici magister ac discipulus Aristoteles cum Theophrasto. Siculi quoque non mediocri cura 8
negotium istud prosecuti sunt Hieron et Epicharmus[n]

B. Br. R. igitur inclusi. paulo antea *huno mitig.* Sang. (g) *arguunt* I. B. Br. R. (h) *quaerens* I. B. Br. R. Gr. St. *Tremelius* Br. (k) *quippe* P. *quippe Poenorum et* Gr. Lips. (l) *Boetius* Br. L. (m) *eam* om. I. B. Br. R. Deinceps vulgatum *Architas* ex Br. correxi. (n) *Epicarmus* I. B. R. G. Gr. St.

graecum κλίμα reddit. — *Situm* ex Polit. Ambr. Tromb. praefert, *statum* in suo reperit Pontedera.

Poeni ex Africa) Verba ex *Africa* deleri voluit, ut supervacua Vrsinus (omittit etiam Pont. eum Tromb. et Caesen. codice. quamquam in eius codice exstent. *T.*)

Quaecumque sunt autem etc.) Sic ex Iens. et Brusch. edidi, probantibus Vrsino, Pontedera, Schneidero, qui scripsit *Quaecumq. autem propter disciplinam — discrepant.* T.

Fontibus orti) Dura mihi et insolens haec dictio accidit.

Archytas) Inter geoponicos scriptores numeratum alibi non memini. Archytae alicuius ὀψαρτυτικά nominat Athenaeus XII, p. 516. Varro Pythagoreum vocat. Plinius in Indice Auctorum libri XVII, eundem nominavit.

Epicharmus) Nescio an recte Hieronis discipulus dicatur regis eius, quocum et Pindaro vixisse traditur. Cuperus malebat et *Epicharmi discipulus Philometor.* Sed Philometor rex vel Pergamenus vel Aegyptius per temporum rationem non potest dici Epicharmi discipulus. Itaque Vrsinus malebat legere: *Epicharmus; Aegyptii Philometor et Attalus* in nota ad Var-

discipulus, Philometor, et Attalus.[o] Athenae vero scriptorum frequentiam pepererunt, e[p] queis probatissimi auctores Chaereas, Aristandros, Amphilocus,[q] Euphronius,[r] Chrestus Euphronis, non, ut multi putant, Amphipolites, qui et ipse laudabilis habetur
9 agricola, sed indigena soli Attici. Insulae quoque curam istam celebraverunt, ut testis est Rhodius[s] Epigenes, Chius Agathocles, Evagon, et Anaxipolis Thasii. Vnius quoque de septem Biantis illius populares Menander[v] et Diodorus in primis sibi vindicaverunt[x]

L. recte Br. (o) *Athalus* I. B. Br. R. (p) *aeque* Eaed. *eque* L. *ea quae* S. (q) *Amphilocus* I. B. Br. R. L. S. (r) Ita pro *Euphron.* I. B. R. Goes. S. *Euphironius* Br. *Emphronius Cresus* L. (s) *Euphrontis* I. B. Br. R. Goes. S. *Emphrontis* L. Deinceps *qui et esse* Sang. (t) *Codius* L. (v) *Maenander* Iuut. Ald. G. H. (x) Ita pro *vendic.* ex Politiano Gesner. Deinceps vulgo

ronem; in altera vero nota ad h. l. *Epicharmus Siculus* vel *Siculi* praeferebat; quae coniectura multo deterior est. Siculos enim praefatus est Columella. De Philometore Attalo dixi ad Varronem. Scilicet vulgata lectio h. l. omnino vitiosa est; Attalus enim idem intelligitur, qui cognomen Philometor habuit; Siculus non fuit, ut Hiero, sed rex item. Ita recte censuit etiam Harduinus in Indice Auct. Plinianorum.

Chaereas) Plinius 20, sect. 99: *Ita enim Chaereas Atheniensis scripsit, et Glaucias, qui circa carduos diligentissimus videtur.* ubi Glaucias est medicus. Chaeream de vino laudat Athenaeus I, p. 32.

Amphilochus) Vide de eo infra ad V, 12, 5. Scripsit de medica et cytiso.

Euphronius) Ita ex libris optimis scripsi pro *Euphron*, quod nomen abundare censebat Pontedera, quia cum Varrone Plinius quinque Athenienses modo numeret. Recte! at enim Varro duo Euphronios babet: *Euphronii duo, unus Atheniensis, alter Amphipolites.* etsi Plinius in Indice libri XVIII unum *Euphronium Athenaeum* nominat. Vnde apparet, Columellam similiter voluisse memorare duos Euphronios, sed verba in turpissimo mendo iacent; nec reperio, quomodo sint restituenda et corrigenda. Illud vero facile erat videre, quod Pontedera monuit, vulgatam deinceps *Chrestus Euphronis* ex Varrone corrigendam: *Chaeresteus, Euphronius.* Vrsinus etiam *Euphronis* mutabat in *Euphronius;* libri tamen optimi babent *Euphrontis.* De apium cultu Euphronium laudat Columella IX, 2, 4, ubi similis scripturae varietas est. De apparatu vini *Euthronium* laudat Plinius XIV, 19, ubi Index auctorum ante Harduinum habebat *Euphronem Athenaeum.*

Menander) Prienaeus. Alterum, Heracleoten a Varrone nominatum, omisit Columella. Eundem nominat Plutarchus de Nobilitate, graece editus in Wolfii Anecdotis T. II, p. 258;

agricolationis prudentiam. Nec his cessere Milesii Bacchius et Mnaseas, Antigonus Cymaeus, Pergamenus Apollonius, Dion Colophonius, Hegesias Maronites. Nam quidem Diophanes Bithynius Vticensem totum Dionysium, Poeni Magonis interpretem, per multa diffusum volumina, sex epitomis circumscripsit. Et alii tamen obscuriores, quorum patrias non accepimus, aliquod stipendium nostro studio contulerunt. Hi sunt Androtion,[y] Aeschrion, Aristomenes, Athenagoras, Crates, Dadis, Dionysius, Euphyton,[z] Euphorion.[a] Nec minori fide pro virili parte tributum nobis intulerunt Lysimachus, et Cleobulus,[b] Menestratus, Pleutiphanes,[c] Persis et[d] Theophilus. Et ut agricolationem Romana tandem civitate donemus, (nam adhuc istis auctoribus Graecae gentis fuit) iam nunc

Mnasseas. Br. *Manasseas.* Eadem *Dyon.* (y) *Anthocion.* L. *Aeschirion* deinceps Br. (z) *Emphyton* I. B. R. *Emphiton* Br. *Emplorion* L. *eypheton* Goes. *euheton* P. *eyheton* Sang. περὶ φυτῶν A. Iunt. G. Gr. H. St. (a) *Euphonon* I. B. Br. R. P. S. *Emphonon* Lips. sed Gronov. ex Sang. laudavit *Euheton Euphorion.* (b) *Eubolus* I. B. Br. R. *Eubulus* Sang. *Embolus* L. *Cleobulus* A. Iunt. G. Gr. H. St. (c) *Evanthiphanes* Goes. P. *Evantiphanes* Sang. *Plentifanes* L. (d) *et* add. P. S. deinde *erudiverunt* Br. eadem *Tremellum.* (e)

sed eo in loco lacunosus, unde versionem ponam Arnoldi Ferroni, Lugd. 1556, proditam: *Menander Heracleotes agricolas ipsos unos esse reliquias ex stirpe Saturni praedicat: Epigenes Rhodius multis rationibus comprobat, antiquiorem multo fuisse rem rusticam, quam urbanam: Diophanes nobilitatis initium ex agricultura trahit, in qua qui excellere videbantur, pastores esse maluerunt, quasi et ipsi imperium exercerent in animalia.*

Mnaseas) Gesnerus ediderat *Mnaseas.* Liber Sang. *Mnasias.* Varro contra inter eos nominat, quorum ignorabatur patria.

Hegesias) Plinius XIV, s. 24. De apparando et condendo vino ait Graecos privatim praecepta condidisse, artemque fecisse; *sicut*, inquit, *Euphronius et Aristomachus et Commiades et Hicesius.* Sed de Hegesia Maronite Vitruvius VIII, 4, ait magna vigilantia et infinito studio locorum proprietates et aquarum virtutes scriptis declarasse. Ecce liber Sang. habet *Hicetias Mariotes*, unde *Hicetias Mareotes* addendus videtur. Vide ad Varron. I, 1, sect. 8.

Aeschrion) Sang. *Aeschion* et deinceps *Dandis.* De reliquis nominibus vide ad Varronem notas.

Romana) Sang. liber *romanam civitatem* habet.

M. Catonem Censorium illum memoremus, qui eam Latine loqui primus instituit. post hunc duos Sasernas, patrem et filium, qui eam diligentius erudierunt; ac deinde Scrofam Tremellium, qui etiam[e] eloquentem reddidit; et M. Terentium, qui expolivit; mox Virgilium,[f] qui carminum[g] quoque potentem fecit.
13 Nec postremo quasi paedagogi eius meminisse dedignemur, Iulii Hygini:[h] veruntamen ut Carthaginensem[i] Magonem rusticationis parentem maxime veneremur. nam huius octo et viginti memorabilia illa volumina ex senatusconsulto in Latinum
14 sermonem conversa sunt. Non minorem tamen laudem meruerunt nostrorum temporum viri, Cornelius Celsus et Iulius Atticus. quippe Cornelius totum corpus disciplinae quinque libris complexus[k] est. hic de una specie culturae pertinentis ad vites singularem

Ita pro *eam* I. B. Br. R. Goes. Sang. (f) *Vergilium* P. G. Gr. St. (g) Ita pro *carmine* Goes. et Sang. teste Heinsiu ad Ovidii Metamorph. IV, 108 et Advers. II, p. 220, ipsoque probante. (h) Ita pro *Higinii* Gesn. ex I. B. Br. R. Goes. Sang. *Iuli Higini* Lips. (i) Ita pro *Carthaginiensem* I. B. Br. R. G. Sang. *Cartaginiensem*[*] Lips. (k) *contexus* Lips. (l) *et* om. Gr. St.

Sasernas) Ex gente Hostilia; de quorum aetate non constat. Ante Magonis libros, ex punico sermone in latinum translatos, deleta Carthagine, scripsisse utrumque suspicor ex locis laudatis in his nostris Scriptoribus. Agrum Sasernae Gallicum memorat Varro I, c. 18, s. 6. Ceterum Sang. *filium et patrem*.

Scrofam) Hic Magonis libris, ex punico sermone translatis, usus erat, teste nostro ab initio capitis huius. Varronis locus de scriptoribus latinis intercidit; igitur dubitari potest, an sit Cn. Tremellius is, quem Varro II, 1, s. 2, et alibi disputantem de agri cultura introduxit, et ut peritum agricolam laudavit. Ante Varronem scripsisse arguit ordo a Columella institutus temporum.

Hygini) Augusti liberti. Vide Indicem Harduini, et infra ad IX, 2, et c. 13.

Octo et viginti) Male ex h. l. XVIII, posuit Isidorus VI, 1.

Celsus) Celsum a Graecino transscriptum fuisse, ait Plinius 14, sect. 4, no. 5, quem locum ad unum de vite helvenaca locum Graecini referre malebat Morgagni Epist. I, de Celso p. IX ed. Patavinae. Celsi libros de re rustica quinque sequebantur olim in Codicibus scriptis octo de re medica; unde in libris scriptis quartus de medicina numeratur *Artium Aurelii Cornelii Celsi liber VIIII*,

librum edidit. Cuius velut discipulus duo volumina
similium praeceptorum de vineis Iulius Graecinus
composita facetius et[1] eruditius posteritati tradenda
curavit. Hos igitur, Publi Silvine, prius quam cum 15
agricolatione contrahas, advocato in consilium: nec
tamen sic mente dispositus, velut summam totius rei
sententiis eorum consecuturus: quippe eiusmodi scriptorum
monumenta[m] magis instruunt, quam faciunt,
artificem. Vsus et experientia dominantur in artibus: 16
neque est ulla disciplina, in qua non peccando discatur.[n]
nam ubi quid perperam administratum cessit
improspere, vitatur quod fefellerat: illuminatque
rectam viam docentis magisterium. Quare nostra prae- 17
cepta non consummare scientiam, sed adiuvare promittunt.
nec statim quisquam compos agricolationis
erit his perlectis rationibus, nisi et obire eas voluerit,
et per facultates potuerit. Ideoque haec velut adminicula
studiosis promittimus, non profutura per se
sola, sed cum aliis. Ac ne ista quidem praesidia,[o] ut 18
diximus, non assiduus labor et experientia villici, non
facultates ac voluntas impendendi tantum pollent,
quantum vel una praesentia domini: quae nisi frequens
operibus intervenerit, ut in exercitu quum abest
imperator, cuncta cessant officia. maximeque reor
hoc significantem Poenum Magonem, suorum scriptorum
primordium talibus auspicatum sententiis:
Qui agrum paravit,[p] domum vendat, ne malit urba-

(m) *monimenta* A. Iuut. H. (n) *discitur* Sang. ex quo deinceps vulgatum *cesserit* correxi. Brusch. *cessit inprospere.* Postea *consumare* Edd. primae. (o) *praedia* Sph. (p) Ita pro *parabit* Commel. Goes. Sang. Paulo antea *signi-*

teste eodem Morgagni Epistola II, p. 577.

Contrahas) Cicero Tusc. V, 36, cum populo nihil contrahere ait, qui nullos honores ab eo petunt.

Paravit) Plinius 18, sect. 7: *Agro emto domum vendendam inclementer atque non ex utilitate publici status*

num, quam rusticum larem colere. cui magis cordi
fuerit urbanum domicilium, rustico praedio non erit
19 opus. Quod ego praeceptum, si posset his temporibus
observari, non immutarem. Nunc quoniam plerosque
nostrum civilis ambitio saepe evocat, ac saepius de-
tinet evocatos, sequitur ut suburbanum praedium
commodissimum esse putem, quo vel [q] occupato quo-
tidianus excursus facile post negotia fori contingat.[r]
20 Nam qui longinqua ne dicam transmarina rura mer-
cantur, velut haeredibus patrimonio suo, vel [s] quod
gravius est, vivi cedunt servis suis: quoniam [t] qui-
dem et illi tam longa dominorum distantia cor-
rumpuntur, et corrupti [v] post flagitia, quae commi-
serunt, sub expectatione successorum, rapinis magis
quam culturis [x] student.

II. Censeo igitur in [a] propinquo agrum mercari, quo
et frequenter dominus veniat [b] et frequentius se ven-
turum,[c] quam sit venturus, denunciet. sub hoc enim
metu cum familia villicus erit in officio.[d] Quicquid
vero dabitur occasionis, ruri moretur. quae non sit
mora segnis, nec umbratilis. nam diligentem patrem-
familias decet agri sui particulas omnes et omni tem-
pore anni frequentius circumire, quo prudentius
naturam [e] soli sive in frondibus et herbis, sive iam
maturis frugibus contempletur: nec ignoret quidquid
2 in eo recte fieri poterit. Nam illud vetus [f] est [et]

ficante Sang. Postea *Nunc quom* Br. (q) Ita Lips. Pol. Vulgo *ut*. (r) *contingant* Sang. (s) Ita pro *et* scripsi cum Gronovio, qui veterem Codicem laudavit. deinceps *servis* om. Iunt. (t) *quoniam* Sang. (v) *corruptis* Sang. (x) Ita pro *culturae* Brusch. et Sang.

Cap. II (a) *propinque* Sang. (b) *perveniat* Sang. (c) *venturum se* Sang. (d) *offitio* I. B. R. Br. (e) *matura* P. *natura* Sang. (f) *ut veteris Cat.* Lips.

Mago censuit — ut tamen appareat assiduitatem desideratam ab eo.

Quo ut) Vrsinus malebat *quo et*. Gesner *quo vel* aut *ubi occupato*. Dedi quod offerebat Sangerm.

Quoniam quidem et) Recte Vrsinus emendabat: *quandoquidem illi*.

Cap. II. *Nam illud vetus*) In San-

Catonis, Agrum pessime multari,[g] cuius dominus quid in eo faciundum sit, non docet, sed audit villicum. Quapropter vel a maioribus traditum, possidenti vel empturo fundum praecipua cura sit scire, quod maxime regionis genus probetur: ut vel careat inutili, vel mercetur laudabilem.[h] Quod si voto fortuna sub- 3
scripserit,[i] agrum habebimus salubri caelo, uberi glaeba, parte campestri, parte alia collibus vel ad orientem vel ad meridiem molliter devexis; terrenisque[k] aliis ac cultis,[l] atque aliis sylvestribus et asperis, nec procul a mari aut[m] navigabili flumine, quo deportari fructus, et per quod merces invehi possint. Campus, in prata et arva salictaque et arundineta[n]
digestus, aedificio subiaceat. Colles alii vacui arbori- 4
bus, ut solis segetibus serviant; quae tamen modice siccis ac pinguibus campis melius quam praecipitibus locis proveniunt. ideoque etiam celsiores agri frumentarii planicies[o] habere, et quam mollissime devexi, ac simillimi[p] debent esse campestri positioni.[q] Alii

sicut vetus omisso *et* Sang. (g) *mulctari* I. B. R. I. I. *mulcari* Sang. (h) *laudabile* Lips. (i) *subscribit* I. B. R. Br. S. *subriserit* Lips. (k) *tenerisque* L. (l) Ex Sang. *ac* addidi. *aliis cultis* vulgatum om. I. B. R. L. sed Br. *aliis atque aliis.* (m) *ante* P. *vel* S. (n) *harundineta* L. P. S. (o) *planitias* P. Goes. S. *frumentari* S. (p) *similimi* G. *similime* Goes. *simillimo* Sang. (q)

germ. *illud* et deinceps *et* deesse separatim testatus est Gronovius; utrumque vocabulum abesse et ipse malim.

Empturo) Ita Br. et Ald. Vulgo *emturo.*

Terrenisque aliis ac cultis) Recte sic Sangerm. teste Heinsio Advers. IV, p. 628. Vulgo *ac* omissum erat. Recte idem comparat *terrenam Syenem* Gratii, et Plinii V, Ep. 6: *pingues terrenique colles; neque enim facile usquam saxum, etiamsi quaeratur, occurrit, planissimis campis fertilitate non cedunt;* denique Oribasii locum: ὁρῶν δ' αὐτῶν τὰ μὲν γήϊνα, τὰ δὲ πετρώδη. Alia exempla dabit Index noster. Lips. liber habet *tenerisque.* Ita Plinius I, Epist. 16, *adiacet gestationi vinea tenera et umbrosa, nudisque etiam pedibus mollis et cedens;* ubi malim similiter *terrena* legi. Ex Sangerm. laudavit Gronovius: *terrenisque alis atque sylv. alis exasperis.* — *Cultis* omissum ab Edd. pr. Pol. Tromb. et suo Pontedera in Cur. post. damnat. Mihi non displicet, quamvis nunc de auctoritate Sang. libri dubitem.

Positioni) *Positione* ex Edd. pr. Cod.

deinde colles olivetis vinctisque et earum futuris pedamentis vestiantur,.... materiam [r] lapidemque, si necessitas aedificandi coëgerit, nec minus pecudibus pascua praebere possint. Tum rivos decurrentes in prata et hortos et salicta, villaeque [s] aquas salientes demittant,[t] nec absint greges armentorum, caeterorumque quadrupedum [v] culta et dumeta pascentium. Sed haec positio, quam desideramus, difficilis et rara paucis contingit. proxima est huic, quae plurima ex his habet: tolerabilis, quae non paucissima.

III. Porcius quidem Cato censebat in [a] emendo inspiciendoque agro praecipue duo esse consideranda, salubritatem caeli et ubertatem loci: quorum si alterum deesset, ac nihilo minus quis vellet incolere,[b] mente esse captum, atque eum ad agnatos et gentiles deducendum.
2 Neminem enim sanum debere facere sumptus in cultura sterilis soli: nec rursus pestilenti

positione Sang. Br. (r) *Maceriam* I. B. Br. R. S. (s) Ita pro *vivae aquae* I. B. R. Br. L. Goes. *villae quae aquas* S. (t) *emittant* I. B. Br. R. (v) *quadripedium culta* P.

Cap. III. (a) *in emendo agro* I. B. R. *in inspiciendo agro* P. Goes. Sang. (b) *incolere* om. L. (c) *agro, cum incertum sit, an dominum sinat ad*

Ambr. Tromb. Caes. Ponted. probans *simillime* etiam ex Goës. praeferl, quod mihi in *simillima* mutandum videtur.

Vinetisque) Sang. *vineisque*. Deinceps ante *materiam* excidisse quaedam verba velut *alii sint qui*, recte monuit Gesner. Pro *vestiantur* propter sequentia malim *vestiti*.

Villaeque aquas) Vulgatam *vivae aquae* recte damnavit Pontedera; nostram lectionem res ipsa flagitat. Colles aquam praebent primum eam, quae derivatur in prata, hortos et salicta; deinde ipsi villae, quae canalibus deducta et expressa fistulis salire cogitur.

Cap. III. *Cato*) Debebat Varronem nominare, in cuius libro I, c. 2, s. 8, exstant verba haec; sed ibi pro *deesset* est *decollat*. Recte hoc admonuit Schoettgen. In Catone c. I, s. 2, est: *uti bonum caelum habeat, ne calamitosum siet; solum bonum sua virtute valeat.*

Incolere) In Varronis loco est simplex *colere*, et deinde *culturam*, sed et ibi Edd. primae *cultura* habent. Deinceps vulgatum *sumtus* ex Br. et Ald. correxi.

quamvis feracissimo pinguique agro [c] dominum ad fru-
ctus pervenire. Nam ubi sit cum orco ratio ponenda,
ibi non modo perceptionem fructuum, sed et vitam
colonorum esse dubiam, vel potius mortem quaestu
certiorem. Post [d] haec duo principalia subiungebat 3
illa non minus intuenda, [e] viam [f] et aquam et vicinum.
Multum conferre agris iter commodum: primum, quod
est maximum, ipsam praesentiam domini, qui liben-
tius commeaturus sit, si vexationem viae non refor-
midet. deinde ad invehenda [g] et exportanda utensilia;
quae res frugibus conditis auget pretium, [h] et minuit
impensas rerum invectarum: qui minoris apporten-
tur eo, quo facili nisu perveniatur. Neç [i] nihil esse 4
etiam parvo vehi, si conductis iumentis iter facias,

fructus pervenire Iunl. (d) *posthac* I. B. R. (e) *intuendam* P. (f) *viam et aquam vicinam* I. B. Br. *viam aqua, vicinam* L. *viam, aquam, vicinum* Iunt. Sang. (g) Ita Goes. et Sang. Ante Gesnerum *vehenda*. (h) *precium* I. B. R. Br. II. A. (i) Vulgo intersertum *non* inclusit Gesner de sententia Vrsini.

Ad fructus pervenire) Varro I, 4, 3: *contra quod in pestilenti calamitas quamvis in feruci agro colonum ad fructus pervenire non patitur.* Hinc apparet, unde profecta sit lectio Edd. I. I. quam vide in varietate. Ceterum in Varrone Edd. primae *Horco* habent, quod ex *Orcho* ortum esse docui ibi in annotatione. Sic *Orcinios* sua aetate dictos fuisse, qui antea *Orchinii* erant, narrat Cicero in Or. c. 48, ubi editur *Orcivios*. Sed in Cluentiana c. 34, est *C. Orchinius.* Idem de Petit. Cons. c. 5, vocatur *C. Orcinius;* ubi Cod. Palat. *Corchivius* habet.

Nec rursus pestilenti etc.) *Nec rursus pestilenti, qui quamvis feracissimo arvo* (hoc etiam in Tromb.) *dominum ad fructus pervenire non sinit* ex suo Codice probat Pontedera. Mihi tamen displicet *qui* ad *soli* relatum; deinde *sinat* latinitas postulare videtur.

Intuenda) Plinius 18, sect. 7, tanquam e Catone: *agrum paraturos ante omnia intueri oportet aquam, viam, et vicinum;* ubi Vincentius habet: *aquarum vim et vicinum* cum Edd. plerisque, ubi est: *aquam vim* vel *aquarum vim.*

Ad invehenda) Breviter haec eadem tradit Varro I, 16, 6. In Catone nihil horum exstat, quae a sectione inde 3 refert ex eo Columella; nec hic respexit Varronem, cuius tamen libri hac in parte sunt valde vitiosi.

Nec non nihil) Mediam negationem monente Vrsino inclusit Gesner. Catonis sententiam huc pertinentem posuit Cicero pro Flacco c. 29: *Catonis est dictum, pedibus compensari*

quod magis expedit, quam tueri propria. Servos quoque qui secuturi patremfamilias [k] sint, non aegre iter pedibus ingredi. De bonitate aquae ita omnibus cla-
5 rum est, ut pluribus non sit disserendum. Quis enim dubitet, eam maxime probatam haberi, sine qua nemo nostrum vel prosperae vel adversae valetudinis vitam prorogat? De vicini commodo non est quidem certum, quem nonnunquam mors aliaeque nobiscum (diversae) causae mutant. Et ideo quidam respuunt Catonis sententiam: qui tamen multum videntur errare. nam quemadmodum sapientis est, fortuitos casus magno animo sustinere, ita dementis est ipsum sibi malam facere fortunam: quod facit, qui nequam vicinum suis numis parat, quum a primis cunabulis, si modo liberis parentibus est oriundus, audisse po-
6 tuerit, [m] Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη. quod non solum de bove dicitur, sed etiam de omnibus partibus rei nostrae [n] familiaris: adeo quidem, ut multi praetulerint carere penatibus, et propter iniurias [o] vicinorum sedes suas profugerint. nisi aliter existima-

(k) *familiae* hic et alibi Goes. Sang. Deinceps. *proroget* vulgatum ex Sang. correxi. Idem *ea — probata* dat. *valitud*. Br. (l) *diversae* om. Sangerm. (m) μηδ' P. Br. et Victor. in emendandis. Versum omittit L. Deinde ἀπολείποι Br. ἀπολοιτει ἀληγειτων Sang. γειτον I. B. R. μη γειτων Br. (n) *vestrae* L. paulo antea *etiam* om. Br. et Sang. teste Drakenb. ad Liv. T. I. p. 258.

pecuniam. — *Nec non esse* (i. e. referre) *etiam parvo vehi, si conductis iumentis iter facias, quod nihil magis expedit, quam tueri propria* corrigit Pontedera in Cur. post. transpositis *nihil*; quem sequar. Alias verba *quam tueri propria* sensu commodo carent.

Diversae) Recte omittit Sangerm. liber. Broukhusius malebat legi *nobis, ad diversae causae*. Credo etiam voluisse scribere *nobis et diversae causae*.

Οὐδ' ἂν) Ex Heraclidis Politiarum libro seu fragmento, nondum edito tunc, Victorius posuit narrationem de Cumaeis, Aeolidem incolentibus, qui communi consilio contra fures latronesque arma ceperint et expilatis succurrerent. Hinc fieri ait Heraclides, ut pauca amittant. Hunc igitur Cumanum morem respexisse Hesiodum, quum ista caneret; Cumis enim fuisse oriundum.

mus diversum orbem gentes universas petiisse relicto
patrio solo, Achaeos dico et Hiberos, Albanos quo-
que, nec minus Siculos, et,[p] ut primordia nostra
contingam, Pelasgos, Aborigines,[q] Arcadas, quam
quia malos vicinos ferre non potuerant. Ac ne tantum 7
de publicis calamitatibus loquar, privatos quoque
memoria tradidit et in regionibus Graeciae et in hac
ipsa Hesperia detestabiles fuisse vicinos; nisi si[r] Auto-
lycus ille cuiquam potuit tolerabilis esse conterminus;
aut Aventini montis incola Palatinis ullum gaudium
finitimis suis Cacus attulit. Malo enim praeterito-
rum, quam praesentium meminisse, ne vicinum
meum nominem, qui nec arborem prolixiorem stare
nostrae regionis, nec inviolatum seminarium, nec pe-
damentum[s] adnexum vineae, nec etiam pecudes[t] ne-
gligentius pasci sinit. Iure igitur, quantum mea fert
opinio, M. Porcius[v] talem pestem vitare censuit, et
in primis futurum agricolam praemonuit, ne sua sponte
ad eam perveniret. Nos ad caetera praecepta illud 8
adiicimus, quod sapiens unus de septem in perpe-
tuum posteritati pronunciavit, adhibendum[x] modum

(o) *iniuriam* Sang. teste Gronovio. (p) *ut et prim.* Br. (q) *Aborigitis* Sang. teste Gronov. Deinceps *Archadas* Br. (r) *si* addidi ex Lips. *Autolicus* Br. postea *Palatini* Sang. (s) Ita pro *pedamenti quidquam* I. B. Br. R. Pol. *pedamenta annexam* Lips. Sang. (t) *pecudis neglegi* P. *negleg.* etiam Sang. (v) *Portius* I. B. R. G. Gr. St. (x) *pronuntiavit* I. B. R. Iunt. II. Deinceps

Hiberos) Gentem Ponti accolam cum Persis, Phoenicibus, Celtis ac Poenis in Hispaniam venisse, Varro tradit apud Plinium III, s. 3. Hinc Iberia et Celtiberia dicta, monente Gesnero. Hinc urbs Ponti Ἰβηρα, aliis *Ibora* dicta, de qua Valesius ad Sozomen. VI, 30. De Achaeis et Albanis Ponti conferre iussit Gesner Vossium ad Scylacem p. 30, et Plinium III, sect. 4, no. 4, et VI, s. 5.

Palatinus) Propert. IV, 9, 17, *incola Cacus erat* (montis Palatini), sed ibi Schrader *accola* malebat legi.

Pronuntiavit) Post hoc verbum inserta vulgo legebantur haec: μέτρον ἄριστον, quae quum Victorius in libris suis non reperta deleri iussisset, incluserat Gesner. Equidem plane omisi, libris etiam reliquis consentientibus. Sunt enim a librario sciolo addita, qui, quae latinis verbis ex-

mensuramque rebus; idque, ut non solum aliud acturis, sed et agrum paraturis dictum intelligatur, ne maiorem, quam ratio calculorum patiatur, emere velint.[y] nam huc pertinet praeclara nostri poëtae[z] sen-
9 tentia, *laudato ingentia rura, exiguum colito.* Quod vir eruditissimus, ut mea fert opinio, traditum vetus praeceptum numeris signavit. quippe acutissimam gentem Poenos dixisse convenit, imbecilliorem agrum, quam agricolam esse debere: quoniam, quum sit colluctandum cum eo, si fundus praevaleat, allidi dominum. nec dubium quin minus reddat laxus ager
10 non recte cultus, quam angustus eximie. Ideoque post reges exactos Luciniana[a] illa septena iugera, quae plebi[b] tribunus viritim diviserat, maiores quaestus antiquis retulere, quam nunc nobis praebent amplissima vetereta.[c] Tanta[d] quidem Curius Dentatus, quem paullo ante retulimus, prospero ductu parta victoria,

vulgo addita graeca *μέτρον ἄριστον* omisi cum I. B. Br. R. P. Lips. Sang. Deinde *adhibendi* Lips. (y) Vulgo *velit*. Paulo antea Sang. *paraturis is dictum — patitur* monente Gronovio. (z) *coepta* Sang. *senteneia* Br. (a) *Liciana* P. (b) Ita pro *plebis* correxit Drakenb. ad Livium T. I. p. 1109. *trib. pleb.* Goes. deinceps *rettulere* Br. (c) Ita etiam Sang. *veterata* I. B. Br. R. Lips. *vervacta* A. Iunt. G. Gr. H. St. (d) *Tantam* L. P. Sang. (e) *satis*

pressit Columella, graece reddere voluit lectori.

Idque, ut non) Ex lectione Sang. *paraturis is dictum*; mallem transposito *idque* et decurtato legi: *mensuramque rebus: ut non solum aliud acturis, sed et agros paraturis id dictum intelligatur.*

Emere velint) Recte ita vulgatum *velit* correxit Pontedera. Virgilii locus est Georg. II, 397.

Vetereta) Hic et alibi Gesnerus *vervacta* restitui malebat. Sed Pontedera docet, veteretum esse agrum, per tempus aliquod arari omissum, eique opponi novale, qui aratus et cultus est ager. Vervactum autem est vere aratus ager. Addit locum, ubi Columella ait, fabam optime seri in vetereto; idem tamen libro XI praecepit: *ante Idus Novembres occatam habeas quam pinguissimo et novo loco.* Scilicet veteretum, postquam aratum est, dici novum locum seu novale. Varroni ita dici terram rudem, ubi ait, multum interesse, utrum in rudi terra, an in ea seras, quae quotannis obsita sit, quae vocatur restibilis, an in vervacto, quae interdum requievit.

ob eximiam virtutem deferente populo praemii nomi-
ne quinquaginta soli iugera, supra consularem trium-
phalemque fortunam putavit satis [e] esse: repudiatoque
publico munere populari ac [f] plebeia mensura con-
tentus fuit. Mox etiam quum agrorum vastitatem vi- 11
ctoriae nostrae et interniciones [g] hostium fecissent,
criminosum tamen senatori fuit supra quingenta [h] iu-
gera possedisse, suaque lege C. Licinius damnatus est,
quod agri modum, quem in magistratu rogatione tri-
bunicia promulgaverat, immodica possidendi libidine
transcendisset: nec magis quia superbum videbatur
tantum loci detinere, quam quia flagitiosum, [i] quos
hostis profugiendo desolasset agros, novo more ci-
vem Romanum supra vires patrimonii possidendo de-
serere. Modus ergo, qui in omnibus rebus, etiam [k] 12

ex Goes. addidi. (f) Ita pro *hac* I. B. Br. R. A. H. Gr. (g) *internitiones* I. B. Br. R. A. Iunt. H. *internetiones* P. Goes. *interveniitiones* Lips. (h) Vulgo *quinquaginta*. (i) *flagitiosus* Br. *flagitiosius* Sang. (k) *et in* I. B. Br. R.

Quinquaginta soli) Apud Aurelium Victorem c. 33, legitur *quaterna dena*. Septena ex agro captivo accepisse Curium, Noster supra I Praef. 14; Plinius VIII, c. 3, et Valerius Maximus IV, 3, 5, affirmant. Hae mensura fuit contentus, etsi populus quinquagenta ei iugera obtulisset. Haec est huius loci sententia, vitio lectionis et interpunctionis obscurata antea; quam restitui ex Cod. Goës. inserta voce *satis*. Deinde comma post *nomine* sustuli. Non opus igitur habet *tanta* emendatione, nec cum Gesnero ad victoriam, sed ad iugera septena referendum est. Plinius l. c. *Manii quidem Curii — nota concio est, perniciosum intelligi civem, cui septem iugera non essent satis. Haec autem mensura plebi post exactos reges assignata est.* Curii iugera fuisse in Sabinis, docet locus Ciceronis apud Nonium p. 522 edit. sec. Mercerii.

Populari ac plebeia) Valerius M. l. c. *decretis enim a senatu septenis iugeribus agri populo, sibi autem quinquaginta, popularis assignationis modum non excessit.* Eadem ex Iulio Hygino narrat Gellius I, 14. Forte ab Hygino sumsit etiam Columella. Ceterum alterum vocabulum abundare videtur, hinc Aldina in Corrigendis emendavit *hac plebeia mensura*. Ex altera tamen Aldina *ac plebeia* laudavit Gesner.

Suaque lege C. Licinius) Est C. Licinius Stolo, qui cum L. Sextio tribunus plebis et deinceps pluribus annis continuis fuit, teste Livio VI, 35 et seqq. idem deinde a M. Popilio Laenate sua lege damnatus decem millibus aeris, quod mille iugerum

parandis agris adhibebitur.[l] tantum enim obtinendum est, quanto est opus, ut emisse videamur, quo poti-remur, non quo[m] oneraremur ipsi, atque aliis fruendum eriperemus; more praepotentium, qui possident fines gentium, quos ne circumire[n] equis quidem valent; sed proculcandos[o] pecudibus, et vastandos (ac[p] populandos) feris derelinquunt, aut occupatos nexu civium[q] et ergastulis tenent. Modus autem erit sua[r]
13 unicuique voluntas facultasque. Neque enim satis est, ut iam prius dixi, possidere[t] velle, si colere non possis.

IV. Sequitur deinceps Caesonianum[a] praeceptum, quo fertur usus etiam Cato Marcus,[b] agrum esse re-

(l) *et habebitur* Sang. Deinceps *optinendum* Br. (m) *quo* om. Sang. (n) *circuire quoque valent* I. B. Br.R. Iunt. *circumire quoque* Sang. *equis* om. etiam Lips. (o) *proc. et pec. vast. ac* H. (p) *ac pop.* om. I. B. Br. R. Goes. Sang. (q) *crurum* correxit Ald. *crurium* ex Ald. sec. Iunt. H. laudavit Gesner. (r) Ita I. B. Br. R. et Sang. teste Gronovio; *suam* ex Sang. posuit Ernesti. Vulgo *cuique*. (s) Vulgo additur *moderata*, quod abest ab Edd. pr. Lips. Sang. Ambr. Tromb. Ponted. Lectionem nostram probant Pont. et Schn. *T.* (t) *possidere* om. P. Sang.

Cap. IV. (a) *Censolemum* Lips. (b) Ita pro *Cato mercaturis* I. B. Br. R.

agri cum filio possideret, mancipandoque filium fraudem legi fecisset, eodem teste VII, 16, Plinio 18, 3, et Valerio VIII, 3, 6. Reliqua vide ad Varronem I, 2, 9.

Circumire) Facile assentior Pontederae, vitiosam esse vulgatam nunc lectionem; sed nec illa, quam vir doctus probabat, *circumire quoque*, mihi admodum placet. Formula enim *ne — quoque* ita positam reperire non memini. Alii forte praeferent *quoquo* cum libro Sangerm. Deinceps verba supervacua *ac populandos* monente etiam Pontedera inclusi. Proverbiali locutione dicebant olim *fundos habet, quantum milvus non volat.* Petronius ita c. 37, Persius IV, 25, *arat Curibus, quantam non milvus oberret.* Iuvenalis IX, *tot milvos intra tua pascua lassas.*

Nexu civium) I. e. civibus ob aes alienum nexis, qui ad operas manuarias adigi poterant. Ita recte Barth. Advers. 46, 13, et Gronov. Observ. I, 8, p. 76. Male igitur Vrsinus *nexu crurum.* Varro I, 17, 2, obaeratos vocat.

Caesonianum) Suspicor, Pisonem aliquem intelligi; Pisones enim antequam *frugi* cognominari coeperunt, Caesoniorum habebant cognomen.

Cato Marcus) Inepte vulgo *Cato, mercaturis.* Ita verbum *mercari* repetitur nulla cum significatione. Deinceps dedi *velis* ex Edd. optimis; malim tamen *velimus.* Catonis sententia exstat cap. 7. Lectionem *Cato Marcus*

visendum saepius eum, quem velis[c] mercari. Nam prima inspectione neque vitia neque virtutes abditas ostendit, quae mox retractantibus facilius apparent. Inspectionis quoque velut formula nobis a maioribus tradita est[d] agri pinguis ac laeti: de cuius qualitate dicemus suo loco, quum de generibus terrae disseremus. In universum tamen quasi testificandum atque 2
saepius praedicandum habeo, quod primo iam Punico bello dux inclutissimus M.[e] Attilius Regulus dixisse memoratur, fundum sicuti ne foecundissimi quidem soli, quum sit[f] insalubris; ita nec effoeti,[g] si vel saluberrimus sit, parandum: quod Attilius aetatis suae agricolis maiore cum auctoritate suadebat[h] peritus usu. nam Pupiniae pestilentis simul et exilis agri[i] cul- 3
torem fuisse eum loquuntur historiae. Quapropter quum sit sapientis non ubique emere, nec aut ubertatis illecebris aut deliciarum[k] concinnitate decipi; sic vere[l] industrii patrisfamilias est, quicquid aut[m] emerit aut acceperit, facere fructuosum atque[n] utile: quoniam et gravioris caeli multa remedia priores tra-

Goes. *mercaturis* om. Lips. (c) Ita pro *velint* I. B. Br. R. Lips. et Sang. (d) *est. Agri* a. Vict. *et laeti* Br. et postea *iam primo* Br. (e) *M.* om. P. et Sang. (f) *sit* om. I. B. R. (g) *effecti vel saluberrimus* P. *effeti vel salub.* Sang. (h) *veniebat* I. B. R. Br. Sang. *censebat* Lips. (i) *agricultorem* iunctim I. B. R. G. (k) *delitiarum* I. I. H. A. G. (l) *vere* om. I. B. R. *verum* P. S. (m) *aut* om. I. B. R. Br. *aut erit* P. (n) *aut* I. B. R. Br.

probavit etiam Drakenborch. ad Livium T. I, p. 532. Bruschiana *eum saepius, quem.*

M. Attilius) Sang. cum Polit. *Atilius*, omisso *Marco*. Plinius · 8, s. 6: *Atilius Regulus ille Punico bello bis consul aiebat neque foecundissimis locis in salubrem agrum parandum, neque effetis saluberrimum*; ubi Vincentius similiter habet *effectis*, ut h. l. liber Politiani.

Quum sit) Non omnis ager foecundus simul, quia foecundus, est etiam insalubris. Igitur malim *si sit*. Quod deesse dicitur in I. B. R. *sit* verbum, in Bruschiana adest. Eadem *Atilius* bis habet, et *inclytissimus*, hoc quidem cum Aldina. Sic supra Praef. sect. 32 Lips. liber habet *Puthagorae*, et in Varrone libri scripti *Subaris*. Postea Br. *concinitate* habet scriptum.

Pupiniae) Vide Varronem 1, 9, 5.

diderunt, quibus mitigetur pestifera lues; et in exili
terra cultoris prudentia ac diligentia maciem soli
4 vincere potest. Haec autem consequemur, si verissi-
mo vati velut oraculo crediderimus dicenti, *Ventos
et proprium[o] caeli praediscere morem Cura sit ac pa-
trios cultusque habitusque locorum, Et quid quaeque
ferat regio et quid quaeque recuset:* nec contenti ta-
men auctoritate vel priorum vel praesentium colono-
rum, nostra praetermiserimus[p] exempla, novaque[q]
5 tentaverimus[r] experimenta. Quod etsi per partes non-
nunquam damnosum est; in summa tamen fit com-
pendiosum, quia nullus ager sine profectu colitur,
simul ac tentando[s] possessor efficit, ut in id forme-
tur, quod maxime praestari[t] possit. ea res etiam fe-
racissimos[v] agros utiliores reddit. Itaque nusquam
experimentorum varietas omittenda[x] est; longeque
etiam in pingui solo magis audendum, quoniam nec

(o) Ita pro *varium* I. B. R. Br. L. Goes. Sang. (p) *promiserimus* Sang. et Br. (q) Vulgo intersertum *quae* om. I. B. R. Sang. Br. (r) *temptaverimus* Br. I. I. H. A. (s) Vulgo *attentando*. I. B. R. Br. *tentando* paulo antea *quia* pro *quod* ex Sang. dedi. (t) Ita pro *praestare* Goes. Sang. Brusch. (v) *ferocissimos* I. B. R. Br. (x) *obmittenda* I. B. R. Br. A. G. Deinceps

Cicero Agrar. II, 35, ubi Campaniae agris opimis opponit Vaticanum et Pupinium. In Pupinia Atilium Regulum agrum septem iugerum possedisse testatur Valerius Maximus IV, 4, 6, qui sect. 4, Pupiniae solum sterile atque aestuosissimum vocat. Ceterum *censebat peritus usu* veram Lips. libri lectionem esse puto, ex qua ortum habuit primarum Edd. et Sangerm. *veniebat*.

Proprium coeli) Recte hoc cum optimis libris praetulit vulgato *varium* Pontedera, etsi in Virgilio I, 51, plerique *varium* ediderunt. Varium enim et inconstans quod est, nec disci potest, nec praedici, igitur discendo nullam habet utilitatem. In Virgilio etiam Sang. lectionem probare videtur Heinsius p. 186. Ceterum *consequimur* paulo antea ex Sang. annotavit Gronovius; et in loco Virgilii *cultus* idem liber habet. Vitiose Editio Gesneri *cultosque*.

Novaque) Vulgo addebatur *quae*, quod sensum turbat, etsi vel sic locum non satis emendatum puto.

Praestari) Quid effici ex agricultura, quis maximus inde reditus cogi possit. Recte hoc vulgato *praestare* praetulit Pontedera.

laborem nec sumptum frustratur effectus. Sed cum[y] 6
refert, qualis fundus et quo modo colatur;[z] tum villa
qualiter aedificetur, et quam utiliter disponatur. Multos enim deerrasse, memoria prodidit, sicut praestantissimos viros L. Lucullum et Q. Scaevolam, quorum alter maiores, alter minus amplas, quam postulavit modus agri, villas exstruxit, quum utrumque sit[a] contra rem familiarem. Diffusiora enim consepta non so- 7
lum pluris aedificamus, sed etiam impensis maioribus tuemur: at minora quum sunt, quam postulat fundus, dilabitur fructus. nam et humidae res et siccae, quas terra progenerat, facile vitiantur, si aut non sunt, aut propter angustias incommoda sunt tecta, quibus inferantur. Pro portione etiam facultatum,[b] quam 8
optime paterfamilias debet habitare, ut et libentius rus veniat, et degat in eo iucundius; utique vero, si etiam matrona comitabitur,[c] cuius ut sexus, ita animus est delicatior. quamobrem[d] amoenitate aliqua

Br. *audiendum*: *quom nec* habet. Ex eadem et Ald. *sumptum* restitui. (y) Ita Sang. Lips. Goes. Ante Gesnerum erat *quoniam*, ipse dedit *quum*. (z) *colatur*, *tum — et quam* omitt. G. *tam ulla* Br. postea eadem *prodidit deerrasse* habet; denique *Sevolam*. (a) *sic enim* P. *estruxit utrumque sit* Br. (b) *facultatium* Goes. *Pro portione f. qua* Sang. (c) *comitatur* I. B. Br R. (d)

Quum refert) Ita Sang. Gesnerus edidit *quum*. Praeterea postulat usus Columellae (ut infra cap. 5, sect. 8), ut legamus *referat*.

Memoria) Ita etiam supra c. 3, 7, memoriae tradit. Ita memoria publica apud Ciceronem Orat. II, 12, Leg. III, 20, veterem memoriam idem habet Orat. I, 2, aequalem Bruto c. 69.

Scaevolam) Plinius 18, s. 6: *modus hic probatur, ut neque fundus villam quaerat, neque villa fundum. Non ut fecerunt iuxta diversis eadem aetate exemplis L. Lucullus et Q. Scaevola, quum villa Scaevolae fundus careret, villa Luculli agro. Quo in genere censoria castigatio erat minus arare, quam verrere.*

Iucundius. Vtique) Vulgatam olim: *in eo. Iucundius utique viro* corrigi iusserat Vrsinus, et ex libro Polit. et Sang. emendaverat iam Ernesti in altera editione; eandem scripturam in Anonymi Grammatici codice vetusto se reperisse testatur Pontedera. In Brusch. est *iocundius utique viro.*

Quam ob rem) Omittunt libri optimi, qui totum hunc locum ita legi volunt: *delicatior, amoenitate aliqua*

demerenda[e] erit, quo patientius moretur cum viro. Eleganter igitur aedificet agricola: nec sit tamen aedificator; atque areae pedem[f] tantum complectatur,[g] quod ait Cato, quantum ne villa fundum quaerat, neve fundus[h] villam: cuius universum situm qualem
9 oporteat esse, nunc explicabimus. Quod inchoatur aedificium, sicut salubri regione, ita saluberrima parte regionis debet constitui. Nam circumfusus aër[i] corruptus plurimas affert corporibus nostris causas offensarum. Sunt quaedam loca, quae solstitiis minus concalescunt, sed frigoribus hiemis intolerabiliter[k] horrent, sicut Thebas ferunt Boeotias.[l] Sunt quae

quamobrem om. I. B. R. L. Br. Sang. (e) *delectanda* P. Br. (f) Vulgo *idem* I B. R. *aedem*, *edem* L. *pedem* Goes. Sang In ant. P. *pedem* corruptum *aedem*. (g) *contemplatus* I. B. R. Br. (h) *fructus* I. B. Br. R. L. Sang. (i) Vulgo intersertum *atque* om. Sang. (k) *intollerabiliter* R. H. (l) *Boetias*

demerenda erit. Equidem ex Pol. libro *delectanda* malim legere; ita enim et Bruschiana. Quamquam video nunc Gronovium Observ. 4, p. 131, existimasse verbum *demereri* sumptum a Columella ex loco Virgilii Aeneid. IV, 349: *Si te Carthaginis arces Phoenissam Libycaeque adspectus detinet urbis*; ubi Codices alii *demeret* scriptum habent, a Gronovio probatum.

Areae pedem) *Pedem* vulgatae *idem* praeferebat etiam Pontedera, interpretatus ex architectura, ubi *pedem ponere* est fundamenta instituere. Attulit etiam locum inprimis accommodatum Senecae de Tranquil. c. 10: *exiguae saepe areae in multos usus describentis arte patuere, et quamvis angustum pedem dispositio fecit habitabilem*. Vbi vides similiter pedem areae dici pro soli spatio, occupato aede aut aedificio aliquo. Bruschiana *arae aedem* habet. Varro de L. L. IV, p. 25: *a quo dicitur in aedificiis area pes magnus, et qui fundamentum instituit, pedem ponit.*

Neve fundus villam) *Neve fructus villam* ex Edd. pr. Polit. et suo revocat Pontedera; recte! Primus vulgatam ex Columella Catoni cap. 3 intulit Iucundus. Plinius 18, sect. 6, iisdem fere verbis: *modus hic probatur, ut neque fundus villam quaerat, neque villa fundum: non ut fecerunt L. Lucullus et Q. Scaevola, quum villa Scaevolae fundus careret, villa Luculli agro*, ubi tamen Chifflet. Codex *villa Scaevolae fructus non caperet, villam Luculli ager*. Egregie. Nam vulgatum ineptum et falsum est. Villa non caruit Scaevolae fundus, sed villa fructus non cepit.

Aër corruptus) Vulgo intersertum *atque* recte omittit Sang. nam omnis aër terrae hominibusque est circumfusus, atmosphaeram hodie dicimus

tepent hieme, sed aestate saevissime candent, ut affirmant Euboicam Chalcidem.[m] Petatur igitur aër calore et frigore temperatus, qui[n] fere medios obtinet colles, quod neque depressus hieme pruinis torpet, aut torretur[o] aestate vaporibus, neque elatus in summa montium perexiguis ventorum motibus aut pluviis omni tempore anni[p] saevit. Haec igitur est medii collis optima positio, loco tamen ipso paululum[q] intumescente; ne quum a vertice torrens imbribus conceptus adfluxerit,[r] fundamenta convellat.

V. Sit autem vel intra villam vel extrinsecus inductus fons perennis; lignatio, pabulumque vicinum. Si deerit fluens unda, putealis quaeratur in vicino, quae non sit haustus profundi, non amari saporis aut

I. B. R. Sang. Br. (m) *Calcidem* Lips. I. I. St. (n) Vulgo *quem fere medius collis.* I. B. Br. R. *qui fere medios optinet colles.* Goes. *qui medios collis.* Sang. *qui fere medios obt. collis.* (o) Ita pro *torret* I. B. R. Vulgatam habet Br. (p) *anni* om. Lips. (q) *paulum* P. S. *paululum* Br. Vulgo *paullulum.* (r) Ita pro *effluxerit* P. Goes. Sang. *affluxerit* Lips.

Chalcis) Hinc frumentum bimestre Euboeae circa Carystum memorat Theophr. H. P. VIII, 4, atque inde Plinius 18, s. 12. Maius miraculum refert Scholiastes Euripidis ad Antig. vers. 1126, in Parnasso monte et in Euboea esse vitem, ἣ καθ' ἑκάστην ἡμέραν περὶ μὲν τὴν ἕω βότρυας φέρει, περὶ δὲ τὴν μεσημβρίαν ὄμφακας, ἐτρυγᾶτο δὲ πεπανθεῖσα περὶ τὴν ἑσπέραν. Idem refert Schol. Eurip. ad Phoenissas vers. 238, ubi recitat versus Sophoclis de vite Euboica, positos inter Fragmenta Brunckiana p. 619. Sine dubio miraculum poëtae auxerunt, quod interpretari licebit ex iis, quae de vite insana narrat Theophrastus C. P. I, cap. 11 et 22, atque inde Plinius XVI, c. 27: *Vites quidem et triferae sunt, quas ob id insanas vocant, quoniam in iis alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent.* De vite Lybica insana eadem narrat Aristot. Mirabil. c. 172.

Qui fere medios) Ita recte libri. Vulgatum *quem fere medius collis* ineptum est. Nam aër obtinet collem, non collis aërem. Deinceps *torretur* vulgato *torret* praetuli cum Vrsino et Pontedera.

Motibus) Addendum putaverim *torpet* aut simile verbum. Contra Gesnerus vulgatam interpretabantur: *qui perexigui sunt in plano ventorum motus, iidem in summis montibus saeviunt.* Quam equidem interpretationem nullo modo approbare possum; etsi ipse Gesnerus fatetur, summa montium altorum dici vulgo ventis immobilia; verum hic intelligi putat montes vulgares, nec cum Olympo aut Athone comparandos.

2 salsi. Haec quoque si deficiet,[a] et spes arctior aquae manantis coëgerit, vastae cisternae hominibus, piscinaeque pecoribus[b] instruantur, colligendae aquae tandem pluviali, quae salubritati corporis est accommodatissima. Sed ea sic habetur eximia, si fictilibus tubis in contectam[c] cisternam deducatur. huic proxima fluens aqua[d] e montibus oriunda, si[e] per saxa praeceps devolvitur, ut est in Guarceno Campaniae. tertia[f] putealis[g] collina, vel quae non infima valle
3 reperitur. deterrima palustris, quae pigro lapsu repit.[h] pestilens, quae in palude semper consistit. Hic idem tamen humor, quamvis nocentis naturae, temporibus [tamen[i]] hiemis edomitus imbribus mitescit: ex quo caelestis aqua maxime salubris intelligitur, quod

Cap. V. (a) Ita pro *deficient* I. B. R. Br. S. deinceps *artior* Br. (b) *pecori struantur: quae tamen pluvialis aqua salubritati corporis est accommodatissima* I. B. Br. R. L. S. (c) *contractam* L. deinde *deducitur* Br. et Sang. (d) *est* add. L. (e) *si* om I. B. Br. R. S. deinde *divolvitur* Br. (f) *Tertium* H. deinde *puteolis* Br. (g) Vulgo additum *vel* om. I. B. Br. R. L. S. (h) *repet* L. P. S. (i) Vulgo intersertum *tamen* omissum in Sang. inclusi. (k)

Cap. V. *Deficiet*) Ita vulgatum *deficient* corrigi iussit etiam Pontedera. — *Deficiet — pecoribus struantur. Quae tamen — accommodatissima. Sed ea sic*; ex Edd. pr. restituit Pontedera in Cur. post. Mihi locus nondum persanatus esse videtur.

Salubritati) Vt levissimas aquas pluviales iam olim Hippocrates commendaverat. In vocabulo *tandem* vitium latere arguit etiam lectionis varietas.

Fluens aqua) Vrsinus legi malebat *fluens, quae e montibus oriunda per saxa*. Recte! Atque ita voluisse scribi suspicor libros, qui omittunt *si* ante *per saxa*.

Vt est — Campaniae) Haec liber Sang. omittit. *In Gaurano* malebat cum viro docto Gesnerus. Gauranos montes Plinius III, sect. 9. Guarcenum nemo nominavit. Gauranos saltus habet Florus II, 6, 28. Gaurum montem nondum venditum fuisse Ciceronis aétate, cognosces ex Agr. II, 14. Nunc video, Abr. Gronovium emendationem Cluverii ex libro IV Italiae antiquae p. 1142, commemorare *Guarano* legentis; credo *Gaurano* voluisse. Gaurus mons medio itinere inter Puteolos et Lucrinum lacum paulum a mari remotus hodie *Monte Barbaro* vocatur, auctore Cluverio. Locus Plinii XIV, s. 8, *quidam ita distinguunt, summis collibus Gauranum gigni, mediis Faustianum; imis Falernum* huc non pertinet; nam ibi ex Cod. Chifflet. et duobus Hispanicis *Caucinum* recte corrigit Pintianus. Galenus apud Athenaeum I, p. 27,

etiam venenati liquoris eluit perniciem. sed hanc potui probatissimam diximus.[k] Caeterum ad aestatum[l] 4
temperandos calores et amoenitatem[m] locorum plurimum conferunt salientes rivi, quos, si conditio loci patietur, qualescumque, dummodo[n] dulces, utique[o] perducendos in villam censeo. Sin summotus longius a collibus erit amnis, et loci salubritas editiorque situs ripae permittet superponere villam profluenti,[p] cavendum tamen erit, ut a tergo potius, quam prae se flumen habeat, et ut aedificii frons aversa sit ab infestis eius regionis ventis, et amicissimis adversa; quum plerique amnes aestate vaporatis,[q] hieme frigidis nebulis caligent.[r] quae nisi vi maiore inspirantium ventorum submoventur, pecudibus hominibusque conferunt pestem. Optime autem salubribus, ut 5
dixi, locis ad orientem vel [ad] meridiem, gravibus ad septentrionem villa convertitur. eademque semper mare recte conspicit, quum pulsatur, ac fluctu respergitur; nunquam ex ripa, sed haud[s] paulum sub-

dixi I. B. R. Br. (l) Ita pro *aestuum* P. Goes. Sang. *aestivos* I. B. R. Br. (m) *amenitatem* I. B. R. Br. *amaenitatem* H. A. (n) *dum tamen* P. Sang. (o) *itaque* P. Sang. postea *ac collibus* Br. (p) *praefluenti* I. B. Br. R. Goes. (q) *voporantes* Lips. (r) *caligant* I. B. R. Br. Sang. (s) *haud* inseril Lips.

εὐγενὴς δὲ καὶ ὁ Καυκῖνος καὶ τῷ Φαλέρνῳ παρεμφερής; ibidemque Gauranum seorsum nominat.

Aestatum) Hoc vulgato *aestuum* praeferebat etiam Pontedera.

Quam prae se) Plinius XVIII, s. 6: *convenit nec iuxta paludes ponendam esse villam, neque adverso amne, quamquam Homerus omnino e flumine semper antelucanas auras insalubres verissime tradidit. Spectare in aestuosis locis septentrionem debet, meridiem in frigidis, in temperatis exortum aequinoxialem.* Varro I, 12, 2, cavet, ne adversus flumen villa ponatur.

Ad orientem) Cum Sangerm. *ad* post *vel* spurium censeo. Palladius I, 8, 3: *positio ipsius agri, qui eligendus est, ea sit; in frigidis provinciis orienti aut meridiano lateri ager debet esse oppositus, — in calidis vero provinciis pars potius septentrionis optanda est* etc.

Ac fluctu) Liber Sang. *o fluctu*. Ceterum hunc locum ita legi volebat Vrsinus: *Nonnunquam ex ripa paulum submota — nullo potius intervallo.* Sed recte sensum explicavit Gesnerus,

6 mota a littore. nam praestat a mari longo[t] potius intervallo, quam brevi refugisse; quia media sunt spatia gravioris halitus. Nec paludem quidem vicinam esse oportet aedificiis, nec iunctam militarem viam: quod illa caloribus noxium virus eructat, et infestis aculeis armata gignit animalia, quae in nos densissimis examinibus involant; tum etiam nantium[v] serpentiumque pestes,[x] hiberna destituta[y] uligine, coeno et fermentata colluvie vere natas[z] emittit, ex quibus saepe contrahuntur caeci morbi, quorum causas ne medici quidem perspicere queunt; sed et anni toto tempore situs atque humor instrumentum rusticum supellectilemque et inconditos conditosque fru-
7 ctus corrumpit: haec autem praetereuntium viatorum populationibus, et assiduis devertentium hospitiis in-

aut P. S. Deinceps *paullum* vulgatum ex Br. correxi. (t) *longo aut potius* Sang. (v) Ita pro *natricum* P. L. Sang. *natricium* I. B. R. Br. (x) *pestis* I. B. R. Br. (y) Ita pro *destitutas* I. B. R. Rr. (z) Vulgo *venenatas* I. B. R.

qui simul pro *sed* legi volebat *aut*, sed praestabat inserere *haud* eum libris scriptis.

Militarem viam) Alii tamen hac occasione invitati tabernas diversorias villae cauponesque servos adiungebant, ut ad Varronem demonstravi. Ceterum *vinctam* pro *iunctam* Brusch.

Vere natas) Vrsinus vulgatum *destitutas — venenatas* ita corrigi iussit. Egregie! Sed praeterea verbum *natricum* mutandum erat in *nantium*, quod fecimus. Vulgatum *destitutas* ferri non poterat, quia pestes natricum seu nantium serpentiumque non destituuntur in uligine hiberna; sed semina earum deposita in uligine hiberna; et postea destituta seu sibi relicta uligine exclusa in coeno et sole fermentata colluvie nascuntur. Ita infra II, 1, 3, *seu sponte seu casu destituta humus, quum est repetita cultu, magno foenore respondet*; ubi Goës. liber habet *derelicta*. Possis tamen etiam *pestes destitutas* defendere, sed tunc addendum est *in*. Denique inepte adiungitur *venenatas*; satis enim in peste intelligitur venenum. Veris mentionem desiderat non solum hiberna uligo, sed et sequentia verba *sed et anni toto tempore*. Natricum pestes non possunt separatim memorari: sequuntur enim serpentes, quorum vocabulo natrices comprehenduntur. Contra animalia nantia et serpentia in paludibus plura gignuntur, quae ad serpentum genus non pertinent, sed comprehenduntur numero insectorum reptiliumque.

Devertentium) Ita recte Sangerm. pro *divertentium* habet.

festat rem familiarem. propter[a] quae censco eiusmodi vitare incommoda, villamque nec in via nec[b] pestilenti loco, sed procul et editiore situ condere, sic[c] ut frons eius ad orientem aequinoctialem directa sit.
8 Nam eiusmodi positio medium temperatumque libramentum ventorum hiemalium et aestivorum tenet: quantoque fuerit aedificii[d] solum pronius orienti, tanto et aestate liberius capere perflatus, et hiemis procellis minus infestari, et matutino regelari ortu poterit, ut concreti rores liquescant: quoniam fere pestilens habetur, quod est remotum ac sinistrum soli et apricis flatibus; quibus si caret, nulla alia vis potest nocturnas pruinas, et quodcumque rubiginis aut spurcitiae resedit, siccare atque detergere. Haec autem quum hominibus afferant perniciem, tum et armentis et virentibus eorumque fructibus.[e] Sed quisquis aedificia[f]
9 volet in declivibus areis exstruere, semper ab inferiore parte auspicetur: quia quum ex depressiore[g] loco fuerint orsa fundamenta, non solum superficiem suam fa-

Br. *venena.* (a) *propterque* I. B. R. (b) *nec alio procul editiore situ* I. B. R. Br. *nec alia procul editiore situ* P. Sang. (c) *sic* inser. Goes. Sang. (d) *aedificiis* I. B. R. (e) *fragibus* I. B. R. Br. *afferunt* — *tunc ex* — *fructibus* Sang. (f) *aedificare* P. Sang. (g) *pressiore* P. Sang. (h) *et* om. P. Sang.

Nec pestilenti) Pontedera ex vestigiis variae lectionis librorum legi malebat: *nec in via, sed alio procul editiore situ condere, sic ut*; quod equidem probaverim. Palladius I, 8: *ipsius praetorii situs sit loco aliquatenus erectiore et sicciore, quam caetera, et propter iniuriam fundamentorum et ut laeto fruatur adspectu — sed totus fabricae tractus unius lateris longitudine, in quo frons erit, meridianam partem respiciat, in primo angulo excipiens ortum solis hiberni, et paululum ab occidente avertatur hiemali.*

Aedificii solum) Inepte Vrsinus legi volebat *aedificium soli*, recte improbante Heinsio ad Ovidii Fastos I, 409. Deinceps *regelari* — *liquescant*: *quom fere* Brusch. habet.

Exstruere) Bruschiana *estruere* et sect. 10 *estructum*; eadem *incumbent* — *propriam mollem* — *astruitur* habet.

A superiori parte) Ratio et auctoritas librorum ita scribere iussit pro *ad superiorem partem*. Ita facere iussit etiam Pontedera.

cile sustinebunt, sed et[h] pro fultura et substructione[i] fungentur, adversus ea, quae mox, si forte villam prolatare libuerit, ab superiore[k] parte applicabuntur: quippe ab imo praestructa valenter resistent contra ea, quae postmodum superposita incumbent.[l] at[m] si summa pars clivi fundata propriam[n] molem susceperit, quidquid ab inferiore mox apposueris, fissum erit rimosumque. Nam[o] quum veteri adstruitur[p] recens aedificium, quasi surgenti reluctans oneri cedit; et quod prius exstructum[q] imminebit cedenti, paulatim[r] degravatum[s] pondere suo praeceps attrahetur. Igitur id structurae vitium, quum primum statim[t] fundamenta iaciuntur, evitandum[v] est.

esse praefultura Lips. (i) Polit. lectio dubia inter *substrictione substractione* et *substructione*. I. B. R. Br. *substrutione*. (k) Vulgo ad *superiorem partem*. Sang. *ab superiore parte*. Goes. *de sup. parte* (l) *incumbant* P. Sang. *postmodum* om. Sang. (m) *Ad* P. Sang. (n) *propria* H. A. (o) Vulgo interpositum *novum* om. I. B. R. Br. *tum cum* P. L. Sang. (p) Vulgo intersertum *rimosoque* om. Lips. *rimosumque* habet, P. Sang. (q) *est* add. Lips. (r) Ita pro *paullatimque* I. B. R. Br. L. S. I. I. H. A. (s) *degrabatum* P. (t) *statum* I. B. R. Br. (v) *evitandus* I. B. Lips. Br.

Pro fultura) Malim cum Lips. *praefultura — fungentur*, i. e. vicem praefulturae praestabunt. In vulgata deest vocabulum aliquod: *pro fultura — fungentur* quanam re? Vulgatum tamen *fultura* tuetur locus Plinii X, 48, de theatro rimis discedente et hiante: *nam fulturae ac substructiones, quibus subinde suscipitur, non tam firmae mihi quam sumptuosae videntur.*

Nam quum veteri) Ita recte annuentibus etiam libris scriptis locum antea vitiosum et inepte verbis abundantem emendavit Pontedera. Legebatur enim: *nam novum cum veteri adstruitur, rimosoque recens aedificium.* Recens et novum aedificium idem est; deinde rimoso nemo sanus adstruet. Sed rimosum fit statim quod superiori adstruitur ab inferiore parte Nam ita fundamenta superioris convelluntur in exstruendo; superius autem aedificium urget inferius, atque ita fit inferius rimosum, et simul superius pondere suo depressum, convulsis scilicet antea fundamentis, in communem trahitur ruinam. Atque ita habes rationem, cur deinceps vulgatam *surgenti oneri — paulatimque* cum Vrsino mutaverim. *Surgenti* damnavit etiam Gesnerus; nam novum aedificium cedit veteri et superiori, quod adeo non surgit tunc primum, sed *urget* inferius. Deinde idem Vrsinus malebat *trahetur*; Gesner etiam *cedet*.

VI. Modus autem membrorumque[a] numerus apte-
tur universo consepto, et dividatur in tres partes,
urbanam, rusticam et fructuariam. Vrbana rursus in
hiberna[b] et aestiva sic digeratur, ut spectent hiema-
lis temporis cubicula brumalem orientem: coenatio-
nes, aequinoctialem[c] occidentem. Rursus aestiva 2
cubicula[d] spectent meridiem aequinoctialem, sed coe-
nationes eiusdem temporis prospectent[e] hibernum
orientem. Balnearia occidenti[f] aestivo advertantur,
ut sint post meridiem et usque in vesperum illustria.
Ambulationes meridiano aequinoctiali subiectae sint,

Cap. VI. (a) *membrorumque* Br. hic et alibi. Deinceps *rusticam fruct.* om. et P. Sang. (b) *hibernacula* I. B. Br. R. S. *hiberna* etiam L. (c) *aequinoctialem* P. (d) *cubilia* I. B. R. (e) *prospectant* P. (f) *occidentia* I. B. Br.

Cap. VI. *Vrbanam*) Vitruvio *pseudourbanam* VI, 6, Palladio aliisque *Praetorium* dici, monet Gesner.

Balnearia) Didymus II, 3, Geopon. balnearia opponi iubet occasui hiberno aut meridiei. Is igitur consulere videtur, ut hieme post meridiem sint illustria.

Ambulationes) Vide ad Varronem III, 5, 9. Xystos intelligit.

Meridiano aequinoctiali) Appellationem inusitatam, rationi certe adversam pronuntiat Gesner, quum auctore Plinio, *meridies semper sit idem*; et Apuleius de mundo p. 62, ex Favorino: *Quatuor mundi plagas imparem numerum habere ventorum, eo quod ortus et occasus mutantur tertia vice cum solis accessu, meridies et arctos iisdem semper regionibus notatae.* Idem tamen Gesnerus monet, Columellam VIII, 8, 2, et IX, 5, 1, similiter *hibernum* et *brumalem meridiem* commemorare. Itaque ad analogiam quandam confugit, qua usum Columellam censet meridiem aequinoctialem dixisse ipsum cardinem, nusquam ad orientem, neque ad occidentem declinantem; ut oriens aequinoctialis sit ipse decumanus limes nihil vel ad septentrionem, vel ad meridiem inflexus. De ipsa appellatione miror Gesnerum dubitasse; ecce enim Cleomedes de Meteoris libro II, p. 75, πάλιν τε κατὰ τὴν ἰσημερινὴν μεσημβρίαν πάντα περιφωτίζεται τὰ ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ ἄμφοδα — ὅθεν ἀνατέλλων μὲν ἐν ἰσημερίᾳ ὁ ἥλιος καὶ ἄσκια ποιῶν τὰ πρὸς αὐτὸν ὁρῶντα τῷ πλάτει τῆς οἰκουμένης ἔχει τὴν διάμετρον συμπαρεκτεταμένην, μεσουρανήσας δὲ καὶ πάντα περιφωτίσας τὰ ἄμφοδα, τῷ μήκει. Sicut igitur Cleomedes aequinoctialem meridiem nominavit, ut diametrum solis longitudini terrae aequalem esse demonstraret, ita Columella eundem meridiem appellavit, iustam dimidiati coeli seu zodiaci mensuram cursusque solaris significaturus. Ceterum ut ambulationes hieme plurimum solis, aestate vero minimam reciperent, artificio hoc effectum fuisse putabat Gesner, ut porticus tectum haberet ita incli-

natum, ut radii solis directi humum atque solum porticus ferirent, quamdiu sol non ultra 20 gradus supra finitorem seu horizontem elatus fuerit; quum primum autem ille superavisset illud spatium, a tecto intercepti arcerentur radii, et in umbra versari, qui vellent sub tecto possent. Denique villam ad formam, a Columella definitam, non quadrata aliquo consepto continuaque aedificatione conclusam fuisse censebat, sed vel circulari forma opus fuisse vel octangula, aut certe in plures quasi aediculas et lacinias dispersam fuisse, quae porticibus et ambulationibus coniunctae essent. Eandem etiam observationem de Plinii iunioris villis valere. Addo στοῶν πρὸς μεσημβρίαν τετραμμένων mentionem factam a Cleomede II, p. 75. — De ordinatione partium urbanarum quaedam etiam Palladius I, 9 et 12. Varro I, 12, villam ad exortus aequinoctiales positam censet aptissimam, quod aestate habeat umbram, hieme solem. Sed is in parte urbana lacunosus accuratius situm et partes rusticam et fructuariam describit I, 13. Nisi forte dicas contemsisse Varronem villas urbanas temporis sui ut nimis luxuriosas. Obiter enim I, 13, sect. 6, taxat eas: *hi laborant ut spectent sua aestiva triclinaria ad frigus orientis, hiberna ad solem occidentem:* In parte rustica duas cohortes instruit sect. 3, *una ut interius compluvium habeat lacum, ubi aqua saliat, quae intra stylobatas quum venit, sit semipiscina:* Ad quem locum quae fuerunt adnotata, egent aliqua correctione. Primum enim *fit* legendum censeo. Deinde *lacum* mutari velim *in locum* contra ac factum est in libris, ubi cohors exterior memoratur. Aqua enim non in lacu cohortis saliabat, sed in lacum redundabat. Aquam salientem interpretatus sum decurrentem, haud scio an male. Aquam enim in villa Varro I, 11, 2, vult esse eam, aut quae ibi sit nata, hoc est salientem, aut quae influat perennis, aut si omnino viva desit aqua, cisternas fieri iubet sub tectis seu tectas, et lacus sub dio, ea altero loco (cisternis) ut homines, ea altero (lacu) ut pecus uti possit. Vides igitur lacum esse, in quem redundat aqua vel saliens vel influens, et quo pecora utuntur. Falso igitur aqua in lacu salire dicitur, et rectius compluvium, id est, area tectis rusticarum partium undique clausa, dicetur habere locum, in quo saliat aqua, unde redundans usque ad stylobatas (areae seu cohortis porticu, ut stylobatarum mentio docet, clausae) semipiscinam efficiat ad pecoris usum. Semipiscina cur dicatur, mirari nondum desii. Verum causa forte latet in lectione Edd. primarum, quae cum Codice Polit. *interdiu* dant, ubi Aldum sequuti Editores *interius* posuerunt. Aldus fortasse motus est forma inusitata vocabuli pro *interdiu* positi, ut mutare id auderet pro more suo. Quod si aqua interdiu tantum saliebat in compluvii loco aliquo et redundans speciem piscinae seu lacus efficiebat, contra noctu paulatim in alteram cohortem educta deficiebat (quod suadet Varro sect. 4), recte semipiscinam dicere potuit Varro. Atque omnino aequum erat, ut aqua in lacus speciem redundans deinde noctu educeretur, postquam non solum boves, sed anseres etiam, porci et sues ibi biberant et se perfuderant, quod ait Varro; impuram enim et stagnantem aquam altero die noluit Varro a bubus at reliquo pecore ingeri. Totus igitur Varronis locus ita legi debebat: *una, ut interdius compluvium habeat locum, ubi aqua saliat, quae intra stylobatas quum venit, fit*

ut[g] hieme plurimum solis et aestate minimum recipiant. At[h] in rustica parte magna et alta culina po- 3

deioceps *inlustria* Br. (g) *ut et hieme* I. B. R. *ut et hiems* P. (h) *Ad* P. (i) *ponatur* I. (k) *et* deest I. B. R. *continuatio* L. (l) *omnes* I. B. Br. R.

semipiscina. — Et sic locum correxi. *T.*

Columella villae rusticae cubicula in hiberna et aestiva distinguit, eaque ut coenationes et balnea diverso solis occasui vel ortui vel meridiei opponit. Vrbanae etiam parti ambulationes adiungit, tectas sine dubio in morem graecarum παστάδων seu porticuum, quoniam oppositas aequinoctiali meridiano aestate minimum solis recipere ait. Modum et divisionem singulorum membrorum cum totius villae urbanae forma, huic divisioni apta, egregie in Tusculano et Laurentino suo descripsit Plinius iunior; quae post Gallum Felibianum egregio commentario cum pictura illustravit gemino libello Lipsiae anno 1760 et 1763 edito Frid. Aug. Krubsacius, architectus Dresdensis, unde melius aedificiorum formam et directionem lectores cognoscent, quam ex Gesneri et Dicksoni suspicionibus, quas annotavi ad h. l. (pag. seq.) antequam libellos Krubsacii cognoveram. Pauca nunc addam de Graeca ratione, propter locum Xenophontis Mem. III, 8, positum in annotatione ad Columellam p. 38 (vid. infra in altero latere. *T.*). Idem ille Xenophon in loco Oecon. IX, 4, quem ex parte transtulit cum Cicerone Columella XII, 2, 2, sic de cubiculis tradit: Καὶ διαιτητήρια τοῖς ἀνθρώποις τοῦ μὲν θέρους ἔχειν ψυχεινὰ, τοῦ δὲ χειμῶνος ἀλεεινὰ, καὶ σύμπασαν τὴν οἰκίαν, ὅτι πρὸς μεσημβρίαν ἀναπέπταται. ὥστε εὔδηλον εἶναι, ὅτι χειμῶνος μὲν εὐήλιός ἐστι, τοῦ δὲ θέρους εὔσκιος. Ἔδειξα δὲ καὶ τὴν γυναικωνῖτιν αὐτῇ θύραν βαλανειῷ ὡρισμένην ἀπὸ τῆς ἀνδρωνίτιδος, ἵνα μήτε ἐκφέρηται ἔνδοθεν ὅ τι μὴ δεῖ, μήτε τεκνοποιῶνται οἱ οἰκέται ἄνευ τῆς ἡμετέρας γνώμης. οἱ μὲν γὰρ χρηστοὶ παιδοποιησάμενοι εὐνούστεροι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, οἱ δὲ πονηροὶ συζυγέντες εὐπορώτεροι πρὸς τὸ κακουργεῖν γίγνονται. Postremam partem repetiit Aristoteles, cuius locum comparavi cum simili praecepto Varronis I, 17, p. 300. Deinde annotabis, in Xenophontis loco cubilia servorum servarumque intermedio balineo seiungi, quo facilius clandestina connubia caverentur servorum. Denique situm domus contra meridiem generatim poni, nec satis apparere, qua partium descriptione effectum fuerit, ut hieme solem reciperet, aestate excluderet. Sed Aristoteles Oecon. I, accuratius modum docet his verbis: καὶ πρὸς εὐημερίαν δὲ καὶ πρὸς ὑγίειαν δεῖ εἶναι εὔπνουν (τὴν οἰκίαν) μὲν τοῦ θέρους, εὐήλιον δὲ τοῦ χειμῶνος. εἴη δ' ἂν ἡ τοιαύτη κατάβοῤῥος οὖσα καὶ μὴ ἰσοπλατής; ubi pessime versio latina cum Budaeo et H. Stephano habet: *ut Aquilonem spectet et non aequali latitudine.* Nam boreae adversus locus graece πρόσβοῤῥος dicitur. Deinde ratio ipsa vincit in Aristotele eum situm requiri ad usum geminum, una cum angulosa domus inaequalis latitudinis positione.

Vt hieme) Comparavit iam olim Nicol. Loensis Miscell. Epiphyllid. IV, 24 locum Xenophontis Memorabil. III, 8, quem ponam: ἡδὺ μὲν θέρους ψυχεινὴν ἔχειν, ἡδὺ δὲ χειμῶνος

netur,[l] ut et[*] contignatio careat incendii periculo, et in ea commode familiares omni[l] tempore anni morari queant. Optime solutis servis cellae[m] meridiem aequinoctialem spectantes fient: vinctis quam saluberrimum subterraneum ergastulum,[n] plurimis idque[o] angustis illustratum fenestris, atque a terra sic editis,
4 ne manu contingi possint. Pecudibus fient[p] stabula, quae neque frigore neque calore infestentur. Domitis

S. (m) *caellae* I. L. A. (n) *ergastulum, plurimis sitque* a. V. *sicque* Gr. (o) *sitque id* vulgatum ex Codice Vrsini correxit Gesner. (p) *fient* om. I.

ἀλεεινήν. οὐκοῦν ἐν ταῖς πρὸς μεσημβρίαν βλεπούσαις οἰκίαις τοῦ μὲν χειμῶνος ὁ ἥλιος εἰς τὰς παστάδας ὑπολάμπει, τοῦ δὲ θέρους ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν στεγῶν πορευόμενος σκιὰν παρέχει. οὐκοῦν οἰκοδομεῖν δεῖ ὑψηλότερα μὲν τὰ πρὸς μεσημβρίαν, ἵνα ὁ χειμερινὸς ἥλιος μὴ ἀποκλείηται, χθαμαλώτερα δὲ τὰ πρὸς ἄρκτον, ἵνα οἱ ψυχροὶ μὴ ἐμπίπτωσιν ἄνεμοι. Sunt igitur *παστάδες*, seu, ut alii libri habent, *παραστάδες*, quae hieme solem admittunt, aestate excludunt, eadem quae Columellae ambulationes dicuntur meridiano aequinoctiali subiectae, ut hieme plurimum solis et aestate minimum recipiant. Xenophon igitur domum meridiei opponere ea de causa iubet; quam rationem respicit Didymus Geoponic. II, 3: τινὲς δὲ καὶ πρὸς μεσημβρίαν συμβουλεύουσι τὰς οἰκήσεις ποιεῖσθαι, ἅτε δὴ τὸν ἥλιον ἐπὶ πλεῖστον ἐχούσας. ubi manifesto multa desunt, quibus rationes eius situs explicabantur. Fortasse tamen recte habet locus, quia aestiva et hibernacula nulla distinxit Didymus. Igitur, ut austrum humidum inconstantem et insalubrem vitaret, orienti villae frontem opponere iubet. Ex locis Columellae et Palladii colligit Dickson I, p. 37 villam fuisse hanc quadrato consepto conclusam, vacuo intermedio spatio relicto; huius septi quadrati angulis fuisse additas aediculas, quae facillime ita dirigi potuerint in dictas coeli regiones. Atque ita explicandas etiam ait esse descriptiones, a Plinio iuniore positas.

Incendii periculo) Carebant enim aedificia et graeca et romana canali cementitio, qui fumum educeret, docente Cel. Bekmanno Histor. Invent. Vol. II, p. 405. Hinc apud Horatium Serm. I, 5, 72: *sedulus hospes paene arsit, macros dum turdos versat in igne; nam vaga per veterem dilapso flamma culinam Vulcano summam properabat lambere tectum.* Foramen tecti emittebat fumum, operculo claudendum, quod Graeci *κάπνην*, operculum *πηλίαν* vocabant; foramen eiusmodi furnorum, ubi hordeum torrebant, *καπνοδόν* dictum annotavit Hesychius.

Subterraneum) Hinc *in puteum* servos condere est apud Plautum Aulul. II, 5, 21, quem recte interpretatur Turnebus VI, 24.

Plurimis idque) Victorius dedit. *pl. sicque id.* Tromb. Codex *plurimis et iis.* Caesen. *plurimisque sit: et id.* Pontedera *ergastulum plurimis sit, et id.* Trombelliani libri lectionem praefert Pontedera in Curis post.

armentis duplicia bubilia[q] sint, hiberna[r] atque aestiva. caeteris autem pecoribus, quae intra villam esse convenit, ex parte tecta loca, ex parte sub dio[s] parietibus altis circumsepta, ut illic[t] per hiemem, hic per aestatem sine violentia ferarum conquiescant. Sed omnia[v] stabula sic ordinentur, ne quis humor influere possit: et ut quisque ibi conceptus[x] fuerit, quam celerrime dilabatur, ut nec fundamenta parietum corrumpantur, nec ungulae pecudum. Lata bubilia[y] esse

B. Br. R. Sang. *fiant* A. Iunt. H. (q) *bubula* I. B. Br. R. L. Sang. *bubila* ex Sang. annot. Gronov. (r) *hibernacula* Goes. (s) *divo* P. S. (t) *illis* P. *ne ille* Lips. (v) *ampla* P. Sang. (x) *contentus* Lips. Paulo antea post *quisque* additum cum commate *qui* cum Br. et Sang. omisi. (y) *bubulia*

Duplicia) Vide paulo post annotationem nostram et positum ibi locum Vitruvii, qui de equilibus singulatim ita: *Equilia quam maxime in villa, ubi loca calidissima fuerint, constituantur; dum ne ad focum spectent; quum enim iumenta proxime ignem stabulantur, horrida fiunt.* Contra idem boves stabulari contra culinam vult. Vide ad Palladium I, 21.

Sub dio) Vide infra ad VII, 3, 8, ubi de stabulis ovium docet.

Quisque ibi) Vulgatam *quisque qui ibi* Gesnerus tentabat legendo: *utque is qui*. Nos Brusch. et librum Sang. sequimur reiecta Aldi correctione. — *Qui* post *quisque* additum vulgo cum Edd. pr. et Codd. damnat etiam Pontedera in Curis post.

Lata bubilia) Diversa a stabulis, quod arguit sect. 4: docet locus Varronis I, 13: *in villa facienda stabula, ita, ut bubilia sint ibi, quae hieme possint esse caldiora.* Manifestius etiam Palladius I, 21: *Octo pedes ad spatium standi singulis boum paribus abundant, et in porrectione XV.* Quae ille duxit ex Vitruvio VI, 9: *bubilium autem debent esse latitudines nec minores pedum denum, nec maiores quindecim; longitudo, uti singula iuga ne minus occupent pedes septenos.* Singula igitur boum iuga stabant in stabulorum bubilibus, ut recte etiam monuit Dickson II, p. 437. Quod quum non animadvertisset Pontedera, nec meminisset soli bubulo pecori duplicia bubilia parari, corrigere ausus est: *domitis armentis duplicia bubulo sint hibernacula atque aestiva.* Sed soli iuvenci feri ad aratrum domabantur, non equi; igitur armenta domita solos boves comprehendunt. Deinde vir doctus malebat legi: *lata cubilia*, ut est in Lips. libro; nam tam parva bubilia neminem facere censebat. Verum male coniunxit stabula bubilia, quum sint stabulorum bubilia, i. e. stationes, ubi paria boum stant in stabulis. Denique idem Palladii (potius Vitruvii, qui forte ex Varronis libro de Architectura duxerat) pedes XV ad boum binorum bubilia, Columellae mensuram ad singulorum cubilia referebat. Mihi quidem pari boum bubilia parasse Columella vi-

oportebit pedes decem vel minime novem: quae mensura et ad procumbendum pecori et iugario[z] ad circumeundum laxa ministeria praebeat. Non altius edita esse praesepia convenit,[a] quam ut bos aut iumentum sine incommodo stans vesci possit. Villico[b] iuxta ianuam fiat habitatio, ut intrantium exeuntiumque conspectum
7 habeat. Procuratori supra ianuam ob easdem causas: et is tamen villicum observet ex vicino; sitque utrique proximum horreum, quo conferatur omne[c] rusticum instrumentum; et intra id[d] ipsum clausus locus, quo ferramen-
8 ta condantur.[e] Bubulcis pastoribusque cellae ponantur iuxta sua pecora, ut ad eorum curam sit opportunus[f] excursus. Omnes tamen quam proxime alter ab altero debent[g] habitare, ne villici[h] diversas partes circumeuntis sedulitas distendatur, et ut inter se diligentiae
9 et negligentiae[i] cuiusque testes sint.[k] Pars autem fru-

P. *cubilia* Lips. (z) *adiugario* P. (a) *conveniet* I. B. Br. R. Sang. deinceps pro *stans* Goes. P. Sang. *status*. (b) *Vilico* P. (c) *omne* om. I. B. Br. R. *rusticum omne* Sang. (d) *ad* G. Gr. (e) *recondantur* Goes. Sang. (f) *oportunus* I. B. Br. R. H. (g) *debet* P. (h) *vilici* P. deinceps *partis* Br. *circuenti* Sang. (i) *negleg.* P. (k) *de divisione membrorum villae, et primum*

delur, quoniam deinceps iugarii, non simpliciler bubulci meminil. Latitudinem eandem Vitruvius posuit, cuius locum pervertit Palladius lalitudine mutata in porreclionem, et longitudine seplem pedum mutata in latiludinem octonorum pedum nimis anguslam. Ceterum Brusch. eliam hic *lata bubula* habel. In caprilibus el ovilibus Vitruvius pecudibus singulis areae pedes quatuor cum dimidio vel sex assignavil, unde ralio Palladii de bubilibus falsi arguitur. Idem ibidem: *Item non sunt inutilia praesepia, quae collocantur extra culinam in aperto contra orientem; quum enim in hyeme anni sereno coelo in ea traducuntur, matutino boves ad solem pabulum capientes, fiunt nitidiores.*

Minime) Vrsinus malebal *minimum*.

Aut iumentum) Sc. aliud. Sic VI, 49, 1, *iumenta boveque curentur.* Ila ex Bodaeo ad Theophr. H. P. III, 16 annotavil Schoettgen. Sed iumenla el armenta distinxil eliam VI Praef. 3. Scilicel iumenta sunl equi, armenta boves, quod boves soli aratro iungebanlur, non item equi, qui curribus iungebanlur.

Procuratori) In familia urbana rationes impensarum ducebat, in alrio fere habitans. Vide ad Petronii c. 30. Rusticum nominat eliam Plinius III, 49, *sub eodem procuratore ac paene iisdem actoribus habere.*

ctuaria dividitur in cellam[l] oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam,[m] foenilia paleariaque et apothecas et horrea, ut ex iis[n] quae sunt in plano, custodiam recipiant humidarum rerum tanquam vini aut olei venalium; siccae autem res[o] congerantur tabulatis, ut frumenta, foenum, frondes, paleae, caeteraque pabula. Sed granaria, ut dixi, scalis adeantur, et modicis fenestellis[p] aquilonibus inspirentur. nam ea caeli positio maxime frigida et minime humida est; quae utraque perennitatem conditis frumentis afferunt. Eadem ratio est (quae) in plano sitae vinariae cellae, quae submota procul esse debet a balineis, furno,

de granariis Cap. VII. Iunt. (l) *caellam* A. Iunt. hic et paulo post. (m) *defructuariam* I. Br. *defructariam* B. R. (n) *his* Br. (o) *res* om. I. B. Br. R. *congeruntur* Sang. (p) *fenestrellis* I. B. R. *fenestrelis* Br. Secl. sequ.

Vt dixi scalis) Locum non reperit Pontedera; Gesnero tabulati mentio praecedens sufficiebat. De re ipsa Varro I, 55: *triticum condi oportet in granaria sublimia, quae perflentur vento ab exortu ac septentrionum regione, ad quae nulla aura humida ex propinquis locis adspiret.* Plinius XVIII, sect. 73: *horrea operose tripedali crassitudine pariete lateritio exaedificari iubent aliqui; praeterea superne impleri, nec afflatus admittere, aut fenestras habere ullas, alii ab exortu tantum aestivo aut septentrione.*

Eadem ratio est quae) Ne nimis absurde a granario ad villam vinariam transiliret Columella, inserui voculam, quam excidisse putabam. Quae enim de cella vinaria hic, eadem alibi de granario traduntur. Varro: *ad quae aura nulla humida ex propinquis locis aspiret.* Ita etiam Geoponica II, 27, μὴ ἐχέτω δὲ νοτίδα ἢ δυσωδίαν τινὰ ἢ ἀναθυμίασιν αὐδῆ, μάλιστα δὲ ἱπποστασίων καὶ τῶν τοιούτων, καὶ πάσης θέρμης πόῤῥω ἔστω. De positione ita Vitruvius VI, 9: *Granaria sublimata et ad septentrionem aut aquilonem spectantia disponantur. Ita enim frumenta non poterunt cito concalescere, sed afflatu refrigerata diu servantur. Namque caeterae regiones procreant curculionem et reliquas bestiolas, quae frumentis solent nocere.* Qui vulgatam lectionem defendere et supplemento nostro carere malit, possit uti simili loco Palladii I, 19, ubi a cellae vinariae descriptione transit ad horrea his verbis: *Sicut horreorum quamvis* etc: ubi equidem ex Vincentio et Crescentio posui *Situs*

Balineis) Ita recte liber Sang. pro *balneis.* Palladius I, 18, cellam vinariam septentrioni debemus habere *oppositam frigidam vel obscurae proximam, longe a balneis, stabulis, furno, sterquiliniis, cisternis, aquis et caeteris odoris horrendi.* Is igitur hoc in loco etiam *stabulis* insertum legisse videtur, et approbat lectionem Edd.

sterquilinio,[q] reliquisque immunditiis[r] tetrum odorem spirantibus: nec minus a cisternis aquisque salientibus, quibus[s] extrahitur humor, qui vinum cor-
12 rumpit. Neque me praeterit, sedem frumentis optimam quibusdam videri horreum camara[t] contectum, cuius solum terrenum prius quam consternatur,[v] perfossum et amurca[x] recenti non salsa madefactum, velut
13 Signinum opus pilis[y] condensatur.[z] Tum deinde quum exaruit, simili modo pavimenta testacea,[a] quae pro aqua receperint amurcam[b] mixta calci et arenae, supersternuntur, et magna vi paviculis inculcantur atque expoliuntur, omnesque parietum et soli iuncturae testaceis pulvinis fibulantur. quoniam[c] fere quum in[d] his partibus aedificia rimas egerunt, cava praebent et latebra subterraneis animalibus. Sed et lacubus

quae addidi de meo; postea *summota* Br. (q) *stercuilino* P. *sterquiliniis* I. B. R. Br. *balineis* — *stercilino* S. Vulgo *balneis*. (r) *immundiciis* Br. I. I. II. A. (s) Vulgo *ex quibus qui extr. humor vinum cor.* sed *ex* om. I. B. R. Br. S. *quibus extrahitur humor qui* I. B. R. Br. L. Goes. Sang. (t) Ita P. et S. teste Heinsio ad Petr. c 30. quam formam probat etiam Burm. ibid. et ad cap. 40. Vulgo *camera*. (v) *construatur* L. (x) *amurga* P. L. (y) Ita I. B. R. Br. L. Goes. Sang. Vulgo *paviculis*. (z) *condensantur* I. I. (a) *testacia* P. *testatia* I. B. R. Br. (b) *amurgam* P. L. Goes. Sang. et ita fere semper. *amurcham* I. B. R. Deinceps *mixta* S. dedit pro *mistam harenae* Br. (c) Ita P. Goes. Sang. Ambr. Tromb. probante Pont. Vulgo *Nam* Lips. *cum fere in his part.* (*d*) *in* addidi ex P. Goes. Sang. ex Ambr. Polit. probat

optimarum, ubi exstat *sterquiliniis*. Sed idem I, 19: *Situs horreorum quamvis ipsam septentrionis desideret partem, et superior et longe ab omni humore* (*odore* Pol. et Cresc.) *et laetamine et stabulis ponendus est, frigidus ventosus et siccus*.

(*Quibus qui*) In Sang. esse *quibus qui* — *humor qui vinum* separatim testatus est Gronovius.

Testacea) Geoponica: καὶ τὴν ὀστρακοκονίαν τὴν ἐπὶ τοῦ ἐδάφους χριομένην τῷ οὔρῳ βρέχουσι. Aliter solum praeparat Palladius I, 19, et quidem viliori pretio.

Iuncturae pulvinis) Pulvinos hos toros seu partes cylindrorum, in longitudinem quadrifariam sectorum, quae inclusae in parietibus et solo rimas prohibeant, interpretatur Gesner. Equidem iuncturas intelligo trabium et partes ligneas horrei, quae superfuso testacco opere conteguntur, ne fatiscentes rimas agant et cubilia praebeant vermibus.

Lacubus) Palladius: *tunc divisas*

distinguuntur[e] granaria, ut separatim[f] quaeque legumina ponantur. Parietes oblinuntur[g] amurca subacto 13
luto, cui[h] pro paleis admista[i] sunt arida oleastri, vel si ea non sunt, oleae folia. Deinde[k] quum praedictum tectorium inaruit, rursus amurca[l] respergitur, qua siccata frumentum infertur. Ea res ab[m] noxa curcu- 14
lionum et similium animalium commodissime videtur conditas fruges defendere; quae nisi diligenter repositae sint, celeriter ab eis consumuntur. Sed id genus horrei, quod scripsimus, nisi [sit[n] in] sicca positione

etiam Pont. qui ex suo libro *egerint* annotavit. (e) *distinguntur* I. I. II. A. G. *lacibus* Sang. Br. (f) *separatim* L. (g) *obliniuntur* I. B. R. Br. P. Lips. (h) *quo* P. *quoi* suprascripto *cui* Sang. (i) *admixta* I. B. R. Br. (k) *dein* P. Sang. (l) *amurga* P. (m) *obnoxiam gurgulionum* I. B. R. *noxia* Goes. Sang. *obnoxia* Br. deinde *celeriter ab his* Br. (n) *sit in* om. I. B. Br. R. L.

cellas, si magnus sperabitur seminum modus, grano cuique tribuemus et si terrae pauperies minora promittit, vel craticiis podiis erunt discernenda granaria. Sed non sola legumina, sed et frumenta distinguenda sunt; quare excidisse puto *frumenta et*.

Quaeque legumina) De seminibus olerum Theophrast. C. P. I, 6: διὰ τοῦτο ἐν ὑπερῴοις τιθέασι καὶ κρεμαννύουσιν ἐν καψακίοις καὶ οὔτε ῥαίνουσιν οὐθ' ὕδωρ ὅλως ἐσφέρουσιν εἰς τὰ οἰκήματα.

Parietes) Palladius: *cui aridi oleastri vel olivae folia pro paleis adiiciuntur*; ubi recte Vincentius solus habet *arida*. Cato cap. 92 omnem granarii curam his absolvit: *frumento ne noceat curculio neu mures tangant, lutum de amurca facito, palearum paulum addito, sinito macerescant bene et subigito bene, eo granarium oblinito crasso luto, postea conspergito amurca omne quod lutaveris. Vbi aruit, eo frumentum refrigeratum condito, curculio non nocebit.* Pro paleis pilos luto admiscent Geoponica l. c.

Ea res) Palladius: *haec res gurgulionibus et ceteris noxiis animalibus inimica est.* Varro parietes et solum opere tectorio marmorato loricat: si minus, ex argilla misto acere e frumento et amurca; atque id facere ait grana solidiora ac firmiora nec pati murem vermemve esse. Plinius sine calce construi iubet horrea, quia ea sit frumento inimicissima. Theophrastus etiam H. P. VIII, 10, ἀποθήκας κονιατοὺς memorat, et quale discrimen habeant ad frumentum servandum; sed locus est mendosus. Manifestius tamen sententia eius cognoscitur ex libro de causis Pl. IV, 17, ubi ait, calcem calorem conceptum nimis diu servare.

Scripsimus) Brouck. malebat *descripsimus*. Deinceps verba *sit in* libri optimi omittunt, recte puto.

Sit in) Haec cum Polit. et suo Codice damnat, deinde scripturam Edd pr. *possit* — *servare* defendit Pontedera, referens ad *id genus horrei*.

villae, quamvis granum robustissimum corrumpit situ: qui si nullus adsit, possunt [o] etiam defossa frumenta servari, sicut transmarinis quibusdam provinciis, ubi puteorum in modum, quos appellant [p] siros, exhau-
16 sta humus, editos a se fructus recipit. Sed nos in nostris regionibus, quae redundant uligine, magis illam positionem pensilis horrei, et hanc curam pavimentorum et parietum probamus. quoniam, [q] ut retuli, sic emunita sola et latera horreorum prohibent curculionem. [r] quod genus exitii quum incidit, multi opinantur arceri posse, si exesae fruges in horreo ven-
17 tilentur, et quasi refrigerentur. [s] id autem falsissimum

Sang. (o) *possit* iidem libri. et deinceps *servare*. (p) *apellant* I. B. Br. R. (q) *quom* Br. deinceps. *rettuli* a. V. et Pol. (r) *gurgul.* I. B. Br. R. (s)

Mihi vero non recte in eo horrei vel granarii genere, etsi subterraneo, grana seu frumenta *defossa* dici videntur; quod verbum melius siris convenit.

Situ) Plane, ut Itali hodieque mucorem huiusmodi sirorum vocant *Sito di buca*, teste Tozzetti p. 153.

Possunt) Quum libri optimi constanter *possit servare*, malim *possis servare* legi.

Siros) De quibus ad Varron. I, 57, 2. Bruschiana *syros* habet.

Nostris) Et tamen hodieque in multis Tusciae locis ita servant in siris, quos *buche* vocant, etsi solum fere siccivis eligunt, *tufo* vocant. Vel sic situm inde trahere testatur Tozzetti Ragionamenti sull' Agricoltura Toscana. Lucca 1759, p. 152.

Ventilentur) Palladius: *Negat Columella, ventilanda esse frumenta, quia magis miscentur animalia totis acervis: quae si non moveantur, in summitate intra mensuram palmi subsistent, et hoc velut corrupto corio caetera illaesa durabunt; asserit idem noxia animalia ultra praedictam mensuram non posse generari.* Varro: *quo enim spiritus non pervenit, ibi non oritur curculio.* Plinius XVIII, sect. 73: *multi ventilari quoque vetant: curculionem enim non descendere infra quatuor digitos, nec amplius periclitari.* Ceterum grana comesa ventilari vetat Columella; nec meminit eius rationis horreorum, quae semper ventilantur, quamque hodie unice probamus, rationibus et esperimentis G. Fr. Dinglingeri, cuius liber Hanoverae 1768 prodiit de ratione horreorum struendorum optima, adducti. Verum hanc ipsam Geoponica etiam memorant his verbis: ἐχέτω δὲ πυκνοὺς σωλῆνας δι' ὧν ἥτε θερμὴ ἀτμὶς ἐκπνέοι καὶ αὖρα ψύχουσα εἰσπνέοι, i. e. habeat frequentes canales (versio *fenestellas* pessime habet) quibus vapor exspiretur atque aura refrigerans introducatur. Ventilationem forte intelligit Columella ventilabris factam, de qua Theophrastus C. P. IV, 17, ἅμα δὲ

est: neque enim hoc facto expelluntur animalia, sed[t] immiscentur totis acervis: qui si maneant immoti, summis tantum partibus infestantur,[v] quoniam infra mensuram palmi non nascitur curculio:[x] longeque praestat id solum, quod iam vitiatum est,[y] quam totum periculo subiicere.[z] nam quum exiget usus,[a] facile est, eo sublato, quod vitiatum erit,[b] integro inferiore uti. [sed[bb]] haec, etsi extrinsecus, non[c] tamen intempestive videor hoc loco retulisse.[d] Torcularia praecipue cellaeque[e] oleariae calidae esse debent, 18
quia commodius omnis liquor vapore solvitur, ac frigoribus magis constringitur.[f] oleum, quod minus

refrigerantur G. (1) *et* P. (v) *infestentur* I. B. Br. R. deinceps. *quom infra* Br. (x) *gurgulio* I. B. Br. R. (y) *est* om. Eaed. (z) *subiacere* Eaed. et Lips. (a) *usus* om. Eaed. et Sang. (b) *erat* I. B. Br. R. L. Sang. (bb) *sed* om. I. B. Br. R. *et* Pol. (c) *non tamen* om. P. *rettulisse* Br. (d) *de torcularibus Cap. VIII.* Iunt. (e) *celaeque* I. B. R. *caellaeque* A. Iunt. (f) *conficitur* I. B. R. *stringitur.* Lips. *magnis conficitur* Br. et Sang. deinceps.

τοῦτό γε καὶ ξηρὸν καὶ θερμόν. τῷ δὲ σίτῳ κοπέντι βοήθεια ταχίστη τὸ εἰς τὴν ἅλω φέροντας ἀπολικμῆσαι. ubi Gaza: areae illatum perventilari.

Oleariae) Palladius I, 20: *Olearis cella meridianus sit obiecta partibus et contra frigus munita, ut illi per specularia debeat lumen admitti. Ita et operas, quae hieme futurae sunt, nullus algor impediet: et oleum quum premetur, adiutum teporibus, frigore non valebit adstringi.* Ex quo loco satis vulgata lectio *magis constringitur* defenditur. Pro *vapore* Broukh. malebat *calore*. Vitruvius VI, 9: *torcular item proximum sit culinae; ita enim ad olearios fructus erit commoda ministratio; habeatque coniunctam cellam vinariam, habentem ad septentrionem lumina fenestrarum; quum enim alia parte habuerit, qua sol calefacere possit, vinum, quod erit in ea cella, confusum ab calore efficietur imbecillum. Olearia autem ita est collocanda, ut habeat a meridie calidisque regionibus lumen; non enim debet oleum congelari, sed tepore caloris extenuari.*

Ac frigoribus — fracescet) *Ac frigoribus magnis conficitur. Oleum — fracesset* Edd. pr. Polit. Caesen. Ambros. unde Pontedera in Cur. post. corrigit: *magnis conficitur oleum; quod minus — congelatur et fracesset.* Deinceps *sed* ante *ut calore* cum Polit. suo Codice, et Edd. pr. omitti voluit.

Quod minus provenit) Vrsinus malebat: *Oleum (quod minus saepe evenit) si congelatur fracescit.* Ego vero corrigendum censeo: *oleum quoque minus provenit, si congelatur, quum si fracescit.* Gesner in Indice interpretabatur: *fracescet* • resipiet fraces Sed h. l. sermo est de facilitate olei faciundi et difficultate pro frigoris et

provenit, si congelatur, fracescet.[g] Sed[h] ut calore naturali est opus, qui contingit positione caeli et declinatione, ita non est opus ignibus aut flammis, quoniam[i] fumo et fuligine sapor olei corrumpitur. propter quod torcular debet a[k] meridiana parte[l] illustrari, ne necesse[m] habeamus ignes lucernamque adhibere,
19 quum premitur[n] olea. Cortinale ubi defrutum fiat, nec angustum nec obscurum sit, ut sine incommodo minister, qui sapam decoquet, versari possit. Fumarium quoque, quo[o] materia, si non sit iampridem caesa, festinato siccetur, in parte rusticae villae fieri potest iunctum rusticis balneis. nam eas[p] quoque refert esse, in quibus familia, sed tantum feriis,[q]

congelantur Sang. *congellatur* Br. (g) *fracesset* I. B. Br. R. *flacessit* Lips. (h) *Sed* om. I. B. Br. R. deinceps *contigit* Sang. (i) *cum* I. B. Br. R. om. Pol. (k) *a* om. P. Sang. *debet torcular* Br. (l) *parte et inlustrari* P. Sang. *inlustrari* etiam Br. (m) Ita pro *necesse ne* Sang. *ne* om. I. Pol. (n) Ita pro *premetur* Sang. Ceterum post *olea* lunt. *De cortinalibus et apothecis vini Cap. XI.* In Lips. est *Corticule* (o) *quod* Br. Sang. deinceps pro *iunctum* I. B. Br. *vinctum.* (p) *eam* I. Br. *ea* B. R. (q) *fereis* P. *fereus* Sang.

caloris differentia. De qualitate deinceps sequitur. Fracescit igitur oppositum frigori calorem significat.

Declinatione) Climate recte interpretabatur Schoettgen. Male Broukh. inserebat *frigoris.*

Fumo et fuligine) Accuratius haec noster XII, 50, 13. Ex quo loco apparet, ad Columellae usque aetatem ignis flammam adhibitam a quibusdam fuisse ad cellam et torcular calefaciendum. Deinde vero pensilium balnearum exemplum docuit ignis vaporem purum transferre ad torcular calefaciendum. Palladius I, 20: *At si quis maiori diligentiae studet, subiectis hinc inde cuniculis pavimenta suspendat et ignem suggerat, fornace succensa. Ita purus calor olei cellam sine fumi nidore vaporabit, quo saepius infectum colore corrumpitur et odore.* Has pavimentorum suspensuras docet cum Vitruvio V, 10, Palladius I, 40, ad quem locum accuratius disputabitur de forma balnearum pensilium.

Cortinale) Vbi defrutum in cortina decoquitur, cella dicitur.

Quo materia) Ligna intelligit coctilia seu ἄκαπνα, qualia apparare docet etiam Cato 130. Caminis enim carebant coenacula; igitur lignis eiusmodi opus erat. Cf. Beckmann Histor. Inventorum Vol. II, p. 415. Fumarii hunc usum plane omisit Gesneri Thes. L. L.

Rusticis balneis) Auctor Compendii Architecturae cap. 16: *in villa rustica*

lavetur. neque enim[r] corporis robori convenit frequens usus earum. Apothecae recte superponentur his locis, unde plerumque fumus[s] exoritur: quoniam[t] vina celerius vetustescunt, quae fumi[v] quodam tenore[x] praecoquem[y] maturitatem trahunt. propter quod et[z] aliud tabulatum esse debebit, quo amoveantur,[a] ne 21

teste Gronovio. *tamen feroiis* ex Sang. Ernesti *tamen* etiam Br. (r) *enim* om. I. B. Br. R. (s) Vulgo additum *earum* omisi cum I. B. Br. R. L. S. antea *plerumque* Br. (t) *cum* I. B. Br. R. (v) *fumo* Eaedem et S. (x) *genere* Eaed. Goes. L. S. (y) Ita pro *praecocem* I. B. Br. R. L. A. Iunt. H. *pracquoquem* Sang. (z) Vulgo additum *et* om. I. B. Br. R. (a) Ita pro

balneum culinae coniungatur, ut facilius a rusticis ministerium exhiberi possit.

Fumi quodam tenore) Lectionem librorum optimorum *fumo quodam genere* praeferebat Pontedera, interpretatus *quodammodo*. Ita Columella V, 11, 11, *et hoc genere optime etiam inseritur olea.* Vulgatum *tenore* Facciolatus et Broukhus. mutabant in *tepore*; Gesner defendebat allato Plinii loco XIV, sect. 4, *Visula vitis impatiens variantis caeli, sed contra tenorem unum algoris aestuwe constans.*

Quo amoveantur) Lectionem libri Sangerm. Gesnerus coniectura assequutus est. Probat eam Ponted. ex Polit. Ambros. et suo. Vulgo *admoveantur*. Veteranum intelligit, de quo Seneca Epist. 114, *adspice veterana nostra et plena multorum seculorum vindemiis horrea.* Idem vocabulum posuit Scholiastes Horatii ad Librum III, Odar. 21. Ceterum Nigidius apud Nonium p. 437: *Dicemus, quae vetustate deteriora fiunt, vetustiscere, inveterascere, quae meliora.* Quam differentiam Columella non sequutus est. Sed apothecae vinariae, ubi vina fumo et tepore vetustescunt, situm usumque nemo accuratius descripsit, quam Galenus de Antidot. I, 3, cuius locum totum apponam. Depingit ibi villarum in Asia formam; quam particulam commodiori loco apponam ad Palladium I, 21, sect. 2, hic graece repetam praecipua: κατὰ τοὺς ἀγροὺς ἅπαντας παρ' ἡμῖν (in Asia) οἶκοι γίνονται μεγάλοι, τὴν μὲν ἑστίαν (culinam) ἐφ' ἧς καίουσι τὸ πῦρ ἐν μέσοις ἑαυτῶν ἔχοντες, οὐ πολὺ δὲ αὐτῆς ἀπέχουσιν αἱ τῶν ὑποζυγίων στάσεις, ἤτοι κατ' ἀμφότερα τὰ μέρη δεξιόν τε καὶ ἀριστερὸν, ἢ πάντως γε κατὰ θάτερον· εἰσὶ δὲ κρίβανοι συνεζευγμένοι ταῖς ἑστίαις κατὰ τὸ πρόσω μέρος ἑαυτῶν, ὃ πρὸς τὴν θύραν βλέπει τοῦ παντὸς οἴκου. τοιοῦτοι μὲν οὖν ἅπαντες οἱ κατὰ τοὺς ἀγροὺς οἶκοι κατασκευάζονται, κἂν εὐτελεῖς ὦσιν. οἱ δ' ἐπιμελέστερον αὐτῶν κατασκευαζόμενοι κατὰ τὸν ἔνδον τοῖχον ἔχουσι τὴν κατ' ἄντικρυ τῇ θύρᾳ τεταγμένην ἐξέδραν. ἑκατέρωθεν δ' αὐτῆς κοιτῶνα, καθ' ὃν ἄνωθέν ἐστιν ὑπερῷα οἰκήματα, καθάπερ καὶ κατὰ πολλὰ τῶν πανδοχείων ἐν κύκλῳ κατὰ τρεῖς τοίχους τοῦ οἴκου τοῦ μεγάλου, πολλάκις δὲ καὶ κατὰ τέτταρας. ἐκ τούτων οὖν τῶν οἰκημάτων τὸ μάλιστα σκεπόμενον ἑκατέρωθέν ἐστι τὸ κατὰ τῆς ἐξέδρας ἐπικείμενον, ἐν ᾧ τὸν οἶνον ὁ πατήρ μου κατετίθετο μετὰ τὸ κατὰ τοὺς πίθους ζέσαι. τὸν δὲ μονιμώτερον ἐπὶ τῶν κε-

rursus nimia suffumatione [b] medicata sint. Quod ad villae pertinet [c] situm partiumque eius dispositionem,
21 satis dictum est.[d] Circa villam deinceps haec esse opor-

admoneantur Sang. (b) Ita I. B. Br. R. Goes. Sang. Polit. Ambr. Tromb. probantib. Ponted. et Schn. Vulgo *suffitione*. Pont. in suo *suffocatione* scriptum legit. *T.* (c) *pertinet* om. I. B. Br. R. L. (d) *Quae circa villam facienda*

ραμίων ἀποτίθεται πρότερον, ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους ἐστὶ παρ' ἡμῖν δὲ ἔτους θερμαίνειν διόλου. ἀμείνων δὲ τῶν οἴκων ὁ πρὸς μεσημβρίαν μὲν ἐστραμμένος, ἀπεστραμμένος δὲ τῆς ἄρκτου. ἔστι δέ τις παρ' ἡμῖν γενομένη θαμνώδης βοτάνη πάνυ θερμὴ καὶ δριμεῖα καὶ ἀρωματίζον ἔχουσά τι· καλοῦσι δ' αὐτὴν οἱ ἐπιχώριοι κολυμβάδα, ἔνιοι δὲ στοιβὴν, ἐπιτηδειοτάτην οὖσαν εἰς φυλακὴν οἴνου. συντίθεται οὖν ἐν ταύτῃ τῇ βοτάνῃ τὰ κεράμια. τῶν οἴκων τῶν ὑπερῴων τοῦ μέρους τὸν ἕνα τοῖχον διετρήτα τρήμασιν ἀξιολόγοις, ἐστραμμένοις εἰς τὸν μέγαν οἶκον, ἐν ᾧ τόν τε κρίβανον ἔφην εἶναι καὶ τὴν ἑστίαν, προμηθούμενος διὰ τῶν τρημάτων εἰσιέναι θερμασίαν εἰς τὸν οἶκον, ᾧ τὰ κεράμια κατετίθετο. ἔκ τε οὖν τῆς κατὰ τὸν μέγαν οἶκον θερμασίας ἡ ἀποθήκη θερμαινομένη κἀκ τῆς στοιβῆς θαλπομένη, διεφύλαττε πάντα τὸν οἶνον, ὡς μηδέποτε ὀξυνθῆναι, πρὸς δὲ τὸ μᾶλλον ἐπιτυγχάνειν καὶ μηδέποτε ἁμαρτεῖν τοῦ σκοποῦ, τοῖς κεραμίοις ἐνέχει τὸν οἶνον οὐ καινοῖς, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐκεκένωτό τις τῶν πεπαλαιωμένων. παραπλήσιον δὲ οἷς εἴρηκα καὶ κατὰ τὴν Ιταλίαν εἶδον ἐν τοῖς περὶ Νεάπολιν καὶ τὸν γειτνιῶντα λόφον αὐτῇ τῇ χώρῃ γενόμενον, ὃν ὀνομάζουσι τριφύλλινον. ἐπυθόμην δὲ καὶ κατ' ἄλλα πολλὰ χωρία τῆς Ιταλίας οὕτω θερμαίνεσθαι τὸν οἶνον. Ἀλλ' ὅ γε τοιοῦτος ὥσπερ μόνιμος οὕτω καὶ κεφαλαλγὴς γίνεται, διὰ τὴν ἐκ τοῦ καπνοῦ προσερχομένην αὐτῷ ποιότητα. Vbi stoebae genus et speciem equidem ignoro, nec explicuit, qui locum Galeni repetiit, herbariae rei quamquam bene gnarus, *Targioni Tozzetti* in Vol. I, p. 147, *degl' Atti della Real Società Economica di Firenze* 1791. Paulo antea docuerat Galenus, quae vina quibusque de causis inveterarentur. Quem ipsum locum nunc addam: καὶ γάρ τοι καὶ ἀσθενέστατοί γε καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ὑδατωδέστατοι τῶν οἴνων ἢ (οἱ?) σφόδρα αὐστηροὶ καὶ μάλιστα πάντων οἴνων ὀξυνόμενοι, φθάσαντες ἐν τοῖς πρώτοις ἔτεσιν (addo τὸ) ὀξυνθῆναι, διαμένουσι τοῦ λοιποῦ. χρόνος δὲ τῆς τοιαύτης κρίσεως ἄλλος ἄλλῳ οἴνων ἐστὶν, οὐ πολλῶν μὲν ἐτῶν τοῖς ὑδατώδεσιν· οὕτω δ' ὀνομάζουσι τοὺς λευκοὺς τῇ χρόᾳ καὶ λεπτοὺς τῇ συστάσει καὶ μὴ πολλοῦ δεομένους ὕδατος ἐν τῷ κεράννυσθαι· πάντως δ' αὐτοῖς ὑπάρχει τοιούτοις οὖσιν, ὥσπερ οὐδ' ὅλως πλήττουσι τὴν κεφαλὴν, οὕτω μηδὲ θερμαίνειν σαφῶς τὸ σῶμα, μηδὲ πέψει τῇ κατὰ γαστέρα καὶ φλέβας ἐναργῶς συντελεῖν τι, μηδὲ εὐτροφίᾳ συναιρεσθαι· τάχιστα πάντων οἴνων οὗτοι παλαιοῦνται. καλοῦσι δὲ οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ παλαιοῦσθαι τὸ μεταβάλλειν ἑτοίμως εἰς τὴν τοιαύτην ποιότητα τῶν παλαιουμένων. δριμύτης δ' ἐστὶν αὕτη μετὰ τοῦ θερμαίνειν σαφῶς, ὕστερον δὲ καὶ πικρότης, εἰς ἣν μετέστη. ἐνιότε δὲ καὶ τοὺς ὑδατώδεις οἴνους ἀφικνουμένους ἐστὶν ἰδεῖν, ὅταν γε μὴ φθάσωσιν ἐν τοῖς πρώτοις ἢ τρισὶν ἢ τέτρασιν ἔτεσιν ὀξυνθῆναι. τοῖς δ' ἰσχυροῖς τε ἅμα καὶ αὐστηροῖς καὶ λευκοῖς μετὰ πάχους οἴνοις καὶ μετὰ

tebit: furnum et pistrinum quantum futurus nume-

δεκαετίαν ἐνίοτε συνέπεσε μὴ καλῶς ἀποκειμένοις ὀξυνθῆναι· συνέβαινε δ' αὐτοῖς καὶ παλαιοῦσθαι χρόνῳ παμπόλλῳ. τοιοῦτοι κατὰ τὴν Ιταλίαν εἰσὶν ὅτε Τιβουρτῖνος καὶ Σίγνιος καὶ Μάρσος καὶ Σουῤῥεντῖνος. ὁ μέντοι Τιβουρτῖνος καὶ Μάρσος αὐστηροί τε καὶ ῥᾳδίως ὀξυνόμενοι κατὰ τὴν ἀπρονόητον ἀπόθεσιν. Ο δὲ Σίγνιος ἰσχυρότερός τε τούτων ὑπάρχει καὶ ἧττον ὀξύνεται, καὶ παλαιωθεὶς κάλλιστος γίνεται. περὶ δὲ τοῦ Σουῤῥεντίνου τί δεῖ καὶ λέγειν; ἅπαντες γὰρ τοῦτ' ἤδη γινώσκουσιν, ὡς σχεδὸν πρὸ κ ἐτῶν ἔτι ἐστιν ἄπεπτος. ἀκμάζει δὲ τοσούτων ἐτῶν γιγνόμενος, ἐπὶ πολύ τε παραμένει πότιμος, οὐκ εὐκόλως ἐκπεκρουμένος, συνάμιλλος κατ' ἀρετὴν ὑπάρχων τῷ Φαλερίνῳ. Εναντία δὲ τούτοις τοῖς οἴνοις οἱ ὑδατώδεις πάσχουσιν, ὅτε Σαβῖνος καὶ ὁ Αλβᾶνος καὶ ὁ Γαυριανὸς ἐν τῷ Ποτιόλων λόφῳ γενόμενος, ὅτε ἐν Νεαπόλει κατὰ τοὺς ὑποκειμένους αὐτῇ λόφους, ἀμιναῖος μὲν ὀνομαζόμενος, ἀλλὰ λεπτός μὲν ὑπάρχων, οὐχ ὥσπερ οἱ κατὰ τὴν Σικελίαν τε καὶ Βιθυνίαν ἀμιναῖοι. — οὗτοι πάντες ῥᾳδίως μεταβάλλονται πρὸς τὰς ἐναντίας ποιότητας, ἤτοι τὴν ὀξεῖαν ἢ τὴν πικράν· ἐν μὲν ἀρχῇ τὴν ὀξεῖαν. ἐὰν δὲ διαμένωσι, τὴν πικράν· πολὺ δὲ εἰς ἑκατέραν τὴν ἀλλοίωσιν αὐτοῖς συμβάλλεται τὸ χωρίον ἐκ ᾧ κεῖνται· κατ' ἀρχὰς μὲν ἄριστόν ἐστι τὸ ψυχρὸν, ὕστερον δὲ τὸ θερμόν· ἢ πάλιν ἱκανῶς θερμὸν ἐξ ἀρχῆς· ὡς τό γε χλιαρὸν ὀξύνει ῥᾳδίως αὐτούς. ἐαν δὲ ἐν τῷ ψυχρῷ κείμενοι διαμένωσιν ἔτεσι β καὶ γ, τοὐντεῦθεν ἱκανῶς θερμαίνεσθαι δέονται. τοῦ χλιαροῦ δὲ χωρίου καὶ τοῦ μέσου κατὰ τὴν κρᾶσιν οὐδέποτε δέονται. Τινές γέ μην οὕτως ἀσθενεῖς εἰσι καὶ ὑδατώδεις, ὡς μηδ' ἐξ ἀρχῆς φέρειν τὸ ψυχρόν· ἐφ' ὧν ὁ πατήρ μου πεῖρας ἕνεκεν εἰς θερμότερον οἶκον ἐμβαλὼν στοιβὴν πολλὴν καὶ θερμὴν, ἐνέκρυψεν αὐτῇ πληρώσας κεράμια, καὶ τυχὼν τῆς ἐλπίδος, οὐδέποτε ἔσχεν οἶνον ὀξυνόμενον, ἀλλὰ πάντας τάχιστα παλαιουμένους. Tum, ut doceat[1], quomodo vino inveterando, cella calida parari possit, addit verba, supra a me posita. Geoponica VI, 2, docent, dolia in regione sicca esse collocanda ita, ut, si vinum sit tenue et minus alibile, duae vasorum partes, in terra defossae lateant; contra vino forti et pingue repleta dolia ad dimidium usque exstare volunt. Plinius XIV, 21: *Mitiores plagae doliis condunt infodiuntque terrae tota aut ad portionem situs*; deinde paucis interiectis: *imbecilla vina demissis in terram doliis servanda valida expositis.* Plutarchus Sympos. VII, 3, κατορύττουσι τοὺς πίθους καὶ σκεπάζουσιν, ὅπως ὅτι σμικρότατος ἀὴρ αὐτῶν ἐπιψαύῃ. Geoponica praeterea loco citato dolio cuique siccam arenam subiiciunt, eique arenae iunci odorati modicam copiam insternunt. Qui quidem iuncus vicem mihi videtur gerere stoebae eius, quam Galeni pater cum aliis Asiae patribus familiae doliis substernebat. Mitiores plagae, teste Plinio l. c. caelum praebebant: alibi vero impositis tectis arcebant. Campaniae nobilissima exposita sub dio in cadis verberari sole, luna, imbre ventis aptissimum videbatur, ut ait Plinius. Hinc Geoponica VII, 2, vinum fortius sub dio collocare aversum meridie et occasu, parietibus appositis iubent, tenue vero in cella tecta reponunt, fenestris altioribus ad septentrionem et orientem conversis. Cellarum subterranearum nostrarum vestigium nullum reperitur in scriptoribus graecis latinisque;

rus colonorum postulaverit: piscinas minimum[e] duas: alteram, quae anseribus ac pecoribus serviat; alteram, in[f] qua lupinum, vimina et virgas atque alia, quae sunt usibus nostris apta, maceremus. Sterquilinia[g] quoque duo sint: unum, quod nova purgamenta recipiat, et in annum conservet; alterum, ex quo vetera vehantur. sed utrumque more piscinarum devexum leni[h] clivo: et exstructum pavitumque[i] solum
22 habeat, ne humorem transmittant. plurimum enim refert, non adsiccato succo[*] fimum vires continere, et assiduo macerari liquore, ut si qua interiecta sint stramentis aut paleis spinarum vel graminum semina, intereant, nec in agrum exportata segetes herbidas

sunt Cap. X. Iunt. (e) *minime* I. B. Br. R. L. Deinde *anseribus quae* Sang. *pecoribusque* Br. et sic ex Sang. Gronov. (f) *alteram quae lupinum ulmi* L. (g) *stercilinia* L. P. *stercilina* Sang. Postea *utrunque* Br. et Ald. (h) *levi* L. P. Goes. *estructum* deinde Br. (i) *pavimentum que solo ne* I. B. Br. R. S. *quae* tamen pro *que* Br. *pavitunque solo ne* Iunt. *pavimentumque sola hab.*

nisi quod dolia vini tenuioris terrae infodisse videntur. Sed haec cellarum vinariarum dispositio vinorumque in iis collocatorum asservatio, pro caeli situ vinorumque natura diversa, meretur accuratam Chemicorum inquisitionem, sine qua indicare cellarum tectarum et subdivalium differentiam usumque non licet.

Piscinas) Hinc Palladius I, 31: *piscinae duae vel solo impressae vel caeso lapide circa villam esse debebunt, quas facile est aut fonte aut imbre suppleri* (Vinc. *impleri*), *ut una ex iis usui sit pecoribus, vel avibus aquaticis: alia madefaciat virgas et coria et lupinos, et si qua rusticitas consuevit infundere;* ubi Vincentius legit *virgas tectoria.* Sed *vimina* ex h. l. legendum videtur. Nam coria nemo sanus aqua madefaciat, quo facto usui fiunt minus idonea et rigida Lacus nominat Varro I, 13, 3, et cohorte gemina dividit; priorem semipiscinam aqua saliente efficit. Deinde ex locis Petronii cap. 57 et 134, ubi *lorum in aqua* habere dicitur languidus ad Venerem et flaccidus, intellexi rusticos coria et lora aquis emollita et cruda adhibuisse quo facto tamen deinde fiunt rigidiora, ad singulos usus remollienda.

Quae sunt) Itaque omnia instrumenta rustica. Sed haec nimis absurde dicuntur. Lege ex Varronis loco *quae fiunt* sc. macerata ita.

Et exstructum) *Exstructum* parietes circumpositos interpretatur Ponted., ut sterquilinii sola et exstructum et pavimentum habeant. — *Pavitumque* librorum optimorum lectionem ita refingebat Pontedera: *pavimentumque sola habeant*; et pavimentum de materia pavimenti interpretabatur. Supersterni et superfundi pavimentum a Co-

reddant. Ideoque periti rustici, quidquid ovilibus stabulisque conversum progesserunt,[l] superpositis virgeis[m] cratibus tegunt, nec arescere ventis[n] sinunt, aut solis incursu patiuntur exuri.[o] Area, si competit, ita 23
constituenda[p] est, ut vel a domino vel certe a procuratore despici possit. Eaque optima est[q] silice[r] constrata, quod et celeriter frumenta deteruntur, non cedente solo pulsibus ungularum tribularumque, et eadem eventilata mundiora sunt, lapillisque carent et glaebulis, quas per trituram fere[s] terrena remittit area. Huic autem nubilarium[t] applicari debet, ma- 24

Goes. (k) *succo* om. P. S. *suco* P. (l) *proiecerunt* L. (m) *virgis tegunt* L. I. B. Br. R. I. I. S. (n) *ventis sinunt, aut* deest L. I. B. Br. R. *ventis sinunt* omittit S. (o) *exuri* deest I. B. Br. R. S. (p) *construenda* L. (q) *est in Silice* P. Goes. S. *est in silice constructa* I. B. R. Br. (r) *scilicet* Gr.

lumella et Palladio dici novi; sed nihil haec loca ad hunc nostrum faciunt emendandum.

* *Superpositis*) Librorum optimorum lectionem praeferebat Pontedera vulgatae, etiam propter Varronis locum I, 13: *Sterquilinium melius illud, cuius latera et summum virgis ac fronde vindicatur a sole; non enim succum, quem quaerit terra, solem antea exugere oportet.* Ego vero vulgatam amplector, ut ad Varronem dixi. Verum quid esse causae dicam, quod post ovilia stabula nominet auctor? Stabula enim nomine generico continent ovilia et bubilia, ut ex initio huius capitis patet, et docui ad Varronem I, 13, 1. An fuit *suilibus?* An *cortibus?* Ceterum Heinsius Advers. III, p. 394, h. l. ita laudat: *superpositis igitur virgeis*, omisso deinceps *patiuntur*, et corrigit *iugiter*. Virgeas crates dixit etiam Seneca Epistola 90.

Silice constrata) *In silice constrata* ex Polit. Tromb. et suo praefert Pontedera in Cur. post.

Area) Palladius I, 36: *area longe a villa esse non debet, et propter exportandi facilitatem et ut fraus minor timeatur, domini vel procuratoris vicinitate suspecta. Sit autem vel strata silice vel saxo montis excisa, vel sub ipso triturae tempore.*

Nubilarium) Palladius l. c. *Sit circa hanc locus alter planus et purus, in quem frumenta transfusa refrigerentur et horreis inferantur; quae res in eorum durabilitate proficiet. Fiat deinde proximum tectum, maxime in humidis regionibus, sub quo propter imbres subitos frumenta, si necessitas coëgerit, raptim vel munda, vel semitrita ponantur.* Nobilarii usum eundem cum Columella tradit Varro I, 13, 5, et noster II, 21, 3. Praeter nubilarium alterum, veluti refrigeratorium, memorat Palladius etiam I, c. 19: *nihil tamen diu custodiendis frumentis commodius erit, quam si ex areis in alterum locum vicinum transfusa refrigerentur aliquantis diebus, atque ita horreis inferantur.*

ximeque in Italia, propter inconstantiam caeli, quo collata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber incesserit.[v] nam in transmarinis quibusdam regionibus, ubi aestas pluvia caret, supervacuum est. Pomaria quoque et hortos oportet septo circumdari,[x] et esse in propinquo, atque in[y] ea parte, quo[z] possit omnis stercorata colluvies cortis[a] balineorumque[b] et oleis[c] expressa amurcae[d] sanies influere.[e] nam eiusmodi quoque[f] laetatur[g] alimentis et olus et arbor.

VII. [a] His omnibus ita vel acceptis vel compositis, praecipua cura domini requiritur, cum in caeteris rebus, tum maxime in hominibus. Atque hi vel coloni vel servi sunt,[b] soluti,[c] aut vincti. Comiter agat[d] cum colonis, facilemque se praebeat.[e] avarius opus exigat, quam pensiones: quoniam et minus id offen-

(s) *ferre* P. S. (t) *nubilar* P. Goes. S. (v) *ingesserit* P. S. (x) *circundari* Br. (y) *in* om. I. B. Br. R. (z) *qua* Goes. Sang. (a) *cohortis* I. B. R. *cohortes* Br. Sang. (b) *balneariorumque* I. B. Br. R. Sang. *balneorumque* A. H. (c) *olleis* I. B. R. (d) *amurce* A. H. *amurgae* Pol. (e) *refluere* I. B. Br. R. (f) *nam quoque eiusm.* Br. (g) *laetatur* I. Br. *letatur* B. R.

Cap. VII. (a) *Cap. XI.* I. I. (b) *sunt; et aut* I. B. Br. R. *soluti et aut soluti* S. (c) *soluti sunt, aut* P. (d) *agere* L. (e) *praebeat. Avarius* Br.

Protegantur) Malim *progerantur*, ul sect. 22, *quidquid — conversum progesserunt.*

Pomaria) Palladius I, 34: *horti et pomaria domui proxima esse debent. Hortus sit sterquilinio subiectus maxime, cuius eum succus sponte foecundet.*

Oleis expressa) Pontedera malebat *ollis*: praecipere enim agricolas amurcam tam diligenter ollis servare quam oleum; et affert locum Columellae; *amurcae recrementum, quod in ollis subsedit.* Sed iam sua aetate Varro questus est, amurcam plerumque effundi, nec diligentius collectam servari; deinde servabatur in doliis, non in ollis, ubi decoquebatur, quam quam Pontedera Varroni *ollas amurcarias* restituere conatus est in locum doliorum.

Cap. VII. *Vel servi sunt*) Malim deinceps *servi aut soluti aut vincti.*

Comiter) In libro Sang. esse *cuiter*, monet Drakenb. ad Livium T. I, p. 896, qui legi malebat h. l. *communiter*; contra Abr. Gronovius compendium interpretatur *civiliter*; recte!

Opus exigat) Colonum in Catone et Varrone pro agricola dici vidimus. Nunc est cui locatur ager poliendus, seu politor Catonis. Praeter pensionem colono certae leges imponebantur, veluti ne colonus capram in fundo pascat, Varro III, 3, sect. 7. Idem

dit, et tamen in universum magis prodest. Nam ubi sedulo colitur ager, plerumque compendium, nunquam (nisi si caeli maior vis aut praedonis incessit) detrimentum affert, eoque remissionem colonus[f] petere non audet. Sed nec dominus in unaquaque re, 2
quum[g] colonum obligaverit, tenax esse iuris sui debet, sicut in diebus pecuniarum, ut lignis et caeteris parvis accessionibus exigendis, quarum cura maiorem molestiam quam impensam rusticis affert. Nec sane est vindicandum nobis quidquid licet. Nam summum ius antiqui summam putabant crucem. Nec rursus in totum remittendum: quoniam[h] vel optima nomina non appellando[i] fieri mala foenerator Alphius[k] dixisse verissime[l] fertur. Sed et[m] ipse nostra memoria vete- 3
rem consularem virumque opulentissimum[n] L. Volusium[o] asseverantem audivi, [patrisfamilias[p]] felicis-

Vulgo *et avarius* post comma. Deinde *quom et* Br. et *plerumque*. (f) *colonis* I. B. Br. deinceps *ne dom.* G. (g) Ita pro *cui* I. B. Br. L. S. (h) *quom* Br. (i) *interpellando* L. (k) *Alfius* Goes. (l) *severissime* I. B. Br. R. Sang. (m) *et* om. Br. (n) *oppulentissimum* A. sec. H. (o) *P. Volus.* Br. Sang. *audi* Sang. (p) *patrisf.* om. I. B. Br. R. L. S. Iunt. *foelic.* I. B. Br.

I, 2, 47, *leges colonicas tollis, in quibus scribimus, colonus in agro surculario ne capra natum pascat.* Igitur Varronis etiam aetate colonus dictus fuit, qui manceps fundi alibi vocatur. Coloniam talem fundum vocat Columella XI, 1, 23, ubi villicus coloniae suae terminos egredi vetatur. Pauli Iurisconsulti loca posuit Gesneri Thes. L. L. Rationes a colono exigi solitas fuisse, docet locus Ciceronis pro Caecina cap. 32. Vide ad Catonis c. 137.

Maior vis) Plinius 18, s. 69, duo genera caelestis iniuriae memorans, ait: *unum quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellae caeteraque similia intelliguntur: quae quum acciderint, vis maior appellatur.* Locum indicavit Gesner.

Summum ius) Platonis ἄκρατον δικαιοσύνην et Aristotelis ἀκριβοδίκαιον recte comparavit Crenius.

Alphius) Meminit Horatius Epod. II, 67. Ceterum in lectione Edd. primarum et Sang. *severissime* latere *sed verissime*, suspicatus erat Abr. Gronovius. Recte; alterum tamen vocabulum hoc praecessisse videtur, ita fere *severe quidem, sed verissime.*

L. Volusius) Cognomine Saturninum intelligi, de quo Tacitus Annal. III, 30, et quem inter grandaevos memorat Plinius VII, c. 48, censebat

simum fundum esse, qui colonos indigenas haberet, et tanquam in [q] paterna possessione natos iam inde a cunabulis longa familiaritate retineret. Ita certe mea fert opinio, rem malam esse frequentem locationem fundi: peiorem tamen urbanum colonum, qui per
4 familiam mavult agrum quam per se colere. Saserna [r] dicebat, ab eiusmodi homine fere pro mercede litem reddi. propter quod operam dandam esse, ut et rusticos et eosdem assiduos colonos retineamus, quum aut nobismetipsis non licuerit, aut per domesticos colere non expedierit: quod tamen non evenit, nisi [s] in his regionibus, quae gravitate caeli solique steri-
5 litate vastantur. Caeterum quum mediocris adest et salubritas et terrae bonitas, nunquam non ex agro plus sua cuique cura [t] reddidit quam coloni: non nunquam [v] etiam villici, nisi si maxima vel negligentia [x] servi vel rapacitas intervenit.[y] Quae utraque peccata plerumque vitio domini vel committi vel foveri nihil dubium est: quum liceat aut cavere, ne talis praeficiatur negotio; aut iam praepositus ut submo-
6 veatur curare. In longinquis tamen fundis, in quos non est facilis excursus patrisfamilias, quum omne genus agri tolerabilius [z] sit sub liberis colonis, quam sub villicis [a] servis habere, tum praecipue frumentarium, quem et [b] minime (sicut vineas aut arbustum) colonus evertere potest, ct maxime vexant servi, qui

R. G. H. Ald. sec. (q) *in* om. P. *tamquam* Br. (r) *Seserna* Br. (s) *si* addit Sang. (t) *plura* L. deinceps. *reddit* I. B. Br. R. (v) Ita pro *nunquam non* Lips. (x) *neglegentia* P. (y) *intern.* om. L. deinceps. pro *committi* Sang. *comentu ei.* (z) *tollerab.* Br. H. L. (a) *vilicis* P. deinceps *cum praec.*

Crenius. Q. Volusium Saturninum Consulem suffectum habent Fasti A. V. 809, monente Schoettgen.

Nunquam non) Hic et paulo post Vrsinus legi volebat *nonnunquam*. Sed altero loco ex libro Lips. dedimus, quod huic loco non convenit.

boves elocant,[c] eosdemque et caetera pecora male pascunt, nec industrie terram vertunt, longeque plus imputant seminis iacti, quam quod severint: sed nec quod terrae mandaverint sic adiuvant, ut recte proveniat: idque[d] quum in aream contulerunt, per trituram quotidie[e] minuunt vel fraude vel negligentia.[f] nam et ipsi diripiunt, et ab aliis furibus non custodiunt. sed nec conditum cum fide rationibus inferunt. 7
Ita fit,[g] ut et actor et familia peccent, et ager saepius infametur. quare talis generis praedium, si, ut dixi, domini praesentia cariturum est, censeo locandum.

VIII. [a] Proxima est [b] cura de servis, cui quemque officio praeponere conveniat, quosque et qualibus operibus destinare. Igitur praemoneo ne villicum ex eo genere servorum, qui corpore placuerunt, instituamus: ne ex eo quidem ordine, qui urbanas ac delicatas arteis[c] exercuerit. Socors et somniculosum 2
genus id mancipiorum,[d] otiis, campo, circo, theatris, aleae, popinae, lupanaribus consuetum, nunquam non easdem ineptias somniat, quas quum in agriculturam transtulit, non tantum in ipso servo', quantum in universa re detrimenti dominus capit. Eligendus est

Br. (b) *et* addidi, ex L. P. Sang. *frumentaria* S. (c) *ellocant* Br. (d) *et id quod in area cont.* L. (e) *quotidie* H. (f) *neglegentia* P. (g) *fit* om. I. B. Br. R.

Cap. VIII. (a) Cap. XII. Iunt. (b) *est de cura* P. (c) *artis* Br. (d) *mancupiorum* P. deinde *ociis* I. B. Br. R. H. postea *agricultura* Sang. (e)

Inferunt) Inducere in rationibus dixit Cicero ad Divers. III, 10, inferre Suetonius Caesar c. 47.

Cap. VIII. *Proxima*) Lemma: *De pecore et pecorum magistris* ineptum et spurium esse, recte monuit Pontedera, qui praeterea caput ipsum eum praecedente continuari sententia et argumento vidit.

Placuerunt) Interpretatur Palladius I, 6, 18: *praesulem agri non ex dilectis et tenere educatis servulis ponas; quia fiducia praeteriti amoris impunitatem culpae praesentis exspectat;* ubi rectius libri habent, *dilectis temere servulis.* Palladius dixit *ponere* villicum, quod Columella *instituere*, Cicero *imponere* Orat. pro Plancio c. 25.

rusticis operibus ab infante duratus, et inspectus experimentis. Si tamen is non erit, de iis praeficiatur,
3 qui servitutem laboriosam toleraverunt.[e] Iamque is[f] transcenderit aetatem primae iuventae, nec dum senectutis attigerit. illa, ne (et) auctoritatem detrahat ad imperium, quum[g] maiores dedignentur parere adolescentulo: haec, ne[h] laboriosissimo succumbat[i] operi. Mediae igitur sit aetatis et firmi roboris, peritus rerum rusticarum, aut certe maximae[k] curae, quo celerius
4 addiscat. Nam non est nostri negotii[l] alterum imperare et alterum docere. Neque enim recte opus exigere valet, qui, quid aut qualiter faciendum sit, ab subiecto discit. Potest etiam illiteratus,[m] dummodo[n] tenacissimae sit[o] memoriae, rem satis commode administrare. Eiusmodi villicum Cornelius Celsus ait saepius numos[p] domino quam librum afferre, quia nescius litterarum vel ipse[q] minus possit rationes *confingere*, vel per
5 alium propter conscientiam fraudis[r] timeat.[s] Sed qualicunque villico contubernalis mulier assignanda[t] est,

tollerav. H. (f) *qui* I. B. Br. R. *his, qui* P. deinde *aetatis* Sang. (g) *quom* I. B. Br. R. *quũ* Pol. *quoniam* S. deinceps *adulescentulo* Br. (h) *nec* I. B. Br. R. (i) *succumbebat* B. *succunbebat* Br. (k) *maxime* Iunt. (l) *negocii* I. B. R. (m) *inlitteratus* P. *illitteratus* I. B. R. Br. I. I. (n) *dummodo* deest I. B. R. Br. (o) *fit* om. L. I. B. Br. R. S. (p) *nummos* I. B. Br. R. I. I. (q) *ipse* omiss. I. B. Br. R. (r) *fraudis* abest P. S. (s) *timere*

Iamque is) Libri optimi habent *is qui transcenderit*; unde malim, *isque qui iam transcenderit*. Certe vulgatam vitiosam esse censeo. Hesiodus versu 410, bubulcum annos quadraginta natum postulat, eademque aetate satorem, ratione addita: κουρότερος γὰρ ἀνὴρ μεθ' ὁμήλικας ἐπτοίηται.

Ad imperium) Pontedera malebat *ab imperio* seu *de imperio*. Contra Gesner intelligi putabat *ad imperium* necessariam *auctoritatem*. Inepte tamen addebat formulam comparandam hanc: canes ad venandum, quod recte monuit et carpsit Pontedera in Curis sec. Ceterum *et* cum Vrsino spurium censeo, igitur inclusi.

Fraudis) Deleri ut glossema voluit Gesnerus. Equidem teneo, quoniam conscientia sine addito culpae vocabulo non dicitur latine. In *fraudes* mutatum eum suo libro defendit Ponted. in Curis post. interpretatus: timet, ne fraudes detegantur. *conficere* malebat Vrsinus. Recte puto!

Contubernalis) Ita iterum vocat XII,

quae contineat eum, et in quibusdam rebus tamen adiuvet. Eidemque [v] actori praecipiendum est, ne convictum cum domestico, multoque minus cum extero habeat. Nonnunquam [x] tamen eum, quem assidue sedulum et fortem in operibus administrandis cognoverit, honoris causa mensae suae die festo dignetur adhibere. Sacrificia nisi ex praecepto domini ne fecerit.
Aruspices sagasque, quae utraque genera vana super- 6
stitione rudeis [y] animos ad impensas, ac deinceps ad flagitia compellunt, ne admiserit: neque urbem neque ullas nundinas noverit, nisi emendae vendendaeve pertinentis ad se rei causa. Villicus enim, quod ait Cato, 7
ambulator esse non debet, nec egredi terminos, nisi ut addiscat aliquam culturam: et hoc [z] si ita in vicino est, ut cito remeare possit. Semitas novosque limites in agro

omnes praeter P. S. et Gesn. (t) *assignata* I. B. R. Br. (v) *Eidem* I. B. Br. R. *Eidemque* S. Vulgo *Idemque*. (x) *Ne nunquam* Lips. (y) *rudis* Br. (z) *hoc* om. I. B. Br. R. deinceps *remanere* P. Sang. *cito* om. Sang. *ut redi-*

3, 7. *Coniunctas conservas* Varro I, 17, 8. Sed *contubernium* et *contubernalis* vocabula in hac societate servorum propria sunt. Vide Interpretes Petronii c. 53 et 57.

Eidemque actori) Ita recte libri optimi pro *Idemque*. Vitium viderat Buchner et Pontedera. Actor idem est cum villico. Ita supra I, 7, 7 actor et familia. Infra XII, 3, 6 de villica: *nihil enim nocebit, si sibi atque actoribus et aliis in honore servulis vestis domi confecta fuerit*. Procuratorem actoribus sociat Plinius Epist. III, 19, ubi vide Cortium. Actor domus est servus primarius, domesticus Sidonio Ep. V, 20, ubi vide Savaronem. Denique, quod rem conficit, quae actori hic praecepit, eadem Columella libro XII villico praecipit. Actuarius apud Petronium cap. 53 rationes domino edit redituum et pecoris, unde Heinsius putabat esse eundem actorem Columellae, qui rationibus praeesset in villa. Verum infra VI, 27, 1, actor industrius dicitur praeficiendus curae equitii; igitur actorem et villicum puto eundem esse; rationes libris inferet idem simul vel procurator villae. Mecum sentit Pontedera in Curis sec. p. 469. — Robur argumento accedit ex verbis *Villicus enim*, quae paulo post, s. 7, leguntur. *T.*

Ne fecerit) Infra. *facere nesciat; aruspicem sagamque sua sponte non noverit, quae utraque genera vana superstitione rudes animos infestant.*

Noverit) Infra est: *non urbem — frequentaverit.*

Limites) Vias transversas in agro esse, alibi terminos, recte annotavit

8 fieri ne [a] patiatur: neve [b] hospitem nisi amicum familia-
remque domini necessarium receperit.[c] Vt [d] ab his ar-
cendus, ita exhortandus est ad instrumenti [e] ferramento-
rumque curam: ut duplicia, quam numerus servorum
exigit, refecta et reposita custodiat, ne quid a vicino pe-
9 tendum sit: quia plus in operis servorum (avocandis),[f]
quam in pretio rerum eiusmodi consumitur. Cultam
vestitamque familiam magis utiliter quam delicate
habeat, munitamque diligenter a vento, frigore plu-
viaque; quae cuncta prohibentur [g] pellibus manicatis,
centonibus confectis, vel sagis cucullis. Id si fiat,
10 nullus dies tam intolerabilis [h] est, quo non sub divo
moliri [i] aliquid possit. Nec tantum operis agrestis sit
artifex, sed et animi, quantum servile patitur inge-
nium, virtutibus instructus, ut neque remisse neque
crudeliter imperet; semperque aliquos ex melioribus
foveat, parcat tamen etiam minus bonis: ita ut potius
timeant eius severitatem, quam crudelitatem dete-

mere possit Lips. (a) *non* I. B. Br. R. (b) *non* Eaed. (c) *receperit, ut* A. Iunt. H. (d) *Vt* om. I. B. Br. R. et deinceps *arcendis*. (e) Ita pro *instrumentorum* I. B. Br. R. Sang. (f) *avocandis* ex altero loco addidi. deinceps *precio* I. B. Br. R. Aldin. (g) *prohiberentur* P. deinceps *cuculis. Si id fiat* Br. (h) *intoller.* H. (i) *molliri* I. B. R. deinceps. *artifex sed animi* omisso *et*

Festus. Locus Catonis, quem laudat Columella, est V, sect. 2.

Necessarium) Infra: *hospitem nisi ex amicitia domini, quam rarissime recipiat.* Hoc loco puto esse legendum *aut necessarium.*

Instrumenti) Ita recte Edd. optimae pro *instrumentorum.* Ita etiam noster infra XI, 1, 21, ubi eadem verbotenus repetuntur. Est enim instrumentum, quibus res rustica instruitur ad opera, et praeter instrumenta proprie nobis dicta, alia multa includit.

Exigit) Ex altero loco, ubi est: *eaque semper duplicia compareat ac subinde refecta custodiat*; inserendum puto h. l. *comparet.*

Avocandis) Hoc verbum ex altero loco inserendum esse, monuit etiam Morgagni.

Munitamque) In altero loco rectius est: *id est, munitam diligenter a frigoribus et imbribus, quae utraque prohibentur optime pellibus manicatis et sagatis cucullis*; ubi Sangerm. liber habet *sagaceis cucullis.* Ferrarius de R. Vest. II, 1, 22, malebat *sagis cucullatis*, alii, referente Morgagni, *sagis aut cucullis.* Pelles manicatas interpretatur Ferrarius tunicas scorteas manuleatas. Sed vide ad Catonem c. V, 3.

stentur. Id contingere poterit, si maluerit custodire subiectos, ne peccent, quam negligentia sua committere, ut puniat delinquentes. Nulla est autem maior 11
vel nequissimi hominis custodia, quam operis exactio, ut iusta reddantur, ut villicus semper se repraesentet. sic[k] enim et[l] magistri singulorum officiorum sedulo munia sua exsequentur,[m] et[n] caeteri post defatigationem[o] operis quieti ac somno potius, quam deliciis[p] operam dabunt. Iam illa vetera, sed optimi moris, 12
quae nunc exoleverunt,[q] utinam possint[r] obtineri: ne conservo ministro quoquam nisi in re domini utatur; ne cibum nisi in conspectu familiae capiat; neve alium, quam qui caeteris praebetur. sic enim curabit, ut et panis diligenter confiat, et reliqua salubriter apparentur. Ne extra fines nisi a se missum progredi sinat: sed nec ipse mittat, nisi magna necessitate cogente. Neve negotietur sibi, pecuniamve[s] domini aut animalibus aut rebus aliis promercalibus occupet. Haec 13
enim negotiatio curam villici avocat, nec unquam patitur[t] eum cum rationibus domini paria facere; sed ubi numeratio exigetur, rem pro numis ostendit. In universum tamen hoc maxime obtinendum[v] ab eo est,

Br. postea *delinquentis* Br. (k) *Fit* I. R. (l) *ut* I. B. Br. R. Sang. (m) *exequantur* I. B. Br. R. Sang. *exsequantur* Pol. (n) *Sed* I. B. Br. R. Sang. (o) *fatigationem* I. B. Br. R. A. Iunt. G. (p) *delitiis* Iunt. G. (q) *exoleverunt* R. *exsolverant* P. (r) *possit obtineri* Br. *obtinere* Sang. (s) Ita pro *pecuniamque* Lips. *negotientur* Sang. (t) *patietur* Br. (v) *optin.* I. B. Br. R. (x) *in-*

Contingere) Infra peius est: *poteritque id custodire, si maluerit cavere, ne peccet operarius.*

Iusta reddantur) Vrsinus malebat: *ut iuxta reddatur* (scilicet exactio), *villicus se repraesentet*; refutatus a I. Fr. Gronovio Observ. IV, 6, p. 80.

Et magistri) Sunt quos sect. 17 operum magistros vocat, recte monente Gesnero; eosdem iterum dicit initio cap. IX. Ceterum in libris antiquis fuit: *ita enim fit, ut non solum magistri — exsequantur, sed et caeteri*; quod apparet ex varietate lectionis.

Deliciis) Infra rectius *maleficiis* est.

Occupet) Infra est: *pecuniam domini neque in pecore nec in aliis rebus promercalibus occupet, — sed ubi aeris*

Nequid se putet scire quod nesciat, quaeratque semper
14 addiscere, quod ignorat.[x] Nam cum multum prodest perite[y] quid facere, tum plus obest perperam fecisse. Vnum enim ac solum dominatur in rusticatione, quidquid exigit ratio culturae, semel facere: quippe quum[z] emendatur vel imprudentia vel negligentia, iam res ipsa decoxit, nec in tantum postmodum[a] exuberat, ut et se[b] amissam restituat, et quaestum temporum prae-
15 teritorum resarciat. In caeteris servis haec fere praecepta servanda sunt, quae me[c] custodisse non poenitet, ut rusticos, qui modo non incommode se gessissent, saepius quam urbanos familiariusque[d] alloquerer; et quum hac[e] comitate domini levari perpetuum laborem eorum intelligerem, nonnunquam etiam iocarer,[f] et plus ipsis iocari permitterem. Iam illud saepe facio, ut quasi cum peritioribus de aliquibus operibus novis deliberem, et per hoc cognoscam cuiusque ingenium, quale quamque[g] sit prudens. Tum etiam libentius eos id opus aggredi video, de quo secum deliberatum, et

gnorat I. B. R. (y) *rite* I. B. Br. R. *per rite* P. (z) *commendatur* P. (a) *postmodo* P. Sang. (b) Ita pro *rem* ex L. P. S. Gesner. (c) *ne* Br. (d) *que* om. I. B. Br. R. L. Sang. (e) *hac* ex Sang. addidi, qui tamen cum Br. omittit *cum*. I. B. R. L. *a comitate*. P. *hanc comitatu*. (f) *iocarier* I. B. Br. deinceps *permittere* Br. (g) *cumque est* P. S. *est* etiam I. B. Br. R.

numeratio exigitur, res — ostenditur. De verbi *occupare* hac notione vide Clavem Ciceronianam.

Cum multum prodest) Infra: *nam etsi multum prodest scientia, plus tamen obest imprudentia vel negligentia, maxime in rusticatione, cuius est disciplinae caput semel fecisse — res tamen ipsa iam domino decoxit — ut et iacturam capitis amissi restituat et quaestum resarciat*. In hoc loco malim *cum — prosit*. Ita enim postulat usus Columellae.

Decoxit) *Domino* addi volebat ex altero loco Pontedera.

Postmodum) Libri Pol. et Sang. *postmodo*, probante Drakenb. ad Livium T. III, p. 1037. Sed infra VI, 37, 11, pro *postea* libri Lips. et Sang. cum Edd. I. B. R. habent *postmodum*.

Quum hac comitate) Hanc lectionem ex librorum varietate effeci; quum viderem, alloquio eiusmodi levari servorum laborem, iocari etiam ausus sum cum iisdem.

consilium[h] ipsorum susceptum putant. nam[i] illa solemnia sunt omnibus circumspectis,[k] ut ergastuli man- 16
cipia recognoscant; ut explorent, an diligenter vincta[l] sint; an ipsae sedes custodiae satis tutae munitaeque sint: num[m] villicus aut alligaverit quempiam domino nesciente, aut revinxerit. nam utrumque maxime servare debet, ut et quem paterfamilias tali[n] poena multaverit, villicus nisi eiusdem permissu compedibus non eximat: et quem ipse sua sponte vinxerit, ante quam sciat dominus, non resolvat: tantoque curiosior 17
inquisitio patrisfamilias debet esse pro tali genere servorum, ne aut in vestiariis aut in caeteris praebitis iniuriose tractentur, quanto et pluribus subiecti, ut villicis, ut[o] operum magistris, ut ergastulariis, magis

(h) Ita pro *consilio* I. B. Br. R. deinceps *suscepto* P. (i) *Iam* Goes. *solemnia* Br. (k) *circumseptis* I. B. Br. R. S (l) *vincti* iidem libri *sint* om. Lips. (m) *nunquam* P. S. (n) *talem* P. paulo antea *utrumque* Br. (o) *ut*

Et consilium) Plinius I, Epist. 22: *utque suaserit ratio, vitae mortisque consilium suscipere vel ponere.*

Circumspectis) Edd. primae cum Sang. *circumseptis*. Quam lectionem sequutus videtur Vrsinus, quum corrigeret sequentia *recognoscantur* — *explorentur* — *domi me nesciente*. Sed Vrsinus praecipue cavere voluisse videtur ita, ne domino haec iniungantur, sed villico. Ita enim infra XI, 1, 22: *itaque mancipia vincta quae sunt ergastuli per nomina citare debebit atque explorare, ut sint compedibus diligenter innexa, tum etiam custodiae sedes an tuta et recte munita sit: nec si quem dominus aut ipse vinxerit, sine iussu patrisfamiliae resolvat.* Sed domino nunc praecipere nostrum docent verba *nam villicus aut allig. quempiam;* ubi libri duo habent optimi: *nunquam villicus*. Scilicet voluerunt dare: *num quem villicus aut alligaverit domino nesciente aut revinxerit.* Eamque lectionem probo. Ceterum si lectionem *circumseptis* sequaris, tum Vrsinum corrigentem *recognoscantur* — *explorentur* simul oportet sequaris; vulgari autem lectione probata, non opus erit correctione. Ceterum memineris, ergastulum esse subterraneum. Vide ad cap. VI, sect. 3.

Servare) Vrsinus *servari* scribi iussit; sed refertur ad villicum vulgata.

Vestiariis) Seneca Benef. III, 21: *est aliquid, quod dominus praestare servo debeat, ut cibaria, ut vestiarium.* Idem de Tranquill. c. 8, et Scaevola in Codice legum, recte monente Beroaldo. Dicitur ut congiarium, et salarium. De praebitis addo Suetonii locum in Tiberio c. 50: *peculio praebitisque annuis fraudavit,* quem debeo Gesneri Thes. L. L.

Operum magistris) Singulorum of-

obnoxii perpetiendis iniuriis, et rursus saevitia atque
18 avaritia laesi magis timendi [p] sunt. Itaque diligens dominus, cum et ab [q] ipsis, tum et ab solutis, quibus maior est fides, quaerat, an ex sua constitutione iusta percipiant. Atque ipse panis potionisque bonitatem [r] gustu suo exploret; vestem, manicas, pedumque tegmina [s] recognoscat. Saepe etiam querendi potestatem faciat [t] de iis, [v] qui aut crudeliter eos aut fraudulenter infestent. Nos quidem aliquando [x] iuste dolentes tam vindicamus, quam animadvertimus in eos, qui seditionibus familiam concitant, qui calumniantur magistros suos: ac [y] rursus praemio prosequimur [z] eos, qui strenue
19 atque industrie se gerunt. Foeminis quoque fecundioribus, quarum in sobole [a] certus [b] numerus honorari debet, otium nonnunquam et libertatem dedimus, quum plures [c] natos [d] educassent. nam cui tres erant filii,

ex P. S. addidit Gesner. *vilicis* Sang. (p) *timenda* P. (q) *abis* P. *ab iis* Sang. deinceps *quaerit* I. B. Br. R. Sang. (r) *probitatem* iidem libri et Goes. *explorat* Sang. (s) *tegumina* I. B. L. Goes. Sang. deinceps *recognoscit* P. Sang. (t) *facit* I. B. R. (v) *his* Br. (x) Ita pro *aliquanto* Br. Goes. (y) *et* I. B. Br. R. (z) *prosequamur* P. deinceps vulgatum *ac industrie* ex Br. Ald. correxi. (a) *subule* P. (b) *fuerit* add. Ald. et qui eum secuti sunt. Nobiscum I. B. R. Br. I. I. H. S. (c) Ita pro *complures* I. B. R. Br. Sang.

ficiorum magistros sect. 11 recte comparavit Gesner.

Aliquando) Vulgatum *aliquanto* recte iam Vrsinus correxit, post id vocabulum intercidens. Vulgarem interpunctionem *iuste dolentes, tam vindicamus* ineptissimam correxi, quanquam mollior erat oratio sic ordinata: *tam iuste dolentes vindicamus.*

Deos penates) Cato cap. 2: *paterfamilias ubi ad villam venit, ubi larem familiarem salutavit,* et caetera, quae transtulit Columella.

Facere instituerit) Vrsinus malebat *instituerit*, refutatus a Gesnero.

Certus numerus) Aldinam secutae Edd. inepte interserunt *fuerit*. Vitium viderat etiam Vrsinus et Morgagni, correxit Gesner. Addo egregia Aristotelis praecepta de servis rusticis tractandis. Oecon. I, 5: διόπερ δεῖ ποιεῖσθαι σκέψιν καὶ διανέμειν τε καὶ ἀνιέναι κατ' ἀξίαν ἕκαστα καὶ τροφὴν καὶ ἐσθῆτα καὶ ἀργίαν καὶ κολάσεις — δίκαιον γὰρ καὶ συμφέρον τὴν ἐλευθερίαν κεῖσθαι ἆθλον — δεῖ δὲ καὶ ἐξομηρεύειν ταῖς τεκνοποιΐαις — τὰς θυσίας καὶ τὰς ἀπολαύσεις μᾶλλον τῶν δούλων ἕνεκα ποιεῖσθαι ἢ τῶν ἐλευθέρων.

vacatio;[e] cui plures,[f] libertas quoque contingebat. Haec
et[g] iustitia[h] et cura patrisfamilias multum confert au-
gendo patrimonio. Sed et[i] illa meminerit, quum e ci- 20
vitate remeaverit, deos penates adorare: deinde si
tempestivum erit, confestim, si minus, postero die fines
oculis perlustrare, et[k] omnes partes agri revisere atque
aestimare, num quid absentia sua de disciplina et cu-
stodia remiserit; num aliqua vitis, num arbor, num
fruges absint; tum etiam pecus et familiam recenseat,
fundique instrumentum, et supellectilem:[l] quae cuncta
si per plures annos facere instituerit, bene moratam
disciplinam, quum senectus advenerit, obtinebit.[m] nec
erit ulla eius aetas annis ita confecta, ut spernatur a
servis.

IX.[a] Dicendum etiam est, quibus operibus quemque
habitum corporis aut animi contribuendum putemus.
Magistros operibus[b] oportet praeponere sedulos, ac
frugalissimos. ea res utraque plus quam corporis sta-
tura[b] roburque confert huic negotio; quoniam[c] id
ministerium custodiae[d] diligentis et artis officium est.
Bubulco quamvis necessaria, non tamen satis est in- 2

(d) *natos* om. I. B. R. (e) *vocatio* P. (f) *plus* Sang. (g) Ita pro *enim* I. B. R. Br. Sang. (h) *iusticia* I. I. H. A. (i) *et* om. Victor. (k) *et* om. I. B. Br. R. *Omnis* Br. deinde *numquid* Br. *non arbor* Br. (l) *supelectilem* I. B. R. deinde Br. *pluris* Iunt. A. sec. II. *suppellectilem*. (m) *optinebit* I. B. Br. R.

Cap. IX. (a) Cap. XIII. Iunt. deinde *quenque* Br. (b) *pecoribus* Br. Ald. deinde *statum* eadem. *status* I. B. R. Goes. Sang. (c) *cum* I. B. R. Br. (d)

Cap. IX. *Magistros*) Vide ad cap. 8, sect. 11.

Statura) Antiquum *status* praeferebat Pontedera; quod et mox s. 3 legitur, et alibi, ut Index docet. Ceterum sequentia verba nihi vitii quid alere videntur; copia certe vocabulorum abundant.

Bubulco) Ex libro Polit. malebat Pontedera *Bubulcoque quamvis*. Geoponica II, 2: τοὺς βουκόλους ἰσχυροὺς καὶ μακροὺς καὶ τῇ φωνῇ τραχυτέρους ἐπιστήσομεν, ὅπως μὴ μικροὺς ὄντας καλύπτωσιν οἱ βόες προϊόντες, δύνωνται δὲ ἐφορᾷν τὰ ἔμπροσθεν. καὶ ἵνα τῇ τραχύτητι τῆς φωνῆς καταπτοῶσι τοὺς βόας.

doles[e] mentis, nisi eum[f] vastitas vocis et habitus metuendum pecudibus efficit.[g] Sed temperet vires clementia:[h] quoniam terribilior debet esse quam saevior, ut et obsequantur eius imperiis, et diutius perennent boves non confecti vexatione simul operum verberumque. Sed quae sint magistrorum munia, quaeque
3 bubulcorum, suo loco repetam. Nunc admonuisse[i] satis est, nihil in his, in illis plurimum referre vires et proceritatem. Nam longissimum quemque aratorem,[k] sicut dixi, faciemus, et propter id, quod paullo ante retuli,[l] et quod in re rustica nullo minus opere fatigatur prolixior, quia[m] in arando stivae pene rectus innititur. mediastinus qualiscunque statûs potest[n] esse,
4 dummodo perpetiendo labori sit idoneus. Vineae non sic altos quemadmodum latos et lacertosos viros exigunt. nam is[o] habitus fossuris et putationibus caeterisque earum culturis magis aptus. Minus in hoc officio, quam in caeteris, agricolatio frugalitatem requirit, quia et in turba et sub monitore vinitor opus facere

custodia I. B. R. Br. *bubulco quo quamvis* P. (e) *indolis* P. (f) *cum* I. B. R. Br. (g) *effecit* I. B. Br. R. S. (h) *claementia* I. B. R. Br. deinde *quom* Br. (i) *ammonuisse* I. B. Br. R. A. Iunt. G. (k) *maiorem* P. S. (l) *rettuli* I. B. Br. R. (m) *quin* P. S. sed *qui* ex Sang. Gronov. (n) *possit* I. B. Br. R. deinceps *labore* S. (o) Ita pro *his* Br. Ald. et Sang. paulo antea Brusch.

Longissimum — aratorem) Geoponica II, 2: τὸν δὲ ἀροῦντα χρὴ μακρότερον ἔχειν τὸ σῶμα. ὁ γὰρ τοιοῦτος ἰσχυρῶς ἐπικείμενος τῇ ἐχέτλῃ τὴν ὅλην ὕνιν βαρύνει, ὡς μὴ ἐπιπολῆς εἶναι τὴν αὔλακα, καὶ καταφερόμεναι ἀπὸ ὕψους πληγαὶ μᾶλλον καθάπτονται τῶν βοῶν. Plinius 18, 19: *Arator nisi incurvus praevaricatur.* Ceterum Geoponica male bubulcum ab aratore distinguunt.

Mediastini) De notione vide Gesneri Thes. L. L. Vrsinus memorat pavimentum vermiculatum Romanum, ubi mediastinus servus dextra canistrum, sinistra scopam tenens descriptus exstat cum nomine *Cornelius Servus Mediastinus.* In opere rustico esse mediastinum, qui occandi, sarriendi, runcandi, metendi et simili opere fungitur, comparato nostri loco II, 13, 7, egregie monuit Beroaldus.

Nam is habitus) Ita Sang. pro *his habitus*. Vitium senserat etiam Gesnerus. Geoponica l. c. τοὺς δὲ τὰς ἀμπέλους ἐργαζομένους οὐχ οὕτως ὑψηλοὺς εἶναι χρή, τετραγωνιαίους δὲ· ὁ γὰρ τοιοῦτος πρὸς τὴν ἐργασίαν τῆς

debet. ac plerumque[p] velocior animus est improborum
[hominum], quem[q] desiderat huius operis conditio.[r]
non solum enim fortem, sed et acuminis strenui mi-
nistrum[s] postulat. ideoque vineta plurimum per alli-
gatos excoluntur. Nihil tamen eiusdem agilitatis homo 5
frugi non melius, quam nequam faciet. Hoc interposui,
ne quis existimet, in ea me opinione versari, qua malim
per noxios quam per innocentes[t] rura colere. Sed et
illud censeo, ne confundantur opera familiae, sic ut
omnes omnia exsequantur.[v] Nam id minime conducit 6
agricolae, seu quia nemo suum proprium aliquod[x] esse
opus credit: seu quia quum enisus[y] est, non suo sed com-
muni officio proficit, ideoque[z] labori multum se sub-
trahit; nec tamen viritim malefactum deprehenditur,[a]
quod fit a multis. propter quod separandi sunt ara-
tores a[b] vinitoribus (et[c] vinitores ab aratoribus),[d] iique
a mediastinis. Classes etiam non maiores quam denum 7
hominum faciundae, quas decurias appellaverunt an-

quomodo latos. (p) *plerunque* Br. Ald. (q) *quam* omnes praeter P. et S. et Gesn. *hominum* om. Sang. (r) *condicio* L. P. (s) *ministerium* L. (t) *innocentis* Br. (v) *exsequantur* P. (x) *esse aliquod credit opus* Br. (y) Ita pro *enixus* Sang. (z) *liberque* I. B. Br. R. (a) *deprehendi* I. B. R. recte Br. (b) *a* om. P. (c) et om. I. B. Br. R. *et vinitores* om. P. Sang. (d) *aratoribus et qua mediastinis* P. *aratoribus iisque mediastinae* classes I. B. Br. R. nisi quod *eisque* Br. *aratoribus iisque mediastini*; *Classes* Reg. *aratoribus iisque a mediastinis* Gr. *et ab aratoribus aeque mediastini* Sang. apud Heinsium ad Petron. c. 47. nostra collatio ex Sang. annotavit *et qua*, et

ἀμπέλου οὐ μακρόθεν καταφερόμενος, ἀλλὰ πρόσγειος ὢν ἀπονητὶ ἐργάζεται.

Quem desiderat) Ita legi volebat etiam Vrsinus pro *quam*. D' Arnaud de Iure servor. p. 47 malebat *qualem*.

Ideoque labori) Ex lectione *liberque labori* Pontedera efficiebat: *libenterque labori*. Verum ita sequens *multum* abundare forte videbitur.

Nec tamen viritim) Gesner malebat *nec tam viritim*. Equidem vulgatam probo.

Et vinitores) Verba inclusa melius abesse, recte monuit Pontedera, et omittunt partem eorum libri optimi.

Decurias) in servis etiam urbanis habes apud Petronium cap. 47, ubi vide Interpretes. Idem consilium dant etiam Geoponica II, 45. Hinc apud Vitruvium cum alibi tum VII, 3: *decuria hominum inducta ligneis vectibus pinsant materiam Graeci.*

tiqui et maxime probaverunt, quod[e] is numeri modus in opere commodissime custodiretur, nec praeeuntis monitoris diligentiam multitudo confunderet. Itaque si latior est ager, in regiones diducendae[f] sunt eae classes, dividundumque ita opus, ut neque singuli binive sint, quoniam[g] dispersi non facile custodiuntur: nec tamen supra decem, ne rursus ubi nimia turba sit, id opus ad se pertinere singuli non existiment. Haec ordinatio non solum concitat aemulationem, sed et deprehendit[h] ignavos. nam quum certamine opus excitetur, tum in cessantes animadversio iusta et sine
9 querela[i] videtur adhiberi. Sed nimirum dum quae maxime providenda sunt agricolae futuro[k] praecipimus, de salubritate, de via, de vicino, de aqua, situ villae, fundi modo, colonorum et servorum generibus, officiorum operumque distributione, tempestive per haec ad ipsum iam terrae cultum pervenimus, de quo pluribus libro insequente mox disserimus.[l]

in margine adscriptum antiqua manu *eque*. Ibidem exstat *mediastini*. Lips. *atque a mediastinis* habet. (e) *quod is* om. P. *ut numeri* Sang. sed a manu posteriore; prior enim *quod is* omisit. monente Gronovio. (f) Ita pro *deducendae* ex Lips. *dividundae* scripsi c. Gesnero. (g) *quom* Br. (h) *deprendit* P. (i) *querella* P. (k) *futura* I. B. Br. R. Sang. (l) *disseremus* Br. et Ald. Ceterum Sangerm. *L. Iuni Moderati Columellae rei rusticae liber primus explicit: Incipit II Sementivus Liber secundus haec continet.* teste etiam Heinsio ad Ovidii Fast. I. 658.

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE

DE RE RVSTICA

LIBER SECVNDVS.

I.

Quaeris ex me, Publi Silvine, quod ego sine cunctatione non recuso docere, cur priore libro veterem[a] opinionem fere omnium, qui de cultu agrorum locuti sunt, a principio confestim repulerim, falsamque sententiam repudiaverim censentium longo aevi situ longique[b] iam temporis exercitatione[c] fatigatam et effoetam[d] humum consenuisse. Nec te ignoro cum et aliorum illustrium scriptorum tum praecipue Tremelii[e] 2
auctoritatem[f] revereri, qui quum plurima rusticarum rerum praecepta simul eleganter et scite memoriae prodiderit,[g] videlicet illectus nimio favore priscorum de simili materia disserentium falso credidit parentem omnium terram, sicut muliebrem sexum aetate anili iam confectam, progenerandis esse foetibus inhabilem.

VARIETAS LECTIONIS.

Luci Iuni M. Col. de re rustica Liber primus explicit. Incipit II. Sementivus. Liber secundus haec continet. Haec Sang.

CAP. I. (a) Ita S. Vulgo *veterum*. (b) *longinquae* I. B R. (c) *spatio* cum signo lacunae L. (d) *effertam*. P. L. (e) *Tremeli* P. (f) *authoritatem* I.

CAP. I. *Opinionem*) Plinius 17, s. 3: *ne vera existat opinio eorum, qui iam Italiae terram existimavere lassam.*

Quod ipse quoque confiterer, si in totum nullae fruges
3 provenirent.[h] Nam et hominis tum demum declaratur
sterile senium, non quum desinit mulier trigeminos
aut geminos[i] parere, sed quum omnino nullum con-
ceptum edere valet. Itaque transactis iuventae tem-
poribus, etiamsi longa vita superest, partus tamen
annis denegatus non restituitur. At e contrario seu
sponte seu quolibet casu destituta[k] humus, quum est
repetita cultu, magno foenore cessationis[l] colono re-
4 spondet. Non ergo est exiguarum frugum causa terrae
vetustas, si modo quum semel invasit senectus, re-
gressum non habet, nec revirescere,[m] aut repubescere[n]
potest; sed ne lassitudo quidem soli minuit agricolae
fructum. neque enim prudentis est adduci tanquam
in hominibus nimiae[o] corporis exercitationi,[p] aut oneris
alicuius ponderi, sic cultibus et agitationibus agro-
5 rum fatigationem succedere. Quid ergo est, inquis,
quod[q] asseverat Tremellius, intacta et silvestria loca,
quum primum coeperint exuberare, mox deinde non
ita respondere labori colonorum? videt sine dubio
quid eveniat, sed cur id accidat, non pervidet. neque
enim idcirco rudis et modo ex silvestri habitu in arvum

I. H. A *auctor*. semper Goes. (g) *perdiderit* Goes. (h) *convenirent* P. S. (i) *geminas* P. *trigeminas* I. B. Br. R. (k) *derelicta* Br. Goes. Sang. (l) *cessatorum* I. B. Br. R. L. S. *satorum* Goes. (m) *reviviscere* L. (n) *pubescere* I. B. R. *repub.* Br. (o) Ita pro *nimia* I. B. Br. R. S. (p) Ita pro *exercitatione* iidem libri. *agitationi* ex Sang. Gronov. Deinde vulgato *pondere* ex Sang. *ponderis* substitui *ponderi*. (q) *quid* H. A. sec. deinde vulg. *cultu* ex Sang.

Cessationes) Pontedera praeferebat lectionem optimorum librorum *cessatorum*, atque intelligebat *temporum*; laudavit etiam ex Ovidii Metam. X, 669, *cessata tempora*.

Adduci) Scilicet in eam opinionem. Nescio an aliquid exciderit.

Nimiae) Ita scripsi suadentibus Edd. vetustis et Sang. qui pro *pondere* habet *ponderis*. Sic etiam correxit Ponted. in Curis post.

Cultum exuberare) Sangerm. *cultum* praefert. Ita noster IX, 4, 5, quae favorum ceras exuberant. Vulgatum igitur omisi *cultum*.

transducta foecundior haberi terra debet, quod sit requietior et iunior, sed quod multorum annorum frondibus et herbis, quas suapte natura progenerabat, velut saginata largioribus pabulis, facilius edendis educandisque frugibus sufficit. At quum perruptae ra- 6
stris et aratris radices herbarum, ferroque succisa nemora frondibus suis desierunt alere matrem, quaeque temporibus autumni frutetis[s] et arboribus delapsa folia superiaciebantur, mox conversa vomeribus, et inferiori solo, quod plerumque est exilius, permista[t] atque[v] absumpta sunt: sequitur, ut destituta pristinis alimentis macrescat[x] humus. Non igitur fatigatione, 7
quemadmodum plurimi crediderunt, nec senio, sed nostra scilicet inertia minus benigne nobis arva respondent. Licet enim maiorem fructum percipere, si frequenti et tempestiva et modica stercoratione terra refoveatur. de cuius cultu dicturos nos priori volumine polliciti iam nunc disseremus.[y]

II. Callidissimi[a] rusticarum rerum, Silvine,[b] genera terreni tria esse dixerunt, campestre, collinum, montanum. campum non aequissima situm planicie[c] nec perlibrata, sed exigue prona; collem clementer et molliter assurgentem; montem non sublimem et aspe-

correxi. (r) *ita* I. B. Br. R. deinde *iccirco* quam formam in postremo libro Col. probavit etiam Gesneriana. (s) *frutectis* Sang. Deinde *plerunque* Br. Ald. (t) *permixta* I. B. Br. R. (v) *atque* om. Eaedem et *assumta* Lips. *adsumta*. (x) *magrescat* P. (y) *disseramus* I. B. Br. R.

Cap. II. (a) *Calidissimi* I. B. Br. R. *cautissimi* L. (b) *Silvine* deest I. B. Br. R. S. (c) *planitie* I. B. R. deinde *non* om. Iens. Br. L. Sang. (d)

Cap. II. *Non sublimem*) Palladius I, 5: *vel campus apertior et humorem pluvium clivo fallente subducens: vel collis molliter per latera inclinata deductus? vel vallis cum quadam moderatione et aëris laxitate submissa; vel mons alterius culminis* (Crescentius *cacuminis*) *defensus obiectu, et a molestioribus ventis aliquo liber auxilio, vel sublimis asper, sed nemorosus et herbidus.* Ita vulgo legitur; atque inde etiam hoc in loco Dickson I, p. 437, negationem tolli volebat. Sed mons asper simul herbidus esse non potest.

rum, sed nemorosum et herbidum maxime probaverunt. His autem generibus singulis senae species contribuuntur, soli pinguis vel macri, soluti vel spissi, humidi vel sicci: quae qualitates inter se mistae[d] vicibus et alternatae plurimas efficiunt agrorum varietates: eas enumerare non est artificis agricolae. Neque enim artis officium est, per species, quae sunt innumerabiles, evagari; sed[e] ingredi per genera, quae possunt[f] cogitatione[g] mentis et ambitu verborum facile copu-
3 lari. Recurrendum est igitur ad qualitatum[h] inter se dissidentium[i] quasi quasdam coniunctiones, quas Graeci συζυγίας ἐναντιοτήτων, nos *discordantium comparationes* tolerabiliter dixerimus. Atque etiam significandum est, ex omnibus, quae terra progeneret,[k] plura campo magis quam colle, plura pingui solo quam macro lae-
4 tari. De siccaneis et riguis non comperimus, utra numero vincant, quoniam[l] utrinque pene infinita sunt,[m] quae siccis quaeque humidis locis gaudent; sed ex his nihil non melius resoluta humo quam densa provenit. Quod noster quoque Virgilius,[n] quum et alias foecundi arvi laudes retulisset, adiecit, *Et cui putre solum: namque hoc imitamur[o] arando.* Neque enim aliud est
5 colere, quam resolvere et fermentare terram. ideoque maximos quaestus ager praebet idem[p] pinguis ac pu-

mixtae I. B. Br. R. In Sang. est: *quae ad qualitatium.* (e) *et* I. B. R. Br. (f) *possunt et* I. B. Br. R. I. I. H. A. G. (g) *cogitione* I. B. R. *recte* Br. (h) *qualitatem* I. B. Br. R. *qualitatium* Goes. qui et alias *facultatium.* (i) *differentium* L. (k) *progereret* B. R. (l) *quoniam utrinque pene infinita sunt* P. S. *cum cum utrumque pene infinita sunt* L. Vulgo *cum utique — sint.* (m) *sunt* I. B. Br. R. (n) *Vergilium* P. Gr. (o) *imitantur* I. B. Br. R. paulo antea *rettulisset* Br. (p) Vulgo est: *praebet. Idem.* (q) *nimium*

Igitur vulgata recte habet; et in Palladio Codex Erford. habet: *ventis quolibet auxilio, nec vel sublimis vel asper.*

Virgilius) Georgic. II, 201.

Praebet idem) Pessime erat distinctus hic locus in edit. Gesner. Legebatur enim *praebet. Idem pinguis — conficitur, praestantissimum* etc. Qua distinctione sententia loci plane tollebatur.

tris, quia quum plurimum reddat, minimum[q] poscit:
et quod postulat, exiguo labore atque impensa con-
ficitur.[r] Praestantissimum igitur tale solum iure dica-
tur. Proximum deinde huic pinguiter densum, quod
impensam coloni laboremque magno foetu remunera-
tur. Tertia est ratio loci rigui, quia sine impensa 6
fructum reddere potest. Hanc primam Cato esse dice-
bat, qui maxime reditum pratorum caeteris antepo-
nebat: sed nos de agitatione terrae nunc[s] loquimur,
non de situ. Nullum deterius habetur genus, quam 7
quod est siccum pariter et densum et macrum; quia
cum difficulter tractetur, tum ne tractatum quidem
gratiam refert: nec relictum[t] pratis vel pascuis abunde
sufficit. Itaque hic ager sive exercetur seu cessat, co-
lono est penitendus, ac tanquam pestilens refugiendus.
Nam ille mortem facit, hic teterrimam[v] comitem mortis
famem: si tamen Graecis camoenis habemus fidem
clamitantibus, Λιμῷ[x] οἴκτιστον θανέειν. Sed nunc potius 8
uberioris soli meminerimus, cuius demonstranda est
duplex tractatio,[y] culti et silvestris. De silvestri re-
gione in arvorum[z] formam redigenda[a] prius dicemus,
quoniam[b] est antiquius facere agrum quam colere.
Incultum igitur locum consideremus,[c] siccus an humi-

Commel. (r) Vulgo *conficitur, praest.* Mecum Br. Ald. deinde *videtur* L. pro *dicatur* et *redditum* pro *reditum.* (s) *non* I. Br. (t) *relictis* Br. (v) *deterrimam* H. (x) Vulgo additum δ' et deinceps καὶ πότμον ἐπισπεῖν omisi cum I. B. Br. R. (y) Ita pro *ratio* I. B. Br. R. Goes. S. (z) *agrorum* I. B. R. recte Br. (a) *dirigenda* I. B. Br. R. (b) *quom* Eaedem cum Lips. Post *colere* Lips. novum orditur caput cum rubrica *quot species terrenorum.* (c)

Mortem facit) Locutionem, in Ovidii Ibide vers. 148 recurrentem, operose adstruxit Burmann.

Duplex tractatio) Hoc vulgato *ratio* praeferebat etiam Pontedera. Non modus et ratio agrorum duplex, sed modus agri tractandi geminus traditur.

Siccus an humidus) Palladius Maio 3: *Si agros incultos volueris aperire, considerabis, siccus an humidus sit ager, silvis aut gramine, frutetis vestitus aut*

dus; nemorosus arboribus, an lapidibus confragosus; iuncone[d] sit, an[e] gramine vestitus, ac filictis[f] aliisve
9 frutetis impeditus. Si humidus erit, abundantia uliginis ante siccetur fossis. Earum duo genera cognovimus, caecarum et patentium. spissis atque cretosis regionibus apertae[g] relinquuntur: at ubi solutior hu-

consideramus I. B. R. recte Br. (d) *iunco nescit* Reg. (e) *et* P. S. (f) *filicibus* I. B. Br. B. *felictis* P. S. hinc *felicula* in Calone. Deinde *fructetis* Br.

silice. Si humidus erit, fossarum ductibus ex omni parte siccabitur. Sed aperte fossae notae sunt; coecae vero hoc genere fiunt.

Duo genera) Ita iam olim Theophrastus Caus. Plant. III, 7: ἐὰν δὲ ἔφυδρα καὶ ναματώδη τάφρους ὀρύσσοντα τὰς μὲν πλαγίους ἵνα τὸ ὕδωρ δέχωνται, τὰς δὲ ὀρθίας καὶ λίθων πληροῦντα καὶ γῆς, ὥστε μὴ ἅπτεσθαι τῆς σκαπάνης, εἶτα ἄμμον ἐμβάλλοντα καὶ χοῦν — αἵ τε γὰρ πλάγιοι τάφροι δεχόμεναι τὸ ὕδωρ ξηροτέραν ποιοῦσιν, αἵ τ' ὄρθιαι κάτω λίθους ἔχουσαι δέχονται τὴν συῤῥοήν. Quem locum expressit Virgilius I, Georg. 113: *quique paludis collectum humorem bibula deducit arena.* Quem versum recte de fossa coeca interpretatus est amicissimus Fr. Aug. Cartheuser, male contra Interpretes ceteri, etiam nuperus, omnium sapientissimus, ut sibi quidem videtur. — *Earum (fossarum) duo genera — caecarum et patentium*) Itali fossas caecas *fogne*, transversas autem et apertas patentioresque *chiusiuole* dicunt, de quibus Italus *Bramieri* in Actorum Mediol. Vol. III, P. II, p. 111.

Cretosis regionibus) Plinius 18, s. 8: *Humidiorem agrum fossis concidi atque siccari utilissimum est, fossas autem cretosis locis apertas relinqui; in solutiore terra sepibus firmari ne procidant: aut supinis lateribus procumbere: quasdam occaecari et in alias dirigi maiores patentioresque; si sit occasio, silice vel glarea sterni. Ora autem earum binis utrinque lapidibus statuminari et alio superintegi.* Ex quo loco patet, recte Pontederam vulgatam lectionem: *sed et patentes et latius apertas*, ita ex Codd. emendare: *sed et patentes latius apertas.* Deinde male Plinius ad apertas fossas traduxit, quae Columella de coecis tradit, ubi scilicet silices et glarea deficiunt. Sarmentorum enim funem in solum fossae contrudendum, cui deinde inculcatis foliis et frondibus terra ingeritur, Plinius satis inepte *sepes* a similitudine aliqua dixit. In Columellae loco bene Codex Lips. praefert *per imum contrudetur;* funis enim sarmentorum in solum fossae angustum vi trudendus erat, ut ubique firmaret terram et latera; denique probo etiam lectionem Bronkh. *contrudetur, et super — congeretur.* Poterit tamen vulgatum ex metaphora funis, quem dixit Columella, defendi; atque ita videri potest lectio Cod. Lips. alterius interpretatio. Equidem non solum alterum *et* ante *apertas* cum Vrsino et Pontedera, sed et prius post *sed*, annuente sententia et Codd. auctoritate, omisi. Palladius nostram interpretationem plane confirmat; sed is *capita* habet pro *ora*. Vide locum mox afferendum. Sed ante omnia audiendus

mus est, aliquae fiunt patentes, quaedam[h] etiam obcaecantur, ita ut in[i] patentes ora[k] hiantia caecarum competant: sed[l] patentes latius apertas summa parte declivesque, et ad solum coarctatas,[m] imbricibus supinis similes facere conveniet. nam quarum recta sunt latera, celeriter aquis vitiantur,[n] et superioris soli lapsibus replentur. Opertae rursus obcaecari[o] debebunt, sulcis in altitudinem tripedaneam depressis: qui quum parte dimidia lapides minutos vel nudam glaream receperint, aequentur superiecta[p] terra, quae fuerat effossa. vel si nec lapis erit nec glarea, sarmentis connexus velut funis informabitur in eam crassitudinem, quam solum fossae possit anguste[q] quasi accommodatam coarctatamque[r] capere. Tum per[s]

(g) *aperte* H. (h) *aliquae* I. B. Br. R. *occaecantur* Br. (i) *in eas ora hiantium fossarum competunt* I. B. Br. R. L. in *ea* et cet. P. S. (k) *ora hianti* Gym. *ora hi. coecarum* om. Goes. (l) Vulgo *sed et patentes latius, et apertus est. sed latius apertas* I. B. Br. R. L. P. S. (m) *coartatas* iidem libri. (n) *viciantur* Iunt. H. (o) *occaecari* Br. (p) *supertecta* Sang. (q) Ita pro *angustae* Brusch. et Aldin. (r) *coartatamque* I. B. Br. R. (s) *primum* L. P.

Cato cap. 42. Cato altitudinem quatuor pedum, latitudinem supremi sulci trium pedum, infimi pedis cum palmo edit; igitur declives facit sulcos hos coecos. Contra latitudinem Columella non expressit, sed simpliciter declives fieri fossas apertas iussit. In coecis enim nullum est periculum, ne latera subsideant et fossam repleant. Palladius tamen in Columella legisse etiam videtur *coecas declives fossas*. Et facile restitues Columellae eum sensum legendo ex libris: *Sed latius apertas summa parte*; ita, ut verba haec ad genus utrumque fossarum pertineant. Sulci etiam notio fossam supra latiorem postulare videtur; aliqua ita etiam voluit h. l. ex Catone intelligi Dickson I, p. 369.

Sulcis — depressis) Palladius Maio 3: *sulci per agrum transversi altitudine pedum trium: postea usque ad medietatem lapidibus minutis replentur, aut glarea et super terra, quam egesseramus, aequatur. Sed fossarum capita unam patentem fossam petant, ad quam declives decurrant; ita et humor deducetur, et agri spatia non peribunt. Si defuerint lapides, sarmentis vel stramine subiecto cooperiantur, vel quibuscunque virgultis.*

Fossae — angustae) An igitur apertae fossae sunt maiores? Ita videtur interpretari Plinius, qui coecas dirigi iubet in maiores patentioresque. Cato apertas fossas latiores facit, sed pede dimidio minus altas, easque scrobes appellat. Sed repertum in Br. et Ald. *anguste* sine cunctatione recepi.

imum contendetur, ut super calcatis cupressinis vel pineis, aut, si eae non erunt, aliis[t] frondibus terra contegatur;[v] in principio atque exitu fossae more ponticulorum binis saxis tantummodo pilarum vice constitutis, et[x] singulis superpositis, ut eiusmodi constructio ripam sustineat, ne praecludatur humoris illapsus[y] atque exitus. Nemorosi frutetosique[z] tractus duplex cura est, vel extirpandis radicitus[a] arboribus et removendis; vel, si rarae[b] sint, tantum succidendis
12 incendendisque et inarandis. At[c] saxosum facile est expedire lectione lapidum, quorum si magna est abun-

Goes. Sang. deinde *contrudetur* Lips. (t) *nisi* P. (v) *congeratur* coniecl. Broukh. (x) Sang. *ut.* (y) Ila pro *illapsu — exitu* I. B. Br. R. G. *elapsus* L. *inlapsus — exitus* Sang. (z) *fructetosi* I. R. *frutectosi* P. *nemorosae frutetosaeque* L. *fruticosique* coni. Brouckh. deinde *exstirpandis* Br. (a) *radicibus* P. S. *et* ante *remov.* om. Sang. (b) *rarcta* P. S. deiode *sunt* I. B. Br. R (c) *Ac* Sang. (d) *substrictioaibus* I. B. R. recle Br. (e) *tum* L. (f) *repa-*

Cupressinis) Vide infra ad c. IX, 9.

More ponticulorum) Verba haec alieno loco posita pulo el sic ordinanda: *exitu fossae binis saxis tantummodo pilarum vice constitutis et singulis more ponticulorum superpositis.*

Illapsus — atque exitus) Vulgalum *illapsu — exitu* damnaveral etiam Pooledera.

Radicitus) Ex Sang. *exstirpandis radicibus*, *arboribus removendis* annotavil Gronovios

Vel si rarae sunt) Palladius Maio 3, ex h. l. *si nemorosus est ager, exstirpatur, aut raro relictis arboribus excolatur.* Sed is a sensu h. l. certissime aberravil, qui paulo difficilior est in lectione vulgata. Quomodo eoim arbores, quamvis rarae, *inarari* possunt? Sed vides, io prima orationis parte *nemorosi frutetosique tractus* ab arboribus distingoi *frutecta;* arbores iam expedivit Columella; sequuntur ergo frutecta, quae adeo latenl in lectione Codd. Polit. el Sang. *rareta.* Puto igilur, scripsisse Columellam: *vel si carecta sint.* Haec enim facile excidanlur succisis caricibus, incisis et radicibus inarandis. Carecta nomioal Palladius Aug. 3, ex Columella XI, 2, 62. Vitiosam lectionem iam olim reperisse videtur in h. l. Palladius. Idem Iulio cap. 4: *silvestres agri utilissime exstirpabuntur arboribus atque virgultis cum luna decrescit, desectis radicibus atque combustis.* Quae ex Columella XI, 2, 52, ducta, sed pleniora sunl. Aliam rationem silvestris agri excolendi lradit Palladius I, 6, 13.

At saxosum) Palladius l. c. *si lapidosus (ager) per macerias saxorum a turba collectas et purgari poterit, et inde muniri;* ubi ex libris optimis al h. l. legeodum esl: *saxorum turba collecta.* Locum Siculi Flacci de cond.

dantia, velut quibusdam substructionibus [d] partes agri sunt occupandae, ut reliquae emundentur: vel in altitudinem sulco depresso lapides obruendi. quod tamen[e] ita faciendum erit, si suadebit operarum vilitas. Iunci 13
et graminis pernicies repastinatio [f] est; filicis, frequens exstirpatio. quae vel aratro fieri potest, quoniam [g] intra biennium saepius convulsa moritur:[h] celerius etiam, si eodem tempore stercores, et lupino vel faba [i] conseras, ut cum aliquo reditu medearis agri vitio. Namque [k] constat filicem [l] sationibus et stercoratione facilius interimi.[m] Verum et si subinde nascentem falce decidas, quod vel puerile [n] opus est, intra praedictum tempus
vivacitas eius absumitur. Sed iam expediendi [o] rudis [p] 14
agri rationem sequitur cultorum novalium cura, de qua mox quid censeam profitebor, si quae ante [q] di-

stinationem: filicis I. B. Br. R. *repastinatione filicis* Lips. *repastinationes: felicis frequens* P. *felicis* etiam Sang. (g) *cum* I. B. Br. R (h) Ita pro *moriuntur* P. S. Vulgo etiam *convulsae* legitur. (i) *fava* P. (k) *Nanque* Br. (l) *feliceem* P. (m) *interemi* P. (n) *putale* Lips. (o) *expedienti* H. Ald. G. Gr. (p) *ruris agricolationem* I. B. Br. R. L. (q) *autem* I. Br. (r) Capul IV.

agrorum p. 44: *Sed in planis locis si saxuosus sit ager, 'repurgatur,' et ex congestione maceriae fiunt. Ita ex ipsius loci qualitate aliquid colligi potest*: posuit Schoettgen.

Repastinatio) Palladius l. c. *iuncus et gramen et silices frequenti aratione vincuntur; sed filicem, si saepe fabam conseras vel lupinos, et si subinde nascentem mucrone falcis incidas, intra exiguum tempus absumes.* Obiter annotabo diversam graecorum agricolarum rationem, memoratam a Theophrasto C. P. V, 22, hi enim reliquiis desectarum radicum oleum, picemve aut sevum illinebant. Idem H. P. VIII, 8, stercoratione et ab ovium incubantium stercore et urina perire filicem monet.

Biennium) Plinius 18, sect. 8, filix biennio moritur, si frondem agere non patiaris; id efficacissime contingit, germinantis ramis baculo decussis (Vincent. germinantibus habet) succus enim, ex ipsa defluens, radices necat; ubi vereor, ut vox *baculo* sana sit; falce in eadem opera uti iubet Columella; et tenax omnino lentaque est filix; forte igitur *falcula* legendum est.

Moritur) Hoc cum Pontedera vulgato *moriantur* substitui ex libris.

Interimi) Polit. liber *interemi* propius ad verbi originem. Festus: *Emere quod nunc est mercari, antiqui pro sumere accipiebant.* Idem: *abemito significat demito vel auferto; emere enim antiqui dicebant pro accipere.* Idem:

scenda sunt, arvorum studiosis praecepero.[r] Plurimos antiquorum, qui de rusticis rebus scripserunt, memoria repeto quasi confessa nec dubia signa pinguis ac frumentorum fertilis agri prodidisse, dulcedinem soli propriam, herbarum et arborum proventum, nigrum colorem[s] vel cinereum. Nihil[t] de caeteris ambigo; de colore satis admirari non possum, cum alios tum
15 etiam[v] Cornelium Celsum, non solum agricolationis, sed universae naturae prudentem virum, sic et sententia[x] et visu deerrasse, ut oculis eius tot paludes, tot etiam campi salinarum non occurrerent, quibus fere contribuuntur praedicti colores. Nullum enim temere videmus locum, qui modo pigrum contineat
16 humorem, non eundem vel nigri vel cinerei coloris, nisi forte in eo fallor ipse, quod non putem aut in solo limosae paludis et uliginis amarae,[y] aut in maritimis areis salinarum gigni posse laeta[z] frumenta. Sed est manifestior hic antiquorum error, quam ut pluribus argumentis convincendus sit. Non ergo color, tanquam certus auctor, testis est bonitatis arvorum. et ideo frumentarius ager, id est pinguis, magis aliis qualitatibus aestimandus[a] est. Nam ut fortissimae pe-
17 cudes diversos ac pene innumerabiles, sic etiam robustissimae terrae plurimos et varios colores sortitae sunt. Itaque considerandum erit, ut solum, quod

cum rubrica: *quod solum maxime probetur* Lips. (s) *colorem* om. I. Br. L *colorem nigrum* Sang. (t) *Nihil* addidi ex Goes. Sang. (v) *etiam* addid. ex P. Sang. *tam Corn.* Br. (x) *scientia* corrig. Brouekh. *sententie* Sang. (y) *a mare* I. B. R. H. recte Br. (z) *iacta* ante Gesnerum, quocum L. P. Goes. Sang. (a) *extimandus* L. (b) Ita pro *excolere* A. Iunt. G. Gr. H.

surremit, *sumpsit*: *inque manum surremit hastam. Idem etiam* (Lucilius) *surrempsit usurpavit pro puerum sustulerit.* Hinc frequentantur *eximere*, *interimere*.

Vel cinereum) Plinius VIII, sect. 7, velut e Catone affert: *item terra nigra et cinerei coloris.*

Nihil de ceteris) Solus Sangerm. et Goës. servavit vocabulum *nihil*, quod exciderat. Ita legi, et deinceps *tum etiam* voluit etiam Pontedera.

excolere[b] destinamus, pingue sit. Per se tamen id 18
parum est, si dulcedine caret; quod utrumque[c] satis expedita[d] nobis ratione contingit discere. nam perexigua conspergitur[e] aqua glaeba,[f] manuque subigitur, ac[g] si glutinosa est, quamvis[h] levissimo tactu pressa inhaerescit, *et picis in morem ad digitos lentescit*[i] *habendo*, ut ait Virgilius,[k] eademque illisa humo non dissipatur; quae[l] res admonet[m] nos, inesse tali materiae naturalem succum[n] et pinguitudinem. Sed[o] si 19
velis scrobibus egestam humum recondere et recalcare, quum aliquo[p] quasi fermento abundaverit, certum erit, esse eam pinguem; quum defuerit, exilem; quum aequaverit, mediocrem. quanquam ista quae nunc retuli,[q] non tam vera possunt[r] videri, quam si sit pullula[s] terra, quae melius proventu frugum approbatur.

St. et Pol. (c) *utcunque* coni. Broukh. (d) *expedit a nobis qua ratione* L. (e) *conspargitur* P. (f) *gleba* I. B. Br. R. I. I. H. A. Gr. G. (g) *at* I. B. R. Br. (h) Ita pro *et quovis* Br. Goes. Sang. *lenissimo* I. B. Br. R. *tractu* lens. Br. (i) *lucescit* L. (k) *Vergil.* G. Gr. Pol. S. (l) Ita pro *ea* I. B. Br. R. S. (m) *admonent* I. B. Br. R. *nos admonet* S. (n) *sucum* P. *sucum et pinguitudinem* L. (o) Vulgo additum *et* om. Br. Sang. (p) *quasi aliquo* Sang. (q) *rettuli* Br. (r) *possint* I. B. Br. R. S. (s) *quam pulila* Sang.

Excolere) Recte hanc lectionem praeferebat Gesner, vulgata enim doctrinae Columellae et sententiae adversatur.

Ac si — quamvis) Ex lectione librorum *at si* Pontedera effingebat *ea si*; deinde legebat *quamvis levissimo dente — dissipatur, res admonet* deletis verbis *ea res* aut, ut alii libri habent, *quae res.*

Inhaerescit) Virgilii locus est Georg. I, 250. Repetiit Palladius I, 5, 3. Plinius XVII, sect. 3, nec semper pinguis adhaerens digitis, quod in argillis arguitur.

Sed et) Idem habet experimentum Diophanes Geopon. II, 11; Palladius I, 5, 3; Plinius l. c *Scrobes quidem regesta in eos nulla complet, ut densa atque rara ad hunc modum deprehendi possit.* Sed totum hoc caput de experimentis terrae egregie illustrant, quae docuit Tozzetti sull'agricolt. Toscana p 74 seqq.

Fermento) I. e. intumuerit et scrobem superaverit. Infra IV, 1, 7, repastinata humus, dum est recens soluta laxataque velut fermento quodam intumescit, quum deinde — condensata subsidit. Similiter fermentum dixit Plinius 17, sect. 35, no. 4.

20 Sapore[t] quoque dignoscemus,[v] si[x] ex ea parte agri, quae maxime displicebit, effossae glebae,[y] et in fictili vase[z] madefactae dulci aqua permisceantur,[a] ac more faeculenti[b] vini diligenter colatae gustu explorentur. nam qualem traditum ab eis retulerit[c] humor saporem, talem esse dicemus eius soli. sed[d] citra hoc experimentum multa sunt, quae et dulcem terram et frumentis habilem significent, ut iuncus, ut[e] calamus, ut gramen, ut trifolium, ebulum,[f] rubi, pruni silvestres, et alia complura, quae etiam indagatoribus aquarum nota,[g] non[h] nisi dulcibus terrae venis edu-
21 cantur.[i] Nec contentos esse nos oportet prima specie summi soli, sed[k] diligenter exploranda est inferioris materiae qualitas, terrena necne sit. Frumentis autem sat erit, si aeque bona suberit bipedanea[l] humus:

omissis mediis vocibus. *pdila* etiam Goes. Pol. *pulla* Lips. (t) *Saporem* I. B. Br. R. S. (v) *sic dignosc.* Br. et Ald. *degno.c.* Pol. (x) *si* om. I. B. Br. R. Lips. S. (y) *glebae* I. B. Br. R. A. Iunt. G. Gr. H. (z) *vaso* P. S. (a) *promisc.* I. B. Br. R. (b) *foecul.* I. B. R. *faec.* Br. *fecul.* A. Iunt. G. Gr. H. (c) *rettulerit* Br. (d) *Sed et* P. S. (e) *et calamus gr. et trif.* I. B. Br. R. (f) *hebulum* P. (g) *nota* om. I. B. Br. R. (h) *non tamen nisi* I. B. Br. R. Lips. (i) *deducantur* I. B. R. recte Br. *educari* coniic. Broukh. (k) *et* L. P. (l) *bipedana* vulg. ex Iunt. P. Goes. Sang. correxit Gesner. (m) *quat-*

Sapore) Repetiit Palladius I, 5; Anatol. Geopon. II, 10; Columella de Arborib. III, 6. Ceterum lectionem vulgatam equidem teneo. Pontedera cum Vrsino alteram *saporem* probavit; usus tamen non est argumento satis specioso, quod offert liber de Arboribus l. c. ubi est: *Sapor autem comprehendetur, si terram aqua diluas.*

Trifolium) Similia quasi ex Catone refert Plinius 18, sect. 7, no 2: *Ebulum vel prunus sylvestris, vel rubus, bulbus minutus, trifolium, herba pratensis, quercus, silvestris pirus, malusque frumentarii soli notae*; ubi verba *herba pratensis* ex interpretatione trifolii nata esse censuit Pontedera ad h. l. Praeter signa et nomina herbarum allata multa habent alia Geop. II, 4, 5, 6, 10, quibus immorari nunc non lubet.

Indagatoribus aquarum) Qui puteis fodiendis aquam quaerunt; cui usui serviunt capita tria priora Geoponicorum, quae laudavi antea.

Bipedanea) Anatolius Geoponic. II, 10, frumentis postulat ποδιαῖον βάθος, vineae tripedaneam, arboribus quatuor pedes altam. Palladius I, 6, 11: *terrae altitudinem cum foecunditate, si ad frumenta, duobus pedibus explora, quatuor vero, si ad arbusta vel vites.*

arboribus altitudo quatuor[m] pedum abunde[n] est. Haec
quum ita exploraverimus, agrum sationibus faciundis
expediemus. Is autem non minimum exuberat, si cu-
riose et scite subigitur. quare antiquissimum est[o] for-
mam huius operis conscribere, quam velut sectam[p]
legemque in proscindendis agris sequantur[q] agricolae.
Igitur in opere boves arcte[r] iunctos habere convenit, 22
quo speciosius ingrediantur sublimes et elatis capiti-
bus, ac[s] minus colla eorum labefactentur, iugumque
melius aptum cervicibus insidat.[t] hoc enim genus iun-
cturae maxime probatum est. Nam illud, quod in
quibusdam provinciis usurpatur, ut cornibus illigetur

tuor Br. (n) *habunde* I. B. R. *abunde* Br. (o) Ita I. B. Br. R. Sang. Vulgo erat *antiquissimi fere omnes f. h. op. conscripsere*. Lips. omittit etiam *fere*. (p) *secta* B. *sectam* I. B. B. Br. et Sang. *vel sectam* inde laudat Burm. ad Velleium p. 286. Vulgo *scita* legitur. Nescio unde Burm. velut vulgarem lectionem referat: *antiquissimus fere — quum velut facta — sequuntur*. (q) *sectantur* I. B. Br. R. (r) *ante* Eaedem. (s) *ut* Eaed. (t) *incidat* G. (v)

Antiquissimum est) Restitui lectionem veram approbante Pontedera, quam et sequens *sequantur* postulabat: alias enim debebat esse *sequerentur*. Nec antiquissimi auctores haec omnino attigerunt, nedum eleganter atque accurate tractarunt. Sangerm. lectionem probavit etiam Drakenb. ad Livium T. I, p. 135, et Burmann. ad Velleium p. 286.

Sectam) Optimi libri *sectam* praeferunt vulgato *scita*. Cicero de N. D. II, 22, natura habet viam et quasi sectam, quam sequatur.

Arcte) Plinius XVIII, sect. 49: *araturos boves quam arctissime iungi oportet, ut capitibus sublatis arent; sic minime colla contundunt*. Ibi tamen Pontedera *aptissime*, et in Columella *apte* legi volebat. Sed *apte* respuit sequens *aptum cervicibus*, nec boves sibi invicem arcte iunctos, sed iugo arcte iunctos dicit, ne colla labefactentur. Explicat Dickson II, p. 451: *fixing the yoke bet ween the neck and shoulders*, i. e. ut iugum inter cervicem et armos sedeat.

Cornibus) Palladius hinc II, 3: *boves melius collo quam capite iunguntur*. Plinius VIII, sect. 70: *plurimum lactis alpinis — capite non cervice iunctis*. Cornibus ipsis olim iunctos boves testatur epitheton κεραλκέας apud Callimachum Hymno in Dian. versu 179. Phaedri locum: *Bos dum tendit validius confregit cornu* attulit Gesner, Callimachi Schoettgen, Homeri locum Iliad. XII, 704 annotavit Dickson. Statius Thebaid. I de iuvencis aratro iunctis: *illi indignantes, queis nondum vomere multo ardua nodosos cervix descendit ad armos*. ubi Lutatius: *Secundum Italiae situm loquitur. ubi boves trahunt collo. Nam dum nim*

iugum, fere repudiatum est ab omnibus, qui praecepta
23 rusticis conscripserunt; neque immerito. plus enim queunt pecudes collo et pectore conari, quam cornibus. atque hoc modo tota mole corporis totoque pondere nituntur: at illo, retractis et resupinis capitibus excruciantur, aegreque terrae summam partem levi admodum vomere sauciant. Et ideo minoribus aratris moliuntur,[y] qui[x] non valent alte[y] perfossa[z] novalium terga rescindere: quod quum fit, omnibus virentibus plurimum confert.[a] nam penitus arvis sulcatis maiore incremento segetum arborumque foetus
24 grandescunt. Et in hoc igitur a Celso dissentio, qui reformidans impensam, quae scilicet largior est in amplioribus armentis,[b] censet[c] exiguis vomeribus et dentalibus terram subigere, quo minoris formae bubus administrari id possit; ignorans, plus esse reditus in ubertate frugum, quam impendii,[d] si maiora mercemur armenta, praesertim in Italia, ubi arbustis atque oleis consitus ager altius resolvi ac subigi desiderat, ut et summae radices vitium olearumque vomeribus re-

molliuntur I. B. R. recte Br. (x) *quia* Goes. Sang. (y) *arte* Br. (z) Ita pro *perfossam — terram* Sang. *perfossa* etiam Goes. (a) *confertur* I. B. Br. R. Goes. Sang. (b) *argumentis* Iens. Br. Lips. (c) *et* add. Br. (d) *impendii*

trahendi anteriora petunt, cervix in armos reflectitur. Propert. II, 34, 48: *sed non ante gravi taurus succumbit aratro, cornua quam validis haeserit in laqueis.* ubi laqueos alii interpretantur ζυγόδεσμα. Vide vero an potius laquei sint, quibus capulari iuvencos domandos dixit noster VI, 2, 4. De iugo et iungendi ratione accurate dicetur ad VI, 2, 7, ubi vide notas.

Qui non valent) Elegantem Sang. lectionem *perfossa novalium terga* recepi. Ita noster IV, 14, 1, *terga soli*, et X, 7 et 71, *terga resoluta agri* habet. Pontedera volebat etiam legere *quia non valent*, ut libri quidam habent.

Confert) Ex libris optimis Pontedera praeferebat *confertur*, quod pariter facerem, si scriptum exstaret: *a bubulcis profunde solum proscindentibus plurimum — confertur*; qua forma haec posuit et explicavit Pontedera.

Impendii) Ita recte Brusch. Ald. et Cod. Lips. probante etiam Pontedera. Vulgatum *stipendii*, qui invexit, co-

scindantur; quae si maneant, frugibus obsint; et inferiores penitus subacto solo facilius capiant humoris alimentum. Potest tamen illa Celsi ratio Numidiae et Aegypto convenire, ubi plerumque arboribus viduum solum frumentis seminatur. Atque eiusmodi terram pinguibus arenis [e] putrem veluti [f] cinerem solutam quamvis levissimo [g] dente moveri satis est. Bubulcum autem per proscissum ingredi oportet, alternisque versibus obliquum tenere aratrum, et alternis recto plenoque sulcare: sed ita necubi crudum solum et immotum relinquat, quod agricolae scamnum vocant.

Br. Lips. Ald. Vulgo *stipendii*. (e) *harenis* I. B. Br. R. (f) *velut* Eaedem.

gitavit bovem operantem, quasi stipendia merentem. Sed de emtione hic sermo est!

Obliquum) Aratrum vulgare Italicum, quo terra proscindebatur, iterabatur et tertiabatur, aures seu tabulas additas non habebat, quibus terra proscissa in destram sublata converti posset, ut sulcus aperiretur; tabulas addebant tum demum, quum sementem inararent, quo altiore sulco aquam pluvialem a segete deducerent, quae in porcis altis, a terra aratri tabulis reiecta atque accumulata factis latebat tecta. Igitur cum aratro vulgari simplice, sulcos exarare atque aperire volebant, vomerem in alterum latus inclinabant obliquum; deinceps eundem versum recto vomere exarabant revertentes, ita, ut sulci pars declivis vomere recto finderetur et terrae obliquo vomere reiectae antea adderetur, atque ita sulcus purus et profundus exigebatur. Bubulcus ipse per proscissum semper ingredi debebat, sed boum alter alternis per proscissum et per terram planam incedebat. Ceterum tam densis sulcis arari iubent scriptores nostri, ut vix dignoscatur in utram partem vomer actus sit, ita enim omnes radices herbarum perrumpi. Ne vero cruda terra, quam scamna vocabant rustici, relinqueretur, sedulo cavebant, eiusque rei experimentum capiebant pertica transversa, per sulcos inserta, quae si aequaliter ac sine offensione penetrabat, recte aratum fuisse iudicabant. Hanc primam operam arandi sequebatur iteratio sulcis transversis. Columella III, 13: *ut more novalium terra transversis adversisque sulcis proscindatur*. Plinius XVIII, c. 19: *omne arvum rectis sulcis mox et obliquis subigi debet*. et cap. 20: *aratione per transversum iterata, occatio sequitur*. Virgilius I, Georg. 97: *et qui proscisso quae suscitat aequore terga rursus in obliquum verso perrumpit aratro*. Ab hoc igitur sulco *transverso et obliquo* plane diversus est, quem obliquo aratro facere iubet Columella, ut recte admonuit Dickson I, p 437.

Scamnum) Ita noster II, 4, 3; III, 13, 2 et 10 de Arborib. XI, 2. Vtitur et Plinius XVII, sect. 35, no. 4.

26 Boves quum ad arborem venerint, fortiter retinere ac
retardare, ne in [h] radicem maiore nisu vomis impactus
colla commoveat, neve aut cornu bos ad stipitem
vehementius offendat, aut extremo iugo truncum de-
libet [i] ramumque deplantet. Voce potius quam ver-
beribus terreat, ultimaque [k] sint opus recusantibus
remedia, plagae. nunquam stimulo lacessat iuvencum,[l]
quod retrectantem calcitrosumque eum reddit. non-
27 nunquam tamen admoneat flagello. Sed nec in media
parte versurae consistat, detque requiem in summa,
ut spe cessandi totum spatium bos agilius enitatur.

(g) *leniss.* Eaed. (h) *in* om. I. B. R. habet Br. (i) *deliberet* Iens. (k) *ultima quae* I. B. Br. R. S. *ultuma quae* P. (l) *iuvencumque reste tractum*

Ex nostro loco Palladius II, 3 servandum est, ne inter sulcos non mota terra relinquatur. Gallicis aratoribus *Veaux et barres* auctore Harduino. Experimentum perticae habet Columella cap. 4, sect. 3, atque inde Palladius II, 3. Scamna Frontinus et Aggenus Arbicus agri latitudinem vocant. Ita enim Aggenus: *Quicquid in longitudinem est delimatum per strigas appellatur, quicquid per altitudinem seu latitudinem, per scamna.* Hinc idem agrum *strigatum*, et *scamnatum* dixit. Itali scamna haec *lembi* dicunt, teste Tozzetti.

Delibet) Praeferebat Pontedera *delibret*, quod delibari truncus nec recte, nec proprie dicatur. Arbor enim radicibus firmata non facile de sede moveatur aut luxetur. Contra arbori maxime cavendum esse id, quod frequentius contingit, ne cortex laedatur. Loci Columellae XII, 1, 6, *ne delibuta sint*, et Varronis II, 16, alia est ratio, monente etiam viro docto, cui assentior.

Lacessat) Nescio cur Vrsinus post *stimulo* distingui, et deinceps legi velit: *iuvencum quod — calcitrosumque etiam reddit nonnunquam: tamen.* Ceterum antiquarum Editionum lectionem *iuvencumque reste tractum calcitrosumque* inepte Iucundus correxit, quum potius deberet: *qui restitantem.* Hoc Gallicum *rétif* est. Latine retractantem bovem dici, nec credo, nec docere aliquis adhuc conatus est. Contra restitare est in vitio armentorum, praecipue quum arant et sulcum rectum ducere debent. Dum restitat bos, calce simul bubulcum petit, et ad stimulum recalcitrat. Ceterum Sang. libri *quae res caetratum* annotaverat etiam in margine infimo libri Commelin. Abr. Gronovius, *cetratum* scribens, cui statim subiecta erat *caetrastum* vel *caetrestam G.* recentiore atramento subiectum. Quod quo pertineret, ignorabam.

Media) Plinius 18, sect. 49: *In arando versum peragi nec strigare in actu spiritus.* Versura est locus, ubi convertuntur boves, ad hanc usque extenditur versus arando ductus; bo-

Sulcum autem ducere longiorem, quam pedum centumviginti, contrarium pecori est; quoniam [m] plus aequo fatigatur, ubi hunc modum excessit. Quum ventum erit ad versuram, in priorem partem iugum propellat, et boves inhibeat, ut colla eorum refrigescant, quae celeriter conflagrant, nisi assidue refrigerentur,[n] et ex eo tumor ac deinde ulcera invadunt. Nec minus dolabra, quam vomere bubulcus utatur; et praefractas stirpes summasque radices, quibus ager arbusto consitus implicatur,[o] omnes [p] refodiat ac persequatur.[q]

III. Boves quum ab opere disiunxerit, substrictos confricet, manibusque comprimat[a] dorsum, et pellem revellat, nec patiatur corpori adhaerere, quia et[b] genus morbi maxime est armentis noxium. Colla subigat, merumque faucibus, si aestuaverint, infundat.

calcitrosum eum reddit L. I. R. *iuvencumque recte etc.* B. *iuvencunque reste tractum calcitrosumque cum reddit* Br. *iuvencum quae resce tratum* P. *quae rescae tratum* Sang. (m) *quom* Br. (n) *stringantur* I. B. Br. R. L. S. *restringantur* Goes. (o) *inplicatur* Br. (p) *omnis* Br. (q) Capitis novi nota nulla in Lips.

Cap. III. (a) *conpr.* Br. (b) Ita pro *id* Br. et Sang. (c) *inguli* P. (d) *vini*

ves igitur non vult consistere in ipso versu, sed ad finem perducere versum, seu ad versuram usque. Vulgatam igitur recte Buchner et Salmasius de Modo Vsur. p. 294 corrigunt *parte versus.* nec licet uti Gesneri ratione, qui locum inter utramque versuram mediam interpretatur vulgatam. Vna enim versura sulcus perducitur, non gemina.

Sulcum) Palladius II, 3 hioc habet. Plinius 18, sect. 3. Iugum vocabatur, quod uno iugo boum in die exarari posset. Actus in quo boves agerentur cum aratro impetu uno iusto. Hic erat pedum CXX duplicatusque in longitudinem iugerum faciebat. Cf. infra V, 1.

Versuram) Palladius Ianuario 3: *ubi ad versuram venerint, arator retineat et iugum propellat, ut eorum colla refrigerentur.* Quare non erat, quod Ponted. lectionem *restringantur* praeferret, interpretatus *relaxentur, resolvantur.* De iugo vide ad VI, 2, 7.

Dolabra) Plinius XVIII, sect. 49: Securiculam insitivam (*iu stiva* emendant) pendere, qua intercidantur radices. Palladius II, 3, glebae omnes dolabris dissipandae sunt.

Qua et) Ex neglecto hoc praecepto nasci tandem ait coriaginem morbum. Vulgatum *id genus* falsum est. Vide omnino infra ad VI, 13 notas.

Satis autem est singulis[e] binos[d] sextarios praebere: sed ante ad praesepia boves religari non expedit, quam sudare atque anhelare desierint. quum deinde tempestive potuerint vesci, non multum nec universum cibum, sed partibus et paulatim[e] praebere convenit. Quem quum absumpserint,[f] ad aquam duci oportet, sibiloque allectari, quo libentius bibant: tum demum reductos largiori pabulo satiari.[g] Hactenus de officio bubulci dixisse abunde[h] est. Sequitur ut tempora quoque subigendi arvi praecipiamus.

IV. Pingues campi, qui diutius continent aquam, proscindendi[a] sunt anni tempore iam incalescente,

I. B. Br. R. R. L. P. S. (e) Ita pro *paullatim* Br. (f) *assumpserint* I. Br. R. Vulgo *absumserint*. deinde *sybiloque* Br. (g) *sartiari* Br. (h) *habunde* I. B. Br. R. CAP. IV. (a) Ita pro *praesc.* A. Iunt. G. Gr. H. St. L. P. Goes. (b)

Satis autem est singulis) *Satis est autem iugo vini sextarios praebere* Cod. Trombell. *iuguli* pro *singulis* Codex Pontederae in Curis post., qui *singulos vini* es Edd. pr. praefert. Obiter annotabo locum Homeri Iliad. 18, 544 de aratoribus: οἱ δ' ὁπότε στρέψαντες, ἱκοίατο τέλσον ἀρούρης τοῖσιδ' ἔπειτ' ἐν χερσὶ δέπας μελιηδέος οἴνου δόσκεν ἀνὴρ ἐπιών. τοὶ δὲ στρέψασκον ἀν' ὄγμους ἱέμενοι νειοῖο βαθείης τέλσον ἱκέσθαι· ubi inter arandum bobus vini poculum porrigitur.

Singulis binos sextarios) In libris scriptis omnibus ut in editis ante Aldum est *singulis vini sextarios*. Mihi quidem de alieno nimis liberalis Iucundus *binos* imperasse *sextarios* videtur, quod *singulis sextarium* rectius dici putaret. Verum saepius Columella vinum praebendum singulis censet, et quotiescunque ab opere aestuant; deinde iam aliquoties admonui, *singulis* interdum solum poni, ubi adiecta mensura cibi potusve aut medicamenti numerum sibi singularem expostulare etiam videbatur. Mihi quidem nimia sextariorum duorum mensura vini meri praeberi bovi aestuanti videtur; et locus Columellae ipse mihi suspicionem vitii movit tandem comparatus cum VI, cap. 13, sect. 3, ubi boves ab opere adhuc aestuantes anhelantesque vino aspergit, et offam adipis faucibus eorum inserit. Vbi monui, ex Hippiatricia legendum esse: *vino aspersae tres offae adipis faucibus eorum inserantur*. Equo lasso similiter adipem mistam infundit VI, 30, sect. 3; mulae lassae et aestuanti adipem in fauces demittit merumque in os suffundit. Adipis igitur mentio excidisse in hoc loco videtur, et vini mensura singulis bobus ad singulos sextarios redigenda. Certe Iucundus fidem maiorem non merebatur, quam librorum scriptorum et editorum omnium auctoritas in re non ex arbitrio coniicienda, sed ex re agricolae et commodo armentorum aestimanda.

CAP. IV. *Continet aquam*) Palladius Septembr. cap. 1: *ager pinguis, et qui*

quum omneis[b] herbas ediderint, neque adhuc earum semina maturuerint: sed tam frequentibus densisque sulcis arandi sunt, ut vix dignoscatur[c] in utram partem vomer actus sit: quoniam[d] sic omnes radices herbarum perruptae necantur. Sed et[e] compluribus[f] 2
iterationibus sic resolvatur vervactum in pulverem, ut vel nullam vel exiguam desideret occationem,[g] quum seminaverimus.[h] Nam veteres Romani dixerunt male subactum agrum, qui satis frugibus occandus sit. Eum[i] 3
porro an recte aretur, frequenter explorare debet agricola. nec tantum visu, qui[k] fallitur nonnunquam, supcrfusa terra latentibus scamnis, verum etiam tactu, qui minus decipitur, quum solidi rigoris admota pertica transversis sulcis inseritur. ea si aequaliter ac sine offensione[l] penetravit, manifestum est, totum solum deinceps esse motum: sin autem subeunti durior

omnis Br. (c) *dinosc.* I. B. Br. R. (d) *quom* Br. (e) *et* om. I. B. Br. R. (f) *cum pluribus* lens. Br. (g) *occasionem* P. S. (h) *seminavimus* P. L. *seminabimus* I. B. Br. R. S. (i) *Cum* I. B. Br. R. (k) *quis* I. B. Br. R.

diu tenere consuevit humorem, tertia vice arabitur, quamvis humido anno possit et antea tertiari. Virgilius I, 63: *terrae pingue solum primis extemplo a mensibus anni fortes invertant tauri, glebasque iacentes pulverulenta coquat maturis solibus aestas.*

In utram partem) Plinius 18, sect. 49: *Id denum arvum recte subactum erit, ut non intelligetur, utro vomer ierit.* Noster infra sect. 10: *nec eodem vestigio terram molliamur.*

Necantur) Plinius l. c. *priusquam aras, proscindito; hoc utilitatem habet, quod inverso caespite herbarum radices necantur.*

Iterationibus) Iterare est, quod alibi offringere dicunt, Itali *costeggiare.* Plinii locum 18, s. 49, no 3: *Spissius solum, sicut plerumque in Italia, quanto sulco seri melius est, in Tuscis vero nono* comparavit Gesner, alterumque iunioris Ep. V, 6, 10, ubi de campis Tusciae, Apenino subiacentibus: *Campi, quos non, nisi ingentes boves et fortissima aratra perfringunt: tantis glebis tenacissimum solum, quum* (primum) *proscecatur, adsurgit, ut nono demum sulco perdometur.* ubi recte Editio romana anni 1490 omittit inclusum *primum.*

Pertica) Palladius Ianuario 3: *aequaliter motam terram esse cognoscis, si transversam per sulcos perticam mittas; quae res saepius facta, bubulcos ab hac negligentia submovebit.* quem locum multo aliter laudavit Vincentius VII, 84: *sed aequaliter terram motam esse cognoscis, si sulcos multos aequaliter partitam perspexeris, ut non intelligatur, utro vomer ierit.* alibi laudat *partitam videris ita, ut non in-*

aliqua pars obstitit, crudum vervactum esse demonstrat. Hoc quum saepius bubulci fieri vident, non committunt scamna facere. Igitur uliginosi campi pro-
4 scindi debent post Idus mensis Aprilis. Quo tempore quum arati fuerint viginti[m] diebus interpositis circa solstitium, quod est nonum[n] vel octavum Calend. Iulias, iteratos esse oportebit, ac deinde circa Septembris Calendas tertiatos: quoniam[o] in id tempus ab aestivo solstitio convenit inter peritos rei rusticae non esse arandum, nisi si magnis, ut fit nonnunquam, ac[p] subitaneis imbribus quasi hibernis pluviis terra per-
5 maduerit. Quod quum accidit, nihil prohibet, quo minus mense Iulio vervacta subigantur. Sed quandoque[q] arabitur, observabimus, ne lutosus ager tractetur, neve exiguis nimbis semimadidus,[r] quam terram rustici variam cariosamque appellant. Ea est quum

(l) *offensatione* L. S. I. B. Br. R. (m) *viginti* ins. Goes. S. (n) *nono vel octavo Calendarum Iuliarum* Iunt. (o) *Cum id* vulgo. *Cum in id* I. B. Br. R. L. *quo in id* P. *quoniam in id* Goes. S. (p) *ac* deest I. B. Br. R. S. (q) *quandocunque* omnes ante Gesnerum, quocum Codd. duo Victorii, Pol.

telligatur, utrum vomer ierit. Tertio aliquo in loco vulgatam nunc laudat. Ex qua varietate apparet, plura olim in Palladio adfuisse excerpta ex Columellae h. l.

Dixerunt) Plinius XVIII, sect. 49: Male aratur arvum, quod satis frugibus occandum est.

Viginti) Numerum ex libro optimo addidi, suadente Ponted., qui deinceps veram lectionem *quod est VI cal. Iul.* demonstravit. Simile intervallum viginti dierum circa brumam religiosum habebatur. Vide ad cap. 8, sect. 2. Ceterum Vrsinus malebat: *quod est a. d. IX vel VIII Cal Iul.*

Quoniam in id) Vulgatam *Quum id tempus* vitiosam esse viderat etiam Vrsinus, nos suadente Ponted. ex libro Goesiano et Saugerm. correximus.

Semi madidus) Pallad. Ianuario 3: *Observandum est ne lutosus ager aretur, aut (quod saepe fit) post longas siccitates levi imbre perfusus. nam terra quae lutosa tractatur in primordio, fertur toto anno non posse tractari, quae autem supra leviter infusa est, et subter sicca, si tunc aretur, asseritur, per triennium sterilis fieri. Et ideo mediocriter infusus ager, ut nec lutosus nec aridus sit, proscindi debet.* Plinius 18, s. 49: *lutosam terram ne tangito.*

Cariosam) Ita recte videtur interpretari cariosam terram Catonis cap. 61, quam male explicavit Plinius, monente etiam Dickson. Sed nunc video Columellam espressisse locum Catonis c. V, sect. 6: *terram cariosam*

post longas siccitates levis pluvia superiorem partem glaebarum madefecit,[s] inferiorem non attigit.[t] Nam quae limosa versantur arva, toto anno desinunt posse tractari, nec sunt habilia[v] sementi aut occationi aut sarritioni.[x] At rursus, quae varia[y] subacta sunt, continuo triennio sterilitate afficiuntur. 6 Medium igitur temperamentum maxime sequamur[z] in arandis agris, ut neque succo[a] careant, nec[b] abundent uligine. Quippe nimius humor, ut dixi, limosos lutososque reddit. at qui[c] siccitatibus aruerunt, expediri probe non possunt. nam vel respuitur duritia soli[d] dens aratri, vel si qua parte penetravit, non minute *dif-*

el Sang. (r) *seminabimus* I. B. Br. R. (s) *madefacit* Iunt. Ald. sec. H. (t) *attingit* Iunt. Ald. sec. H. G. Gr. St. (v) *apta* L. (x) Vulgo *sationi*. (y) *variae* Iunt. (z) *sequantur* I. B. Br. R. (a) *suco* P. (b) *neque* I. B. Br. R. (c) Ita pro *quae* Goes. Sang. (d) *solis* P. S. (e) Ita pro *diffindit*

caveto, ne ares, neve plostrum neve pecus impellas. Si ita non caveris, quo impuleris, triennii fructum amittes. ubi vide notam. Theophrastus H. P. VIII, 6: δοκεῖ γὰρ ὡς ἐπίπαν ἀνεπιτήδειος ὁ σπορὸς ἐν τοῖς ἡμιβρεχέσιν. ἀπόλλυται γὰρ καὶ ἐκγαλακτοῦται τὰ σπέρματα, καὶ ἅμα συμβαίνει πόαν ἀναφύεσθαι πολλήν. ubi verbum ἐκγαλακτοῦσθαι Bodaeus mucore obduci vertit. Inepte. Est quum semina germinarunt et sata lactentia abortiunt prae siccitate. Plinius XVII, s. 2 de nivium usu liquefactarum: *tellus quoque illo modo fermentescit et succi plena ac lactescentibus satis non effeta.* Haec quidem Theophrasti ratio probabilis esse videtur; Columella nullam plane attulit.

Occationi aut sarritioni) Ita pro vulgato *sationi* scribendum esse vidit Vrsinus et Pontedera. Vulgatam ita defendebat Gesner, ut sementis ad frumenta, satio ad plantas pertinere diceretur; quasi hoc in libro de plantarum alio genere, quam de frumentis et leguminibus ageretur. Vitium ortum est ex scriptura *sartioni*, quam ubique tenent Codices optimi, teste etiam Heinsio, quamque ipse veram puto esse.

Atqui) Vulgato *at quae* praeferri voluit etiam Pontedera. Sed *at* in Sangerm. deesse annotavit Gronovius; rectius igitur omittes.

Dens aratri) Supra cap. 2, 24: *exiguis vomeribus et dentalibus terram subigere*. Quae verba quo melius intelligantur, breviter haec annotanda sunt. Ligneas partes has enarrat Virgilius 1 Georg. 169 seq. aratri, quale ad sementem adhibetur, rotis incumbens, quale Plinius plaustraratrum vocat. Scilicet burim, ex ulmo incurvata factam; quam *curvum* ab aliis appellari monet Varro de L. L. Fracta bura boves interdum nimis contendentes vomeres in arvo relin-

fundit[e] humum, sed vastos caespites[f] convellit; quibus obiacentibus impeditum arvum minus recte potest iterari; quia ponderibus glaebarum,[g] sicut aliquibus[h] obstantibus fundamentis, vomis a sulco repellitur:[i] quo evenit, ut in iteratione[k] quoque scamna fiant,
7 et boves iniquitate operis pessime[l] multentur.[m] Ac-

I. B. Br. R. Goes. Sang. (f) *cespites* I. B. Br. R. A. Iunt. G. Gr. H. (g) *glebarum* Eaedem Edd. (h) *aliqui* P. *aliquis* Sang. (i) *reppellitur* Br. (k) *itteratione* Br. (l) Ita pro *maxime* Goes. Sang. (m) *mulctentur* I. B. R.

quere, idem tradit R. R. I, 49. Est haec ea pars aratri, quam Britanni *the sheath* aut *fore heath*, Galli *soc de charrue*, nostri *Krumholz* vocant, in alio genere *Krümmel*. Huic superne protensus iungitur temo; nostris *Deichsel*, *Pflugbaum*, *Grendel*, Britannis *beam of the plough*. Burae adduntur, quae Virgilius dicit *dentilia duplici dorso*, ex ligno scilicet facta. Nam poëta ligneas modo partes ibi enumerat. Britanni hanc partem *the head of the plough*, nostri *Schaarbaum*, *Pflughaupt*, *Hakenschuh* appellant. Duplex dorsum gemina ligna, anterius concurrentia, in mucronem eum, cui vomer induitur aut aptatur, significat, nostris *Sohlhölzer*. Horum lignorum anterius concurrentium gemino dorso acclinatus et resupinus aptatur vomer ferreus, unde sulco attritus splendescere dicitur Virgilio Georg. I, 46. Mucro vomeris dens dicitur; atque ita Varro de L. L. IV *dens*, inquit, *quod eo mordetur terra*. Dentalia erant exigua et magna, longa et brevia, eorumque formam vomis sequebatur. Hinc Columella *exiguis vomeribus et dentalibus*. Plinius XVIII, c. 48, alterum genus vulgare aratri, rostratri vectis ait esse; itaque mucrone vomeris longo; tertium in solo facili adhiberi, *nec toto porrectum dentali, sed exigua cuspide in rostro.* Quarto generi latior erat cuspis, et acutior in mucronem fastigata, eodemque gladio scindens solum et acie laterum radices herbarum secans. Hoc ait non pridem in Rhaetia inventum aratrum Plinius. Ex quo apparet, vulgarem Italicum vomerem latera non habuisse acuta. Rhaetico generi Gallos ait addidisse duas rotas, et cuspidem habuisse effigiem palae. Cultri non meminerunt Scriptores nostri; in peregrino, ut videtur, aratro memorat Plinius. De auribus dixi ad Varron. I, 29. Atque has aratri partes principes recte explicuit et Dickson et nuperus Georgicorum Virgilii interpres vernaculus, nisi quod Dickson male a dentalibus duplex dorsum separat, quasi diversam aliquam partem. Denti vomerem praefigi, et unciniam curvationem buridis leges in Festo sub voce *Vrvat*.

Diffundit) vulgato *diffindit* praetuli cum Pontedera. Nec enim hoc satisfacit consilio auctoris, qui humum non solum diffindi aratro, sed diffissam humum et comminutam late in utramque partem spargi et veluti diffundi, non consistere in glebas duras vult. Ita Xenoph. Oecon. XVI, 11 de terra vere proscissa: *μάλιστα χεῖσθαι τὴν γῆν τηνικαῦτα κινουμένην.*

Pessime multentur) Ita recte libri

cedit huc, quod omnis humus, quamvis laetissima,
tamen inferiorem partem ieiuniorem[n] habet, eamque
attrahunt excitatae maiores glaebae. quo evenit, ut
infoecundior materia mista[o] pinguiori segetem minus
uberem reddat, tum etiam ratio rustici[p] aggravatur
exiguo profectu operis. iusta enim fieri nequeunt,
quum induruit ager. Itaque siccitatibus censeo quod 8
iam proscissum est[q] iterare, pluviamque opperiri,[r]
quae, madefacta terra, facilem nobis culturam prae-
beat. Sed iugerum talis agri quatuor[s] operis expe-
ditur. nam commode proscinditur duabus, una ite-
ratur, tertiatur dodrante, in liram satum[t] redigitur,
quadrante operae.[v] Liras autem rustici vocant easdem
porcas, quum sic aratum est, ut inter duos latius di-
stantes[x] sulcos medius cumulus siccam sedem frumen-
tis praebeat.[y] Colles pinguis soli peracta satione tri- 9

Iunt. *multentur* Br. *mulcentur* P. (n) *viciniorem* Lips. (n) *mixta* I. B. Br. R. *infecundior* antea Br. (p) *rustica* I. B. Br. R. (q) *non* add. Vrsinus. (r) *operiri* I. B. Br. R. A. Iunt. G. H. paulo antea *pluviam* Sang. (s) *quattuor* I. B. Br. R. (t) *statim* omnes praeter Goes. S. et Gesner. (v) *operae* I. B. R. Iunt. S. *opere* Br. *opera* coniic. Gesner. Vulgo *opere*. (x) *distantis* Br.

duo optimi. Vulgo *maxime*. Laudat Pontedera exemplum simile ex libro I.

Ratio rustici) Ex Edd. vetustissimis *rustica* praeferebat Pontedera; sed infra cap. IX, 18 est: *nec impensa gravi rationem cultoris onerant*; atque iterum IV, 2, 4.

Proscissum est iterare) Vrsinus emendabat *non iterare*; coniecturam eam equidem sententia postulare videtur; sed tum sequi debebat *sed pluviam operiri*. Potuit tamen variare orationem Columella.

Iugerum) Infra XI, 2, 46, si est difficilis terra, proscinditur operis tribus, iteratur duabus, tertiatur una, lirantur autem iugera duo opera una. At, si facilis est terra, proscinditur iugerum duabus operis, iteratur una, lirantur una iugera quatuor. Contra Plinius XVIII, sect. 49: » Iustum est proscindi sulco dodrantali (i. e. novem pollices alto) iugerum uno die, iterari sesquiiugerum, si sit facilitas soli, si minus, proscindi semissem (i. e. partem dimidiam) iterari assem, quando et animalium labori natura leges statuit. «

Satum redigitur) Quod Salmasius ad Solinum pag. 514 coniectura assecutus erat, ex libro Goës. dedit iam Gesnerus pro vulgato *statim redigitur*. De lira et porca vide mox ad sect. 14.

Trimestri) Libri optimi pro *trime-*

mestri[z] mense Martio, si vero tepor caeli siccitasque regionis suadebit, Februario statim proscindendi sunt. Deinde ab[a] Aprili medio usque in solstitium iterandi tertiandique[b] Septembri circa aequinoctium. ac totidem operis, quot[c] uliginosi campi, excolitur[d] iugerum. Sed tali agro[e] in arando maxime est observandum, semper ut transversus mons sulcetur. Nam hac ratione difficultas[f] acclivitatis infringitur, laborque pecudum et hominum commodissime sic minuitur. Paulum[g] tamen quotiescunque[h] iterabitur, modo in elatiora, modo in depressiora clivi obliquum[i] agi sulcum oportebit, ut in[k] utramque partem rescindamus,

(y) *praebent* Br. (z) *trimestrium* I. B. Br. R. S. (a) *de* ante Gesn omnes praeter L. Goes. P. S. *Aprile* ex Saog. Gronov. (b) Hic ante Gesner. interpungunt omnes. (c) *quod* P. (d) *excollitur* I. B. R. (e) verba *tali agro* vulgo post *iugerum* posita huc translocavi cum Goes. (f) *difficultatis acclivitas* I. B. Br. R. *difficultas adclivitas* P. (g) Ita pro *paullum* Br. (h) *quotiensque* I. B. Br. R. *quotiesque* P. (i) *oblicum* P. (k) *in* om. I. B. R.

striunt. Palladius Februario 2: *Locis tepidis, aut si clemens tempus et siccum fuerit, colles pingues vel hoc mense proscinde*. Deinde cap. 3: *hoc mense serendum est omne trimestrium genus*; ubi tamen liber Erford. et Vincentius habent *trimestre*. Sic loquitur noster infra cap. 13, 8 et 9. Sed trimestrem sementem noster habet cap. 9, sect. 7, et Cato cap. 35.

Transversus) Plinius XVIII, s. 49: *in collibus transverso tantum monte aratur, sed modo in superiora, modo in inferiora rostrante vomere*. Palladius Ianuar. 3: *Si collis est, transversus per latera sulcetur; quae forma tunc servanda est, quum semen accipiet*; ubi Vincentius habet et *tunc — acceperit*. Crescentius habet *accepit*. Postrema verba unde duxerit Palladius, nondum reperi. Sed et sic locus Palladii confirmat lectionem libri Goësiani, probatam etiam a Pontedera, quam itaque recepimus pro vulgata *iugerum talis agri. Sed in arando maxime* etc. Idem consilium prato conserendo in colle sicco dedit Bradley Survey pag. 249, qui rationem sulcorum a recta deflexorum deorsum repetit ab aqua decurrente, quam sulci ita inclinati melius retinent et dispertiuntur. Atque ita Cresc. II, 17: *praecipitur etiam ab agricolis per transversum sulcari, ut in sulcis stet retenta pinguedo, quae decurrit praeceps si ex directo sulcus descendit*. Ita scilicet Albertus tradit, addens: *propter quod etiam fiunt retinacula per macerias ex transverso ante agrum positas, ne humus defluat postquam fuerit exarata. Quidam subtiliori ingenio humum hanc serunt non exaratam, sed duram. Sed postquam seminata est humus, evertunt eam super semina aut aratro aut ligone aut alio*

nec[l] eodem vestigio terram moliamur. Exilis ager pla- 11
nus, qui aquis abundat, primum aretur ultima[m] parte mensis Augusti, subinde Septembri sit iteratus, paratusque[n] sementi circa aequinoctium. Expeditior autem labor eiusmodi solo[o] est, eo quod pauciores impenduntur[p] operae: nam tres uni iugero sufficiunt. Item graciles[q] clivi non sunt aestate arandi, sed circa Septembres[r] Calendas:[s] quoniam[t] si ante hoc tempus proscinditur, effoeta et sine succo[v] humus aestivo sole peruritur, nullasque virium reliquias habet. Itaque optime inter Calendas[s] et Idus Septembris aratur, ac subinde iteratur, ut primis pluviis aequinoctialibus conseri possit: neque in lira, sed sub sulco talis ager seminandus est.

V. Prius tamen quam exilem terram iteremus, ster-

S. habet Br. *utranque* Br. (l) *in* add. I. B. Br. R. (m) *ultimam partem* Eaed. *ultima parte* Goes. S. Vulgo *ult.* in *parte*. (n) *paratusque ac sementi* P. S. (o) *soli est, eoque pauc.* I. B. Br. R. Sang. (p) *impediuntur* L. (q) *faciles* Lips. (r) *Septenbres* Br. *Septembris* P. (s) *Kalendas* I. B. Br. R. et sic ubique Br. (t) *quom* Br. (v) *suco* P.

fossorio, et non arant eam nisi sequel, nec comminuunt in ea glebas magnas.

Exilis) Palladius Aug. 4: *hoc mense ultimo circa Calendas Septembres ager planus, humidus, exilis incipiat exarari.* Idem Septembri 4: *nunc ager humidus, planus, exilis, quem Augusto primo arari* (Vincentius *primitus exarari*) *diximus, iteratur et seritur.*

Solo est, eo quod) Pontedera praeferebat lectionem *eoque*. Rationem sic edit: Nempe quia exilis et soluta terra facile colitur, propterea pauciores operae impenduntur: non quia pauciores adhibentur, propterea expeditius colitur. Equidem tamen non video, cur ratio haec non possit etiam sine stultitiae crimine converti, ita, ut nunc traditur in lectione vulgata. Libri alii praeterea *soli* habent, Sang. utramque exhibet.

Graciles) Palladius Septembr. 4: *graciles clivi nunc primum arandi sunt, et serendi statim circa aequinoctium.* Virgilius Georg. I, 6, 7: *At si non fuerit tellus fecunda, sub ipsum Arcturum tenui sat erit suspendere sulco, — hic sterilem exiguus ne deserat humor arenam.* Plinius XVIII, cap. 26: *in gracili insecuti aestus exsiccant: tum namque succum venturis seminibus auferunt. Talia autumno melius arari certum est.* Idem praeceptum habet Theophrastus de C. Pl. III, 25.

Sub sulco) Vide ad Varron. I, 29, 2. Addo nunc glossam Hesychii, quam Interpretes non agnoverunt: χασφυράσσεται· κατασπείρει.

corare[a] conveniet: nam eo quasi pabulo gliscit. In campo rarius, in colle spissius acervi stercoris instar quinque modiorum disponentur,[b] atque in plano pedes intervalli quoquo[c] versus octo, in clivo duobus minus relinqui sat erit. Sed id nobis decrescente luna fieri placet: nam ea res herbis liberat segetes. Iugerum autem desiderat,[d] quod spissius stercoratur, vehes
2 quatuor[e] et viginti; quod rarius, duodeviginti. Disiectum[f] deinde protinus fimum inarari et obrui[g] convenit, ne solis halitu vires amittat, et ut permista[h] humus praedicto alimento pinguescat. Itaque quum in agro disponentur acervi stercoris, non debet maior modus eorum dissipari, quam quem bubulci eodem die possint obruere.

Cap. V. Nihil divisum L. (a) *Stercore* P. (b) *disponuntur* I. B R. Br. (c) *quoque* P. R. deinde *segetis* Br. (d) *desyderat* A. Iunt. H. (e) *quattuor* I. B. R. Br. (f) *disiectom* B. B. (g) *adrui* siva *aduri* P. *adrui* S. (h) *permixta* I. B. Br. B.

Cap. V. *In campo rarius*) Palladius Septembr. 4: *agri nunc stercorandi sunt, sed in colle spissius, in campo rarius laetamina disponentur, quum luna minuitur. — sed iidem cumuli tot dissipandi sunt, quot eadem die poterunt exarari, ne stercora exsiccata nihil prosint;* ubi Codices quidam *exsucata*, Vincentius *exueca* habet. Praeterea ibi legendum est *inarari*. De colle, superius spissius stercorando, bene docet Albertus p. 494.

Vehes quatuor) Infra XI, 2, mense Novembri tradit vehem modios continere LXXX. Carpenta vocat Palladius. Ceterum ad calculum revocavit h. l. Dickson I, p. 288, atque ita reperit acervos octonorum pedum intervallo quoquo versus separatos in iugerum efficere vehes 28, senorum vero intervallo, 50 vehes. Sed recte monuit vir doctus ipse, mensuram pedum octonorum non esse a centro acervorum exordiendam; deinde acervorum mensura non tam accurate definitur a Columella, ut calculo tam subtili possit subiici. Ait enim *instar modiorum quinque.* Nec admetiebantur acervos; sed vehium numerum singulis arvis destinabant; bubulcus oculorum arbitrio acervis contribuebat, quod satis esset.

Bubulci) Qui bobus iunctis arant. Hinc Italis *bifolco* dicitur bubulcus.

Robus) Genus frumenti hoc solus Columella nominavit, plures describunt, ut ipse Columella infra cap. 9, ubi vide notam. Nomen habet vel a robore inter arbores dicto, quem *robum* dixit Cato cap. 47, 4, et antiquitas; unde *robusta* vel *robustea* materia, vel a graeco ὄροβος, ervi genere ru-

VI. Quoniam[a] sementi terram docuimus praeparare, nunc seminum genera persequemur.[b] Prima et utilissima sunt hominibus frumenta, triticum et semen adoreum. Tritici genera complura cognovimus. verum ex his maxime[c] serendum est, quod robus dicitur: quoniam et pondere et nitore praestat. Secun- 2

Cap. VI (a) *Cum* I. B. Br. R. L. (b) *persequamur* P. S. (c) *maximis* H. ex *iis* Saug. deinceps *quom et* Br. Vulgatum *praestet* ex Sang. correxi.

beo. A colore hoc bovem rustici *robeum*, graece ξανθόν vocaverunt, ut ad Varronem et infra ad Columellam VI, 1, 2, dictum est. Potuit a comparatione arboris dici triticum hoc, quia robustissimum omnium et durissimum granum habet, hinc Italis hodie *grano duro* dicitur, regionibus siccis coeloque calido proprium, ut siligo humidis frigidisque tractibus communis est. Graeci itaque solum robum notum habuere, siliginem ignorarunt; illud genus similiter a rutilo ignis colore πυρὸν dixerunt. In Sicilia hodieque *Russia, frumentu forti*, species alia *tumminia*, alia *Gurria*, in Apulia et Campania *brondella*, in Tuscia *grano duro* vocatur, docente egregio Tozzetti p. 126 seqq. Pontedera esse censet robum, quem populares sui *amaiorcato* dicant. Epist. p. 492.

Cap. VI. *Semen adoreum*) Plinius XVIII, sect. 19: *frumenta vulgatissima far, quod adoreum veteres appellavere, siligo et triticum. — Qui zea utuntur, non habent far. Est et haec Italiae in Campania maxime semenque appellatur. Hoc habet nomen res praeclara — amylum quoque ex ea fit, priore crassius*, sc. quod fit ex tritico et siligine. Isidorus Origin. XVII, 3: *Adoreum, tritici genus, quod idem vulgo semen dicitur.* Male quidem Isidorus adoreum tritici genus facit, sed recte omne adoreum dici semen annotat, ut ex h. l. constat. Sic deinceps trimestre semen seu halicastrum est genus adorei seu farris, atque infra cap. 13, 1, post triticum seminis, id est, adorei rationem habet in satione. C. 9, sect. 8, post hordeum memorat halicastrum, ubi Pontedera far addi volebat. Alicam ubi ex zea fieri tradit Plinius XVIII, s. 29, no. 2, addit *zea, quam semen appellavimus.* Dioscorides vero II, cap. 118, ex zea dicocco fieri alicam (graece χόνδρον) ait. Hinc iam olim Isidorus XVII, 3: *alicastrum simile est alicae, pondere et bonitate praecipuum.* Scilicet ab alica, quae fit ex semine seu adoreo trimestri dictum voluit semen ipsum alicastrum. Sic a siliquis, piperis vicem sustinentibus, siliquastrum seu peperitis herba olim fuit appellata. Denique ipse Plinius XVIII, sect. 10, inter frumenta alicam referens ipsum halicastrum intelligere videtur. *Aliqui*, inquit, *verna milium panicum, lentem, cicer, alicam appellant.* Iterum inter frumenta commemorat XXII, sect. 6, ubi rem romanam, non pridem excogitatam in Graecia atque adeo Pompeii Magni aetate adhuc ignotam. Far praeterea dicitur factitium aliquid ex farre tosto, ut infra docebo ad Columellam VIII, 5, 23. Frumenti genus, quod adoreum far et semen veteres

da conditio est habenda siliginis, cuius species in pane praecipua pondere deficitur. Tertium erit trimestre, cuius usus agricolis gratissimus. nam ubi propter aquas aliamve causam matura[d] satio est omissa, praesidium ab hoc petitur. Id[e] genus est siliginis. Reliquae tritici species, nisi si quos multiplex varietas frugum et inanis delectat gloria, supervacuae sunt.
3 Adorei[f] autem plerumque videmus[g] in usu genera

(d) *mortua satis est*, omne Lips. (e) *porro* ins. Goes. Sang. aliter refert Gronovius. Is enim es Sang. deinceps posuit *nisi porro si quos*. (f) *Adorii* H. deinceps *plerunque* Br. (g) Ita pro *vidimus* P. Sang. deinde *quattuor* Br.

dixerunt, est quod Germania superior *Dinkel*, *Spelt*, *Vesen*, Helvetia gallica *Epautre* vel *Bled locular*, *Froment locar* appellat. De Alicastro mecum sentire video nunc demum Dikson II, pag. 140, qui locum etiam Crescentii libro III annotavit, ubi est de farre: *far est simile speltae, sed est grossior in herba et grano; seritur tempore tritici et speltae et corbis una iugerum complet.* De spelta vero idem sic: *spelta nota est. eius quidem diversitates sunt, quia quaedam est gravior, et haec melior; quaedam vero levior, et haec deterior. Et his temporibus seritur quibus frumentum, et eodem modo; sed duae corbes in iugerum seruntur, quum ex frumento corbis una sufficiat.* Quam igitur Crescentius speltam dixit, ea plane sementis mensura convenit cum farre romano; non item quod far dixit. Sed idem Crescentius XII, 9, in repetendis Palladii verbis X, 2, pro adoreo speltam nominavit. Alicastrum dici ab alica, inde facta, mecum sentit Bradley p. 82. Speltae Crescentius l. c. separatae a paleis pluries virgis semen percuti ait, ut ab aristis mundetur.

Siliginis) Plinius XVIII, sect. 20: *siliginem proprie dixerim tritici delicias. Candor est et sine virtute et sine pondere, conveniens humidis tractibus — in ceteris ibi partibus biennio in triticum transit. Remedium, ut gravissima quaeque grana eius serantur.* Robum esse triticum aristis munitum Parkinsoni, siliginem eiusdem triticum spica mutica, setaneum denique triticum eius semestre, censuit Bradley Survey p. 77, 78. De trimestris siliginis natura iufra iterum noster cap. 9, ubi vide notas. Siliginem genus esse tritici, regionibus humidis coeloque frigido proprium, grano molliori, quam robum, farinoso et candido, itemque trimestre triticum, Italis *grano trimestre* vel *Marzuolo* dictum, quum siliginem *grano nostrale* vocent, in duas species divisam, *gentile* et *grosso*, egregie docuit Tozzetti Ragion. sull' agricoltura Tosc. p. 123 seqq. Siliginem et panem siligineum Graeci ignorabant, robo et σεμιδάλει inde facta contenti.

Aliamve causam) Isidorus Orig. 17, 3: *trimense triticum ideo nuncupatum quia satum post tres menses colligitur. Nam ubi propter aquam aliamve causam matura satio omissa est, praesidium ab hoc petitur.*

Id genus est siliginis) Haec verba

quatuor. far, quod appellatur Clusinum, candoris[h] nitidi, far, quod vocatur vennuculum,[i] rutilum,[k] atque alterum candidum, sed utrumque maioris ponderis quam Clusinum. semen trimestre, quod dicitur halicastrum,[l] idque pondere et bonitate[m] est praeci-
puum. Sed haec genera tritici et adorei, propterea 4
custodienda sunt agricolis, quod[n] raro quisquam ager ita situs est, ut uno semine contenti esse possimus, interveniente parte aliqua vel uliginosa[o] vel arida. Triticum autem sicco loco melius coalescit. Adoreum minus infestatur humore.

(h) *candidioris et nitidi* I. B. Br. R. L. Goes. Sang. (i) *vermiculum* I. B. Br. R. *venuculum* A. H. *emiculum* Lips. (k) *rutillum* R. (l) *ilicastrum* Lips. antea *trimenste* ex Sang. Gronov. (m) *bonitati* I. B. R., recte Br. (n) *cum* I. B. Br. R. *quō* P. *quoniam* Sang. (o) *veliginosa* B. R.

quibus rationibus inductus Gesner glossae numero habuerit adeoque incluserit, equidem excogitare non possum, et egregie defendit contra Gesnerum Tozzetti p. 125.

Clusinum) Plinius XVIII, sect. 12, triticum Clusinum ait modio libras 26 ponderare, gallicum esse levissimum; idem sect. 20, siliginem Clusinam ratione mensurae reliquas antecellere ait. Ex lectione Codd. *candidioris et nitidi* Pontedera effingebat: *candidioris grani et nitidi*. At in Cur. post. ex suo cōdice corrigit: *candidioris et nitidi coloris*.

Venuculum) Vt h. l. in libris est *vermiculum*, ita infra III, 2, 2, uvas *venuculas* Cod. Lips. mutat in *vermiculas*. Est praeterea alius locus Columellae XI, 2, 9: *semiuis adorei, quod quidam far vernaculum vocant*. ubi idem genus cum venuculo intelligi videtur. Libri scripti in altero loco nihil variant. Vvam *venuculam* iterum nominat Columella III, 2, 27, ubi libri optimi fere omnes *avenunculae* habent. Atque ita Macrobio Saturn. III, 20, est *vennuncula*. In Horatio Serm. II, 4, 71, est *venucula*. In Plinio XIV, cap. 2, libri aliqui habent *venicula*. Tertio loco a Columella XII, 43, 9, sine varietate librorum nominatur *venucula*.

Rutilum) Hinc Virgilius Georg. I, 73, flava farra seri iubet in agro, antea faba aut lupinis consito. Idem versu 219 robusta farra appellat. Varietatem farris etiam hodie novimus rutilis, alteram candidis spicis nudis et sine aristis.

Semen trimestre — halicastrum) Spelta, quam novimus in Germania, aestiva, distinguitur aristis, hordeo similibus et spicis laxioribus. Isidorus 17, 3: *alicastrum simile est alicae, pondere et bonitate praecipuum*. Hinc malim etiam h. l. *alicastrum*. Vide infra ad cap. 9, 8. Plinius III, c. 5: *ibi Laborini campi sternuntur, et in delicias alicae politur messis*. ubi Har-

VII. Leguminum genera quum sint complura, maxime grata et[a] in usu hominum videntur faba, lenticula, pisum, phaselus, cicer, cannabis,[b] milium, panicum,[c] sesama, lupinum, linum etiam, et ordeum,[d] quia ex eo ptisana[e] est. Item pabulorum optima sunt Medica et foenum Graecum, nec minus vicia.[f] Proxime deinde cicera et ervum et farrago,[g] quae est ex ordeo.[h] Sed de his prius disseremus, quae nostra causa seminantur, memores antiquissimi praecepti, quo monemur, ut locis frigidis ocissime,[i] tepidis celerius, calidis novissime[k] seramus.[l] nunc autem proinde ac si temperatae regioni praecepta dabimus.

CAP. VII. Nulla nota novi capitis in Lips. (a) *et uu* Sang. (b) *canabis* Br. *gannabis* P. S. paulo antea *phasellus* Commel. (c) *panicium* Sang. (d) *hordeum* I. B. Br. R. In S. est *hordeum* pro *et ordeum*. Sed *etiam hordeum* ex S. Gronov. (e) *ptissana* I. Br. *tisanana* P. (f) *vitia* I. B. Br. R. G. (g) *farago* I. B. R. (h) *hordeo* I. B. R. (i) Vulgo *novissime*. (k) Vulgo *ocissime*. Correxi cum Ponteder. ex Catone c. 34. *ocyssime* Iunt. H. A. Gr. G. (l) *metamus* I. B. R. Sang. *metamur* Iunt. Lips. Br.

duinus ex libro Chiffl. dedit *populatur*, interpretatus rapitur. Codd. Regii *populitur*, in Toletano est *populitu mensis*, unde Pintianus malebat: *populi totius menses*. Huc facit locus Festi: *Alicariae meretrices appellabantur in Campania solitae ante pistrina Alicariorum versari quaestus gratia.* Halicarios memorat etiam Lucillius apud Charisium p. 75, unde constat, de aspiratione vocis *alicae* iam olim dubitasse grammaticos.

CAP. VII. *Milium et panicum*) Culmum habent geniculatum et concavum, semen avibus expositum; membranis enim indefensum continetur, et reliqua, quae Plinius habet XVIII, sect. 10, no. 3, ubi milium indicum, infra decem proximos annos in Italiam invectum esse ait. Ad legumina Columella retulit, quae Theophr. H. P. VII, 1, tertium aliquod genus medium inter frumenta et legumina κέγχρον, μέλινον (alibi ἔλυμον vocat) et σησάμον, quae omnia aestivorum seminum nomine comprehendit.

Linum) Columella cannabin et linum humani usus causa serit, ut semen in cibum veniat; etsi infra c. X, sect. 17, tenue linum docet facere. Nec ullibi lini vel cannabis cultum eum memorat, quem tamen aliunde tradidit Plinius in lino, ut infra dicetur ad cap. X, sect. 17.

Novissime) Quum de satione autumnali adhuc sermo sit, ut ipse Colum. cap. IX, 6, monet, recte Pontedera monuit et multis argumentis docuit, rectius legi: *frigidis ocissimo — calidis novissime*. Compara c. 8 et 9 cum Plinio 18, 21. Miror, virum doctum omisisse locum Catonis c. 34.

VIII. Placet nostro Poëtae adoreum atque etiam
triticum non[a] ante seminare, quam occiderint Ver-
giliae.[b] quod ipsum numeris sic edisserit:[c] *At*[d] *si tri-
ticeam in messem robustaque farra exercebis humum,
solisque instabis aristis, ante tibi eoae Atlantides abs-
condantur.* Absconduntur autem altero et trigesimo[e]
die post autumnale aequinoctium, quod fere confici-
tur nono Calend.[f] Octobris: propter quod intelligi[g] 2
debet tritici satio dierum sex et quadraginta ab occasu
Vergiliarum, qui fit ante diem IX Calend. Novembr.
ad brumae tempora. sic enim servant prudentes agri-
colae, ut quindecim diebus prius,[h] quam conficiatur
bruma, totidemque post eam confectam neque arent,
neque vitem aut arborem putent. Nos quoque[i] non

Cap. VIII. Vno tenore pergit L. (a) *non* deest G. (b) *virgiliae* hic et al. L. (e) *edixerit* l. B. R. (d) *Ac* P. (e) *tricesimo* l. B. R. *tricensimo* S. (f) *Kalendas* l. B. R. Br. (g) *intelligi* P. postea *qui fit ex A. D.* Codex Vrsini. (h) *priusquam* iunct. l. B. R. (i) Vulgo *ambigimus*. Nobiscum P.

uti quisque locus frigidissimus aquosissimusque erit, ibi primum serito, in calidissimis locis sementin postremum fieri oportet. Hoc ipsum praeceptum respiciebat Columella; igitur veram lectionem restituere Columellae non dubitavi. — *Proinde*) Vrsinus malebat *perinde*.

Cap. VIII. *Altero et tricesimo*) Pontedera corrigit: *quadragesimo quarto.* Scilicet in Antiqq. p. 364 docet, nostrum IX, 14, sect. 11, aequinoctium apponere VIII Cal. Oct. et ab eo ad Vergiliarum occasum numerare dies XL. Quodsi colligantur dies a primo Vergiliarum occasu XIII et XII Cal. Nov. fiunt dies XXIV vel XXV, a secundo IV Cal. Nov. fiunt XXII, a tertio V Id. Nov. fiunt XLVI.

Nono Cal.) Pontedera mavult *sexto.* quod fuit initium aequinoctij ex ratione Iulia, V Cal. ex ratione Augusti.

Sex et quadr.) Pontedera praefert: *quatuor et quadr.*

IX Cal Novem.) Pontedera mavult: *IV Idus*: sed sententiam mutavit in Curis sec. Vide notam sequentem.

Quindecim) Palladius 1, 6, 15: *omne opus rusticum, quum fieri praecipitur, neque cito est, si ante quindecim dies, neque tarde, si post quindecim fiat.* Quem locum non recordabatur Pontedera, quum h. l. Columellae tentaret in Epistolis p. 490, cuius notam omiserat excerptam ponere Ernesti. Scilicet is intervallum dierum religiose habitarum circa brumam

abnuimus, in agro temperato et minime humido se-
3 mentem sic fieri debere. Caeterum locis uliginosis atque exilibus aut frigidis aut etiam opacis plerumque citra Calendas[k] Octobris seminare convenire, *dum sicca tellure licet*, *dum nubila pendent*, ut prius convalescant radices frumentorum, quam hibernis imbribus aut gelicidiis[l] pruinisve infestentur. Sed quamvis tempestive sementis confecta erit, cavebitur tamen, ut patentes[m] liras crebrosque sulcos aquarios, quos non nulli elices vocant, faciamus, et omnem humorem in colliquias, atque inde extra segetes derivemus.[n]
4 Nec ignoro, quosdam veteres auctores praecepisse, ne seminarentur agri, nisi quum terra pluviis permaduisset. Quod ego, si tempestive competat, magis conducere agricolae non dubito. Sed si, quod evenit nonnunquam, seri sunt imbres, quamvis sitienti solo recte semen committitur: idque[o] etiam in quibusdam

Goes. S. *quoque abnuimus* I. Br. *quoque aunuimus* B. R. *ob... mus* L. (k) *Kalendas* I. B. R. (l) *gelidis* P. S. *aquis gelidis* L. (m) *patentis* Br. quae supra etiam *plerunque* habet. (n) *dirivemus* I. B. Br. B. (o) *itaque* P. (p)

simile censebat et par intervallo circa solstitium habito, de quo supra c. 4, sect. 4, numerumque adeo refingendum in *viginti*. Affert argumentum ex libri XI loco ubi est: *per hos quoque dies abstinent terrenis operibus religiosiores agricolae, ita tamen, ut ipsis calendis Ianuariis auspicandi causa omne genus operis instaurent, caeterum differant terrenam molitionem usque in proximas Idus.* A bruma igitur dies religiose habiti in a. d. Idus Ianuarias XX colliguntur; hinc apparet, numerum XV dierum vitiosum esse. Qui vero in numerum hunc vitiosum inciderant scriptores librarii, iidem *a. d. IX cal. Nov.* dederunt, quum esse deberet *a. d. XIII cal. Novemb.*

Abnuimus) Hoc vulgato *ambigimus* praeferendum vidit etiam Pontedera. Non ambigimus de certis, at non abnuimus, quum dubitamus. Ita recte admonet Pontedera.

Pendent) Virgilius I, 214.

Vt prius) Plinius XVIII, sect. 54: *Sationem locis humidis celerius fieri ratio est, ne semen imbre putrescat; siccis serius, ut pluviae sequantur; ne diu iacens atque non concipiens evanescat.*

Colliquias) Plinius 18, sect. 49: *In usu est et collicias interponere, si ita locus poscat, ampliore sulco, quae in fossas aquam educant.* Vt *elices*, sic dicuntur, auctore *Festo*, in viis, lapide stratis, *inlices*, canales, in quos aqua confluit. Et *colliciae* dicuntur

provinciis,ubi status talis caeli est,usurpatur. Nam quod sicco solo[p] ingestum et inoccatum est, perinde[q] ac si repositum in horreo non corrumpitur, atque ubi venit imber, multorum dierum sementis uno die surgit. Tremellius quidem asseverat, prius quam impluerit,[r] ab avibus aut formicis sata non infestari, dum[s] aestivis serenitatibus ager aret. idque etiam saepius nos[t] experti verum adhuc esse non[v] comperimus. Magis apte[x] tamen in eiusmodi agris adoreum quam triticum seritur: quoniam[y] folliculum, quo continetur, firmum et durabilem adversus longioris temporis humorem habet.

Ita pro *loco* I. B. Br. R. A. Iunt. G. H. Lips. et Codex Vrsini. (q) *proinde* Iens. Br. P. S. (r) *impleverit* Br. et aliae. *impluverit* I. B. R. L. Goes. *impluerit* Iunt. H. et Sang. teste etiam Heinsio ad Ovidii Metam. I. 573. *impluverit* est etiam in Ambr. Tromb. *impluerit* in libro Pontederae deinceps *sataridu* Polit. *sata ridu* Caesen. *sata consumi. Aest*: liber Pontederae, qui verum ex ista varietate eruere non potuit. (s) Ita pro *sata edi*, *ubi* Sang. teste etiam Heinsio *ubi* om. I. B. Br. R. *sata rictu aest*. Lips. (t) *non* Victor. (v) *non* addidi ex Lips. (x) *alter* Ienson. Br. *apta* H. *apte* L. *alte* Sang. (y) *quom* I. B. Br. R.

hinc, recte admonente Salmasio p. 512.

Nam quod sicco solo) Plinius XVIII, sect. 56: *sunt qui et ante Vergiliarum occasum seri iubeant, duntaxat in arida terra calidisque provinciis; custodiri enim semen, corrumpente humore, et a proximo imbre uno die erumpere*. ubi legendum esse ex h. l. *non corrumpente*, admonuit etiam Harduinus. Pintianus malebat: *incorruptum ut horreo*. Geoponica III, 13, Septembri mense multos monent serere incipere; si autem post decimum quartum diem pluat, sata bene provenire, tamen non laedi, etiamsi non pluat. Rectius tamen ante calendas Octobris nihil omnino seri. *Sicco solo* ex Pol. Tromb. et suo praefert Ponted. in Cur. post.

Firmum et durabilem) Plinius 18, s. 19: *ex omni genere durissimum far et contra hiemes firmissimum, patitur frigidissimos locos et minus subactos, vel aestuosos sitientesque*. ubi Vincentius *hiemem — ac sitientes* habet. Idem Plinius sect. 10, no. 7: *in area exteruntur triticum et siligo et hordeum; sic et seruntur pura, qualiter moluntur, quia tosta non sunt. E diverso far, milium, panicum purgari nisi tosta non possunt, itaque haec cum suis folliculis seruntur cruda, et far in vaginulis suis servant ad satus atque non torrent*. Tamen Idem sect. 20, no. 4, ex Theophrasti H. P. II, 5, tradit, tiphen et zeam, si pistae serantur, tertio anno in triticum mutari. Contra, qui farris naturam et cultum egregie exposuit Hoffmann in Frankischen Sammlungen Vol. III, p. 483, far sine follicu-

IX. Iugerum agri pinguis plerumque[a] modios tritici quatuor, mediocris quinque postulat: adorei[b] modios novem, si[c] est laetum solum; si mediocre, decem desiderat. Nam quamvis de mensura minus auctoribus convenit, hanc tamen videri commodissimam[d] docuit noster usus; quem si quis sequi recusat, utatur praeceptis eorum, qui bene[e] uberem campum in

CAP. IX Novi capitis signum nullum in Lips. (a) *plerunque* Br. eadem *agris — quattuor*. (b) *adorii* P. *adhorei* hie et fere ubique Lips. (c) *sic* P. deinde *desyderat* A. Innt. H. (d) *commodissimum* I. B. Br. R. (e) *bene*

lis seu pistum satum provenire omnino negat.

CAP. IX. *Iugerum agri pinguis*) Palladius Sept. 3: *in mediocris agri iugeri 5 tritici modios et adorei totidem, conseremus. nam quatuor ager pinguis accipiet*. ubi Cod. Polit. verba *et totidem adorei* rectius omittit quam Erford. qui *hordei* habet. Plinius XVIII, sect. 55: *serere in iugera temperato solo iustum est farris aut seminis, quod frumenti genus ita appellamus, modios denos*. Palladius tamen sibi constat. Novembr. c. 1: *triticum seremus et far satione legitima Iugerum utriusque seminis modiis quinque tenebitur*. Hanc diversitatem mensurae inde esplicare conatus est *Dickson* Vol. II, p. 115, quod inventa fuerit post Columellam ratio far sine palea seminandi. Antea enim cum palea adeoque impurum serebatur, ideoque plures modii in ingerum computantur, quam tritici. Crescentii equidem auctoritatem non adeo magnifacio hac in re, ut Palladium ab errore vindicare possit; habet tamen eandem mensuram Crescentius etiam. Cum palea seritur hodieque. Sed alia etiam ratione licet excusare Palladium, ut statim docebo. Ceterum seminis mensurae tantum adiici in adoreo propter folliculum, quocum seritur, vidit etiam Bradley p. 129, et monuit Gesner.

Si mediocre, decem) Schwarz ad hanc Columellae sententiam adhaesit quia agrum mediocrem maiore seminis copia citius essugi putabat, quam pinguem. Puto Columellam in hac autumnali satione spectasse hoc, ne herbae praevenientes segetem rariorem citius angant. Aliter videtur *Bradley* Survey p. 128, qui frumenti caulem simplicem exire ait in agro exili, spica parva, contra in laeto fruticare pluribus caulibus et spica grandiori; ideo numerum spicarum spectari in illo, magnitudinem in hoc solo. Quae quidem opinio mihi placeret, nisi in siligine noster infra s. 6 affirmaret, in solo sicco et resoluto vel pingui vel exili tantundem seminis requiri: *Quoniam*, inquit, *e contrario macer tantundem seminis poscit. Nam nisi rare conseritur, vanam et minutam spicam facit; at ubi ex uno semine pluribus culmis fruticavit, etiam ex rara segete densam facit*. In adoreo causa peculiaris esse debebat, cur in mediocri solo non tantundem seminis, sed plusquam in laeto poseeret Columella. Idem tamen etiam in faba cap. 10, in mediocri solo paulo amplius seminis spargit, quam in

singula iugera tritici [f] quinque, et adorei octo modiis
obserere praecipiunt, atque hac portione mediocri-
bus agris semina praebenda censent. Nobis ne istam 2
quidem, quam praediximus, mensuram semper pla-
cet servari, quod eam variat aut loci aut temporis aut
caeli conditio. loci, quum vel in campis vel collibus
frumentum seritur, atque his [g] vel pinguibus vel me-
diocribus vel macris. temporis, quum autumno aut
etiam ingruente hieme frumenta iacimus. nam prima
sementis rarius serere permittit, novissima spissius
postulat. caeli, quum aut pluvium aut siccum est.
nam illud idem quod prima sementis, hoc quod [h] ul-
tima desiderat. Omne autem frumentum maxime cam- 3
po patente et ad solem prono apricoque et soluto

om. Eaed. L. Goes. A. Iunl. H. (f) *tritici*, *quibus et* I. B. Br. R. L. Sang (g) *hic* I. B. Br. R. *iis* Sang. (h) Ita pro *quoque* ex I. B. Br. R. Caesenate

pingui. Faba autem caule stat erecto et simplice. Sed ecce Varro I, 44, ubi modios frumentorum in satione definit; *si enim locus crassus, plus, si macer minus*. Igitur Columella suas sibi rationes seorsum habuit serundi, aut loci eius de sationis modo omnes sunt librariorum culpa vitiosi; quod tamen vix asserere ausim. Varro secutus est Graecos. Theophrastus H. P. VIII, 6: πλεῖον γάρ ἡ πίειρα καὶ ἀγαθὴ δύναται φέρειν τῆς ὑψάμμου τε καὶ λεπτῆς. Ita etiam Xenophon Oecon. cap. XVII, sect. 8 seqq. Vide etiam ad sect. 5.

Tritici quinque, et adorei) In libris optimis est: *tritici, quibus et adorei.* quam lectionem Palladius forte reperit ita positam: *tritici quinque, quibus et adorei modiis obserere praecipiunt.*

Nam prima sementis) Plinius XVIII. sect. 54 *festinata satione densum spargi semen, quia tarde concipiat; serotina rarum, quia densitate nimia necetur.* Sed Plinius serotinam dicere videtur vernam et festinatam autumnalem.

Illud idem) illud coelum scilicet pluvium rariorem sementim, hoc siccum, densiorem desiderat. Recte h. l. ita ex libris optimis docente Pontedera constituit Gesner. Antea erat: *hoc quoque ultima*. In ultima sementi pars seminis deperit ob ingruentem brumam; in siccitate sata semina depopulantur animalia, nec tam facile germinant.

Omne) Palladius I, 6, 15: *frumenta omnia maxime laetantur campo patenti et soluto et ad solem reclivi. Spissa et cretosa et humida terra bene far et triticum nutrit. Ordeum agro soluto delectatur et sicco. nam si in lutoso spargatur, moritur.*

laetatur. Collis enim quamvis granum[i] robustius[k] aliquanto, minus tamen tritici reddit. Densa cretosaque et uliginosa humus siliginem et far adoreum non incommode alit. Ordeum[l] nisi solutum et siccum locum
4 non patitur. Atque illa vicibus annorum requietum agitatumque alternis et quam laetissimum volunt arvum. hoc nullam mediocritatem postulat: nam vel[m] pinguissima vel macerrima humo iacitur.[n] Illa post

Ponted. Codice Vrsini, et Sang. Gesner. (i) *granum* addit Br. Ald. Gryph. 1535. (k) *robostius* Pol. (l) *hordeum* I. B. R. deinde *requietem* — *alterius* Br. *alterius* etiam Gr. (m) *ut* I. B. Br. L. Caesenas Goes. Sang. *ut vel* Cod. Vrsini. (n) Ita pro *iaciatur*, *perit* I. B. Br. R. L. Caesenas. S. Iunt. Gesn.

Robustius) Infra sect. 12 robustum semen opponit exili. Rationem roboris esplicat *Bradley Survey* p. 134. Scilicet radices latius explicatae nutrimentum facilius attrahunt, et culmi per gradus collis surgentes vento interflante spicam magis firmant et grana. Minus granorum collis superficiem reddere quam plani agri, non mirabitur, qui meminerit observationis positae a Iulio Frontino de Agror. Qualit. p. 145: *cultellamus agrum eminentiorem et ad planitiem redigimus. Aequalitatem hanc nobis ratione ipsa seminum natura monstravit. Omnis enim illa soli inaequalitas colligi poterit, nisi quod de terra quidquid nascitur, in aërem rectum exit, et illam terrae obliquitatem crescendo atterit, nec maius spatium occupat, quam si ex plano nascatur.* Monuit de hac re *Bradley* l. c. et Gesner ad h. l. Demonstrationem mathematicam dedit Gallus *de Goyon de la Plombiere* de Ligno ad fabricas parando, cuius disputationem conversam habet Promtuarium Hamburgense Tom. XX, p. 445.

Minus tamen) Palladius I, 6, 12: *frumentum collis quidem grano robustius, sed mensurae minus refundet.* ubi Crescentius habet *respondet*. Plinius 18, s. 46: *colles robustius, sed minus reddunt triticum; far et siligo et cretosum uliginosumque solum sortiuntur.* Manilius II, vers. 20, Hesiodum docuisse ait: *quod colles Bacchus amaret, quod foecunda Ceres campos, quod Pallas utrumque.* Ceterum de alimento etiam Celsus II, 18: *frumentum quoque valentius est collinum quam campestre.* Ceterum vos *granum* in utraque Gesneriana fuit omissa.

Densa) Pallad. I, 6, 16: *spissa et cr. et humida terra bene far et triticum nutrit, — si in lutoso spargatur, moritur.*

Humo iacitur) Hanc lectionem vulgatae *iaciatur, perit.* recte praetulit Gesner, ob rationes a Culumella positas infra cap. 10, 14. Ita etiam libri optimi habent scriptum. Vulgatae antea lectionis vitium Vrsinus emendabat legendo: *nam nisi vel* etc. Schwarzius autem mutato *nullam* in *nudam*. Pontedera *perit* in *provenit* mutato. Quibus emendationibus opus non esse, si sequamur librorum optimorum lectionem, recte vidit Gesner. Vide etiam notam ad Varron. I, 9, 4.

continuos imbres, si necessitas exigat, quamvis adhuc limoso et madente solo sparseris, iniuriam sustinent. hoc si lutoso commiseris, emoritur. Siliginis autem 5
vel tritici, si mediocriter cretosus uliginosusve ager est, etiam paulo[o] plus, quam, ut prius iam dixi, quinque modiis ad sationem opus est. At si siccus et resolutus locus, idemque vel pinguis, vel exilis est, quatuor;[p] quoniam[q] e contrario macer tantundem[r] seminis poscit. nam nisi rare conseritur, vanam et 6
minutam spicam facit. At ubi ex uno semine pluribus culmis fruticavit,[s] etiam ex rara segete densam facit.

deinde *imbris* Br. eadem cum Sang. *sustinet.* postea *commiseris* Br. (o) Ita pro *paullo* Br. (p) *quattuor: quom* Br. (q) Vulgo additum *et* nm. I. B. Br. R. (r) *tantundem* Br. (s) *fructificavit* I. B. R. Br. Lips. S. *fructivicavit* P.

Siliginis) Plinius XVIII, sect. 55: *In denso aut cretoso aut uliginoso solo tritici aut siliginis modios sex, in soluta terra nuda et sicca et laeta, quatuor. Macies enim soli, nisi rarum culmum habeat, spicam minutam facit et inanem. Pinguia arva ex uno semine fruticem numerosum fundunt, densamque segetem e raro semine emittunt. Ergo inter quatuor et sex modios pro natura soli alii quinque non minus seri pluresve praecipiunt: item in consito, aut clivoso, ut in macro.* ubi vides, *nudam* dici, quae nostro est *exilis.* Sed ordo verborum debet esse hic: *in soluta terra sicca, et nuda et laeta.* Pessime Brotier exemplo librorum aliquot omisit vocabulum *nuda.* In Plinii loco Pintianus corrigit *modios quinque* ex Columella; verba *et nuda* omittit Codex Pintiani; ex eodem lectionem vulgarem *macies enim soli maior — ex una seminis radice fruticem* corresit Pintianus et Harduinus. Codex Chifflet. habet *macrum enim solum nisi rarum.* Pro macra esse h. l. nudam, vidit etiam Dickson II, p. 26. Causam agri uliginosi et cretosi ita explicat Dickson p. 33: *be cause the seed being ploughedin, was covered deep, and the land being raised in clods prevented the whole seed thus covered from coming up.* Ceterum idem rationem eius moris, nostro et Britannico contrarii, quo scilicet minore mensura seminis ager exilis occupatur, quam densus uliginosusque, in ea reperisse sibi visus est, quod seges in agris nostris ab herba facile necatur frequente, contra romanus agricola agrum diligentissime herbis purgabat, ita, ut segeti nihil esset timendum ab herbis. Vide Dickson II, p. 35. De mensura seminis vide etiam supra ad sect. 1. Quaestionem: ager quo macrior, eo ne minore seminis mensura sit conserendus, agitavit *Le Blanc* in Youngii Annalibus Agriculturae Vol. I, atque experimentis institutis confirmare eam sententiam conatus est, quae minus seminis in agrum macrum spargere

Inter caetera quoque non ignorare debemus, quinta[t] parte seminis amplius occupari[v] agrum consitum arbusto, quam vacuum et apertum. Atque adhuc de satione autumnali loquimur: hanc enim potissimam[x]
7 ducimus.[y] Sed est et[z] altera, quum cogit[a] necessitas: trimestrem[b] vocant agricolae. ea locis praegelidis ac

frutificavit Gryph. Goes. (t) Ita Sang. Vulgo *quintam partem*. I. B. R. Br. *quantam*. (v) Ita Sang. cum I. B. R. Br. pro *occupare*. (x) *potissimum* H. A. (y) *dicimus* I. B. R. Br. (z) Ita I. B. R. pro *Sed et est*. Sang. omittit *et*. et Br. (a) *egit* I. B. R. Br. (b) *semestrem* I. B. Br. R. Sang. *sementstrem* P. *triticum semestre* Lip. Sed supra c. 6 sine varietate est *trimestre*,

suadet; plus contra seminis quam pinguiori distribuit, qui versiani germanicae notulas adspersit, *Riem*, quo citius seges pluribus culmis fruticans herbas enecet. Cum Columella sentit Theophrastus C. P. III, 26: *τὰ δὲ πυκνόσπορα πρότερον ἀποχεῖται τῶν μονοσπέρμων, ὅτι τὰ μὲν ῥιζοῦται καὶ εἰς τὰ κάτω σχίζεται, διὰ τὸ ἔχειν τόπον, τὰ δ᾽ εὐθὺς εἰς τὸ ἄνω τρέχει.* quae Gaza vertit: quae dense fuerint seminata, spicam prius effundunt, quam quae rarenter, quod altera largius radicentur et multiplicius deorsum scindantur, quia locus supersit altera protinus sursum excurrunt.

Quinta parte) Ita recte liber Sang. Vulgatam *quintam partem* recte tamen Gesner interpretatus est, si quinque modii occupant iugerum agri vacui, sex satisfacient consito. Eadem scilicet ratio agri densi et uliginosi et arbusto consiti esse videtur. Sed vitium h. l. haesisse vidit Dickson II, p. 31, qui laudat locum Plinii XVIII, sect. 55: *item in consito aut clivoso, ut in macro (seri debet)*. Igitur hinc apparere ait, minorem seminis mensuram spargi in agrum, arbusto occupatum, quod et ratio docet. Columella tamen plus seminis in arbusto spargere videtur Gesnero, propter umbram et radices arborum, ut, quod soli bonitati decedit, seminis copia pensetur. Equidem dubius haereo.

Trimestrem) Palladius I, 6, 16: *trimestris satia locis frigidis et nivosis convenit, ubi qualitas aestatis humecta est, caeteris raro respondet eventu. Semen trimestre locis tepidis melius respondebit, si seratur autumno.* Cuius loci lectio vulgatam h. l. satis defendit. Libri enim quidam *semestrem* habent. Accedit Plinius XVIII, sect. 12, no. 3: *plurimis tunicis Thracium triticum vestitur, ob nimia frigora illi plagae exquisitum. Eadem causa et trimestre invenit, detinentibus terras nivibus, quod tertio fere a satu mense et in reliqua orbe metitur. Totis hoc Alpibus notum, et hiemalibus provinciis nullum hoc frumento laetius. Unicalamum praeterea, nec usquam capax: seriturque non nisi tenui terra. Est et bimestre circa Thraciae Aenum, quod quadragesimo die, quum satum est, maturescit; mirumque, nulli frumento plus esse ponderis, et furfuribus carere. Utitur eo et Sicilia et Achaia, montuosis utraque partibus. Euboea quoque circa Carystum. In tantum fallitur Columella, qui ne trimestris quidem pro-*

nivosis,[c] ubi aestas est humida et sine vaporibus, recte committitur. caeteris admodum raro [d] respondet. quam tamen ipsam celeriter et utique ante aequinoctium vernum conveniet peragere. si vero locorum et caeli conditio patietur, quanto maturius severimus, [tanto][e] commodius proveniet. neque enim est ullum, sicut 8 multi crediderunt, natura trimestre semen: quippe idem iactum autumno [f] melius respondet. Sunt [g] nihilo[h] minus quaedam aliis potiora, quae sustinent veris tepores, ut siligo et ordeum Galaticum,[i] et halicastrum, granumque fabae Marsicae. nam caetera robusta frumenta semper ante hiemem seri debent in regionibus temperatis. Solet autem salsam nonnunquam et amaram uliginem vomere terra, quae quamvis matura iam sata manante noxio humore corrumpit, et locis calentibus [a] sine ulla stirpe seminum areas reddit. Ea[l] 9

nisi quod Sang. bis *trimenstre* habet. (c) *vinosis* Gr. St. (d) *rara* I. B. R. Br. (e) *tanto* om. I. B. Br. R. L. S. (f) *auctumno* I. B. R. Br. (g) Ita P. et S. Vulgo *Sed sunt*. Paulo antea *respondent* Sang. (h) *nihilominus* iunctim I. B. R. (i) *Galathicum* Br. I. I.H. A. G. (k) Ita P. Gors. Sang.

primum genus existimaverit esse, quum sit antiquissimum. Graeci setanion vocant. Ipse Plinius, dum Columellam taxat, graviter labitur, recte docente post alios *Tozzetti sopra l' agricoltura Toscana* p. 126. De trimestri satione vide ad Caton. c. 35.

Autumno) Palladius et noster XI, 2, 20 hoc de tepidis locis praecipit.

Galaticum) Puto esse κριθὰς λεπτέτυῶας, quas vere serunt Geoponica III, 3.

Halicastrum) *Far* addi volebat Pontedera; id enim intelligi patet ex cap. 6, 3. Et Geoponica III, 3 hoc tempore serunt ζειὰς, genera zeae, ex qua alicam parant eadem III, c. 7.

Robusta) Hinc patet ordeum galaticum et far alicastrum, ut siliginem, grano esse minus denso et molliore.

Solet autem salsam) Palladius Septembri 3 haec repetiit, ubi est: *cupressi folia inspargere et ita, ut eadem misceantur, inarare — si aquarius sulcus noxium deducat humorem.* Idem *uliginem salsam* dixit humorem salsum. Geoponica II, 18 cupressi folia contusa seminibus admiscent, ut a vermibus inviolata serventur. Atque ita Plinius etiam docet 18, s. 45. Hinc interpretandus est locus Columellae. Ad uliginem exsugendam non faciunt folia cupressi, sed stercus columbinum, cineres aut calx usta. Nunc tamen recordor, folia cupressina etiam supra II, 2, 11 adhiberi ad uliginem derivandam.

Calentibus glabrcta) Vulgatum *gla-*

glabreta signis adhibitis notari convenit, ut suo tempore vitiis eiusmodi medeamur.[m] Nam ubi vel uligo, vel aliqua pestis segetem enecat,[n] ibi columbinum stercus, vel si id non est, folia cupressi convenit spargi et inarari. Sed antiquissimum est, omnem inde humorem facto sulco deducere: aliter vana erunt praedicta remedia. Nonnulli pelle hyaenae[o] satoriam trimodiam vestiunt, atque ita ex ea, quum paulum immorata sunt semina, iaciunt, non dubitantes proventura, quae sic[p] sata sint. Quaedam etiam subterraneae pestes adultas segetes radicibus subsectis[q] enecant. Id ne fiat, remedio est aquae mistus[r] succus herbae, quam rustici sedum appellant, nam hoc medicamine una nocte semina macerata iaciuntur. Quidam cucumeris anguini[s] humorem expressum, et eiusdem tritam[t] radicem diluunt aqua, similique ratione

vulgo *glabrentibus*. (l) *eam gleba* Goes. et Sang. *Eam glaebra* P. Similis varietas est infra c. 20, 2. (m) *medicemur* L. (n) P. et S. *negat*. Paulo antea Sang. *aliaquae*. quam lectionem defendit Drakenb. ad Livium T. II, p. 59, et pag. 268. (o) *hyeme* H. (p) *siccata* P. (q) Vulgatum *subiectis* correxi ex Bruschiana et lectione Lips. *subiectas necant*. (r) *mixtus* I. B. R. Br. (s) Ita scripsi pro *anguinei*. Sang. apud Heinsium ad Ovidii Trist. IV. 7, 12, et Goes. *cucumeri sanguini*. Atque hanc scripturam ubique praefe-

brentibus ex libris optimis correxi. Inepte enim ita ταυτολογοῖ Columella; contra *calentibus* continet caussam vitii. Nec deinde est elegantia Columellae dignum idem vocabulum bis continuo ponere. Infra c. 20, *glabrescit area*. Vineam calvescere dixit Cato, castaneta Columella. — *Calentibus* nostrum in Codd. Polit. Ambr. et Caesenate repertum mutat in *calventibus* Pontedera.

Hyaenae) Palladius Sept. 3: *si modiam, quo seretur, hyaenae pelle vestieris, et ibi aliquamdiu quod serendum est, esse patiaris, sata bene provenire feruntur*. Ita enim locum istum legendum esse, ex libris melioribus olim docebo. Ineptias easdem repetit Africanus Geopon. II, 18.

Subsectis) Ita sententia postulante scripsi, eoque ducit varia libri Lips. lectio. Ita etiam Palladius Sept. 3: *quaedam animalia subterranea sectis radicibus necant plerumque frumenta — una nocte madefaciat*.

Anguini) agrestem vocat Palladius l. c., paulo operosius cucumerem hunc adhibet Africanus Geop. II, 18. Plinius 20, c. 2: *multi hunc apud nos esse, qui anguinus vocatur, ab aliis erraticus, arbitrantur*.

madefacta semina terrae mandant. Alii hac eadem aqua vel amurca[t] insulsa,[x] quum coepit infestari seges, perfundunt sulcos, et ita noxia animalia submovent.[y] Illud deinceps praecipiendum habeo, ut demessis segetibus iam in area futuro semini consulamus. Nam 14 quod ait Celsus, ubi mediocris est fructus, optimam quamque spicam[z] legere oportet, separatimque ex ea semen reponere: quum rursus amplior messis provenerit, quidquid exteretur, capisterio[a] expurgandum erit, et semper quod propter magnitudinem ac pondus in imo subsederit, ad semen reservandum. nam id plurimum prodest, quia quamvis celerius locis humidis, tamen etiam siccis frumenta degenerant,[b] nisi

rebat Vossius ad Catullum p. 215. (t) *mitram* P. (v) *amurga* P. (x) *infusa* I. B. Br. R. (y) *summoventur* Eaed. (z) *Spica* Iunt. (a) *caphisteria* Iens. Br. *Scaphisterio* B. *scapisterio* R. (b) hinc lacuna in Lips. ad *degene-*

Alii hac eadem) Palladius l. c. *aliqui ubi haec segetes suas perferre senserint, inter initia vitiorum insulsa amurca, vel praedicta aqua sulcos et aratra perfundunt.* ubi similiter Vincentius *infusa* habet scriptum. Praeterea ibi legendum est ex h. l. *arata.* Plinius 18, sect. 49: *Vulgo, si dulcedo noceat, et vermes radicibus inhaereant, remedium est amurca pura ac sine sale spargere.* Africanus Geop. II, 18: ὕδατι καὶ ἀμόργῃ ἐπιψεκάσας. Is igitur *infusa* legisse videtur in Columella. Virgilii enim locum I, 193: *et nigra perfundere amurca* ita item reddidit νίτρῳ καὶ ὕδατι ἐπιψεκάζειν.

Optimam quamque) Plinius XVIII, sect. 54 de semine eligendo: *Quae spica per intervalla semina habebit, abiicietur.*

Capisterio) A vanno et ventilabro diversum instrumentum, quo semina seu grana purgantur. Ventilabrum, et ipsum a vanno diversum, mihi esse videtur graec. πτύον et θρίναξ. Vide infra ad cap. 21, 4. Est vox graeca a κάπω, et καπύω spiro; unde καπυρὸς ducitur. Locum ex Goffridi Vindocinensis Serm. XI posuit Schoettgen, ubi capisterium dici videtur figulini operis, certe fragile, quippe quod ex mensa quum cecidisset, fractum in duas partes dilapsum erat. Idem in Antiquit. Triturae p. 64 addidit locum ex vita Scholasticae apud Bollandum Februar. T. II, p. 404. Locum ex vita S. Mauri c. 13 posuit Cangius, ubi est: *eodem modo ac si capisterium ventilare videretur, tremere infeliciter coepit.* Vbi tremor indicare videtur genus cribri.

In imo) Plinius XVIII, s. 54 de omni semine. *quod in ima area subsedit ad semen reservandum est. id enim optimum, quia gravissimum.*

cura talis adhibeatur.[c] Neque enim dubium est, ex
robusto semine posse fieri non robustum. quod vero
protinus ex levi[d] natum sit, nunquam robur accipere
manifestum est. Ideoque Virgilius[e] cum et alia tum
et hoc de seminibus praeclare sic disseruit: *Vidi ego*[f]
lecta diu et multo spectata labore degenerare tamen,
ni vis[g] *humana quotannis maxima quaeque manu le-*
geret; sic omnia fatis in peius ruere, *ac*[h] *retro sub-*
13 *lapsa referri.* Granum autem rutilum si, quum[i] diffis-
sum[k] est, eundem colorem interiorem habet, integrum
esse non dubitamus. Quod extrinsecus albidum, intus
etiam conspicitur candidum, leve ac vanum intelligi
debet. Nec nos tanquam optabilis[l] agricolis fallat si-
ligo. nam hoc tritici vitium est, et quamvis candore

rare. Deinceps *adhibetur.* Sang. (d) Ita pro *exile* P. Sang. *ex vili* coni. Brk. (e) *Verg.* G. Gr. (f) *ego* om. P. Goes. Sang. et Editio Virgil. Heinsiana. (g) *mens* 1. B. Br. R. (h) *et* Eaed. (i) *siccum et diffissum si eund.* Eaed. *siccum diffissum cum eund.* Lips. (k) *diffusum* II. Pol. *diffisum* Sang. (l)

Diffissum) Plinius XVIII, sect. 54: *Optimum granum, quod rubet et dentibus fractum eundem habet colorem; deterius, cui plus intus albi est.* Hae scilicet notae conveniunt in genus illud tritici, quod supra c. 6 robum dixit a colore, de quo etiam Geopon. II, 16, quae triticum in sationem eligunt: εὐγενῆ, ἁδρὸν, στερεὸν, λεῖον, χρώματι χρυσίζοντα καὶ νοστιμώτατον, i. e. generosum, robustum, solidum, laeve et colore ad aureum inclinante. Galenus etiam de Alim. Facult. I, 2 et de victu attenuante cap. 6 praefert tritici genus densum, compactum, ut dentibus vix dividi queat, grave intus etiam fulvum; contra damnat laxum molle, extus atque intus album, leve, in cibo scilicet attenuante. Illud genus eadem mensura granorum plus farinae molitum reddit; siligo contra minus farinae, sed eam candidiorem, levem et delicatiorem in cibo reddit grano pallidiore atque intus flavo. Siliginem solam Germania cum reliquo septentrione novit. Vide omnino Tozzetti p. 140 seqq.

Vitium est) i. e. vitio transit in siliginem triticum. Plinius XVIII, sect. 20: *siliginem proprie dixerim tritici delicias, candor est et sine virtute et sine pondere, conveniens humidis tractibus, quales Italiae sunt et Galliae comatae. Sed et trans Alpes in Allobrogum tantum Meminorumque agro pertinet, in ceteris ibi partibus biennio in triticum transit: Remedium, ut gravissima quaeque grana eius serantur.* quem Plinii locum aut a librariis aut ipsius Plinii mala interpretatione Columellae nostri corruptum, et vitiosum esse, recte admonuit ad h. l. Gesner. De siligine porro Plinius *si-*

praestet, pondere tamen vincitur.[m] Verum in humido statu caeli recte provenit; et ideo locis manantibus magis apta est. Nec tamen ea[n] longe nobis aut magna difficultate requirenda est. nam omne triticum solo uliginoso post tertiam sationem convertitur in siliginem. Proximus est his frumentis usus ordei, quod 44

stabilis agricollis P. Sang. (m) *vitiatur* Lips. (n) *ea* om. I. B. Br. R. Sang.

ligo nunquam maturescit pariter, nec ulla segetum minus dilutionem patitur propter teneritatem, iis, quae maturiure, protinus granum dimittentibus. Sed minus, quam cetera frumenta, in stipula periclitatur, quoniam semper rectam habet spicam, nec rorem continet, qui rubiginem faciat. — Item siligo sine arista est, excepta, quae Laconica appellatur. Palladius I, 6, 6: *omne triticum in solo uliginoso post tertiam sationem in genus siliginis commutatur.* Italia hodieque experitur veram Columellae sententiam, egregie docente Tozzetti p. 127 seqq. Ecce Albertus Vegetab. p. 422: *seminata siligo nobilitatur et in secundo vel tertio anno mutatur in triticum, et e contra contingit, quod triticum in quibusdam terris seminatum degenerat et fit in secundo anno vel tertio silign. — modus autem est paulatinus. quia paulatim siligo nobilitatur; in primo anno fit granum grossius et rubicundius, et ex illo seminato tertio anno fit triticum: et e contra.* Idem p. 279: *triticum in terra maioris latitudinis quam* 40 *gradium seminatum raro convalescit, et si exsurgat, inter duas vel tres seminationes degenerat in granum ignobile, quod a quibusdam vocatur siligo, quod tamen optime in septimo climate convalescere videmus.*

Post tertiam sationem) Scilicet ex regula Aristotelica quam Theophrastus etiam sequitur C. P. II, 18: κἀκεῖνο ὅμοιον ἔν τε τοῖς σπέρμασι καὶ ἐν τοῖς ζώοιν, ὥστε μὴ εὐθὺς ἀλλὰ τριγονήσαντα μεταβάλλειν. ἅπαντα γὰρ κατὰ μικρὸν ἐξαλλοιοῦται καὶ μεθίσταται. Ceterum in loco Plinii de siligine manifestum nunc demum agnosco vitium: *Sed minus quam cetera frumenta in stipula periclitatur, quoniam semper rectam habet spicam, nec rorem continet, qui rubiginem faciat.* Auctorem sententiae frustra quaesivi; verum argumenti vim coarguit Theophrastus C. P. III, 27, ubi de rubigine non obnoxiis frumentis: τοιαῦτα δὲ τὰ ἐπικλινῆ τῷ στάχυϊ καὶ μὴ ὀρθά. διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸ ἐπικύπτειν συμφέρει τὸν στάχυν, ὅπως ἀποῤῥέῃ καὶ μὴ ἐμμένῃ τὸ ὕδωρ καὶ ἡ δρόσος. ὑποκλίνουσι δὲ οἱ μακροὶ στάχυες μᾶλλον, οἱ δὲ πλατεῖς καὶ βραχεῖς ὀρθότεροι. διὸ καὶ ἐρυσιβοῦνται — διὸ καὶ ἡ μὲν ἀχιλλαῒς κριθὴ καὶ λευκὴ καὶ μέλαινα ἐρυσιβώδης. ὀρθοὶ γὰρ οἱ στάχυες. ἡ δ' ἑτερόκριθος ἀσφαλής. ἀπονεύει γάρ. Quae eadem repetit IV, 15, et exemplo tritici illustrat, subiuncto hordeo. Verum istius loci verba graeca mire vitiosa sunt, adeo ut non mirarer, si Plinius inde sua duxerit Codice olim integriore usus. Errorem tamen Plinii vel librariorum ejus ne sic quidem licebit excusare.

rustici hexastichum,[o] quidam etiam [p]cantherinum appellant: quoniam et [q]omnia animalia, quae ruri sunt, melius quam triticum,[r] et hominem salubrius quam malum triticum pascit. Nec aliud in egenis rebus magis inopiam defendit. Scritur soluta siccaque terra, et vel praevalida vel exili, quia constat arva segetibus eius maccscere:[s] propter quod pinguissimo agro, cuius nimis viribus noceri non possit, aut macro, cui[t] nihil aliud, committitur. Altero sulco seminari debet post aequinoctium, media fere sementi, si laeto solo: si

(o) *hexasticum* ante Victor. *exaschicum* Lips. (p) *et* I. B. Br. R. deinceps *quom* Br. (q) Ita pro *et alia* P. S. (r) *triticum pascit*, *et* I. B. Br. R. (s) *manascere* P. *manescere* ex Sang. Gronov. *macessere* G. deinceps vulg. *nimiis* ex Sang. correxi. (t) *cui* om. I. B. Br. R. (v) *modios occupabit* I.

Hexasticum) Hesychius: ξέστριξ· κριθὴ ἡ ἑξάστιχος. Κνίδιοι. Ex qua glossa apparet, Cnidios hexasticum coluisse hordeum. Cantherinum dicitur; quod equi cantherii eo saginari solebant. *Lapathum cantherinum* habet Plinius XX, sect. 85. Idem XVIII, sect. 18 de hordeo: *spicae quaedam binos ordines habent, quaedam plures usque ad senos.* Ita Theophrastus H. P. VIII, 4, qui plurimas ait esse senorum ordinum seu hesastichas. Isidorus 17, 3: *Primum hexasticum vocatur, eo quod spica eius sex ordines habeat, quod quidam canterinum appellant, quoniam animalia melius quam triticum pascit, et homines salubrius quam malum triticum.* Brouklius. h. l. malebat legi: *quoniam id alit animalia.* Dedi lectionem Sangerm.

Et hominem) Plinius XVIII, s. 14: *antiquissimum in cibis hordeum sicut Atheniensium ritu — polentam quoque Graeci non aliunde praeferunt — panem ex hordeo antiquis usitatum vita damnavit, quadrupedumque fere cibus est.*

Nimis) Ita recte liber Sang. pro *nimiis*. Palladius Oct. 1: *hoc etiam mense seremus ordeum, quod dicitur cantherinum. Seritur macra et sicca terra, vel multum pingui. nam quia hoc semine macescunt arva, pingui vincitur agro: alteri non habet, quod amplius nocere possit, quum propter macritatem semen aliud ferre non valeat. laeto agro nunc est serendum.* Ita enim legendum est.

Committitur. Altero) Interpungi iussit Vrsinus: *committitur, altero*, et sic reliqua continuari. Sed obstat intersertum deinceps, *si laeto solo: si gracili maturius.* Ceterum Palladius aliam lectionem secutus esse videtur, hanc fere: *pinguissimo agro, a quo vincitur*, aut: *cuius nimiis viribus vincitur, aut macro, cui amplius noceri non possit, quum nihil aliud ferre valeat, committitur.* Sed locum Palladii nunc demum video a Iucundo esse temeratum atque ita scribendum: *hoc quippe vincitur, alteri non habet amplius, quod noceat, quia semen aliud ferre non potest.*

gracili, maturius. Iugerum quinque modii occupabunt. Idque ubi paulum maturuerit, festinantius quam ullum aliud frumentum [x] demetendum erit. Nam et fragili culmo, et nulla vestitum palea granum eius celeriter decidit, iisdemque [y] de causis facilius teritur, quam caetera. Sed quum eius messem sustuleris, optimum est novalia pati anno cessare : si minus, stercore saturare, et omne virus, quod adhuc inest terrae, propulsare.
Alterum quoque genus ordei est, quod alii distichum, 16

B. Br. R. L. S. (x) *frumenum* R. (y) *hisdemque causis* I. B. Br. R. S.

Iugerum quinque) Pallad. Sept. 4: *nunc gracili solo ordeum seritur cantherinum, modiis V per iugerum. Post hoc genus agros cessare patieris, nisi forte laetamen adspergas.* ubi Vincentius habet: *modiis V iugerum impletur.* Ex quo loco malim h. l. *quinque modiis occupabit.* Hordei modios sex in iugerum temperato solo seri iubet Plinius XVIII, sect. 54.

Idque ubi paulum) Palladius Iunio 2: *nunc prima hordei messis incipitur, quae consummanda est, antequam grana arefactis spicis lapsa decurrant, quia nullis, sicut triticum, folliculis vestiuntur. Sed hordei culmos iacere in agris aliquantulum sinimus, quia fertur hoc more grandescere.* ubi alii libri habent scriptum: *grana refractis spicis lapsa curventur. Palea* est igitur h. l. qui Palladio folliculus, Varro I, 50, 3, quod cum spica stramentum haeret, interpretatur paleam. In adoreo folliculum dixit ipse Columella cap. 8. Plinius XVIII, sect. 10: *tunicae frumento plures. Hordeum maxime nudum et arinca, sed praecipue avena.* Idem sect. 18: *rapitur omne statim a prima maturitate festinantius, quam cetera; fragili enim stipula et tenuissima palea granum continetur. Meliorem etiam polentam fieri tradunt, si non excocta maturitate tollatur.* De polenta (graece *alfiton*) consentit Galenus de Alim. Facult. I, cap. 11. Hordeum glabrum Baeticae et Africae, ex quo ptisana fiebat, idem cum olyra et cryza putabat Turanius apud Plinium XVIII, s. 15. Hoc etiam huius loci argumento demonstrare voluit Pontedera, hordeum hexastichon esse nostrum *secale, seigle, Roggen*, quod veteribus ignotum fuisse, ante eum omnes affirmarant. Hoc enim fragili culmo constare, ipsiusque grana ab inferiore tantum parte glumis excipi; celerius maturescere et meti, ne grana decidant; et nullo negotio grana exteri in area; eo denique arva macra reddi. Haec omnia de hordeo hexasticho veteres scriptores praedicare. Contra hordeum nostrum arete grana amplectentibus glumis constare, quibuscum etiam recondi et seri soleat, adeoque maiorem eius modum ad sationem requiri quam tritici; quae quidem omnia veteres de adoreo suo tradiderint. Itaque hordeum nostrum vir doctissimus cum farre romano comparat; hoc quidem manifesto errore; hordeum vero hexastich. Columellae

Galaticum[z] nonnulli vocant, ponderis et candoris eximii, adeo ut tritico mistum egregia cibaria familiae praebeat. Seritur quam pinguissimis, sed frigidis locis circa Martium mensem. Melius tamen respondet, si clementia[a] hiemis permittit, quum seminatur circa
47 idus Ianuarias. Iugerum sex modios postulat. Inter frumenta etiam panicum et[b] milium ponenda sunt, quamvis iam leguminibus ea contribuerim. nam multis regionibus cibariis eorum coloni sustinentur.[c] Levem solutamque humum desiderant. nec in sabuloso solo,

iisdem causis ex Sang. Gronov. Deinceps: *Sed quom* Br. (z) *galathicum* I. B. Br. R. A. Iunt. II. (a) *claementia* I. B. Br. R. (b) *ao* P. S. (c) *susti-*

secale nostrum esse statuit. Monet tamen ipse, secale nostrum non habere senos spicae ordines, quoniam intermedii ordines non explicentur. De farre romano, male cum hordeo nostro comparato, monuit iam Gesnerus ad h. l. De hordeo consentit etiam Dickson, vulgaris nostri hordei species, glabras forte et nudas, veteribus itidem fuisse hoc nomine appellatas. Secale Plinii farraginis genus fuisse statuit etiam Tozzetti Itin. T. II, p. 93, vers. germ. qui secalis frumenti albi notitiam ex septentrione in Italiam post Romanorum imperium allatam fuisse affirmat. Hordeum Libycum palea tegminibusque suis exui iubet Ovidius in Remediis Amoris versu 53. Ceterum olyram et zeam iam olim Moschopulus περὶ σχεδῶν de secali interpretatus fuit ἡ κοινῶς σίκαλις. Cf. Cangii Glossar. Lat. sub vocabulo *Sigalum*.

Galaticum) Palladius Ianuar. 4: *si clemens hiems fuerit, ordeum galaticum, quod grave et candidum est, circa Idus Ianuarias seramus locis temperatis. octo modiis iugerum complebitur.* ubi in libris nulla est lectionis varietas. De numero igitur modiorum dubitatio superest. Idem Febr. 8: *etiam nunc ordeum galaticum, quod grave et candidum est, seretur locis frigidis circa Martias calendas.* Plinius XVIII, sect. 15 ptisanam fieri tradit in Aegypto ex hordeo, cui sunt bini anguli; quod ipsum est distichum. Contra tempestates hordeo candido maximam infirmitatem esse, ex Theophrasto H. P. VIII, 4 tradit Plinius XVIII, sect. 18 Hordei is sex modios in iugerum seri iubet generalim XVIII, s. 54. Quinque modios cantherini hordei in iugerum computavit supra eum Columella Palladius. Isidorus 17, 3: *Alterum distichon — hoc plerique galaticum vocant. Tertium trimense, quia dum cogit necessitas verno seminatur et celeriter colligitur.* Quae de hordeo trimestri addit, unde habeat, ignoro.

Nec in sabuloso) Vrsinus *sabulosum solum*, Pontedera *sabulone solum* legi malebat. *Solum* certe tenendum erit. Pontedera etiam *serantur* inserebat post *riguo solo*. Palladius Martio 3: *Calidis et siccis regionibus panicum seremus et milium. Levem et solutam*

sed in arena[d] quoque proveniunt, modo humido caelo vel riguo solo. nam siccum cretosumque reformidant. Ante ver[e] seri non possunt, quoniam teporibus[f] maxi- 18
me laetantur, ultima tamen parte Martii[g] mensis com-

neretur P. *sustentantur* Lips. (d) *harena* I. B. Br. R. (e) *versari* Eaed. et Lips. *verseri* P. deinceps *quom* Br. (f) *temporibus* B. Br. R. Gr. (g) *Aprilis*

terram desiderant; nec in sabulone solum, sed in arena quoque proveniunt, dummodo coelo humido et solo serantur irriguo; quia siccum et argillosum agrum reformidant. Herbis liberentur assidue: quinque sextario spatium iugeri complebitur. ubi legendum est *sabuloso*; deinde quinque sextarios habet, ubi noster quatuor. Florentinus Geoponic. II, 38: ἡ κέγχρος χαίρει γῇ ἰλυώδει καὶ νοτερᾷ καὶ ἀμμώδει ἐὰν σπείρηται πυκνότερον — τὸ γὰρ πλέθρον πλέον χειροπλήθους οὐκ ἂν δέξηται. — οὕτω γὰρ τὸ πλέθρον ἐνέγκοι μοδίους τεσσαράκοντα. De milio indico Plinius XVIII, s. 10, no. 3, asserit ex uno grano ternos sextarios gigni. Idem sect. 25, Panicum et milium aquis minime gaudent, quum exeunt in folia. Vetant ea inter vites arboresve frugiferas seri, terram emacrari hoc satu existimantes. Sed in Theophrasti H. P. VIII, 7 est: panicum et milium minus aquarum indigere; si enim aqua abundaverit, folia deiicere. Milium esse fortius, panicum infirmius, sed dulcius. Milium ex omnibus frumentis coquendo maxime crescere annotat Plinius XVIII, sect. 10, no. 3. Hinc praecipuus eius ad fermenta usus cum musto triti, ut idem sect. 26 tradit et Geoponica II, 31. Milium et panicum occatur et sarritur, non iteratur, non runcatur, auctore Plinio XVIII, sect. 50, in quo Columellam adversarium habet. Denique Plinius *panis*, inquit, *multifarie et e milio fit, e panico rarus.* et iterum sect. 24 Milio Campania praecipue gaudet *pultemque candidam ex eo facit . . fit et panis praedulcis.* De pane testatur etiam *Galenus* de Alim. facult. I, c. 15. Purgamenta seu furfures panici miliique veteres apludam dixere eodem auctore s. 23 et Gellio cum Festo. Columella *furfurem* h. l. appellat. De satione Plinius XVIII, sect. 66: *extremo hoc tempore milii et panici satio est; iustum est hoc seri maturato hordeo.* Panico Gallias, inprimis Aquitaniam, sed et Italiam circumpadanam, addita faba, uti, testatur Plinius sect. 25, ubi Harduinus locum Paulini Epist. 3 attulit, ubi *faba intrita panicio* memoratur. Vides igitur, tempore Paulini *panicium* dictum fuisse panicum; eaque forma exstat in libro Sangerm. supra cap. 7, 1. Ex panico panem factum circa Euphratem, memorat Xenoph. Expedit. I, 5, 10, et rivulis rigari panici segetem in Graecia, obiter annotat ibidem II, 4, 13. Graece panicum dicitur μελίνη et ἔλυμος. Isidorus 17, 3: *panicium dictum, quia multis in regionibus ex eo panis vice homines sustententur.* Panicum album a Romanis cultum fuisse censebat *Bradley* p. 100.

Martii) Plinius 18, s. 66, 2, de tempore inter aequinoctium vernum et Vergiliarum exortum, id est, inter diem VIII Calendas Apriles et VI Idus Maias ita: *extremo autem hoc*

modissimae terrae committuntur. Nec impensa gravi rationem [h] cultoris onerant; quippe sextariis fere quatuor iugerum implent. frequentem tamen exigunt sarritionem [i] et runcationem, ut herbis liberentur. Ea quum spicas ediderunt, prius quam semina hient aestibus,[k] manu carpuntur, et suspensa in sole quum assiccata [l] fuerint, reconduntur, atque ita reposita
19 perennant diutius [m] quam caetera. Panis ex milio conficitur, qui antequam refrigescat, sine fastidio potest assumi.[n] Panicum pinsitum et evolutum furfure, sed et [o] milium quoque pultem quavis [p] in copia maxime cum lacte [q] non fastidiendam praebet.

X. Quoniam [a] de frumentis abunde praecepimus, de leguminibus deinceps disseramus.[b] Lupini prima ratio est, quod et minimum operarum absumit,[c] et vilissime

Lips. (h) *rationem* P. S. *sationem* a. Gesn. (i) *Saritionem* I. Br. *sartionem* P. S. (k) *aestibus* om. P. S. (l) *assiccaverint* I. B. Br. R. *assicata fuerint* A. Iunt. G. *iam sicca fuerint* Lips. *adsiccuerunt* P. S. (m) *in evo* Lips. (n) Ita pro *absumi* L. (o) *et* om. I. B. Br. R. S. (p) Ita pro *quamvis inopia* scripsi. *quamvis in copia* I. B. Br. R. L. Iunt. *quamvis* etiam Sang. (q) *max. cum lacte* om. Sang.

Cap. X. (a) *Quom* Br. *frumenis* H. (b) *disseremus* Sang. (c) *assumit*

tempore panici miliique satio est. Iustum est hoc seri maturato hordeo. Columella XI, 2, 33: *milii quoque et panici haec prima satio est, quae peragi debet circa Idus Apriles. utriusque seminis sextarii quini singula iugera occupant.* Itaque recte h. l. Lips. Aprilem nominat pro Martio.

Rationem cultoris) Ita pro *sationem* scribi iusserat Vrsinus, qui monet, in Codice vetere esse *sartionem*.

Fere quatuor) Quinque ponit Columella XI, 2, 33, et Palladius loco supra laudato; Plinius 18, sect. 15, milii, panici, sextarios quatuor in iugero conserit, ubi tamen Codex Pintiani *sextarios* sex ponit. Corbis octavam partem ponit Crescentius, qui copiose docet, quomodo panicum vel integrum vel mola tritum cum oleo, vel pinguedine, vel lacte caprino, vel ex aqua coquatur in cibum hominis.

(*Quavis in copia*) Hanc lectionem cum Pontedera praeferimus vulgatae *quavis inopia*, plane ineptae. Festus in *Forma* habet: *Item forma appellatur puls miliacia ex melle.*

Cap. X. *Prima ratio*) Possis etiam legere *satio*; saltem vulgatam ita interpretaberis. Plinius XVIII, sect. 36: *primum omnium seritur, novissimum tollitur, utrumque Septembri fere mense, quia si non antecessit hiemem, frigo-*

emitur, et maxime ex iis[d] quae seruntur, iuvat agrum. Nam vineis [iam[e]] emaciatis, et arvis optimum stercus praebet, ac vel effoeto solo provenit, vel repositum in granario patitur aevum. Boves per hiemem coctum maceratumque probe alit. Famem quoque, si sterilitas annorum[f] incessit hominibus, commode[g] propulsat. Spargitur statim ex area. Atque id solum omnium[h] 2
leguminum non desiderat requiem in[i] horreo, sive Septembri mense ante aequinoctium, seu protinus a

I. B. Br. Lips. (d) *his* Br. (e) *iam* om. S. *emaceratis* Lips. (f) Ita pro *annonae* I. B. Br. R. L. S. (g) *commodissime* L. et Cod. Arundel. ap. Wasse ad Sallust. Catil. 55. (h) *omnium* om. I. B. R. habet Br. (i) *in horreo*

ribus obnoxium est. Ita etiam Florentinus Geopon. II, 39, graece appellatur θέρμος.

Stercus praebet) Palladius Sept. 9: *hoc mense ut loca foecundentur exilia, lupinus circa Idus seritur, et ubi creverit vertitur vomere, ut putrefiat excisus.* Idem Maio 4: *si quis lupinum stercorandi agri causa seminabit, aratro illum nunc debet evertere.* Lupinum hodieque Itali pro stercorando agro evertunt, quod vocant *Soverscio* Lupinus perennis Linnaei. Sui temporis usum in serendo lupino egregie enarravit Crescentius II, cap. 12, quem locum conferet diligens lector et curiosus.

Boves) Plinius XVIII, s. 36: *maceratum calida aqua homini quoque in cibo est. nam bovem unum modii singuli satiant, validumque praestant.* Annuo bovis cibario modios lupini 60 requirit Cato cap. 60. Igitur Plinii sententia de ratione seminis interpretanda erit. Macerato lupino boves equosque hodieque Itali pascunt.

Sterilitas annorum) Hoc vulgato praetuli annonae, quod annona omnino de proventu dicitur, non de agro. Etiam in Columellae loco III, 16, 5 regionis annona est proventus copiosus aut rarior fructuum, aut potius pretium fructibus statutum ex maiore minoreve proventu. Hinc annonae raritas et vilitas recte dicitur apud Plinium, non item sterilitas. De usu lupini Plinius XVIII, s. 36: *usus lupini homini et quadrupedum generi, ungulas habenti, communis. — pinguescere hoc satu arva vineasque diximus.* Scilicet libro XVII, s. 6 et 7. Ceterum homines Asiaticos in cibo sumsisse lupinos, multis ante diebus aqua maceratos, ubi deponunt amaritiem, et coctos testatur Galenus et Diphilus, medici; farinam hordeaceae et frumento admistam in panificium adhiberi, Florentinus Geoponic. II, 39.

Ex area) Plinius: *protinus seritur ex arvo, ac ne spargi quidem postulat, decidens sponte — plerumque tamen levi sulco integunt.* ubi *ex area* legendum esse, cum locus noster, tum Theophrasti docet in H. P. VIII, 1: ἀπὸ τῆς ἅλω γάρ φασὶ δεῖν καταβάλλειν εὐθύς; addit: alias male provenire, ibid. cap. 11. Causam edit de C. P. III, 8. Iterum Columella XI, 2, 72: *quidam vel ab area protinus in agrum*

calendis Octobribus[k] crudis novalibus ingeras. Et qualitercunque obruas, sustinet coloni negligentiam. Teporem tamen autumni desiderat, ut celeriter confirmetur. Nam si non ante hiemem convaluerit, frigoribus
3 affligitur. Reliquum quod semini superest, in tabulatum, quo fumus pervenit, optime reponis.[l] quoniam si humor invasit, vermes gignit; qui simulatque oscilla[m] lupinorum adederunt,[n] reliqua pars enasci non potest. Id, ut dixi, exilem amat terram, et rubricam[o] praeci-
4 pue. nam cretam reformidat, limosoque non exit agro. Iugerum decem modii[p] occupant. Ab hoc recte phaselus terrae[q] mandabitur, vel in vetercto,[r] vel melius

nm. P. S. (k) Ita pro *Octobris* P. S. deinceps *neglegentiam* Sang. (l) *reponas* I. B. Br. R. Goes. S. (m) *osilla* I. B. Br. R. (n) Ita pro *ederunt* Iunt. Goes. et Sang. teste etiam Heinsio ad Ovidii Amor. I, 15, 41 *ediderunt* I. B. Br. R. *corroderunt* Lips. (o) *lubricam* L. (p) *modios occupat* I. B. Br. R. *modiis occupat* L. S. (q) *terra* P. (r) *veterio* P. S. *inveterato*

deferri putant oportere. Huc pertinet alter locus Theoph. H. P. I, 12: ὅτι ἂν ἐν ὕλῃ βαθείᾳ σπαρῇ, διαίρει τὴν ῥίζαν πρὸς τὴν γῆν καὶ βλαστάνει διὰ τὴν ἰσχύν. quae cum Gaza male interpretatur Scaliger.

Octobribus) Ita hic et infra sect. 17 Sangerm. liber, monente etiam Drak. ad Livium T. I, p. 1016.

Convaluerit) Praeferrem lectionem Sangerm. *convaluit.* De messe leguminum et lupini Theophrastus C. P. IV, 14: τὰ δὲ ὄσπρια θερίζουσιν καὶ πρὸς τὸ δύνασθαι συλλέγειν. ξηρανθέντα γὰρ καταῤῥεῖ. τὸν δὲ θέρμον ἤδη λήγοντος τοῦ θέρους, τοῦ ἀέρος ἀνυγραινομένου κατὰ τὸ ἑωθινόν· ἂν γὰρ πρότερον θίγῃ τις, ἐκπίπτει καὶ οὐκ ἔστι λαβεῖν. Ita demum apparet ratio, cur lupinus in horreo sit ab humore defendendus, et fumo potius exsiccandus.

Semini superest) Hoc auctore Sang. praetuli vulgato *seminis*; nec enim de semine agit, nec id in tabulatum reponitur, sed lupini seges, quae in fruges abiit, et semini servatur futuri anni. Plinius 18, s. 36: *condi in fumo maxime convenit, quoniam in humido vermiculi umbilicum eius in sterilitatem castrant. Si depastum sit in fronde, inarari protinus solum opus est.* Palladius Iunio 3: *hoc mense lupinus colligitur, et si placuerit, statim ex area seretur, sed longe ab humore est ponendus in horreis; sic enim diutissime custoditur, maxime si granaria eius afflaverit fumus assiduus.*

Adederunt) Hoc cum Pontedera vulgato *ederunt* praetuli. Minus enim est *adesse* quam *esse* vel *edere.* Oscilla sunt qui alibi umbilici dicuntur, quibus semina adhaerent siliquis, atque unde prodit germen.

Exilem) Cf. notas ad Catonem c. 34.

Decem) Eundem numerum ponit Plinius XVIII, s. 55.

pingui et restibili agro. Nec amplius quatuor modiis iugerum obseretur.[s] Similis quoque ratio est pisi, quod tamen facilem et solutam[t] terram desiderat tepidumque locum et caelum frequentis humoris. Eadem mensura iugerum vel modio minus quam phaselum licet[v] obsērere primo tempore sementis ab aequinoctio autumnali.[x] Fabae[y] pinguissimus locus vel stercoratus

Lips. *veterеto* Trombell. *veterato* liber Ponted. (s) *observetur* P. voluit *obseretur* ut Saug. Vulgo *obseritur*. (t) *desolutam* P. (v) *liceat* I. B. Br. R. (x) *autumni* P. (y) *fale* L. *Favae* P. (z) *desideratur* I. *destinetur* Sang.

Phaselus) Genistam vel spartium semen in folliculis phaseolorum modo gerere ait Plinius 24, s. 40. Idem 27, 70. Isopyrum ait etiam phasiolon vocari, quod folium in pampinos torquetur. Ex Dioscoride IV, 121: qui simile ait phasiolo τῷ κατ' ἄκρον τὸ πέταλον ἕλικα φέρειν, quod extremum folium in claviculam abeat. Infra Columella XI, 2, 72, fasеolum ad escam serere docet; sed ex eo loco faselum retulit Palladius Sept. 12, et Octobr. 1, 3. Longa faselus et phaselus est in carmine libri X, 377. Faseolis venosa folia tribuit Plinius XVIII, s. 10. ubi Codd. *phasiolis*. Parvas fasiolorum siliquas habet XII, s. 14; cum ipsis granis mandi ait XVIII, s. 33, ubi de satione est: Serere eos qua velis terra, licet ab Idibus Octobris in Calendas Novembres. De terra adversatur Columellae hic ocus, quem transtulit Palladius Octobr. I, 3. Faseolorum quatuor modiis iugerum conseri ait Plinius XVIII, s. 55. Ex quibus locis omnibus nulla diversitas demonstrari potest phaselorum, phaseolorum, faselorum, et fasiolorum. Recte hoc vidit etiam *Dickson* Vol. II, p. 188, qui Britannorum *french-bean* interpretatur faseolum. Vide ad X. 377.

Pisi) Plinius XVIII: s. 31: « ex leguminibus autem Novembri seruntur lens et in Graecia pisum — Pisum in apricis seri debet, frigorum impatientissimum; ideo in Italia et in austeriore coelo non nisi verno tempore terra facili ac soluta » quae postrema verba confirmant emendationem Harduini ex Codd. ductam: ex leguminibus autumno et vere seruntur. Piso folia multiplicia et longiora tribuit XVIII, s. 10. ibidem caules in terram spargi ait, nisi habeant adminiculum. Siliquas pisi cylindratas ait esse s. 33, ex Theophrasti H. P. VIII, 5, qui κυλινδρώδεις habet, et addit de ervo et piso: τὰ σπέρματα γὰρ ἑκατέρωθεν τοιαῦτα τοῖς σχήμασιν; ex quo suspiceris, ad utramque siliquae valvarum suturam alternatim posita esse. In lutosa terra serere iubet pisum Leontius Geoponic. II, 13. Pisum faselo minus fuisse, ingeniose ex eo colligit *Bradley* p. 152, quod faseli modiis quatuor, pisi tribus iugerum conseritur.

Fabae) Palladius Novembri 1: *In huius principio fabam spargimus, quae pinguissimum et stercoratum desiderat locum vel vallem, quam succus veniens a summitate foecundet. Primo seritur, deinde prosciuditur, et tunc sulcatur.*

destinatur,[a] et si veteretum[a] erit in valle situm, quod a superiore parte succum accipit; prius autem[b] iaciemus semina, deinde proscindemus terram, proscissamque in liram revocabimus occabimusque, quo altius largiore humo contegatur. Nam id plurimum refert, ut radices enatorum seminum penitus demersae sint.
6 Sin autem proximae messis occupandum erit restibile, desectis stramentis quatuor et viginti vehes stercoris in iugerum disponemus dissipabimusque.[c] Et similiter quum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus, imporcatumque[d] occabimus: quamvis sint, qui negent

(a) *et sive vervactum* I. B. Br. R. *vervactum* etiam reliquae a. V. *et sive veteretum* P. Sang. et Victor. in Corrt (b) Ita pro *tamen* I. B. Br. R. L. P. S. *iactemus* I. B. Br. R. L. (c) *dissipavimusque* P. (d) *imporcitumque occu-*

Plinius 18, s. 49: *fabam et viciam non proscisso serere siue damno.*

Veteretum) Ager est requietus, opponitur restibili. Male Gesner *vervactum* praeferebat. Faba enim in agro proscisso non serebatur. Vide ad Varron. I, 44, 2. Crescentius III, 8: *terram desiderat pinguem et cretosam et in ea subtilem facit corticem et facile coquitur et in mediocriter soluta satis convenienter nascitur. In sabulo vero et macra non provenit bene, et quae ibi nascitur, grossum habet corticem et dura est ad coquendum, nisi talis ager laetamine impinguetur.* In terra lutosa seri fabam iubent Geoponica II, 43. item pisum, in sicca, priusquam enascantur, corrumpi, aut degenerare. Theophrastus H. P. VIII, 7: *καλλίστη νειὸς ἀπὸ κυάμων καίπερ πυκνοσπορουμένων καὶ πολὺν καρπὸν φερόντων.* Idem cap. 9 stercorari ait videri sibi agrum a fabis *διὰ μανότητα καὶ εὐκεψίαν.* ubi Scaliger cum Gaza legit *εὐσηψίαν*, propter raritatem et facilitatem putrescendi.

In liram) I. e. *imporcabimus*, ut ipse deinde ait; Palladius *sulcare*, i. e. *porcis* operiemus. Vide etiam Salmas. ad Solin. p. 512. Dickson interpretatur *ridge, forme into ridges, in such a manner as to allow the crop to be hoed.* Vide ad Varron. I, 29.

Altius largiore) Palladius: *occanda est large, ut tegi plurimum possit.* Videtur itaque is legisse: *occabimusque large, quo altius humo contegatur.* Ceterum Bruschiana *quod altius*; deinde ut ubique *quattuor — glebae* habet.

Restibile) Sc. Arvum, quod a vetereto adeo differt, sed demonstrat, veteretum esse agrum requietum et rudem. Ipse Columella XI, 2, 85. de eadem re pro vetereto dixit novum locum, qui scilicet primum aperitur. Paulo post dicit *crudum solum.*

Desectis stramentis) Quae plerumque altissima relinquebantur in messe, aliter quam apud nos fit, ubi stipulae breves supersunt a messe. Varro apud Nonium in *Colere*: *At in segetibus post messem colligebant stramenta, quis*

locis frigidis oportere occari fabam, quia exstantes
glaebae a gelicidiis adhuc eam teneram vindicent, et
aliquem teporem frigore [e] laboranti praebeant. Sunt 7
etiam qui putent in arvis hanc eandem vice stercoris
fungi. quod sic ego interpretor, ut existimem, non
sationibus eius pinguescere humum, sed minus hanc
quam caetera semina [f] vim terrae consumere. Nam certum habeo, frumentis utiliorem agrum esse, qui nihil,
quam qui istam siliquam [g] proximo anno tulerit. Iuge- 8
rum agri, ut Tremellio, quatuor, ut nobis videtur,

pabimus Pol. (e) *frigori* Gr. (f) *semina* om. I. B. Br. R. (g) *spicam* Eaed. L. et Sang. *istam spicam* etiam Polit. Tromb. Ponted. Ex loco Palladii, qui hinc calamos retulit, Pontedera *stirpem* vel *paleam* h. l. olim

domicilia colerent. Infra noster XI, 2, 86, vehes stercoris decem et octo iugero addit. ubi vide notam.

Occari fabam) Palladius: *Aliqui locis frigidis dicunt in fabae satione glebas non esse frangendas, ut per eas gelicidiorum tempore possint germina obumbrata defendi.* Crescentius III, 8: *Seminatur faba in stipulis et terra non arata, licet et in arata seri congrue possit. Spargitur autem semen in locis calidis aut temperatis mense Ianuario aut Februario, quum terra post forte gelicidium talis est, ut possit arari post sparsum semen; et melius quidem in humida terra quam sicca seritur. — Nec est necessarium, ut nascatur, ut glebae in eius seminatione rumpantur. His enim non obstantibus, licet plurimum infra terram submersam fuerit, erumpit pullulans ad superficiem terrae. Corbis una et minus iugerum* (antiqua mea editio *bubulcam*) *complet, nam late spargenda est, ut dilatari in stipitibus possit. Luna autem plena melius seritur faba.* Columellae opinioni oggerit Mitterpacher Elem. rei rusticae T. I, p. 322 opinionem, a Io. Beckmanno primum positam, leguminosas plantas mucilaginem quandam humo inferre eversas, qua magis quam stercore ipso ager recreetur. Viscosam lupini materiam, qua levis terra colligetur, causatur *Bradley* p. 143.

Istam siliquam) Palladius: *Satione eius generis, sicut opinio habet, non foecundatur terra, sed minus laeditur. nam Columella dicit agrum frumentis utiliorem probari, qui anno superiori vacuus fuerit* (hoc est veteretum) *quam qui calamos fabaceae messis eduxit.* In libris optimis Columellae est *spicam* pro *siliquam*. An voluerunt *stipulam?* Sed vulgatam praefero. Crescentius l. c. *Hoc genere leguminis terra non laeditur et maxime si radices dimittet in ea, sed tamen in eo non foecundatur, nisi per accidens ager fuerit multum humidus. Nam Columella* et reliqua, quae vide ad Palladium.

Qui putent) Graeci iam olim ita docuerunt de fabis et de raphanis vel brassica. Praeter alios Hesychius: Γάστρια τὰ σπαρθέντα πρὸς τὸ λιστρευθῆναι. οἱ δὲ κύαμοι ἢ ῥάφανοι, οἷς ἀντὶ κόπρου χρῶνται, ὅταν αὐξηθέντα

fabae sex occupant modii,[h] si solum pingue sit: si mediocre, paulo amplius. eaque nec macrum nec nebulosum locum patitur. densa tamen humo saepe commode[i] respondet. Media sementi[k] pars seri, et pars ultima[l] debet, quae septimontialis[m] satio dicitur, tem-

fuisse suspicabatur. (h) *modiis*, *solum* nescio unde laudat Gesner. deinceps vulg. *modio* ex Br. mutavi. (i) *commodo* Br. (k) *sementis* P. et Cod. Vrsini et Br. (l) *ultuma* P. ut supra. (m) Ita pro *septimuncialis* ex I. B. Br.

λιστρευθῇ. Sed ibi Λίστρια legendum esse suspicor.

Fabae sex) Palladius: *Pingue ingerum sex modii occupant. mediocre amplius. Spisso bene provenit. macrum solum nebulosumque non patitur.* ubi libri scripti cum Vincentio similiter *locum* habent. Fabam romanam esse eam, quam Parkinson fabam sylvestrem Graecorum cum Lobelio et Lugdunensi vocavit, Dodonaeus bonam seu faselum silvestrem, statuit Bradley Survey p. 87 seqq. eumque secutus *Dickson* II, p. 181—188. comparavit cum Britannorum *small-bean*. Haec igitur a Linnaeo vicia narbonensis appellatur; quae non stat caule erecto, sed sarmentis reptat. Haec igitur non est faba veterum scriptorum, ut recte monuit Beemann Biblioth. Oeconomic. XVI, p. 214, qui fabam nostram minorem Linn. intelligi putabat, etsi paulo maiorem, quam ut auriculam intrare possit, quod Aetius aliique medici de faba narrant, ut ipse Beemann admonet. Fabam cum cicere gerere hilum extantem, seu umbilicum monet Theophrastus H. P. VIII, 5. De faba sua, cui veterum loca accommodavit, sic Crescentius III, 8: *faba quaedam grossa, quaedam parva est, quaedam alba et quaedam nigra est.—et alba quaedam* (forte. *quidem*) *quae facile coquitur, est melior, et parva saporosior est, sed minus fertilis quam grossa; grosso vero pulchrior est, sed minus fertilis.* Is igitur eiusdem fabae colorem album et nigrum facit. Idem olim Theophrastus C. P. IV, 14. ubi plantarum imbecillarum fabam ex albo in nigrum colorem ait transire. Maxime leguminum omnium erecto nec fruticoso, sed simplice caule crescere fabam tradit VIII, 2 et 3. Tiliae fructum rotundum magnitudine fabae, taxi vero baccam paulo maiorem faba ait Theophr. H. P. III, 10. Virides etiam fabas olim comedebant, maturas vero et siccas cum carne suilla decoctas, teste Galeno Aliment. Facult. I.

Sementi) Frumenta Plinius ita distingui ait, ut aliqua hiberna, circa Vergiliarum occasum ante hiemem sata dicantur, veluti triticum, far, hordeum, alia aestiva, ante Vergiliarum exortum aestate sata, velut milium panicum; quaedam verna. Aliqui ita frumenta distinguebant, ut verna dicerent milium, panicum, lentem, cicer, alicam, sementiva autem triticum, hordeum, fabam, napum, rapa. Sementiva sunt quae Columella matura dicit, et Theophrastus H. P. VIII, 1. ex quo Plinius transtulit, πρωΐσπορα.

Septimontialis) Palladius Decembri 1: *et faba circa septimontium seri potest. nam post exoctam brumam male seminantur*: ubi alii libri circa *VII*.

pestiva frequentius, nonnunquam tamen sera melior est. Post brumam parum recte seritur, pessime vere: 9
quamvis sit etiam trimestris faba, quae mense Februario[n] seratur, quinta parte amplius quam matura. Sed exiguas paleas, nec multam siliquam facit. Veteres itaque rusticos plerumque dicentes[o] audio, malle se maturae[p] fabalia quam fructum trimestris.[q] Sed quo- 10
cunque tempore anni seretur, opera danda erit, ut quantum destinaverimus in sationem, tantum[r] quinta-

R. Cod. Vrsini Gesner. *septimentialis* Lips. (n) *Febroario* P. (o) *dicentis* Br. deinde *audeo* Gesneriana. (p) Ita pro *matura* Sang. *maturae* nullibi reperit, sed *trimestris* in Vatic. Pol. Tromb. et suo Pontedera. (q) Ita pro *trimestrem* Iunt. L. P. Sang. (r) *ut* add. P. deinceps *transcurrat* Sang. (s)

Iduum habent. De festo Septimontio, ante Saturnalia celebrari solito, vide Festum et Torrentium ad Svetonii Domit. c. 5. In Fastis Verrii Flacci p. 74, die XI decembris notantur Agonalia, quae eadem esse cum Septimontio docet Festus; et Kalendarium Vindobonense eodem die Septimontia apposuit, monente Foggini.

Vere) Plinius XVIII, s. 30: *Seritur ante Virgiliarum occasum leguminum prima, ut antecedat hiemem; Virgilius eam per ver seri iubet Circumpadanae Italiae ritu.* Palladius Novembr. 1: *In principio Novembris fabam spargimus.* Locus Virgilii est Georg. I, 215. De eadem faba verna Plinius XVIII, s. 52: *alius ordo, ut, ubi adoreum fuerit, cesset quatuor mensibus hibernis, et vernam fabam recipiat, ita, ut ante hiemalem ne cesset.* Vernam fabam, quae sustinet veris tepores, Marsicam appellat Columella II, 9, 8. Februario haec serebatur, ut linum, Februario satum, vere dicitur seri. Vide ad s. 17. Male igitur Pontedera verba huius loci sic volebat distingui: *trimestris faba. Quae* (seritur nimirum) *mense Februario, seratur quinta parte amplius quam matura.* Male enim alias trimestrem dici, quae Februario sata extremo Iunio aut primo Iulio colligatur, teste Columella XI, 2. At enim ibi Columella de messe fabae serotinae et maturae agit, a qua diversa est verna. Nihil igitur mutandum est.

Parum recte) Secuto imbre frequentiore fabam difficulter exire terra, monet Theophr. H. P. VII, 1: contra florentem madefieri amare ait, eamque causam esse, cur mature seratur VIII, c. 6. quod ad pabularem solam referebat Bradley p. 159. Semini enim si consulimus, optandum potius, ne pluviae seminalem florum pulverem eluant, quamquam in leguminibus tectiorem, quam in frumentis.

Maturae fabalia — trimestris) *Maturae* vulgato *matura* sola Sang. auctoritate confisus praetuli; alteri emendationi *semestris* pro semestrem plures auctores fuerunt. Pontedera etiam Codicis Vaticani *trimestris* laudavit; et aperte confirmat nostram lectionem Plinii locus: *sed maior pars malunt fabalia maturae sationis, quam trimestrem fructum; eius namque siliquae caulesque gratissimo sunt pabulo pecori.*

Tantum) Polit. liber *tantum ut* habet. Quo supplemento carere nos posse

decima luna, si tamen ea non transcurret eo die solis radios, quod Graeci ἀπόκρουσιν[s] vocant, si minus, quartadecima utique adhuc lunae[t] crescente lumine spargatur,[v] etiam si confestim totum semen operiri non poterit. Nihil enim nocebitur ei nocturnis roribus aliisve ex causis, dum a pecore et avibus vindicetur.

11 Priscis autem rusticis nec minus Virgilio prius amurca[x] vel nitro macerari eam et ita seri placuit, *laetior ut foetus siliquis fallacibus esset, et quamvis igni exiguo properata maderet.* Nos quoque sic medicatam compe-

ἀποκευσιν I. B. Br. R. ἀπόχαυσιν reliquae. Rectum P. S. Gesner. (t) *lunae* add. Goes. et Sang. Ambros. sed magis probo scripturam Tromb. et Pont. libri: *quarta decima luna utique adhuc crescente lumine.* (v) *spargitur* I. B. Br. R. (x) *amurga* Sang. deinceps ex eod. vulgatum *maderent* correxi. Postea

censeo. Nec similis plane est locus infra cap. 11, 4.

Ἀπόκρουσιν) Palladius ita haec reddidit: *Curandum est praecipue, ut luna XV seratur, si adhuc ictum solis repercussa non sensit. Aliqui dicunt quartam decimam potius eligendam.* Ceterum lunae rationem cum in variis operibus rusticis, tum in primis in satione frugum et leguminum habitam fuisse olim a rusticis romanis, non sine fructu aliquo docere conatus est *Dickson* Vol. II, p. 201-205. Potuisse ait rusticos respicere ad securitatem foliorum seminalium a variis insectis luna silente aut plenilunio non prodeuntibus defendendorum; potuisse incrementi rationem et proventus referre ad effectum lunae in aestu maris et tempestatum ventorumque mutatione conspicuum inprimis. De limacibus, noctibus obscuris non prodeuntibus nec germina laedentibus, eandem suspicionem posuit *Bradley* Survey p. 187. — Noster infra XI, 2, 85: *ut pridie quam plenilunium sit, si minus certe ipso plenilunio, omnem quam saturus es, fabam uno die spargas; sed postea licebit ab avibus et pecore defensam obruas, eamque, si ita competierit lunae cursus ante Idus Novembres occatam habeas quam pinguissimo et novo loco; si minus, quam stercoratissimo.* Facciolatus vulgatum antea ἀπόχαυσιν ita explicabat, ut Columella plenilunium cavere diceretur. Contra Gesner ἀπόκρουσιν restituit, monens, eam esse initium decrescendi in luna, idque fieri quum radios solis e diametro oppositi transcurrit, ut iam non praecedat solem, sed sequatur. De luna decrescente ἀπόκρουσιν σελήνης dixit etiam Alexander Aphrod. annotante H. Stephano. Igitur probo sententiam Gesneri. Et videtur Columella cavere, ne luna ea die sit plena, et initium simul decrescendi capiat. Palladius nimis laxe locum est interpretatus, nisi ipsum ἀπόχαυσιν *ictum solis* interpretari voluit.

Maderent) Cod. Sang. *maderet*, i. e. *percoquatur*. Rationem differentiae in coctura a soli qualitate repetit Crescentius loco supra allato. Remedia

rimus, quum ad maturitatem perducta sit, minus [y] a
curculione infestari. Sed et illud, quod deinceps di-
cturi sumus, experti praecipimus. Silente [z] luna fabam [a] 12
vellito ante lucem. deinde quum in area exaruerit, con-
festim, prius quam luna incrementum capiat, excus-
sam refrigeratamque in granarium conferto. Sic con-
dita a curculionibus erit innoxia. maximeque ex [b] legu-
minibus ea et [c] sine iumentis teri et [d] sine vento purgari
expeditissime sic poterit. Modicus [e] fasciculorum nu- 13
merus resolutus in extrema parte areae collocetur, [f]
quem per longissimum eius mediumque spatium tres
vel quatuor homines promoveant pedibus, et baculis
furcillisve [g] contundant: [h] deinde quum [i] ad alteram par-
tem areae pervenerint, in acervum culmos regerant.
Nam semina excussa in area iacebunt, superque ea

comperibus Pol. (y) *manus* Reg. 1599. deinceps *gurgulione* Sang. et sic postea. (z) *silent* G. (a) *favam* P. (b) *et* P. S. (c) *et* om. I. B. Br. R. S. (d) *et* om. iidem libri. (e) *modius* P. (f) *conligetur* P. Sang. *(g)

habet ad hanc rem Palladius Novembri 1, et Geoponic. II, 35. in quibus est etiam *aqua nitrata*. De fabis item Plinius 18, s. 45, de leguminibus generatim Geoponica II, 41. Graeci legumina cocturae difficiliora ἀτέραμνα et κεραςβόλα dixerunt. Vide Ruhnken. ad Timaei Glossar. p. 155 ed. secundae. Causam quaesivit Theophrastus C. P. IV, 14, et alium secutus auctorem Plutarchus Symp. Q. VII, 2. Sed neuter rationem, a Crescentio editam, et a crasso cortice in terra macra sabulosa cito repetitam, tetigit. Sarritionem ait Columella infra 12, s. 7, efficere, ut fabae exiguam portionem in valvulis, id est, putaminibus seu cortice habeant; idemque olim iam monuit Theophrastus C. P. IV, 14.

Silente) Hinc Palladius Iunio 3: *nunc et faba luna minuente velletur, ante lucem sane, et antequam luna procedat, excussa et refrigerata ponatur. ita gurguliones non patietur infestos:* ubi ex Crescentio legendum est *reponatur in horreo*. Ante lucem colligere iubet, quod legumina omnia sic legere rorulenta suasit iam olim Theophrastus C. P. IV, 14, ut ad s. 2, monui, ne scilicet semina excidant siccis et ruptis siliquis.

In area exaruerit) De messe et excussione fabarum locus est egregius Theophrasti C. P. IV, 14, ubi fabas monet in area post messem in paleis suis esse pati agricolas, nec statim excudi, purgari ac ventilari, ne durae et coctu difficiles reddantur.

Longissimum eius) Aream potissimum rotundam ex Varrone I, 51, 1, annotavit Gesner, qui inde longis-

paulatim eodem modo reliqui fasciculi excutientur. Ac durissimae [l] quidem acus reiectae separataeque erunt a cudentibus: minutae vero, quae de siliquis cum faba [m] resederint, aliter secernentur. Nam quum acervus [n] paleis granisque mistus in unum fuerit congestus, [o] paulatim ex eo ventilabris per longius spatium iactetur. quo facto [p] palea, quae levior est, citra decidet: [q] faba, quae longius emittitur, [r] pura eo perveniet, quo ventilator eam iaculabitur. Lentim [s] modo a dimidiata luna usque [t] in duodecimam [v] solo tenui et resoluto vel pingui [x] et sicco maxime loco seri conve-

furcisve I. B. Br. R. S. (h) *contundat* P. (i) *cum iam* I. B. Br. R. deinceps *culmo* ex Sang. Gronov. (k) *durissime* B. Br. R. (l) Ita pro *resectae* Br. Sang. *reicitae* Goes. deinceps *seperataeque* Br. (m) *fava resederint* P. S. Vulgo *resederunt*. (n) *acervos* Iens. Lips. *acerbos* P. (o) Ita pro *coniectus* I. B. Br. R. Lips. deinde *paullatim* vulgatum et ubique ex Br. correxi. (p) *pacto* I. B. Br. R. I. I. G. *iactu* L. (q) *decidit* L. I. B. Br. R. G. (r) Ita I. B. Br. R. S. Vulgo *emittetur*. (s) Vulgo erat: *Lentem sementi media crescenti luna usque*. Sed I. B. R. Br. *Lentes semente media crescente*. Etiam I. I. H. A. G. *crescente* habent. At Polit. *Lenti modios emediata luna usque*. Sangerm. *Lenti modo semeata luna usque*. (t) *usque* om. I. B. R. Br. (v) *duodecima* I. B. R. Br. (x) *pinguis* P. Sang. (y) *seritur* I. B. R. Sang. Br.

aimum eius spatium idem medium esse vult, seu diametrum. Sed area rotunda Varronis non opus est; ea enim media tumida simul erat.

Cudentibus) Plinius XVIII, a. 67, faba metitur concutiturque. ubi Pintianus recte *cuditur* emendat, et affert Comicum illud: *in me cudetur haec faba*. Saltem legendum erit *excutitur*.

Ventilabris) Vide infra ad c. 21, 4.

Lentim) Palladius Febr. 4: *lenticulam seres solo tenui et resoluto, vel etiam pingui, sed sicco maxime, quia luxuria et humore corrumpitur. usque ad duodecimam lunam bene seminatur.* Plinius XVIII, a. 61: *lentem vero a vigesimo quinto ad trigesimum serendam.* Idem a. 31: *Lens amat solum tenue magis quam pingue, coelum atque siccum.* Varietas, in optimis duobus libris reperta, interpolationem arguit. Ex ea varietate legendum puto: *Lentem modo a dimidiata luna usque in duodecimam.* Librarius aliquis lunam dimidiatam interpretatus erat crescentem, et quidem recte, eaque glossa ipsum textum occupavit. Praeterea vulgatae lectionis *sementi media* vitium vel eo arguitur, quod Columella ipse deinde geminum sationis tempus definit, alterum media sementi, alterum vere; seu mense Februario. Interim locum correxi, ita, ut Codices viam monstrabant cum Palladio, quamquam ex Plinio suspicor olim h. l. fuisse *duodecimam, et a vicesima quinta ad*

nit: nam in flore facile luxuria et humore corrumpitur. quae ut celeriter prodeat et ingrandescat, antequam seratur[z] fimo arido permisceri debet, et quum ita quatriduo[a] aut quinque diebus requieverit, spargi. Sationes eius duas servamus, alteram maturam per mediam sementim,[zz] seriorem alteram mense Februario. Ingerum agri paulo plus quam modius[a] occupat. Ea ne curculionibus absumatur (nam etiam[b] dum est in siliqua[c] exestur[d]) curandum erit, ut quum extrita sit, in aquam demittatur,[e] et ab inani, quae protinus[f] innatat, separetur solida; tum in sole siccetur, et radice silphii trita cum aceto aspergatur, defriceturque (oleo[g]), atque ita rursus in sole siccata et mox refrigerata recondatur,[h] si maior est modus, in horreo; si minor,[i] in vasis oleariis, salsamentariisque.[k] quae repleta quum confestim gypsata sunt,[l] quandoque[m] in

(z) Ita I. B. R. Sang. Vulgo *quatuor*. (zz) *sementem* I. B. Br. R. H. (a) *modium* I. B. B. (b) *et* I. B. R. Br. (c) *Siliqua exestur* P. Goes. S. (d) *Siliqua, estercorandum erit* I. Br. *Siliqua, stercorandum* B. R. *extercorandum* Lips. Vulgo *estur*. (e) *dimittatur* I. B. Br. R. (f) *protenus* P. (g) *defricetur aquae. Ita* I. B. R. *aeque* Br. *defrigetur aeque* Sang. *oleo* ex Catone II. 6. addidi. (h) *condatur* I. B. Br. R. (i) *minus* I. B. R. Br. (k) *salsamentarius, quaeque* Sang. (l) Ita pro *sint* ex I. B. Br. R. P. Gesner. (m) Ita

tricesimam, tunc enim luna iterum erit dimidiata, sed decrescens. Ceterum in Sang. esse *Lenti modo semeduata* annotavit Gronovius. Aliter Ernesti retulit eius scripturam.

Ingrandescat) Palladius simplex habet *grandescat*. Plinii locum deinceps ponam. Theophrastus de caus's Pl. V, 7, ἐν βολίτῳ φυτεύειν iubet, et in H. P. II, 5, φακοῖς ὥστε ἁδροὺς γίνεσθαι, φυτεύουσιν ἐν βολίτω. ut recte vulgatum ἔμβολον emendavit Niclas ad locum Florentini Geoponic. II, 37, qui eadem tradit.

Iugerum) Plinius XVIII, s. 55: *lentis tribus modiis iugerum conseri, sed hanc cum fimo arido seri* tradit; quae diversitas mensurae nimia est. Modium unum ponit etiam Palladius Febr. 4. Quartarium corbis Cresc.

Defricceturque (oleo) Ex Catone c. 116, vocem *oleo* addidi. Vide notam ad istum locum. Paulo antea Brusch. *dimittatur*; eadem ubique *mixtus* et *permixtus* scriptum habet; ex eadem deinde vulgatum *promiscuimus* correxi. Postea eadem *spisissimum*, et ubique fere *sestarius* habet.

Olearius) Haec ad finem sectionis excerpsit Palladius Iunio 3.

usus prompserimus, integram lentem reperiemus.[n] potest tamen etiam citra istam medicationem cineri
17 mista commode servari. Lini semen, nisi si[o] magnus est eius in ea regione, quam colis, proventus, et pretium proritat,[p] serendum non est. agris enim praecipue noxium est. itaque pinguissimum locum et modice humidum poscit. Seritur a Calendis Octobribus in ortum Aquilae, qui est VII Idus Decemb. Iugerum agri octo modiis obseritur. Nonnullis placet macro solo et[q] quam spississimum semen eius committi, quo tenuius[r] linum proveniat. Idem etiam si laeto solo seratur[s] mense Februario,[t] modios in iugerum iaci oportere,
18 dicunt. Sesama,[u] quae rigantur, maturius; quae carent humore, ab aequinoctio autumnali serenda sunt in

P. Sang. ante Gesnerum *quandocunque*. (n) *repperiemus* P. (o) *si* addidi ex Sang. lectione ap. Heins. ad Ovidii Heroid. IV. III. Idem *eius* omisit. (p) *eportet* Lips. (q) *et* addidi ex I. B. R. Br. Sang. (r) Vulgo *tenue* S.

Lini semen) Pallad. Octob. 3: *hoc mense lini semen seremus, si placet, quod pro malitia sui serendum non est. nam terras uber exhaurit. Sed si velis loco pinguissimo et modice humido seretur in iugero 8 modiis. Aliqui macro solo spissum serunt; ita assequuntur, ut linum subtile nascatur.* Agrum exsugere annotavit olim Theophrastus de C. Pl. III, 6. Cf. Quintilios in Geoponicis II, 40, ubi est: σπείρεται δὲ ἀπὸ ἰσημερίας μετοπωρινῆς ἕως Ἀρκτούρου (Δελφῖνος) ἐπιτολῆς, ἥτις ἐστὶ πρὸ μιᾶς νόννων Ἰανουαρίων.

Idem etiam) Malebat Gesnerus *iidem* legere. Sed vulgatum legisse videtur Palladius Febr. 22: *hoc mense aliqui lini semen laeto solo in iugerum X modios spargunt et lina consequuntur exilia.* Plinius XIX, sect. 2; *seritur sabulosis maxime unoque sulco, nec magis festinat aliud. Vere satum aestate vellitur.* Vernum linum est, quod Februario seritur. Lini sationem obiter modo tradunt latini et graeci scriptores rei rusticae, quia exiguus lini et linteaminum usus fuit in Graecia et Italia. Paulo tamen accuratius lini praeparationem tradidit Plinius. Italicam sui temporis sationem et praeparationem accurate docuit Crescentius III, 15; ubi etiam Alexandrinam sationem annotavit. Sed memineris Columellam cap. 7, linum et cannabin in usum humanum serere.

Sesama) Palladius septembri cap. 7 b. l. transtulit, et mensuram seminis ita definit: *iugero quatuor vel sex sextarios saevisse conveniet.* Tempus sationis retulit idem in Octobr. 4, sect. 3. Geoponica III, 2, 4. III, 3, 12. mense Februario et Martio sesama serere docent.

Idus Octob. Putre solum, quod Campani pullum vocant, plerumque desiderant. non deterius tamen etiam pinguibus harenis vel congesticia[v] humo proveniunt: tantumque seminis, quantum milium panicumque, interdum etiam duobus sextariis amplius in iugerum spargitur. Sed hoc idem[x] semen Ciliciae Syriaeque regionibus ipse vidi mense Iunio Iulioque conseri, et[y] per autumnum quum permaturuerit, tolli. Cicercula[z] 19

P. *tenue ut.* (s) *servatur* P. (t) *Sesema* I. B. R. Sang. *Seserna* Br. deinceps *maturiusque carent* I. B. Br. R. Postea *pullium* P. Goes. *plerunque* Br. (v) Ita pro *congestitia* es P. Gesner. *congestiva* R. (s) Ita pro *quidem* scripsi ex Sang. (y) *et per — tolli* om. Pol. antiquus. (z) *Cicer aut cicercula* I.

Congesticia) In Palladio etiam *congestiva* habet liber Erford.

Pullum) Infra III, 11, 7, si facilis est humus et modice resoluta, quam pullam disimus vocitari. ubi Florent. in Geoponicis V, 1: *μελάγγειος, μὴ οὖσα πυκνή.* Cato cap. 151 terram tenerrimam pullam vocat. Ex quo loco traustulit Plinius XVII, cap. 5. Idem *ibid.* sect. 3, pulla, qualem habet Campania. Vide ad Varron. I, 20, 4.

Sed hoc idem) Columella XI, 2, 56: » Quibusdam regionibus sicut in Cilicia et Pamphylia hoc mense (Iulio) sesama seruntur; Italiae autem regionibus humidis possunt ultimo mense Iunio seri.» Plinius XVIII, sect. 10, inter aestiva, quae aestate ante Virgiliarum exortum seraotur, Italiae duntaxat ritu refert milium, panicum, sesama, alioqui in Graecia et Asia omnia Virgiliarum occasu seri.

Cicercula) Etsi optimi Codices habent *Cicer et Cicercula*, pro *Cicera et cicercula*, tamen Palladius II. 5, cicerculam solam es h. l. retulit. Ait: *sed hoc genus seminis raro respondet, quia decipitur austro vel siccitate dum floret, quod tunc prope necesse est evenire.* Differentiam Cicerae vide cap. XI, sect. 12. Plinius XVIII, sect. 32: *est et cicercula minuti ciceris inaequalis, angulosi, veluti pisum.* Idem ibid. sect. 15: *serere in iugerum cicerculae modios tres iubet.* Idem XXIII, sect. 72. *Cicercula*, inquit, *etiamnum magis in alvo proficit.* Amaritudinem cicerculae babet Idem XVIII, sect. 73. Cicercula stercorari agrum Saserna tradit apud nostrum infra cap. XIV, 1. Cum ervilia ponit Varro I, 32, 2. Ciceram esse Theophrasti *ἄραχον*, cicerculam vero *λάθυρον*, plurimi censent Botanici scriptores; et Galenus de Alim. Fac. I, 27, aracum ait lathyro similem facie usu et viribus, nisi quod durior et concoctu difficilior sit aracus, a multis haberi pro eadem planta. Crescentius III, 5, *cicerculam* non describit; sed de cicere cap. 4, ita tradit: *quoddam est rubeum, quoddam parvum album, quoddam sanguineum. et ex his quoddam grossum, quoddam parvum, quoddam nigrum.* (ubi antiqua mea: *quoddum est rubeum, quoddam nigrum.*) *Ex quibus sanguineum tantum rugosum corticem habet et est melius ceteris. reliqua omnia corticem habent politum. Optime nascitur in aëre temperato et humido et terra*

quae piso est similis, mense Ianuario aut Februario seri[a] debet laeto loco, caelo humido. Quibusdam tamen[b] Italiae locis ante Calend. Novemb. seritur. Tres modii iugerum implent. nec ullum legumen minus agro nocet. sed raro respondet:[c] quoniam nec siccitates nec austros in flore sustinet; quae utraque incommoda fere eo tempore anni sunt, quo deflorescit.[d] Cicer quod arietinum[e] vocatur, itemque alterius generis, quod Punicum, seri mense Martio toto potest caelo humido, loco quam laetissimo. Nam etiam id terram laedit: atque ideo improbatur a callidioribus[f] agricolis. quod

B. Br. R. Goes. Sang. deinde *ipso* pro *piso* Gr. (a) *fieri* A. (b) *tamen* abest I. B. Br. R. S. deinde *Novembris* Br. (c) *respondet: Sed quoniam* I. B. Br. R. (d) *deflorescit cicer, quod* I. B. R. Br. (e) *arietillum* P. Goes. S. *arietulum* Lips. deinde *vocantur* Br. (f) *calidioribus* I. B. Br. R. (g)

pinguissimam et solutam desiderat et cretam non formidat. et terram quidem valde macilentam reddit. Seminatur mense Februarii in locis calidis, temperatis Martii — cui proderit, ut cito nascatur, si molle seratur. — Media corbe seminis vacca contenta est. — et cap. 5, de cicercula: *et media corbis complet vaccam.* sed antiqua mea utroque in loco habet *bubulcam* pro *vacca*. Vacca esse videtur eadem cum *vaccaria*, de qua vide Cangium. *Molle seri* dixit Crescentius ex Italico *a molle*, i. e. madefactum. Cicer Itali *cece* hodieque vocant, cicerculam *cicer. hia.*

Punicum) Columella IX, 4, 8, unicum cicer et vernaculum memorat. Male igitur Dalecampius ad Plinium puniceum legebat, ut a colore ervi, ut Graecis ὀροβιαῖος appellaretur; male etiam Bodaeus ad Theophr. p. 938 *panilum* legebat, et album interpretabatur, ab arietino seu purpureo diversum. Palladius Martio c. 4. Columellae locum transtulit, et ex Graecis, quae leguntur Geoponic. II, 36.

Arietinum) De scriptura Sangerm. *arietillum* testatur etiam Burmann. ad Petronii c. 35, et N. Heinsius in Sylloge Epistol. Burmann. T. V. p. 381.

Loco quam laetissimo) Theophrastus C. P. IV, 9, ταχὺ δέ τινα ἐκκαρπίζεται ἐδάφη, καθάπερ ὁ ἐρέβινθος. διὸ καὶ μόνος οὐ ποιεῖ νέον. Cf. ad II, 14, 4. Idem III, 26, C. P. ἡ μὲν γὰρ γλίσχρα καὶ μελάγγειος ἐρέβινθον. Denique quod noster de cicera sect. 19, *nec austros in flore sustinet*, id de cicere Theophr. C. P. VI, 14: ἀπολουσθέντες γὰρ ὅταν ἀνθῶσι καὶ ἐφύσῃ ἄρτι συνισταμένοις, ἀπόλλυνται καὶ διαφθείρονται σφακελίσαντες. — ἡ καὶ συνδιατηρεῖ (ἡ ἁλμυρὶς) πρὸς τὸ ἄκοπον εἶναι. Sic idem H. P. VIII, 6.

Laedit) Plinius XVIII, sect. 32: *Ciceris natura est gigni cum salsilagine; ideo solum urit, nec nisi madefactum pridie seri debet.* Haec ille ex Theophrasto H. P. VIII, 6. Addit Plinius:

tamen si seri debeat, pridie macerandum erit, ut celerius enascatur. Iugero modii tres abunde sunt. Can- 24

Differentiae plures magnitudine, figura, colore, sapore. Est enim arietino capiti simile, unde appellatur; album nigrumque. Est et columbinum, quod alii Venerium vocant, candidum, rotundum, laeve, arietino minus, quod religio pervigiliis adhibet. Est et cicercula minuti ciceris, inaequalis, angulosa, veluti pisum. Dulcissimum autem id, quod ervo simillimum; firmiusque quod nigrum et rusum, quam quod album. Species igitur ponit septem, nempe arietinum, nigrum, album, candidum seu columbinum aut Venerium, rufum, cicereulam, et ervinum. Columella quatuor species posuit: arietinum, quod libro IX, 1, 8; vernaculum dicere et a Punico distinguere videtur. Ciceram ex Hispania Baetica, ubi fresa bubus dabatur, teste nostro infra cap. 10, sect. 12, importatam Italiae puto, cicereula obsoletiorem et nigro propiorem. Eam Columella pabulo serere docet, hominibus tamen ipsis in cibo non iniucundam. Cicerculam hominum cibo serere docet supra sect. 19; eam piso similem esse ait; Plinius semen minutum, angulosum, et inaequale veluti pisum esse ait. Hanc minus salsam amaramque, adeoque agro minus noxiam esse, agnoscitur ex Columella. Accuratius species singulas cum Plinianis comparare non licet. Apros, qui cicer appositum attingere renuerent, sanos non esse iudicabant olim sacerdotes in victimis, teste Plutarcho de Defectu Oracul. p. 720, ed. Reiske. Theophr. H. P. VIII, 5, et 6, duo genera habet, arietinum, κριὸν Graecis, nigrum et oblongum, alterum ervinum (ὀροβιαῖον) rotundum fulvum (πυῤῥὸν) et tertium in medio positum (ἀνὰ μέσον) album, infirmius utroque, sed dulcius, ut in omni leguminum genere colorem album maiorem dulcedinem arguere. Colorem floris in ervino ex albo variare flavido et purpurascente, monet *Bradley* Survey p. 96. De satione ita Theophrastus l. c. συμφέρειν δέ φασιν ἐν τοῖς ἐφύδροις τόποις ὀψὲ σπείρειν αὐτόν. Hilum exstantem gerere cicer, ait VIII, 5. Vide etiam Crescentii locum supra allatum. Diocles apud Athenaeum II, p. 55, album cicer praestare ait nigro, buxeum et Milesium arietino (κριῶν). Plinii errorem ex Theophrasto iam olim arguit Dalecamp, qui in Columella *puniceum* legi malebat ὀροβιαῖον, seu, ut Galenus vocat, ὀροβίαν, cicer ervinum interpretatus, post Dalecampium Cornarius ad Galenum de Compos. Medic. sec. loca p. 413. Galenus Lib. I, de Aliment. facult. cicer nigrum in Bithynia frequens ait esse parvum, idque arietinum (κριοὺς) vocari: addit: vesci ciceribus virentibus, ut fabis homines. Bodaeus ad Theophr. p. 938 malebat *pumilum* legere, arietino minus interpretatus.

Macerandum) Ciceris semina aqua antea madefacta cum ipsis siliquis serere iubet Theophr. H. P. II, 5, quo grandius cicer fiat. Idem de lente praecipit Florentinus Geoponic. III, 37; in cicere addit aquam nitratam III, 36, alias tepidam, seminibus nudis adfusam, sufficere, ponit ibidem, et ex eo Palladius Martio c. 4. Vernam et autumnalem sationem ciceris et ervi habet Theophrastus H. P. VII, 1, et de Caus. Pl. V, 7, atque inde Florentinus, ex quo Palladius.

Cannabis) Palladius, qui h. l. transtulit, Februario c. 5, appellat can-

nabis solum pingue stercoratumque et riguum vel
planum atque humidum et alte subactum deposcit.[g]
In quadratum pedem seruntur grana sex eius seminis
Arcturo exoriente, quod est ultimo mense Februario
circa sextum aut quintum Calend.[h] Mart. nec tamen
usque in aequinoctium vernum, si sit pluvius caeli
22 status, improbe seretur. Ab his leguminibus ratio est
habenda naporum[i] raporumque: nam utraque rusti-
cos[k] implent.[l] Magis tamen utilia rapa sunt, quia et
maiore incremento proveniunt, et non hominem so-
lum, verum etiam boves pascunt, praecipue in Gallia,
ubi hiberna cibaria praedictis pecudibus id olus[m] prae-
bet. Solum putre et solutum res utraque desiderat,

deposcit in quadratum pedem. Seruntur I. B. R. Br. (b) *Kal. Martias* I. B. Br. R. H. A. *Calendarum Martii* I. I. deinde *pluvius* Br. (i) *napi* P. S. qui praeterea *raparumque.* (k) *rusticos* P. (l) *implet*, I. *inplet* P. (m) *holus*

nabum; iterum Martio cap. 5. Plinius 19, sect. 56, cannabin a Favonio seri ait, et quo densiorem, eo tenuiorem esse. Fratres Quinctilii in Geoponic. II, 40, ab exortu Arcturi usque ad aequinoctium vernum seri docent in locis cavis et humidis. Crescentius libro III, p. 112, in locis pinguissimis satum in funium usum, longum valde et ramosum provenire ait, si rarius seminetur; contra in pannorum usum et linteaminum spissius serendum in locis mediocriter pinguibus et solutis, ita enim provenire sine ramulis quasi magnum linum, et quod semine omnino careat.

Sextum aut quintum) Geoponica: Ἀρκτούρου ἐπιτολῆς, ἥτις ἐστι πρὸ τεσσάρων καλανδῶν Μαρτίων ἕως ἐαρινῆς ἰσημερίας, ἥτις ἐστὶ πρὸ θ' καλανδῶν Ἀπριλλίων.

Napi raporumque) Ita ex Codice Pol. et Sang. scripsi pro *naporum*; ita iterum sect. 24, napus singulari numero distinguitur a rapis, etiam a Palladio, Columellae assecla. Alia ratio esse videtur in libri XI, cap. 3, sect. 59 et seqq. ubi napi raporumque satio paulo aliter refertur, et quidem copiosius. Sed ex illo libro nihil in hac satione excerpsit Palladius.

Boves pascunt) Plinius XVIII, sect. 34 de rapis: *ante omnia cunctis animalibus nascuntur, nec in novissimis satiant ruris alitum quoque genera, magisque si decoquantur aqua. Quadrupedes et fronde eorum gaudent, et homini non minor rapaciorum suis horis gratia quam cymarum; flavidorum quoque et in horreis enecatorum vel maior quam virentium. — A vino atque messe tertius hic Transpadanis fructus.* Rapacia sunt teneri raporum cauliculi decocti et in cibo sumti. Caules rapicius appellat Cato cap. 35. Mense Augusto rapa praecocia seminari et Septembri transplantari, unde fiant coliculi in cibum, quos γογγυλασπάραγον, asparagum

nec densa nascitur humo. Sed rapa campis et locis 23
humidis laetantur; napus devexam amat et siccam tenuique propiorem terram.[n] itaque glareosis sabulosisque arvis melior exit,[o] locique proprietas utriusque semen commutat. namque in alio solo rapa biennio sata convertuntur in napum, in alio napus raporum accipit speciem.[p] Riguis locis utrumque recte ab solstitio seritur: siccis, ultima parte mensis Augusti vel prima Septembris. subactum solum pluribus iterationibus aratri vel rastri largoque[q] stercore satiatum postulant. Nam id[r] plurimum refert, non 24
solum quod melius ea proveniunt, sed quod etiam post fructum eorum sic[s] tractatum[t] solum segetes opimas[v] facit. Iugerum agri non amplius quatuor sextariis raporum seminis obserendum est: quarta

P. deinceps *lactatur* Sang. (n) *terramque glariosis* P. *terram: glareosis* I. B. Br. R. (o) *meliorescit* I. B. Br. R. *melius erit* L. (p) *speciem riguis locis. Vtrumque* I. B. R. Br. (q) *largeque* I. B. Br. R. G. (r) *solum* add. I. B. Br. R. (s) *sic* om. Br. (t) *tractum* Br. *etiam* add. P. Sang. (v) *optimas* I. B.

rapaceum, appellant, est in Geopon. XII, 4, 8.

Sed rapa) Palladius Iulio 2: *hoc mense loco irriguo napos seremus, et rapa solo putri et soluto nec spisso. locis humidis laetantur et campis, sed napus in sicco et prope tenui atque devexo et sabuloso melior nascitur.* ubi vox *rapa* excidit ante *locis humidis.*

Rapa biennio) Palladius: *rapa in alio solo per biennium sata mutantur in napos, alio vero napus transit in rapum.* ubi Vincent. habet *rapae—sapae — rapam.* Pro *rapum* Codex Lugd. et Erford. habet *rapa* plurali numero. Geoponica XII, 21, rapum monent post annos tres brassicam producere (κράμβην) et vice versa.

Iterationibus) Palladius: *subactum solum, stercoratum versatumque conquirunt.* Plinius 18, sect. 34: *terram,* inquit, *non morose eligit rapam, paene ubi nihil aliud seri potest. Nebulis et pruinis et frigore ultro aluntur.* Idem sect. 36 de napis: *eadem fere natura; gaudent aeque frigidis.* Idem sect. 74: *Vulgus agreste et rapa post ciconiae discessum male seri putat. nos omnino post Vulcanalia* (inter Vulcanalia et Neptuni sacra serenda dixerat s. 35: *et praecocia cum panico (ante Vergiliarum exortum)* Praecocia sunt, quae in usum cibi seruntur, quorumque coliculis vice asparagi vescebantur, ut supra ex Geoponicis docui.

Opimas) Crescentius ex Palladio contrarium retulit sic: *et in illis locis optime provenit, in quibus segetes eo anno fuerunt.* Sed is temporis sui et nostri, non romanum morem, respexit. Vide ibi notam.

Quatuor sextariis raporum) Palla-

parte amplius napi[x] spargendum, quia[y] non in ventrem latescit,[z] sed tenuem radicem deorsum agit. Atque haec hominum causa serenda censemus, illa deinde pecudum (XI) pabulorum genera complura, sicut Medicam, et[a] viciam,[b] farraginem quoque ordeaceam,[c] et avenam, foenum[d] Graecum, nec minus ervum,[e] et ciceram. Nam[f] caetera neque enumerare ac minus serere dignamur: excepta tamen cytiso,[g] de qua dicemus in iis libris, quos de ge-

Br. R. (x) *napis* omnes ante Gesner. qui ex Goes. et Sang. correxit. (y) *qui* I. B. Br. R. (z) Ita pro *latescunt* es P. Sang. Gesn. ut deinceps vulgatum *agunt* indidem correxit. Caput novum a verbis *Atque haec* exordiuntur I. B. Br. R. Pro *deinde* Pol. *inde* habet. (XI.) Capitis novi distinctionem non habent Codd. eamque nimis h. l. absurdam esse vidit etiam Gesner; quare eam omisi, appositis tamen in margine veteris distinctionis numeris, sectiones notantibus. (a) *et* defic. P. et Sang. (b) *vitiam* I. B. Br. R. (c) *ordaciam* P. (d) *foenumgraecum* iunct. H. (e) *ervum cicerculam* L. *ciceram* Sangerm. Reliquae *cicera* praeter Brusch. (f) *Nam* om. I. B. Br. R. et *minus* Br. Sang. (g) *cityso* Br. *cythiso* A. Iunt. G. Gr. H. St. deinde *his*

dius: *Iugero raporum quatuor sextarii, napi autem quinque sufficiunt.* ubi vides, Palladium sequi lectionem eam, quam ex Codice Goes. et Sangerm. restituit Gesner pro vulgato *napis.* In libro XI, 3, 59, Columella nullo discrimine napi et raporum ponit: *Iugerum agri quatuor sextarios seminis eorum poscit.* sed raphani semini paulo plus quam heminam adiicit, ex Hygino, ut puto. Ceterum rapum Graece dicitur γογγύλη, quo ipso nomine natura eius rotunda et capitalis significatur. Graeco nomine gongylin Nursinam ut praecipuam laudavit Columella X, 421, quam Martialis XIII, 20 pilam Nursinam dixit. Napum graeco nomine buniadem appellavit Columella ibidem, et Amiterninam laudavit, in utroque sentiens cum Plinio 18, sect. 34 et 35, ubi de napis: *Seruntur et ante Calendas Martias. in iugero sextarii quatuor; diligentiores quinto sulco napum seri iubent, rapa quarto, utrumque stercorato. — Seruntur et vere in calidis atque humidis.* De rapis ex Theophrasto H. P. VII, 4, addit frigore dulciora fieri et grandiora; tepore in folia exire. Consentit Martialis XIII, 16, brumali gaudentia frigore rapa dicens. Inter utilitates rapi vinum e napis factum ex Dioscoride V, 56, memorat Plinius 23, sect. 26 sua aetate ignotum. Ex Theophrasto H. P. VII, 4, plura raporum naporumque genera enarrat Plinius 19, s. 25. Lombardia hodieque napos *Navoni*, rapa vocat *rave*, reliqui Itali *Rape*.

Quarta parte) An hinc Plinii error l. c. *diligentiores quinto sulco napum seri iubent, rapa quarto* de sulco praecipientis, quae Columella de mensura seminis?

neribus surculorum conscripsimus. Sed ex iis,[h] quae placent, eximia est herba Medica. quod quum[i] semel seritur,[k] decem annis[l] durat;[m] quod per annum[n] deinde recte quater,[o] interdum etiam sexies demetitur; quod agrum stercorat; quod omne emaciatum armentum ex ea pinguescit; quod aegrotanti pecori remedium est; quod iugerum eius toto anno tribus equis abunde sufficit. Seritur, ut deinceps prae- 25 (2) 26 (3)

libris Br. (h) *his* I. B. Br. R. (i) *cum* om. Eaed. et Sang. (k) *seretur* I. B. Br. R. *seruntur* P. S. (l) *annis omnibus* I. B. Br. R. L. Sang. (m) *durat, quod per annum* om. I. B. Br. R. L. S. (n) *annum deinde* lunt. *annum*.

Decem annis) Infra sect. 5, *permanebit annis decem*. Optimi tamen Codices h. l. *annis omnibus*. Sed *decem* ex h. l. etiam Isidorus 17, 4. Peius est quod habet Plinius 18, s. 43: *ex uno satu amplius quam tricenis annis durat. Similis est trifolio. caule foliisque geniculata; quidquid in caule assurgit, folia contrahuntur*. Quae postrema clarius expressit Dioscorides II, 177 caule, inquit, crescente, contrahuntur folia et fiunt angustiora. Repetiit verba Columellae Palladius April. 1. Altitudinem radicum postea e Plinio annotabimus. Medicaginem sativam Linnaei, vulgo Luzerne dictam, intelligi, iam diu annotarunt viri docti, quorum opinionem confirmat praecipue locus Plutarchi in libro: Non posse secundum Epicurum suaviter vivi p. 475 ed. Reiske, ubi de semine est: ὥσπερ τὸ τῆς μηδικῆς σπέρμα πολυκαμπὲς καὶ σκαληνὸν ἐμφύεται τῇ γῇ καὶ διαμένει πολὺν χρόνον ὑπὸ τραχύτητος. quae interpres reddit: sicut medicae herbae semen multis flexibus et per obliquum terrae innascens ob asperitatem multo tempore perdurat. Sed rectius dixisset, ipsum semen valde flexuosum, inaequale et asperum. Semini tribuit, quod radicibus debetur. Ceterum in Plinio recte Vincentius S. N. XI, 84 legit *in caule assurgit, in folia contrahitur*. Servius ad Georg. I, 215: *tum te quoque, medica, putres accipiunt sulci: Huius*, inquit, *plena Venetia est, et ut dicit Dionysius, trium foliorum est semperque virens. — Uno anno frequenter seritur et sexies aut amplius secatur, — quidam enim medicam post decennium seri dicunt. Haec autem herba vulgo Sylla dicitur*. Quae postrema clausula nisi fuerit ab interpolatore recentiore Italo adiecta, videtur interpretari medicam de hedysaro coronario Linnaei, quod Itali *Sulla* vocant. Ceterum in Saug. *interdum* ante *etiam* deesse annotavit Gronovius. — *Quod semel seritur X annis: omnibus deinde recte quater interdum etiam sexies demetitur*; egregie ita Edd. pr. Polit. Ambr. Tromb. Caesen. et sui scripturam distinxit et probavit Pontedera in Curis post.

Tribus equis) Qui scilicet vecturis et equiti serviebant, non aratro. Rationibus operosis ex comparatione medicaginis nostrae (Luzerne) curiose cultae docuit Dickson Vol. II, p. 221—234, usum medicae non esse ultra verum laudatum a Columella.

cipiemus. Locum, in quo Medicam proximo vere saturus es, proscindito circa Calendas Octobris, et eum tota hieme putrescere sinito. deinde Calendis[p] Februariis diligenter iterato, et lapides omnes eligito,[q] glaebasque offringito.[r] postea circa Martium mensem tertiato et occato. Quum sic terram subegeris, in morem horti areas latas pedum denum, longas pedum quinquagenum facito, ut per semitas aqua ministrari possit, aditusque utraque parte runcantibus pateat.
27 Deinde vetus stercus iniicito. atque ita mense ultimo
(4) Aprili[s] serito tantum, quantum ut singuli cyathi seminis locum occupent decem pedum longum, et quinque latum. quod ubi feceris, ligneis rastris, id enim mul-

deinde A. H. (o) *quattuor* I. B. Br. R. (p) *Kal. februarii* I. B. R. *Kalendas februarias* B1. (q) Ita pro *egerito* I. B. Br. R. L. Sang. (r) *effringito* iidem libri cum G. Gr. *glebasque* Br. (s) Ita pro *Aprilis* Sang. teste etiam Dra-

Locum) Plinius l. c. *solum, in quo seratur, elapidatum purgatumque subigitur autumno; mox aratum, et occatum integitur crate iterum ac tertium, quinis diebus interpositis et fimo addito. Poscit autem siccum succosumque vel riguum. Ita praeparato seritur mense Maio, alias pruinis obnoxia. — Si sit humidum solum herbosumve, vincitur et desciscit in pratum. Ideo protinus altitudine unciali herbis omnibus liberanda est, manu potius quam sarculo.* Ex Columella Palladius Februar. 6. Plinii locum vitiosum esse sensit iam olim Pintianus, qui verba ita ordinabat: *Alias pruinis obnoxia, cavendumque ne aduratur, terraque protinus integi debet altitudine unciali, internascentesque herbas excludi. Opus est densitate seminis omnia occupari id praestant in iugera modia vicena. Si sit humidum — pratum. Ideo protinus herbis omnibus liberanda est.*

Martium) Plinius: *solum in quo seratur, elapidatum purgatumque subigitur autumno, mox aratum occatumque integitur crate iterum ac tertium, quinis diebus interpositis et fimo addito. Ita praeparato seritur Maio mense alias pruinis obnoxia.* ubi Dalecamp. ex nostro emendabat: *Martio tertiatum et occatum integitur* etc. Recte quidem vir doctus; si constaret, Plinium in hac disciplina sequi Columellam voluisse. Locum Geoponic. III, 1, 8, et III, 2, ubi mense Februario iterare iubent agrum medica obserendum, annotavit Schoettgen.

Vetus stercus) Ab ovium incubantium stercore et urina medicam perire, ex aliena fide refert Theophr. H. P. VIII, 8.

Quantum) Inutile est hoc vocabulum. Seminis rationem aliter edit Plinius l. c. *Opus est densitate seminis omnia occupari; internascentesque her-*

tum confert, statim iacta semina obruantur: nam celerrime sole aduruntur. Post sationem ferro tangi locus non debet. Atque, ut dixi, ligneis rastris sarriendus et identidem runcandus est, ne alterius generis herba[t] invalidam Medicam perimat.[v] Tardius 28
messem[x] primam eius facere oportebit, quum iam (5)

kenb. ad Livii Tom. I. p. 1016. (t) *herbam* P. (v) *peremat* P. ut supra

bas excludi. Id praestant in iugera modia vicena. Varro 1, 42, sesquimodium deputat iugero. De vitio lectionis in Plinio admonuit etiam Dickson Vol. II, p. 246.

Aduruntur) Plinius l. c. *movendum ne aduratur, terraque protinus tegi debet.* In vicia contra sect. 7: *si nox intercessit, quantulocunque humore prius quam obruatur, corrumpitur.* Scilicet utrumque, et nocturnum rorem, leguminum germina succosa celerius explicantem, quam in frumento duriore fieri potest, et insequutum solis calorem tenera germina et nuda adurentem coniungendum esse in hoc praecepto, bene docuit Bradley p. 477 seqq.

Ligneis rastris sarriendus) Plinius: *Verno seri debet liberarique ceteris herbis, ad trimatum, marris ad solum radi. Ita reliquae herbae intereunt sine ipsius damno propter altitudinem radicum. Si evicerint herbae, remedium unicum est aratio, saepius vertendo, donec omnes aliae radices intereant.* Vbi recte Harduinus ab initio legendum censet *sarriri*. Postrema an sana sint nescio. Marra glebas contundit Columella X, 72 et 89. Sed arationem illam postremam, sibi etiam mirabilem visam, esplicare conatus est Dickson Vol. II, p. 246, qui praeterea monet, disciplinam Plinii in medica multum diversam esse a ratione Columellae. Esse praeterea in Plinii loco talem sententiarum nexum, ut vix sanum inde sensum extundere liceat. Igitur vir doctus totum locum ita ordinari voluit: *Poscit autem siccum succosumque, vel riguum. Si sit humidum solum herbosumve, vincitur et desciscit in pratum. Ita praeparato seritur mense Maio, alias pruinis obnoxia. Opus est densitate seminis omnia occupari, internascentesque herbas excludi. Id praestant in iugera modia vicena. Cavendum ne aduratur, terraque protinus altitudine unciali integi debet. Ideo protinus herbis omnibus liberanda est, manu potius quam sarculo.* Videtur Plinius accuratiorem medicae cultum ex Amphilocho tradidisse. Ita in cytiso videmus Columellam ex Aristomacho culturam tradidisse eius fruticis, unde et Plinius doctrinam suam transtulit. Forte in re nova sua experimenta sequi non potuit Columella. Dickson suspicatur, rationem colendae medicae fuisse emendatam post Columellae tempora, et Plinium novam eam doctrinam exposuisse. De emendatione loci Pliniani iam antea dixi. Pauca nunc addo: Pintianus iam olim voluit verbum *seri* mutari in *sarriri*; deinde idem ex Codice legit: *aratro vertere donec.* Recte! Deinde Vincentius habet: *in arvis a solo radi.* De ligneis rastris praeceptum, et ne ferro tangatur medica post sationem,

seminum aliquam partem eiecerit. Postea[y] quam voles teneram, quum prosiluerit,[z] deseces licet, et iumentis praebeas; sed inter initia parcius, dum consuescant, ne novitas pabuli noceat. inflat enim, et multum creat sanguinem. Quum secueris[a] autem, saepius[b] eam rigato. Paucos deinde post dies, ut[c] coeperit fruticare,[d] omnes alterius generis herbas erun- cato. Sic culta[e] sexies[f] in anno demeti poterit, et
28 permanebit annis decem. Viciae[g] autem duae sationes
(6)

interemere. (x) *messim* P. (y) *Postcaquam* praeter Gesner. omnes. (z) *aliquam partem* add. Lips. (a) *serueris* I. B. R. Br. *quom* etiam Br. (b) *sepius* B. R. G. (c) *ubi* I. B. Br. R. I. I. H. A. G. (d) *fructicare* G. *fructificare* L. deinde *omnis* Br. (e) *cultus* I. B. R. Br. (f) *sexiens anno* P. Sang. (g) *Vitiae* I. B. R. Br. (h) *quam* vulgatum emendavit Vrsinus assentiente

ad superstitionem refert *Bradley* Survey p. 181.

Seminum eiecerit) Plinius l. c. *seratur incipiens florere et quoties refloruit. Id sexies evenit per annum; quum minimum, quater. Id semen maturescere prohibenda est, quia pabulum utilius est usque ad trimatum.* Palladius ex h. l. *ut aliquantum seminis excutiat.* Praeceptum ipsum egregie explicat Bradley l. c. p. 182 seqq. Scilicet perfecta atque absoluta fructificatione plantarum succus in radicem regressus pullulare inde compellit plantam et fruticare; contra imperfecta fructificatione caulis incisus succusque retro compulsus incrementum omne plantae inhibet.

Quam voles tenerum) Palladius Aprili 4: *quam volueris cito, peragantur messes reliquae.* Hinc vulgatum *posteaquam* separandum vidit Morgagni.

Inflat enim) Plinius: *Dari non ad satietatem debet, ne deplere sanguinem necesse sit. Et viridis utilior est. Arescit surculose ac postremo in pulverem inutilem extenuatur.* Aristoteles H. A. III, 21, *μηδικὴ πόα σβέννυσι τὸ γάλα, μάλιστα τοῖς μηρυκάζουσι.* Sed Columella iumenta inprimis medica pascere iubet, armenta reficere, et pecori medicari. Monet Bradley p. 185, ab initio purgari valde pecus medica comesa, deinde assuetum illi pinguescere. Equos ipse vidi purgari medica, ruminantes vero bestias magis inflari audio.

Viciae duae) Plinius XVIII, s. 37: *et vicia pinguescunt arva, nec ipsa agricolis operosa; uno sulco sata non sarritur, nec stercoratur, nec aliud quam deoccatur. Sationis eius tria tempora. Circa occasum Arcturi, ut Decembri mense pascat; tunc optime seritur in semen; aeque namque fert depasta. Secunda satio mense Ianuario est; novissima Martio; tum ad frondem utilissima. Siccitatem ex omnibus, quae seruntur, maxime amat; non aspernatur etiam umbrosa.* Vides igitur, verbis tantum, non re, differre disciplinam Plinii; quod enim noster ait *vel etiam serius*, pertinet ad tertiam reliquam sationem. Columellam transcripsit

sunt. prima, qua[h] pabuli causa circa aequinoctium
autumnale serimus septem modios eius in unum iugerum. secunda, qua sex modios mense Ianuario vel
etiam serius iacimus[i] semini progenerando. Vtraque
satio potest cruda terra fieri, sed melius proscissa:
idque genus praecipue non amat rores, quum seritur.
Itaque post secundam diei horam vel tertiam spargen- 30
dum est, quum iam omnis humor sole ventove deter- (7)
sus est, neque amplius proiici debet, quam quod
eodem die possit operiri. Nam si nox incessit, quantulocunque humore prius,[k] quam obruatur, corrumpitur. Observandum erit, ne ante quintam et vigesimam[l] lunam terrae mandetur. aliter satae[m] fere
limacem nocere comperimus. Farraginem in restibili[n] 31
stercoratissimo loco et altero sulco serere convenit. (8)
Ea fit optima, quum cantherini ordei decem modiis

Saog. Cod. (i) *iacimus. Semini progenerando utraque* I. B. R. Br. (k) *prius-quam* iunct. I. B. R. Br. (l) *viecsimam* I. B. R. (m) *Satis* Gr. (n) *restibilis*

Palladius II, 6. Modum seminis maiorem, si pabulo servire debet, bene explicuit Bradley p. 185, et ad omnem sationem pertinere monuit. Servius Virgilii I, 75: *tenues viciae foetus* interpretatus: *nam vix*, inquit, *ad triplicem pervenit fructum, quum alia legumina proventum habeant felicissimum.*

Limacem) Plinius XVIII, sect. 64: *fabam alii plena luna serendam, lentem vero a vigesimo quinto ad trigesimum. Viciam quoque iisdem lunae diebus: ita demum sine limacibus fore.* De faba aliter Columella II, 10, 11, et Geoponica II, 18, 13, ubi praeterea est aliud remedium contra viciae noxam. Appellantur nempe τὰ βίκια. In Asia vero βίκιον appellatum fuit qui ab Atticis κύαμος et σάραχος dicebatur, teste Galeno de Aliment. Facult. I, 36. Viciam vulgarem sativam, Britannorum *Tare* intelligit Bradley p. 115. Creditur esse Theophrasti ἀφάκη. Ceterum Brusch. *ne ante non quintam.*

Farraginem) Nomen a farre ductum. Plinius XVIII, sect. 41: *farrago ex recrementis farris praedensa seritur, admixta aliquando et vicia. Eadem in Africa fit ex hordeo. Omnia haec pabularia.* Ex tritico farraginem habet Plinius XVIII, sect. 10, et in tritici genere pars aliqua pabuli est quadrupedum causa sati, ut farrago, et in leguminibus, ut vicia. In farracia segete factum primum testatur Varro I, 31, 5, quod deinde eius aetate in ordeo vicia et leguminibus mistis fiebat.

Decem modiis) Dimidio minor hor-

iugerum obseritur circa aequinoctium autumnale, sed
impendentibus pluviis, ut consita rigataque imbribus
celeriter prodeat, et confirmetur ante hiemis violen-
tiam. Nam frigoribus quum alia pabula defecerunt,
ea bubus caeterisque pecudibus optime desecta prae-
betur, et si depascere saepius voles usque in mensem[o]
32 Maium sufficit. Quod si etiam semen voles ex ea per-
(9) cipere, a[p] Calend. Martiis pecora depellenda, et
ab omni noxa defendenda est, ut sit idonea fru-
gibus. Similis ratio[q] avenae est.[r] caeditur in foe-
num vel pabulum, dum adhuc viret, quae[s] autu-
33 mno sata; partim semini custoditur. Foenum Grae-
(10) cum, quod siliquam vocant rustici, duo tempora
sationum habet: quorum alterum[t] est Septembris men-
sis, quum pabuli causa seritur, iisdem diebus quibus
vicia circa aequinoctium: alterum autem mensis Ia-
nuarii ultimi,[v] vel primi Februarii, quum in messem[x]

P. deinceps *adso* Sang. (o) *mense Maio* I. B. R. Br. (p) *an s. ante* hic et saepe L. Postea in Gesn. excidit *et* ante *ab omni*. (q) Ita pro *satio* Goes. Sang. *Similis satio autumni est* Pol. (r) *est* ex Sang. Pol. addidi. (s) Hunc ordinem verborum habent P. et S. nisi quod *pabulo cum adhuc* P. Vulgo *avenae quae autumno sata partim c. — viret partim sem. cust.* Br. *qua autumno* Pol. *quae autumno sata partim. Foenum.* I. B. Br. R. *viret semini, partim custoditur.* (t) *est alterum* Br. deinde *isdem diebus* I. B. R. (v) Ita I. B. Br. R. S. pro *ultimo vel primo.* (x) *semen* L. P. S. (y) Ita Goes. Sang.

dei modus seritur, quum semini seruimus. Cantherinum scilicet pabulo inprimis seritur, idque rarius fruticat quam distichon, pluribus spicae seriebus gravidum. Ita *Bradley* p. 188 monet ad h. l.

Avenae) Solam avenam pabulo satam ponit Columella. In ocymo admistam Mamilius Sura apud Plinium, XVIII, sect. 42: *melius*, inquit, *et avena graeca, cui non cadit semen, admixta.* Haec avena graeca videtur esse eadem, quam Columella pabulo serit, et diversa ab ea, quam Plinius simpliciter avenam appellat. Est haec avena Graecorum αἰγίλωψ. de qua Theophr. H. P. VIII, 11; XIII, 7. Linum et avenam agrum urere monet Virgilius Georg. I, 77, ubi Servius: *Coelius libro tertio seri avenam ostendit.* Lectionem *ratio* vulgatae *satio* praeferebat etiam Pontedera.

Siliquam) Plinius XVIII, sect. 39: « Silicia hoc est foenum graecum scarificatione seritur; non altiore quatuor digitorum sulco; quantoque pe-

seminatur. sed hac satione[y] iugerum sex modiis, illa septem occupamus: utraque cruda terra non incommode fit: daturque opera, ut spisse aretur, nec tamen alte. nam si plus quatuor digitis adobrutum est semen eius, non facile prodit.[z] propter quod nonnulli prius quam serant, minimi aratris proscindunt, atque ita iaciunt semina, et sarculis adobruunt.[a] Ervum au- 34
tem laetatur loco macro nec humido, quia luxuria 41)
plerumque corrumpitur. Potest (et[b]) autumno seri, nec minus post brumam, Ianuarii parte novissima, vel toto Februario, dum ante Calendas Martias: quem mensem universum negant[c] agricolae huic legumini convenire, quod eo tempore satum pecori[d] sit noxium et praecipue bubus, quos pabulo suo cerebrosos[e] reddat. Quinque modiis iugerum obseritur. Cicera[f] bubus 35

pro *ratione*. (z) *prodiit* I. B. Br. R. (a) *adfiunt* P. *adruunt* Sang. quod 42)
voluit etiam Pol. (b) *et* abest P. et Sang. *autem* I. B. R. Br. (c) *necant*

ius tractatur: tanto provenit melius.» Ita iterum Plinius XXIV, sect. 120. Verba Columellae repetiit Palladius II, 7.

Hac satione) Ita pro *ratione* legi volebat etiam ex libris Pontedera.

Minimis aratris) Herbarum radices ex agro tollere iubent Geoponica III, 4, βραχέσι et μικροῖς ἀρότροις, II, 23, 9, ubi §. 14, est ὄνει τε χρῆσθαι βαρυτέρᾳ. Haec scilicet postrema conditio pertinet ad solum firmum et pingue, in quo adhibentur ἄροτρα βαθέα, quae ibidem III, 148 nominantur.

Adobruunt) Palladius ex h. l. *cooperiunt*.

Ervum) Sationis cautelam eandem repetit infra XI, 2, 10, et ipsum ervum fresum et aqua maceratum bobus per hiemem praebet VI, 3, 4. Graecorum ὄροβος. Cortice exteriore detracto intus rubere, vitello ovi simile tradit Actuarius de Vrinis. Galenus I de Alim. facult. docet, ervum esse colore ξανθὸν ἢ ὠχρὸν; varietatem albam dulciorem, sed minus medicamentosam esse. Itali hodie *Moco* et *Ervo* appellant.

Potest (et) Inclusum et deleri, aut *etiam* legi volebat Pontedera. Interim inclusi vocem satis inutilem. De Graecia testatur idem Theophr. C. P. IV, 2, ὄροβον γὰρ σπείρουσι καὶ πρώϊον. Sed idem III, 8, fabam et lupinum moture seri ait, lupinum quidem statim ab area spargi.

Quinque modiis) Plinius XVIII, s. 38: *nec ervi operosa cura; hoc amplius quam vicia, runcatur. et ipsum medicaminis vim obtinens.— Sufficiunt singulis boum iugis modii quini sati. Martio mense* sutum noxium esse bubus aiunt, item autumno gravedinosum;

ervi loco fresa datur in Hispania Baetica: quae quum suspensa mola divisa est, paulum aqua maceratur, dum lentescat,[g] atque ita mista paleis subtritis[h] pecori praebetur. sed ervi duodecim librae satisfaciunt[i] uni iugo, cicerae sexdecim. Eadem hominibus non inutilis neque iniucunda[k] est. sapore[l] certe nihilo differt a cicercula, colore tantum discernitur; nam est

P. (d) *pecore* P. (e) *cerebrosus* I. B. R. (f) *cicercula* Lips. (g) *inlentescat* P. L. *inlentescit* I. B. R. Br. (h) *sucretis* I. B. Br. R. *sucretis* Sang. *su'tritici* L. (i) *sufficiunt*. nescio unde Gesner laudat. *sedecim* deinceps Sang.

innoxium autem fieri, primo vere satum. Noxae tempora distinxit ille auctore Theophrasto in H. P. II, 5. Palladius ex Columellae h. l. III, 7, habet *boves insanos.* Aristoteles H. A. III, 21: ὄροβοι ποιοῦσι γάλα πολὺ — οἱ δὲ ὄροβοι καὶ ταῖς κυούσαις οὐ συμφέρουσι, τίκτουσι γὰρ χαλεπώτερον. Ervo nimio devorato sanguinem per urinam reddentes sues Lugduni expertus est C. Gesuer. Vide eum in Bove p. 64. In Plinio annotabis, singula boum iuga dici, quod nostro iugerum est. Sed is de ratione seminis ibidem sect. 55: *in iugerum ervi modios sex serere iubet.* Noxam ervi semini non plantae ipsi inhaerentem intelligi, docet alter Columellae locus supra positus. Et Plinius 22, sect. 13: *Cibis idem hominum alienum, vomitiones movet, alvum turbat, capiti et stomacho onerosum. Genua quoque degravat. Sed madefactum pluribus diebus mitescit; bobus iumentisque utilissimum.* Dioscorides II, 131, βοῦς δὲ λιπαίνει ἑφθὸς παρατιθέμενος. Varia comminiscitur *Bradley* Survey pag. 189, ut rationem expulet, cur meose Martio satum noxam bobus contrahat sive pabulum sive semen ipsum. Verba Theophrasti sunt: ἐὰν τις τοὺς ὀρόβους εἰαρινοὺς σπείρῃ, τρισάλυποι γίνονται καὶ οὐχ ὥσπερ οἱ μετοπωρινοὶ βαρεῖς. Contrariam sententiam quae ratio romanis agricolis persuaserit, equidem non comminiscor; causam igitur ipsius rei vano conatu quaerimus.

Lentescat) Quod ex L. et P. posuit Gesner *inlentescat*, id ipsum habet Aldina, sed in Corrigendis mutavit in vulgatum nunc *lentescat*, nescio qua auctoritate.

Subtritis) Alteram lectionem *sucretis* ioterpretabor purgatis cribro.

Colore) Palladius IV, 6: *distat a cicercula solo colore, quo sordet et nigrior est; seritur primo sulco vel secundo, solo laeto. Iugerum quatuor vel tribus vel etiam duobus modiis implebimus.* Colorem Sinopidis cicerculum habet Plinius 35, sect. 13, quem Harduinus interpretatur *gris brun.* Vide ad cap. 10, 19. Ceterum in Brusch. est *differt* — *nam et obsoletior.* Quod ad *differt* attinet, nescio an spernenda sit forma illa; vulgaris enim convenire videtur cum antiqua illa apud Quintilianum, quae *caussa, cassus, divissiones* et similia frequentabat.

obsoletior, et nigro propior. Seritur primo vel [m] altero sulco, mense Martio, ita ut postulat soli laetitia: quod eadem quatuor modiis, nonnunquam et tribus, interdum etiam duobus ac [n] semodio iugerum occupat.

XI. (XII). Quoniam quando quidque serendum sit persecuti sumus, nunc quemadmodum [a] quotque operis singula eorum quae retulimus [b] colenda sint, demonstrabimus. Peracta sementi, sequens cura est sarritionis; [c] de qua non convenit inter auctores. Quidam negant eam [d] quidquam proficere, quod frumenti radices sarculo detegantur, aliquae etiam [e] succidantur, ac, si frigora incesserint post sarritionem, gelu frumenta enecentur: [f] satius autem ea [g] esse tempestive runcari et purgari. Pluribus tamen sarriri placet: 2
sed neque eodem modo, neque iisdem [h] temporibus usquequaque fieri. Nam in agris siccis et apricis, simulac primum sarritionem pati queant segetes, debere eas permota terra adobrui, ut fruticare [i] possint: quod ipsum ante hiemem [k] fieri oportere, deinde post hiemem iterari. In locis autem frigidis et palustribus plerumque transacta hieme sarriri, nec adobrui, sed plana sarritione [l] terram permoveri. Multis tamen nos 3

(k) *iniocunda* I. B. R. *neque iniuc.* om. I. (l) *sapori* P. (m) *vel* omitt. P. (n) *et* I. B. Br. R.

Cap. XI. Nihil distiq. el p. p. cap. VIII. incipil L. (a) *quidem admodum* P. (b) *retulimus* Br. (c) *sartionis.* Sang. hic el ubique. ul postea *sariri.* (d) *eam* om. P. S. (e) et Br. (f) *enegentur* P. (g) *esse ea* Br. (h) *isdem* R. (i) *fructific.* I. B. L. *frutificare* R. Br. (k) *hiemen* Iens. *hyemen* Br. sed paulo post *hyemem* Br. postea *plerumque* Br. (l) *sartione* L. P. S. qui

Cap. XI. *Quidam negant*) Palladius Ianuar. 9: *hoc mense serenis et siccis diebus, dum gelicidium non est, sunt sarculanda frumenta. quod opus plerique negant fieri debere, quia radices eorum detegantur, aut incidantur, et necentur frigore subsecuto. Mihi autem videtur herbosis tantum locis esse faciendum.*

Plana sarritione) Hoc idem deinde dicit: *remolliri terra debet aequaliter.* hoc idem Plinius in faba XVIII, c. 26, dicil *levi sarculo purgare verius quam fodere.* Sarritionem seu sarcu-

regionibus aptam esse hiemalem sarritionem comperimus, duntaxat ubi et siccitas caeli et tepores[m] permittunt. Sed nec istud ubique fieri censemus: verum incolarum consuetudine uti. sunt enim regionum propria munera, sicut Aegypti et Africae, quibus agricola[n] post sementem[o] ante messem[p] segetem non attingit; quoniam caeli conditio et terrae bonitas ea[q] est, ut vix ulla herba exeat, nisi ex semine iacto, sive quia rari sunt imbres, seu quia qualitas humi sic[r] se cul-
4 toribus praebet. In iis autem locis, ubi desideratur sarritio,[s] non ante sunt attingendae[t] segetes, etiam si caeli status permittit, quam quum sata sulcos con-

fere nunquam aliter. *dumtaxat* deinde Br. (m) *tempora* L. *permittant* Br. (n) *agricolatio* L. (o) *sementim.* P. (p) *messe* P. (q) *ea* om. B. R. (r) *sic* om. I. B. Br. R. (s) *sartio* P. et Sang. hic quidem ubique. (t) *attinlationem* male cum cratitione *(harrowing)* hodierna permutasse Tullium Britannum, operose docet Dickson II, p. 53 seqq. Sarculos simplices et bicornes memorat ad hunc usum Palladius I, 43, 3. Quod in hodierna arandi ratione locum non habet, fieri commode in latis sulcorum profundorum intervallis, segete in porcam altam congesta, potuisse, recte monet idem Dickson pag. 61. Graeci sarire dicunt σκαλεύειν. Xenophon Oeconom. XVII, 12, dicit, saritionem institui, ut seges hibernis aquis et luto obruta liberari aut nudata obrui et tegi, aut herbis purgari possit. Ita etiam Leontius in Geoponicis II, 24. Sarire est a graeco σκαροῦν verrere, purgare; et *sartio*, *sartura*, ut in libris optimis scribitur, mihi praeferenda videntur; certe aequaliter ubique scribendum erat. *Sartura* est apud Plinium XVIII, s. 67, no. 2, et apud Columellam IV, 26, 2. Planam sarritionem fieri puto sarculo unicorni, altam fossioni similem bicorni, quod suo tempore ignorari monet *Bradley* p. 234, qui bicorne sarculum inprimis probat.

Vti) Recte Bronkus. emendabat *niti*.

Sicut Aegypti) Plinius XVIII, s. 50: *At in Bactris, Africa, Cyrene omnia haec supervacua fecit indulgentia caeli: a semente non nisi messibus in aream redeunt, quia siccitas coërcet herbas, fruges nocturno rore tactas nutriens.* Ita ex h. l. scripsit ibi Harduinus quum vulgo esset: *nonnisi nonis mensibus.* Praeterea ex lectione Codd. *area* recte emendat *arva*. Ita Plinius sect. 47 de Aegypto: *reliqua pars nonnisi cum falce arva visit, paulo ante Calendas Apriles.*

Sulcos contexerint) Geopon. II, 24: ὅταν ἤδη τὸν βῶλον κρύπτειν ἄρχηται. Virgilius Georg. I, 113, segetem depasci iubet *quum primum sulcos aequant sata.* quem locum Dickson I, p. 517 interpretabatur de agro sub

texerint. Triticumque et adoreum,[v] quum quatuor fibras habere coeperint, ordeum quum quinque, faba et caetera legumina quum quatuor digitis a terra exstiterint, recte sarrientur, excepto tamen lupino, cuius semini contraria est sarritio,[x] quoniam unam radicem habet, quae sive ferro succisa est seu vulnerata, totus frutex emoritur. Quod etiam[y] si non fieret, supervacuus[z] tamen esset[a] cultus, quum sola haec res adeo non infestetur herbis, ut ipsa herbas perimat.[b] Atque[c] aliae segetes vel[d] humidae moveri possunt,[e] melius tamen siccae sarriuntur, quoniam sic tractatae[f] non

gendae: *Segetes* P. deinceps *permittat* S. (v) *adorium* P. (x) *sortio* P. L. S. (y) *est* P. *et* S. (z) *supervacuis* P. (a) *erit* I. B. Br. R. L. *erat* P. (b) *peremat* P. (c) Ita ex Sang. laudat Gronovius. Vulgo *At aliae segetes, quae vel* Pol. *Atque alias segetes vel.* Ex Sang. *ac aliquae segetes vel* laudat Ernesti. (d) *vel quae hum.* Ald. et poster. a. G. (e) *possint* I. B. Br. R. (f) *tractae* Eaed.

sulco seminato; nam liram mox a segete enata contegi atque aequari. Quam interpretationem non adiuvat hic Columellae locus, ubi sarritio segeti datur. Sarritio autem fere ubique agro in lira consito adhibetur, ubi per sulcum incedentes facile sarculum tractabant et segetem purgabant.

Quatuor fibras) Plinius XVIII, sect. 65, 2: *far, lex certa meo, quum quatuor fibrarum esse coeperit, sarriendum; faba vero non antequam trium foliorum. tum quoque levi sarculo purgare verius quam fodere. florentem utique XV diebus primis non attingere.* Palladius Maio 9: *triticum et far sarritur quatuor foliorum, ordeum quinque; faba et legumina quum supra terram quatuor digitis fuerint. Lupinus vero, qui unam radicem habet, si sarculetur, extinguitur; quod nec desiderat, quia herbas praeter auxilium cultoris affligit.*

Vnam radicem) Ratio haec vera esse non potest. Theophrastus enim H. P. VIII, 2, omnia legumina radicem habere unicam et lignosam, fibris exilibus circum sparsis et in caules ramosos fruticare, contra frumenta radices multas atque exiles emittere; unde Plinius XVIII, s. 10, no. 2: *legumina omnia singulas habent radices easque surculosas.* Cappario et lupinum cultum omnem abnuere tradit Theophr. H. P. I, 6, III, 3; Geoponica II, 39. Ceterum in vinea stercoris vice satum et deinde evertendum aratro sarrire iubent Geoponica III, 5, 7.

Esset cultus) Ita iam olim voluit Vrsinus scribi pro vulgato tum *erit.* Lupinum seri in perniciem herbarum iubent Geoponica III, 5 et 10.

Segetes vel) Ita libri optimi. Vulgo *segetes quae vel* olim etiam *vel quae.* Palladius Maio 9: *si siccas segetes sarculaveris aliquid contra rubiginem praestitisti.* Rubigo est ἐρυσίβη Theophra-

infestantur rubigine. hordeum vero nisi siccissimum
6 tangi non debet. Fabam multi ne sarriendam quidem
putant, quod et manibus, quum maturuerit, ducta
secernatur a caetera runcatione,[g] et internatae herbae foeno reserventur. cuius opinionis etiam Cornelius Celsus est, qui inter caeteras dotes eius[h] leguminis hanc quoque enumerat, quod sublata faba[i] foenum ex eodem loco secari posse dicat. Sed mihi videtur pessimi[k] agricolae, committere, ut satis herba proveniat. frugibus enim plurimum detrahitur, si[l] relin-
7 quitur runcatio.[m] Neque [enim[n]] est rustici prudentis
magis pabulis studere pecudum, quam cibis hominum; quum praesertim liceat illa quoque cultu pratorum consequi: adeoque fabam[o] sarriendam censeo, ut existimem debere etiam[p] ter sarriri.[q] nam sic cul-

paulo antea *quia sic* Sang. (g) *runca* Goes. P. Sang. (h) *eius* ex P. Goes. S. addidi (i) *fava* P. (k) *pessime agricola* P. S. (l) *si relinquitur* om. G. (m) *runca* P. Goes. S. (n) *enim* om. P. S. (n) *fabam sariendam* P. *etiam*

sti. Sterilem rubiginem segetis dixit Horatius Carm. III, 23, 7. Remedium ex lauri ramis, in arvo defixi, posuit Plinius 18, cap. 17. Adversus hunc morbum segetum invocabant Robiginem deam Robigalibus sacris, quae septimo Kalendas Maias Romani celebrabant. De natura rubiginis, et antiquitates reliquas posui ad Varronem I, 1, 6. De natura locus classicus est Theophrasti H. P. VIII, 10, et C. P. III, 27.

Hordeum vero) Plinius XVIII, sect. 65, no. 2: *hordeum nisi siccum ne sarrito.* Palladius Maio 9: *maxime hordeum siccum sarrietur.*

Ducta secernatur) Vrsinus volebat legi *deducta secernatur, ac caetera runcatione.* Videtur viro docto novus accidisse usus vocabuli *runcatione* pro herbis, quae runcatione tolluntur. In libris optimis bis scriptum exstat *runca*, probante Pontedera.

Eius leguminis) Ex libris optimis inserui *eius*, sententia et Pontedera suadentibus.

Pessimi agricolae) Pontedera lectionem librorum optimorum *pessime agricolas* praeferebat. Deinde malebat *in satis* aut *satis praeveniat.* Equidem priorem rationem praefero; ita enim in libro Politiani scriptum exstare, annotat Pontedera, etsi eius lectionis non meminit Gesneri editio.

Debere etiam) Palladius Maio 9: *Faba autem si bis sarculetur, proficiet et multum fructum et maximum afferet; ut ad mensuram modii complendi fresa propemodum sicut integra respondeat.* Ex quo loco apparet, quid sibi velit lectio Lips. libri *etiam intersariri.* Scripserat scilicet Columella *etiam iterum*

tam comperimus non solum multiplicare fructum, sed et[r] exiguam portionem in valvulis habere, fresaeque [eius et[s] expurgatae] modium pene tam plenum esse, quam integrae, quum[t] vix minuatur mensura detractis putaminibus. Atque in totum, sicut ante iam diximus, 8
hiberna sarritio[v] plurimum iuvat diebus serenis ac siccis post brumam confectam mense Ianuario, si gelicidia non sint. Ea porro sic debet fieri, ne radices satorum laedantur, et ut potius adobruantur, cumulisque exaggerentur,[x] ut latius se frutex humi[y] diffundat. Id prima sarritione fecisse proderit, secunda oberit: quia quum pullulare[z] desiit frumentum, putrescit, si adobrutum[a] est. Nihil itaque amplius in 9
iteratione, quam remolliri terra debet aequaliter: eamque transacto aequinoctio verno statim peragi

addidi ex Goes. Sang. *debere etiam intersariri* Lips. (q) *sariri* P. (r) *et* addidi ex Sang. (s) *et* om. I. B. Br. R. In Sang. omitti *eius et expurgatae* annot. Gronov. praeterea *fressaeque*. Igitur inclusi. (t) *quoniam* P. S. (v) *seditio* R. *sarcio plurimum iuvet.* P. (x) *exagerentur* I. B. Br. R. *exagerantur* P. (y) *culmi* P. Goes. S. (z) *paululum desit* P. S. (a) *adrutum* P. S. Deinceps

sariri. Ex hac lectione superest vulgatum et vitiosum *ter sariri*. Plinius XVIII, sect. 50: *triticum, hordeum, semen, fabam bis sarrire melius — faba runcari non gestit: quoniam evincit herbas lupinum, runcatur tantum. ter quidem sartum modium fresae e modio solidae reddere.* ubi *sartam* ex Codice probat Heinsius Advers. III, p. 525, qui eandem scripturam passim in libro Sangerm. Columellae reperiri monet.

Ne radices satorum) Plinius XVIII, sect. 50: *Sarculatio induratum hiberno rigore tristitiam soli laxat temporibus vernis, novosque soles admittit. Qui sarriet, caveat, ne frumenti radices suffodiat.*

Frutex humi) Lectionem librorum optimorum *frutex culmi* damnat sententia loci. Nam prima atque altera saritio peragitur antequam in articulum eat seges et culmum faciat. Igitur dum pullulat seges, saritur. Fruticare igitur et pullulare idem est. Alia ratio est supra cap. 9, 6: *ex uno semine pluribus culmis fruticavit.* Mecum sentit Dickson II, p. 69. Vitem de novo palmite pullulascere dixit IV, 21. Pullos pro stolonibus dixit Cato cap. 51, pullulos Plinius XVII, sect. 42.

Remolliri) Ita vulgatum *remoliri* corrigendum esse, quilibet videt; Gesnerus tamen id in Indicem, ut passive dictum retulerat.

oportet intra dies viginti, ante quam seges in articulum eat, quoniam serius sarrita[b] corrumpitur. insequentibus aestivis siccitatibus et caloribus. Subiungenda deinde est sarritioni[c] runcatio, curandumque ne florentem segetem tangamus: sed aut antea,[d] aut mox quum defloruerit. Omne autem frumentum et hordeum, quicquid denique non[e] duplici semine est, spicam a tertio ad quartum nodum emittit, et quum

vulgo est *remoliri*. (b) *sarta*. L. P. Goes. S. (c) *sarrioni* B. R. *sartioni* P.

Viginti) Plinius 48, s. 68, no. 2: *Sarritur vero diebus viginti. Ab aequinoctio sartura nocere et vineae et segeti aestimatur.*

Runcatio) Non satis accurate tractasse videtur runcationem Columella. Plinius XVIII, sect. 50: *runcatio quum seges in articulo est, evulsis inutilibus herbis frugum radicem vindicat, segetemque discernit a cespite.* Ita definitur tempus runcationis in frumentis. *In articulum ire seges* dicitur etiam Plinio 48, sect. 45; Geoponica II, 24: ὅταν δὲ ἀποσταχύῃ βοτανιζέσθω. Graeci etiam ποασμὸν dicunt runcationem.

Omne autem frumentum) Palladius Maio 4: *frumenta et ordeum, et quae sunt seminis singularis, octo diebus florebunt, et deinde per dies XL grandescent flore deposito usque ad maturitatis eventum. quae vero duplicis seminis sunt, sicut faba, pisum ceteraque legumina XL diebus florent simulque grandescunt.* Ex quo loco patet, quod ipsa etiam ratio botanica docet, in Columella legendum esse *non duplici* quum negatio excidisset. Igitur sine dubitatione eam restitui, repertam in Brusch. et Aldina, quam ideo inspexi.

Ad quartum nodum) Theophrastus H. P. VIII, 2, de frumentis, vere caulem emittentibus: συμβαίνει δ' εὐθὺς ἐν τῷ τρίτῳ γόνατι, τοῖς δ' ἐν τῷ τετάρτῳ καὶ τὸν στάχυν ἔχειν, ἀλλ' οὐ φανερὸν ἐν τῷ ὄγκῳ· γίνεται δὲ ἐν τῷ ὅλῳ καλάμῳ πλείω τούτων (γόνατα) ὥστε σχεδὸν ἅμα τῷ καλαμοῦσθαι συνίστασθαι ἢ μικρὸν ὕστερον — ἀπολυθεὶς εὐθὺς ἀνθεῖ (ὁ στάχυς) μεθ' ἡμέρας τέτταρας ἢ πέντε, καὶ πυρὸς καὶ κριθὴ, καὶ ἀνθεῖ σχεδὸν τὰς ἴσας. οἱ δὲ τὰς πλείστας λέγοντες ἀνθεῖν ἐν ταῖς ἑπτὰ φασὶν ἀπανθεῖν. ἀλλὰ τῶν χεδροπῶν χρόνιος ἡ ἄνθησις, χρονιωτάτη δὲ τῶν μὲν ἄλλων ὀρόβου καὶ ἐρεβίνθου, τούτων δὲ ἁπάντων τοῦ κυάμου — τετταράκοντα γὰρ ἡμερῶν ἀνθεῖν λέγουσιν — ἡ γὰρ ἄνθησις τῶν μὲν σταχυηρῶν ἀθρόα, τῶν δ' ἐλλοβωδῶν καὶ χεδροπῶν πάντων κατὰ μέρος. Deinde c. 3: μετὰ δὲ τὴν ἀπάνθησιν ἁδρύνονται πυρὸς καὶ κριθὴ τεσσαρακονταῖα μάλιστα — τεσσαρακονταῖον δέ φασι καὶ τὸν κύαμον. ὥστε ἐν ἴσαις ἀνθεῖ καὶ τελειοῦται, τὰ δ' ἄλλα ἐν ἐλάττοσι. Plinius XVIII, sect. 10, no. 4: *frumenta quaedam in tertio genu spicam incipiunt concipere, quaedam in quarto, sed etiamnum occultam. Genicula autem sunt tritico quaterna, farri sena, hordeo octona; sed non ante supra dictum geniculorum numerum conceptus est spicae; qui ut spem sui fecit, quatuor aut quinque tardissime diebus flo-*

totam edidit, octo diebus deflorescit, ac deinde grandescit diebus quadraginta, quibus post florem ad maturitatem devenit.[f] Rursus[g] quae duplici semine sunt, ut[h] faba, pisum, lenticula, diebus XL florent, simulque grandescunt.

XII. (XIII). Et ut iam percenseamus, quot[a] operis in aream[b] perducantur ea, quae terrae credidimus: tritici modii quatuor vel quinque bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris unam, sarritoris[c] duas primum, et unam quum iterum sarriuntur,[d] runcatoris unam, messoris unam et dimidiam: in totum

Goes. (d) *aut--hordeum* om. L. *ante* S. (e) *non* excidit in Gesneriana. (f) *venit* P. S. (g) *rursusque* B. R. (h) *ut faba, pisum* desic. R.

Cap. XII. Nihil dist. L. (a) *quod* P. *satio quot operis ad messem perducatur quot op. in ar. perductam ea quae* L. (b) *area* I. B. R. Br. (c) *sartoris* P.

rere incipiunt, totidemque aut paulo pluribus deflorescunt. Hordea vero quum tardissime septem — frumenta cum defloruere, crassescunt, maturanturque cum plurimum diebus quadraginta: item faba: paucissimis cicer. Patet igitur, Columellam paulum descivisse a graeca Theophrasti disciplina. Vide ad Varrou I, 32. Pontedera Antiqq. p. 132, numerum XL dierum hic suspectum habebat, nescio qua de causa.

Duplici semine sunt) Theophrastus H. P. VIII, 2 frumenta omnia ita germinare ait, ut ex inferiore parte crassa radicem, ex superiore germen (βλαστὸν) emittant; contra legumina ex una eademque parte et radicem et germen emittere, ea scilicet, qua siliquae adhaerent, quam oscillum Columella, alii umbilicum dixerunt. Crassam frumentorum partem similiter eam intelligi, quae spicae adhaeserat. Germine protruso atque explicato disiungi semina omnia; esse enim omnia bifida seu duplicia, manifestiore tamen discrimine in leguminibus: τὰ δὲ χεδροπὰ φανερῶς πάντα δίθυρα καὶ σύνθετα, i. e. legumina manifestu bifora et composita; paulo antea διμερῆ duplicia dixerat. Huius loci alteram modo partem excerpsit Plinius XVIII, sect. 10, no. 2: *Ex hordeo*, inquit, *alterum caput grani in radicem exit; alterum in herbam, quae et prior floret. Radicem crassior pars grani fundit, tenuior florem. Caeteris seminibus eadem pars et radicem et florem.* Ad Theophrasti locum recte monuit Scaliger, leguminum semina duplicia dici a Columella, quia manifesto germine protruso in duas discedunt partes. Rem ipsam recte etiam interpretatus est Gesnerus; sed locum Theophrasti aut Plinii non attulit, nec accuratius doctrinam hanc explicavit. Frumenta hodie botanici monocotyla, legumina dicotyla, cotylas seu cotyledones Ludwigius lobos seminales, alii aliter appellarunt. Vide quae multo accuratius quam Linnaeus in Philosophia botanica p. 89 et 102, ed. Gleditsch. tradide-

summam[e] operarum decem et dimidiam. Siliginis mo-
dii quinque[f] totidem operas desiderant. Seminis[g] modii
novem vel decem totidem operas quot[h] tritici modii
2 quinque postulant. Hordei modii quinque bubulci ope-
ras tres exigunt, occatoriam unam, sarritoriam[i] unam
et dimidiam, messoriam unam, summam[k] operarum
sex et dimidiam.[l] Fabae modii quatuor vel sex in vete-
reto[m] duas operas bubulcorum detinent, at in restibili
unam. Occantur sesquiopera,[n] sarriuntur[o] sesquiopera,
iterum sarriuntur una opera, et[p] tertio una, metuntur
3 una. Summa fit operarum octo vel septem. Viciae modii
sex vel septem in vetereto[q] bubulcorum duas operas vo-
lunt, in restibili unam: item, occantur una opera, metun-
tur una. Summa fit operarum quatuor vel[r] trium. Ervi
modii quinque totidem operis conseruntur, occantur
una: item singulis sarriuntur, runcantur, metun-
tur: quae[s] cuncta sex operas occupant. Siliquae

(d) *sariuntur* P. B. R. (e) Ita pro *summa — dimidia* I. B. Br. R. Sang. (f) *modii novemquinque* P. (g) Ita pro *Sesami* Sang. *Sesamii* I. B. Br. R. *Sisseminis* P. *Siseminis* L. (h) *quod* P. et sic saepe Sang. (i) *sartoriam* P. (k) Ita pro *summa* I. B. Br. R. Sang. (l) Ita pro *dimidia* iidem libri. (m) *vervacto* I. B. Br. R. A. Iunt. G. Gr. H. Sl. *vetereto* L. P. Sang. et Commel. Deinceps *at in rest.* ex Br. Ald. Commel. restitui pro *ac in rest.* (n) *sexquiopera* I. B. Br. R. A. Iunt. H. *sesquiopera* P. Gesn. (o) *sarriuntur sesquiopera* om. I. B. R. Sang. (p) *et tertio una* om. I. B. Br. R. Sang. (q) *veterato* lens. Br. *vervacto* B. R. A. Iunt. G. Gr. G. Sl. *vetereto* Lips. Gesner. *vertera* ex Sang. Ernesti et sic saepissime habere annotat. (r) *vel trium* om. I. B. Br. R. S. (s) Ita pro *metunturque* Sang. *metunturque totidem* I.

runt Ludwigius Instit. regni Veget. p. 215, Adanson et nuper Hedwigius noster cum Wildenovio.

Cap. XII. *Summam — dimidiam*) Ita ex libris scribi voluit etiam Pontedera pro vulgato *summa — dimidia*. Eandem rationem in hordeo deinceps sequimur, ubi vulgata habebat *summa — dimidia*. Pendent enim haec ab *exigunt*, illa ab *occupant*.

Seminis) Vestigia verae lectionis quae pura exstat in Sang. habent etiam reliqui libri. Vulgo *Sesami*, quod postea commemorabitur. Monuit de vitio etiam Pontedera. Semen est adoreum, quod maiore mensura seritur, quia folliculis suis inclusum iacitur in arvum — *Si seminis* etiam in Caesen. Tromb. et suo reperit Pontedera in Curis post., qui in *sesami* Edd. pr. latere censet *adorei*.

modii sex vel septem totidem operis obruuntur, me-
tuntur una. Phaseoli[t] modii quatuor obruuntur toti-
dem operis, occantur una,[v] metuntur una. Cicerae[x] 4
vel cicerculae modii quatuor operas bubulcorum tres
postulant, occantur opera una,[y] runcantur una, vel-
luntur una. Summa fit sex operarum. Lentis sesqui-
modius[z] totidem operas[a] desiderat,[b] occatur[c] una,
sarritur[d] duabus, runcatur una, vellitur una. Sum-
ma fit operarum octo. Lupini modii decem ob-
ruuntur una, occantur una, metuntur una. Milii sex-
tarii quatuor, totidemque panici bubulcorum operas
occupant quatuor, occantur operis tribus, sarriuntur[e]
tribus: quot operis carpantur, incertum est. Ciceris 5
modii tres operis totidem seminantur, occantur dua-
bus, sarriuntur una, runcantur una, velluntur tribus.
Summa fit undecim[f] operarum. Lini decem modii vel 6
octo quatuor iugis conseruntur, occantur operis[g] tri-
bus, runcantur una, velluntur tribus. Summa fit un-
decim· operarum. Sesami sextarii sex tribus iugis a

B. Br. R. (t) *Phasseoli* P. (v) *una* om. I. B. Br. R. (x) *Cicer, vel cicer-cula* I. B. Br. R. *cicer* etiam Lips. (y) *opera una runcantur* in Sang. desunt Ex Pol. Gesner varietatem voluit annotare, sed posuit tantum ad hoc vocabulum *una* P. (z) *Sexquim*. I. B. B. R. A. Iunt. II. (a) *operis* P. S. (b) *desiderat* om. I. B. Br. R. P. S. (c) *occantur* P. (d) *saritur* P. (e) *sariuntur* P. (f) Ita pro *decem* Goes. Sang. cum I. B. Br. R. (g) *operis*

Quot operis carpantur, incertum est) Lectoris alicuius, qui mentionem operarum, quot carpantur omissam animadverterit, observatione haec verba esse nata, suspicabatur Gesner, qui excogitare non potuit causam, cur sit incertius hoc in panico et milio, quam in reliquis. Verum in his duobus leguminibus maturitas tempore nimium variatur, et grana matura nimis cito defluunt; deinde etiam modus carpendi diversus erat; pectine enim plerique utebantur in legendo milio et panico.

Vndecim) Hunc rectiorem numerum ex libris restitui, monente etiam Pontedera. Vulgo *decem*.

Quatuor iugis) Idem esse atque operis seu bubulcis recte monuit Gesner.

Runcantur, una velluntur) Locum hunc ex emendatione Pontederae posui, qui libros optimos auctores secutus est; nisi quod runcationem sar-

proscissione coluntur,[h] occantur[i] operis tribus, sarriuntur quatuor, et sarriuntur iterum duabus, runcantur una, velluntur duabus. Summa fit operarum
6 quindecim. Cannabis seritur, ut supra docuimus:[k] sed incertum est, quantam impensam curamque desideret. At Medica obruitur non aratro, sed, ut dixi, ligneis rastellis. Iugerum agri eius occant[l] duo, sar-
7 rit[m] unus, metit unus. Hac consummatione[n] operarum colligitur, posse agrum ducentorum iugerum subigi duobus iugis boum[o] totidemque bubulcis et sex mediastinis: si tamen vacet arboribus. at si[p] sit arbustum, eundem modum Saserna tribus hominibus adiectis asseverat[q] probe satis excoli. quae nos ratio docet, sufficere posse iugum boum[s] tritici centum viginti quinque modiis,[t] totidemque leguminum, ut sit in asse autumnalis satio modiorum ducentorum quinquaginta: et post hanc[v] nihilo minus conserat[x]

om. B. Br. R. Sang. (h) Gesneriana *locuntur* errore operarum. *tolluntur* P. S. (i) Ita pro *occ. operis quatuor, sarriuntur quatuor, et sarr. iterum duabus, metuntur duabus* scripsi cum Ponted. *occantur tribus: runcantur una: velluntur tribus.* I. B. Br. R. P. S. nisi quod verba *velluntur tribus* ex P. non retulit Gesner. Deinceps *Summa fit operis quatuor* inserunt P. S. postea *Sarriuntur quatuor et* I. B. Br. R. P. S. nisi quod *sariuntur* P. S. (k) *diximus* I. B. R. (l) Ita pro *occatur duabus* P. S. (m) Ita pro *sarritur una metitur una* I. B. Br. R. P. S. nisi quod *sarit* P. S. (n) *consumatione* I. B. Br. R. A. Iunt. II. (o) *bovum* R. (p) *ubi* I. B. R. *aut ubi* Br. et sic ex Sang. Gronov. *aut si* ex Sang. Ernesti. Deinceps *Spaserna* Sang. *Sacerna* Gr. (q) *adsueverat* P. (r) *excolli* R. (s) *bovum triti centum* P. (t) *modis* I. B. R. *modii* Sang. deinceps vulgo *assem.* (v) *haec* I. B. Br. R. *posthac* ex Sang. Gronov. *hac* Pol. (x) *conserant tr. modii* Sang. teste Gronovio qui *conseratur* corrigit.

ritioni subiunxit, scilicet ne sarculo semen ad maturitatem accedens disculiatur. Occationem multo minorem operam desiderare, quam arationem, exempla multa alia apud Columellam demonstrant.

Incertum est, quantam impensam) Discrimen facere videtur, prouti semine cannabis, aut herba ipsa uti velis ad funes aliamque supellectilem inde conficiendam. De cannabis cultura nimis pauca Scriptores latini rei rusticae docuerunt.

In asse) Vulgatum *in assem* correxi cum Vrsin. Ita s. 9 est *sic in asse fiunt.*

trimestrium modios quinque et septuaginta. Hoc de- 8
inde sic probatur. Semina, quae quarto sulco serun-
tur in iugeribus viginti quinque, desiderant bubulco-
rum operas[y] cxv.[z] Nam proscinditur is agri modus
quamvis durissimi quinquaginta operis, iteratur quin-
que et viginti, tertiatur et conseritur xl. Legumina[a] 9
occupant operas lx,[b] id est menses duos. Pluviales
quoque et feriarum[c] computantur, quibus[d] non ara-
tur, dies quinque et xl. item peracta sementi, quibus
requiescunt, dies xxx. Sic in asse fiunt octo menses
et dies x. Supersunt tamen de anno tres reliqui menses
et dies v et xx, quos absumamus aut in satione
trimestrium,[e] aut in vecturis foeni et pabulorum et
stercoris[f] aliorumque utensilium.

modii etiam I. B. Br. R. et *conserant* Br. (y) *operis* B. R. (z) *CX et quinque* Pol. *CV.* B. Br. R. (a) Vulgo additum *Caetera* om. Pol. (b) *LXI. i. menses* I. B. Br. R. (c) *feriales* L. (d) *quibus non aratur* om. P. Goes. et Sang. testante separatim Gronovio. At Ernesti ait esse in Sang. *computantur dies quinque quibus.* (e) *trimestrium* Sang. (f) Ita pro *stercorum* I. B. Br. R. S.

Operas CXV) In hoc altero deinde numero XL vitium esse, monuit Pontedera; computari enim in iugeri proscissionem operas binas, et recte quidem; deinde in iterationem dimidiam partem, hoc est operam unam; in tertiationem et sationem contra conferri operas paene duas; atque in eo vitium haerere numero, quum constet, una opera iugerum tertiari et seminari; atque omnino iugero sufficere operas quaternas, quae cum numero XXV multiplicatae efficiant summam C, non autem CXV. itaque etiam altero in loco XXV esse scribendum. Vulgatam contra explicare conatus est Salmasius ad Solinum p. 511, rationibus mihi plane obscuris.

Legumina) Ante hoc vocabulum vulgo insertum legebatur *caetera*; sed recte Pontedera monuit, leguminibus nec re nec nomine convenire cum frumento, itaque recte omitti a libro Polit. *caetera*. Verum restat difficultas in numerorum summa, postquam frumentorum summae dies subtraxit Pontedera XV, qui attribuendi diebus hic commemoratis. Octo enim menses et dies decem efficiunt dies 250. Ex his 100 tribuimus frumentis; supersunt leguminibus, diebus ferialibus, pluvialibus, et brumalibus contribuendi 150. Vulgata autem lectio hic numerat modo 135. Exciderunt igitur dies XV, quos supra frumento detraximus, hic addendos. Recte igitur monet Pontedera, brumale intervallum requirere dies XL, quibus bubulci circa brumam otiari solebant. Super-

XIII. (XIV). Sed ex iis,[a] quae retuli,[b] seminibus,[c]
idem Saserna putat aliis stercorari et iuvari agros,[d]
aliis[e] rursus peruri et emaciari. stercorari lupino,
faba, vicia,[f] ervilia, lente,[g] cicercula, piso. De lu-
pino nihil dubito, atque etiam de pabulari vicia, si
tamen eam viridem desectam confestim aratrum subse-
quatur, et quod falx reliquerit, priusquam inarescat,
vomis rescindat atque obruat: id enim cedit pro ster-
2 core. nam[h] si radices eius desecto pabulo relictae in-
aruerint, succum omnem solo auferent, vimque terrae
absument,[i] quod etiam in faba caeterisque legumini-
bus, quibus terra gliscere videtur verisimile[k] est ac-
cidere: ut nisi protinus sublata messe eorum proscin-
datur,[l] nihil iis segetibus, quae deinceps in eo loco

Cap. XIII. (a) *his* Br. (b) *rettuli* Br. (c) *sementibus* I. B. Br. R. deinde *putet* P. (d) *agris* Iens. Br. (e) *alii* H. A. sec. (f) *vitia* I. B. Br. B. S. deinde vulgatum *ervo* ex iisdem correxi. (g) *lenti* Br. S. *cicerula* B. (h) *nisi* I. B. Br. R. (i) *adsument* P. (k) *vel simile* P. (l) *proscinditur* I. B.

sunt nunc dies V, quos Pontedera attribuit numero dierum ferialium et pluvialium, ut efficiatur summa dierum 250.

Cap. XIII. *Ervilia*) Hoc vulgato *ervo* praetuli ob auctoritatem veterum Edd. et Codicis Sang. cuius lectionem commemoravit etiam Burmann. ad Petronii c. 57. In Varrone I, 32, 2, Victorius *ervilam* ediderat. Erviliae folia longiora, ut et piso esse, ait Plinius XVIII, s. 10. Erviliam ocyno pabulo miscet Mamilius Sura ibid. s. 42. Denique Plinius XIX, s. 17, rubiam seri ait similitudine erviliae. Ex Theophrasti H. P. VIII, 3, ὦχρον vertit Plinius erviliam. Festus *ervum* graece ὄροβον, erviliam ὀρόβινον interpretatur. Male, ut puto; sed nihil decerno. Huc pertinet proverbium rusticum apud Petronium l. c. *quid nunc stupes tanquam hircus in ervilia?* Vt a cicere cicercula, ita ab ervo dicitur ervilia.

Aliis stercorari et iuvari agros) Hoc Theophr. C. P. IV, 9 dicit μὴ καρπίζεσθαι τὴν γῆν, ἀλλὰ νέον ποιεῖν — ταχὺ δέ τινα ἐκκαρπίζεται ἐδάφη, καθάπερ ὁ ἐρέβινθος, διὸ καὶ μόνος οὐ ποιεῖ νέον, οὐδ᾽ ἐστὶ τῆς τυχούσης χώρας ἀλλ᾽ ἀγαθῆς. cf. ad II, 10, s. 20. Graeci igitur legumina haec idem conferre dicunt futurae sementi, quod ager novalis seu recens proscissus.

De lupino) Palladius I, 6, 14: *lupinus et vicia pabularis, si virides succidantur et statim supra sectas eorum radices aretur, stercoris similitudine agros foecundat: quae si exaruerint antequam proscindas, in his terrae succus auferetur.*

Proscindatur) Vrsinus h. l. ita vo-

seminari debent, profuturum sit. Ac de iis quoque 3
leguminibus, quae velluntur,[m] Tremellius[n] obesse
maxime ait solo virus[o] ciceris et lini: alterum quia sit
salsae,[p] alterum quia[q] (sit) fervidae naturae: quod
etiam Virgilius significat dicendo, *Vrit enim lini
campum seges, urit avena, urunt lethaeo[r] perfusa
papavera somno.* Neque enim dubium, quin et iis[s]
seminibus infestetur ager, sicut etiam[t] milio et panico.
Sed omni solo, quod praedictorum leguminum segetibus fatiscit, una praesens medicina est, ut stercore
adiuves, et absumptas[v] vires hoc velut pabulo refoveas.[x] Nec tantum propter semina, quae sulcis aratri 4
committuntur, verum etiam propter arbores ac[y] virgulta, quae maiorem in modum laetantur eiusmodi alimento. Quare si est, ut videtur, agricolis utilissimum, diligentius de eo dicendum existimo, quum priscis auctoribus[z] quamvis non omissa res, levi tamen admodum cura[a] sit prodita.

XIV. (XV). Tria igitur stercoris genera sunt praecipue,[a] quod ex avibus, quod ex hominibus, quod ex pecudibus confit. Avium primum habetur, quod ex columbariis egeritur. deinde quod gallinae caeterae-

Br. R. S. *messes* Sang. (m) *veluntur* Br. *belluntur* P. (n) *Tremelius* I. B. Br. R. P. (o) *virtus* P. (p) *densae* Goes. S. (q) *sit* om. Sang. in Politiani vetere deerant verba: *quia sit feru.—avena.* sed vacabat spatium. Ceterum *avenae* I. B. Br. R. Ald. (r) *laetheo* Eaed. Iunt. G. *letheo* Gr. H. (s) *his* Sang. (t) *et* I. B. Br. R. S. (v) *adsumptas* P. S. Vulgo *absumtas* ex Br. correxi. (x) *rebeas* P. S. (y) *et* I. B. Br. R. (z) *author* A. H. *autor.* G. Gr. (a) *cum* P.

Cap. XIV. (a) Vulgo *praecipua* I. B. Br. R. *sunt praecipue.* Ita et L. et S.

lebat legi: *proscindantur, nihil ex iis segetibus.* Sed puto, virum doctum a recto et vero sensu loci aberrasse.

Salsae) Male libri duo praestantissimi *densae*. Plinius XVII, s. 7: *cicer quia vellitur et quia salsum est—segetem exurit.* Ita nempe Cato cap. 37. Ratio, *quia vellitur,* haec est. Cicer omnium leguminum maxime altas agit radices, teste Theophasto H. P. VIII, 2. Hinc etiam stercoris vice legumina brevium radicum modo seri iubent Geoponica II, 23, 11.

Virgilius) Georgic. I, 77.

que [b] volucres edunt: exceptis tamen palustribus ac[c]
nantibus, ut anatis et anseris: nam id noxium quoque[d]
2 est. maxime tamen [e] columbinum probamus, quod
modice sparsum terram fermentare comperimus. Se-
cundum deinde, quod homines faciunt, si et aliis
villae purgamentis immisceatur, quoniam [f] ferven-
tioris naturae est, et idcirco [g] terram perurit. Aptior
est tamen surculis hominis urina, quam sex mensibus
passus [h] veterascere si vitibus aut pomorum arboribus
adhibeas, nullo alio magis fructus exuberat: nec solum
ea res maiorem facit [i] proventum, sed etiam saporem
3 et odorem vini [k] pomorumque reddit meliorem. Potest
et vetus [l] amurca, quae salem non habet, permista

(b) Ita pro *caeterique* Br. Ald. (c) Vulgo *aut nantibus* quod om. Lips. deinceps *aut anatis* Br. *anctis* Sang. (d) *quod* I. B. R. recte Br. (e) *autem* Sang. (f) Vulgo additum *per se* om. P. S. *quom* Br. *ferventius nat. est.* Sang. (g) *iccirco* I. B. Br. R. A. Iunt. H. (h) Vulgo additum *fueris* om. I. B. Br. R. Sang. *passam veterascere* I. B. Br. R. *veterescere* Pol. Sang. Vulgo post *veteras.* punctum erat. (i) *faciet* I. B. Br. R. S. (k) *vitis* P. S. (l)

Cap. XIV. *Ac nantibus*) Vulgatum *aut* ex Varrone corrigi voluit Pontedera, qui deinceps legebat: *nam inde noxium quod est.* Palladius I, 33: *sed columbinum fervidissimum, caeterarumque avium satis utile est excepto palustrium.* Plinius XVII, s. 6: *proximum Columella columbariis, mox gallinariis facit, natantium alitum damnato.*

Fermentare) I. e. ex denss rariorem et resolutiorem facere et vim addere gignendi. Ita recte interpretatur Niclas ad Geopon. II, 21. ubi de hoc genere est: ἡ τῶν περιστερῶν πολὺ τὸ θερμὸν ἔχουσα — ὠφέλιμος γὰρ γίνεται τῇ ἀδυνατούσῃ χώρᾳ, τρέφουσά τε αὐτὴν καὶ δυνατωτέραν ποιοῦσα εἰς τὴν τῶν καρπῶν ἔκφυσιν καὶ τροφὴν καὶ τὴν ἄγρωστιν δὲ αὐτάρκως λυμαίνεται.

Naturae est ferv.) In Sang. est: *ferventius naturae est.* Plinius l. c. *Ceteri auctores consensu humanas dapes ad hoc inprimis advocant.*

Veterascere) Plinius l. c. *alii praeferunt hominum potus, in coriariorum officinis pilo madefacto; alii per se, aqua iterum, largiusque etiam, quam quum bibitur admixta. Quippe plus iam ibi mali domandum est, quum ad virus illum vini homo accesserit.* Vrinam et per se et cum coriariorum recrementis laudant Geoponica II, 22 praecipue ad vineam stercorandam. Idem fecit iam olim Theophrastus de Causis Pl. III, 12 et 23, eoque lactamine ait arbores quasdam silvestres in urbanum habitum transiisse. Quod vero veterascere et defervere antea vult Columella, vim causticam urinae mitigare voluit, quod fit usu officinarum coriariorum et fullonum, quae

huic[m] commode frugiferas arbores et praecipue oleas rigare. nam per se quoque adhibita multum iuvat. Sed usus[n] utriusque maxime per hiemem est, et adhuc vere ante aestivos[o] vapores, dum etiam vites et arbores oblaqueatae[p] sunt. Tertium locum obtinet[q] pecudum 4
stercus, atque in eo quoque discrimen est: nam optimum existimatur, quod asinus facit; quoniam id animal lentissime mandit,[r] ideoque facilius concoquit, et bene[s] confectum atque idoneum protinus arvo fimum reddit. Post haec[t] quae diximus, ovillum, et ab hoc caprinum est, mox caeterorum[v] iumentorum armentorumque. Deterrimum ex omnibus suillum habetur.[x] Quin etiam 5
satis profuit[y] cineris usus[z] et favillae. Frutex vero lu-

veter amurga P. *anurga* etiam Sang. deinceps *avet* Sang. (m) *hinc* Gr. (n) *huius* Br. (o) *aestivus temperes* P. Voluit *aestivos tepores.* (p) Ita pro *ablaq.* solae Commel. et Gesn. (q) *optinet* I. B. Br. R. (r) *mandit. Id ideoque* Eaed. *mandat* P. paulo antea *quia id.* (s) *paene* Saog. (t) *haec quae — caprinum est* om. P. Sang. (v) *caeterorum dum in iumentorum* P. *ceterum dum iumentorum* Sang. (x) *habeatur* Sang. (y) *prodiatur* P. *prodicitur* Sang. Voluit

magnum etiam discrimen spectant urinae, ex potu vini aut cerevisiae concoctae. Ceterum ex Sang. etiam *passus veterescere* omisso *fueris* laudat et in *passus sis viescere* mutat Heinsius Advers. III, p. 460.

Ablaqueatae) Restitui formam hanc, cui ex sola Commel. Gesner substituit alteram *oblaqueatae*; quod tamen in Catone c. 29 non fecerat. Ceterum ipse etiam formam alteram veram censeo esse. Vide ad locum Catonis notam.

Asinus) Palladius I, 33, haec omnia transtulit. *Stercus asinorum primum est, maxime hortis*; armenta et favillam omittit. Plinius l. c. *Proxime (a lotio) spurcitias suum laudant, Columella solus damnat.* Geoponica II, 21. distinguunt usum ita: μετὰ δὲ ταύτας ἡ βοεία. καλλίων δὲ τούτων οὖσα ἡ ὑεία κόπρος ἀνεπιτήδειός ἐστι τοῖς σπορίμοις, διὰ τὴν πολλὴν αὐτῆς θερμότητα· καίει γὰρ εὐθέως τὰ σπόριμα. Ad arbores laudat etiam Theophrastus H. P. II, 8. De asinino Plinius ibidem sic: *Quidam etiam bubulo iumentorum praeferunt ovillumque caprino, omnibus vero asininum, quoniam lentissime mandunt. E contrario usus adversus utrumque pronunciat.*

Iumentorum armentorumque) Graece uno verbo λοφούρων dixit Theophrastus C. P. III, 7: quorum stercus leve, nec calefacere nec exsiccare tantum ait, quantum reliquorum animalium stercus acre et vehemens.

Cineris) Fimum siccum duobus in locis hoc genus appellavit Columella III, 11, 4; V, 9, 14. Cineris usum apud Transpadanos memorat Plinius 17, c. 9. Ceterum ex lectione Pol. et

pini succisus optimi stercoris vim praebet. Nec ignoro,
quoddam esse ruris genus, in quo neque pecora, neque
aves[a] haberi possint: attamen inertis est rustici eo quo-
6 que loco defici stercore. Licet enim quamlibet frondem,
licet e vepribus et e viis[b] compitisque[c] congesta colli-
gere; licet filicem[d] sine iniuria vicini etiam cum offi-
cio decidere, et permiscere cum purgamentis cortis;[e]
licet depressa fossa,[f] qualem stercori reponendo primo
volumine fieri praecepimus,[g] cinerem coenumque clo-
acarum et culmos caeteraque quae everruntur, in
unum congerere.[h] sed eodem medio loco robustam
materiam[i] defigere convenit. namque ea res serpen-
tem[k] noxiam latere[l] in stercore prohibet. Haec ubi
7 viduus pecudibus ager. nam ubi greges quadrupedum
versantur, quaedam quotidie,[m] ut culina[n] et caprile,[o]

proficitur. (z) *usus* om. I. B. Br. R. Sang. (a) Vulgo *avis.* Mecum Sang. (b) *et e viis* addidi ex Goes. Sang. (c) *compitibusque* Iens. Br. Lips. *cespitibusque* B. R. (d) *felicem* P. (e) *cohortis* I. B. Br. R. S. (f) *fossa* om. P. S. (g) Ita pro *praecipimus* I. B. Br. R. A. Iunt. G. H. (h) *coagere* P. *congregare* L. (i) *materiem* I. B. Br. R. Iunt. A. H. S. (k) *serpentem noxiam* I. B. Br. R. Sang. *serpentium noxiam* Goes. (l) *latere* om. P. (m) *cuottidie* P. (n) *at culmina* Anonymus in margine Reg. (o) Vulgo *caseale:*

Sang. legendum fuerit: *satis proficitur cineris usu.* Ponted. ex Tromb. praefert *cineris vis.*

Frutex lupini) Plinius XVII, a. 6: *inter omnes constat, nihil utilius esse lupini segete, priusquam siliquetur, aratro vel bidentibus versa, manipulisve desectae circa radices arborum ac vitium obrutis.*

E viis) Haec ex Goes. et Sang. addidi, quae in *et triviis* mutari Burmann ad Petron. c. 134, deleri veluti glossam vocabuli *compitia* volebat Schoettgen. Equidem simpliciter lectionem optimam cum Nic. Heinsio ad Petronii l. c. approbo.

Serpentem noxiam latere) Quia liber Polit. omittit verbum *latere*, Pontedera ex vocabulo *noxia* effingit *nasci.* Varro sic I, 38: *in eo, si in medio robusta aliqua materia sit depacta, negant serpentem nasci:* unde Plinius XVII, a. 8: *palo e robore depacto — ita fore, ne innascantur his serpentes.* Vides, Plinium interpretari *robustam* e robore. Ita etiam Cato c. 18, 4 et 8, dixit *robustos stipites.* Equidem vulgatum *serpentum noxam* ex libris optimis correxi.

Caprile) Vulgatum *caseale* aperte vitiosum ex libro Lips. corrigi iussit Pontedera; caprile enim quotidie verri vult Columella libro VII, c. 6. Sed praeterea etiam *culinam* h. l. abesse

quaedam pluviis[p] diebus, ut bubulia[q] et ovilia debent emundari. Ac[r] si tantum frumentarius ager est,[s] nihil refert genera stercoris separari:[t] sin autem surculo et segetibus atque etiam pratis fundus est dispositus, generatim quodque[v] reponendum est, sicut caprarum et avium. Reliqua deinde in praedictum locum concavum[x] congerenda,[y] et assiduo[z] humore satianda[a] sunt, ut herbarum semina culmis caeterisque rebus immista[b] putrescant. Aestivis deinde mensibus non[c] 8
aliter, ac si repastines, totum sterquilinium[d] rastris permisceri oportet, quo facilius putrescat, et sit arvis idoneum. Parum autem diligentes existimo esse agri-

I. B. Br. R. *caesale*. Goes. *caerile*. Sang. *caerilae*. Mecum Lips. (p) *pluviis salientibus bubilia* Sang. sed *salentibus* ex Sang. Gronovius *pluviis salentibus bubilia et obilia debet emundari* P. (q) *bubulia* I. B. Br. R. (r) Ita pro *At* Eaed. (s) *sit* Eaed. (t) *separari* ex L. posuit Gesner; voluit *separare*, quod est in Sang. (v) Vulgo *quoque*. (x) *concabom* P. (y) *erigenda* I. B. Br. R. Voluerunt *egerenda*. quod Anonymus in margine R. annotavit. (z) *ad sileo ummere* P. (a) *satienda* G. St. (b) *immixta* I. B. Br. R. (c) *non*

vellem. Voluit enim aperte Columella de pecudum stercore loqui. Itaque malim *suile* et *caprile*. De suili Columella VII, 9, 14: *diligens porculator frequenter suile converrat et haras saepius — mundissimum tamen cubile desiderat*. Vulgatum *caseale* Scaliger cum Turnebo interpretabatur locum, ubi casei conficiuntur et reponuntur; alii *caesale* latrinam explicabant. Culinam nemo defendet ex loco Aggeni Vrbici Comment. in Frontinum de Agrorum Qualitatibus, ubi est: *Sunt in suburbanis loca publica, inopum destinata funeribus, quae loca culinas appellant*. Vide Gesneri Thes. L. L. qui culinam etiam de latrina dici voluit. Sed neutra significatio h. l. convenit. Festus culinam dici ait locum, in quo epulae in funere comburuntur. Catalecta: *Neque in culinam et uncta compitalia dapesque ducis sordidas*: ubi *Ditis* corrigit Pontedera ad Varronem in Antiqq. In lapide vetusto sacris aedibus adnexa culina est: *Herculi Saxano Sacrum Ser. Sulpicius Trophimus aedem, zothecam, culinam pecunia sua a solo restituit*. In alio: *Iunoni sacrum M. Magius — aedem, Signa X, Porticum Maceriis II. culinam et locum in quo ea sunt V. S. L. M.* Haec attulit Pontedera ad Varron. I, 13, 2.

Quodque) Ita recte Vrsinus emendavit vulgatum *quoque*; idem volebat deinceps *ovium* legi.

Assiduo humore) Palladius I, 33: *humor abundans hoc praestabit stercori, ut si qua insunt spinarum semina, putrefiant*. Videtur igitur h. l. *spinarum semina* legisse; aut traduxit ex libri I, cap. 6.

Rastris permisceri) Geoponica II,

colas, apud quos minores singulae pecudes tricenis[e] diebus minus quam singulas itemque maiores denas[f] vehes stercoris efficiunt. totidemque singuli homines, qui non solum ea purgamenta, quae ipsi[g] corporibus edunt, sed et quae colluvies[h] cortis[i] et aedificii quo-
9 tidie gignit, contrahere[k] et congerere possunt. Illud quoque praecipiendum habeo,[l] stercus omne quod tempestive repositum[m] anno requieverit, segetibus esse maxime utile; nam et[n] vires adhuc solidas habet, et herbas non creat: quanto autem vetustius sit,[o] minus prodesse; quoniam minus valeat. itaque pratis quam recentissimum debere[p] iniici, quod plus herbarum progeneret: idque mense Februario luna crescente fieri oportere. nam ea[q] quoque res aliquantum

aliter om. P. (d) *sterculinium* P. (e) *trigenis* P. (f) *duas* Goes. *denare positum annum req; verit segetibus esse vertecori efficiunt* P. *dena repositum annum requieverit segetibus esse vel stercori* Sang. sed ex Sang. Gronovius posuit: *esse vel stercoris ef.* (g) *illi* P. S. *ipsis corp. accidunt* Lips. (h) *coluvies* B. Br. R. *calliopes* P. *colliopis* Sang. (i) *cohortis* Br. Sang. (k) *contrait* P. (l) *veo* P. S. pro *aveo.* (m) *repositum — segetibus esse* om. P. Sang. (n) *et* om. P. S. (o) *sed* P. S. voluerunt *est*. deinde *quom* Br. (p)

22: ταῖς ἅμαις ἕως τοσούτου κινοῦσι, ἕως οὗ πᾶσα συμμιγεῖσα καὶ ἑνωθεῖσα ἡ κόπρος χυλώδης γένηται.

Itemque maiores) Plinius XVIII, sect. 53: *ut hanc quoque maiorem curam determinemus, iustum est, singulas vehes fimi denario ire, in singulas pecudes minores: in maiores denas: nisi contingat hoc, male substravisse pecori colonum appareat.* quem locum pessime interpretatus Harduinus non vidit in *denario ire* latere mensis seu triecenorum dierum vocabulum et numerum. De vehibus vide XI, 2, 86. — *denas vehes stercoris* monet Pontedera in *binas* mutandas esse. Sed locum Plinii a me positum non viderat, ubi Pintianus pro *denario* malebat *die triceno* scribi.

Anno requieverit) Palladius I, 33: *stercus quod anno requieverit, segetibus* (alii libri *satis*) *utile est, nec herbas creat: si vetustius sit, minus proderit. pratis vero recentia stercora proficient* (alii libri *proderunt*) *ad uber herbarum.*

Vetustius) Exstat apud Aristotelem H. A. V, 19, observatio de muscarum ortu haec: αἱ δὲ μυῖαι ἐκ τῶν σκωλήκων τῶν ἐν τῇ κόπρῳ τῇ χωριζομένῃ κατὰ μέρος. διὸ καὶ οἱ περὶ ταύτην τὴν ἐργασίαν ὄντες μάχονται χωρίζειν τὴν ἄλλην τὴν μεμιγμένην, καὶ λέγουσι τότε κατεργάσθαι τὴν κόπρον.

Nam ea quoque) Palladius Septembri 4: *quum luna minuitur; quae res*

foeni fructum adiuvat. De caetero usus stercoris qualis in quaque re debeat esse, tum dicemus, quum[r] singula persequemur.[s]

XV. (XVI.) Interim qui frumentis arva praeparare
volet, si autumno sementem facturus est, mense Sep-
tembri: si vere, qualibet[a] hiemis parte modicos acer-
vos luna decrescente disponat,[b] ita ut plani loci iuge-
rum duodeviginti,[c] clivosi quatuor et viginti vehes
stercoris teneant: et, ut paulo[d] prius dixi, non antea
dissipet[e] cumulos, quam erit araturus.[f] Si tamen aliqua 2
causa[g] tempestivam stercorationem facere prohibuerit,
secunda ratio[h] est, ante quam seras[i] more seminantis

devehere iniicique debere L. (q) *et quoque* S. omisso *res*. (r) *cum in* P. (s) *prosequemur* I. B. Br. R. Ceterum *sterceris* et *sterceri* in Sang. ubique scriptum esse testatur Gronov.

Cap. XV. (a) *libet* P. (b) *disputat* P. (c) Ita pro *duodecim* Br. *duo et viginti* Lips. (d) Ita pro *paullo* Br. (e) *disputet* L. *disputat* Sang. (f) Ita pro *saturus* Sang. *arcturus* P. *acturus* ex Sang. Gronovius. (g) *causa cum tempestiva a* P. S. (h) *satio* I. B. Br. R. (i) Vulgo *sarrias* P. *sariat more*

si servetur, herbis officiet. Scilicet ut noster cap. 16 monet, ad segetem stercus decrescente luna egerendum est, contra in prata crescente, quo plus herbis proficiatur recenti stercore ingesto.

De caetero usus) Malim cum Vrsino *de caetero usu stercoris.*

Cap. XV. *Qualibet*) Palladius Sept. 1: *eiiciuntur quidem laetamina et qualibet hiemis parte, sed si tempore suo eiici aliqua ratione non poterunt, antequam seras, more seminis per agros pulverem stercoris spargere, vel caprinum manu proiice, et terram sarculis misce.*

Duodeviginti) Ex Lips. libri lectione *duo et viginti* et cap. 5, Pontedera correxit vulgatum *duodecim*. Accedit Brusch. et Plinius XVIII, sect. 53: *autumno aliquid saturus Septembri mense fimum inaret post imbrem. Vtique si verno erit saturus, per hiemem fimum disponat. Iustum est, vehes octodecim iugero tribui; dispergere autem priusquam arescat aut iacto semine.* Postrema verba vitiosa censeo in Plinio. Vide etiam infra ad XI, 2, 86.

Araturus) Hanc librorum lectionem praeferebat etiam Pontedera ex cap. 5, ubi est: *iugerum desiderat, quod spissus stercoratur vehes quatuor et viginti; quod rarius, duodeviginti. Disiectum deinde protinus fimum inarari et obrui convenit.* Palladius Sept. 1: *uni iugero asserit Columella 24 stercoris carpenta sufficere, in plano vero 18, sed iidem cumuli tot dissipandi sunt, quot ea die poterunt exarari.*

Secunda ratio) Plinius 18, sect. 53: *si haec omissa sit stercoratio, sequens est, priusquam sarriat, aviarii pulvere.*

ex aviariis pulverem stercoris per segetem spargere.
Si et is non erit, caprinum manu iacere, atque ita
terram sarculis permiscere. ea res laetas segetes red-
dit. Nec ignorare colonos oportet,[k] sicuti refrigescere
agrum, qui non stercoretur,[l] ita peruri, si nimium
stercoretur: magisque conducere agricolae, frequen-
3 ter id potius, quam immodice facere. Nec dubium,
quin aquosus ager maiorem eius copiam, siccus mi-
norem desideret.[m] alter, quod[n] assiduis humoribus ri-
gens hoc adhibito regelatur: alter, quod per se tepens
4 siccitatibus,[o] hoc assumpto[p] largiore torretur; propter
quod nec deesse ei talem materiam nec superesse
oportet. Si tamen nullum genus stercoris suppetet,

minatis S. *sariat more minantis.* (k) *oportere* P. *oportere reor* Sang. (l) *stergoretur* P. (m) *desiderat* Br. (n) *qui arvis* P. *quod a suis* Goes. (o) *siccitatibus ad hoc adsumpto largioribus tolleretur* P. S. (p) *absumpto* I. B.

post quae verba addo, quae paulo antea vitiosa censui *iacto velut semine* aut *ceu semine*. Alias enim locus *Plinii*, qui manifesto ex Columella est traductus, sensu caret omni. In Plinio ante Harduinum legebatur: *prius quam serat, ante pulverem.* Codices tamen aliqui *seriat* et *sariat* habent scriptum. Sed ratio et auctoritas Palladii, supra laudati, legere in Columella et Plinio iubet *seras* et *serat*. Nam si agro iam seminato, qui sarritur, stercus iniiciatur, nec agro nec frugibus profuerit. Itaque vulgatum *sarrias* correxi. Poterit tamen vulgata lectio etiam defendi ex eo quod sequitur: *atque ita terram sarculis permiscere*. id enim est *sarrire*. Sed diligentia Columellae postulabat, ut antequam de sarritione loqueretur, de stercore et semine ipso iniiciendo loqueretur, et tempora uniuscuiusque iniiciendi doceret. Igitur antecedere *sationis*, sequi debebat *sarritionis* mentio. *Aviarii* mentionem nec Palladius fecit, sed simpliciter pulverem stercoris spargi iubet. Alii cum ipso semine columbinum stercus in arvum spargebant, annotantibus Quintiliis Geopon. II, 21.

Refrigescere) Plinius 18, sect. 53: *Ager si non stercoratur, alget; si nimium stercoratus est, aduritur: satiusque est id saepe, quam supra modum facere. Quo calidius solum est, eo minus addi stercoris, ratio est.*

Immodice) Palladius Sept. 4: *nec prodest nimium stercorare uno tempore, sed frequenter et modice. Ager aquosus plus stercoris, siccus vero minus requirit. Sed si lactaminis copia non abundat, hoc pro stercore optime cedit, ut sabulosis locis cretam vel argillam spargas, cretosis ac nimium spissis sabulonem hoc etiam segetibus proficit, et vineas pulcherrimas reddit; nam lac tamen in vineis saporem vini vitiare consuevit.*

ei[q] multum proderit fecisse,[r] quod M. Columellam pa-
truum meum doctissimum et[s] diligentissimum agrico-
lam saepenumero usurpasse memoria repeto, ut sabu-
losis locis cretam ingereret, cretosis ac nimium densis
sabulum: atque ita non solum segetes laetas excitaret,
verum etiam pulcherrimas vineas efficeret. Nam idem 5
negabat[t] stercus vitibus ingerendum, quod saporem
vini corrumperet: melioremque[v] censebat esse mate-
riam vindemiis exuberandis, congesticiam[x] vel de ve-
pribus vel denique aliam quamlibet arcessitam[y] et
advectam humum. Iam vero et[z] ego reor, si deficiatur
omnibus rebus agricola, lupini certe expeditissimum[a]
praesidium non deesse: quod quum exili solo[b] circa
Idus Septembris sparserit et inaraverit,[c] idque tempe-
stive vomere vel ligone succiderit, vim optimae[d] ster-
corationis exhibebit.[e] Succidi autem lupinum sabulosis 6
locis oportet, quum secundum florem, rubricosis, quum

Br. R. Vulgo *assumto.* (q) *et* I. B. Br. R. *suppetit, multum* Sang. (r) *fecisse* om. L. (s) *et diligent.* om. P. deinceps *pabulosis locis* Sang. (t) *negat* S. (v) *meliorem* I. B. Br. R. deinde *censerat* Sang. (x) *congestitiam* Br. (y) *accersitam* I. B. Br. R. *alia* Sang. (z) Ita pro *ut* ex I. B. Br. R. Gesner. (a) *praesid. exped.* Br. (b) *exilii sola circa* P. Goes. Sang. Vulgo *loco.* (c)

Sabulosis locis cretam) Plinius 17, cap. 5 extremo: *Terram terra emendari, ut aliqui praecipiunt, super tenuem pingui iniecta, aut gracili bibulaque super humidam ac praepinguem, dementia operae est. Quid potest sperare, qui talem colit?* Ita suo ipse iudicio rerum rusticarum et naturalis scientiae infantiam prodidit, qui tamen de margae generibus et utilitate alibi tradidit. Olim Theophrastus de C. P. III, 25, eandem doctrinam proposuit cum Columella. Calcis usum ad foecundandos agros Heduorum et Pictonum ipse Plinius memorat XVII, c 8. Ad oleas cinerem e calcariis fornacibus adhibet Columella. Ad agros foecundandos calcis et margae usum ignorat cum Catone, Varrone et Palladio; nec in Geoponicis legi, quod huc referre possem. Varro tamen meminisse videtur margae I, 7, 8, ipse cretam fossiciam vocat.

Negabat) Hoc Palladius Aug. 2: *hoc tempore, si terra exilis in vinea est, et vinea ipsa miserior, tres vel quatuor lupini modios in iugero sparges, atque ita occabis. Quod ubi fruticaverit, evertitur, et optimum stercus praebet in vineis, quia laetamen propter vini vitium non convenit inferre vinctis.* Idem Septembri 9: *hoc mense,*

tertium egerit.[f] Illic dum tenerum est convertitur, ut celeriter ipsum putrescat, permisceaturque gracili solo: hic iam robustius, quod[g] solidiores glaebas diutius sustineat et suspendat, ut eae solibus aestivis vaporatae resolvantur.

XVI. (XVII.) Atque haec arator exsequi poterit, si non solum, quae retuli,[a] genera pabulorum providerit, verum etiam copiam foeni, quo melius armenta tueatur, sine quibus terram commode moliri difficile est: et ideo necessarius ei cultus est etiam prati, cui vete-
2 res Romani primas[b] in agricolatione tribuerunt. Nomen quoque indiderunt ab eo, quod protinus esset paratum, nec magnum laborem desideraret. M. quidem Porcius et illa commemoravit, quod nec tempestatibus affligeretur, ut aliae partes ruris, minimique[c] sumptus egens,[d] per omnes annos praeberet reditum, neque

inaravit P. *arserit et inaruit* Sang. (d) *optime* Br. A. Iunt. H. (e) *exhibet* L. (f) *florem* add. I. B. Br. R. (g) *quo* Goes. S. *solidioris glebas* Br.

Cap. XVI. (a) *rettuli* Br. (b) *primas* om. P. *primas* et *tribuerunt* om. L. (c) *minimaeque* P. S. *sumptus* ex Br. S. restitui. (d) *erens* P. *eroris* S. *omnis*

ut loca foecundentur exilia, lupinus circa Idus seritur, et ubi creverit, vertitur vomere, ut putrefiat excisus.

Tertium) Ter enim florere lupinum annotavit etiam Plinius XVIII, sect, 46. *Ad rubricam*, inquit, *alendam post tertium florem verti debet, in sabulo post secundum*. Crescentius II, 43, suo tempore lupinus eodem consilio seri, a Mediolanensibus raphanos, ab aliis galegam ait; in Britannia fagopyrum, trifolium et alia legumina ita seri et aratro converti stercorandi agri causa, monet Dickson I, p. 303. Graecos ita fabae segetem aratro vertisse, discimus ex Theophrasto H. P. VIII, 9. qui Thessalos et Macedonas nominat. Ceterum *lubricosis* in Sang. esse testatur Gronovius.

Praeruptae) ex ingenio Vrsinus suo dare voluit, quod confirmarunt libri scripti pro vulgato *praerupti*, quod tamen Gesnerus non audebat damnare.

Cap. XVI. *Armenta*) Isidorus XV, 13: *Pratum est cuius foeni copia armenta tuentur, cui veteres romani nomen indiderunt ab eo quod protinus sit paratum, nec magnum laborem culturae desideret.* unde h. l. malim legi *magnum laborem culturae desideret.*

Nomen quoque) Varro I, 7, 10. Plinius XVIII, sect. 6: *et prata antiqui parata dixere.* Idem sect. 67: *pratorum facillima agricolis cura ac minimi impendii.* ea quo loco vulgata sect. 2 lectio *minimique* defenditur.

Suntus egens) Ex lectione libri Polit. et Sang. suspicor, olim h. l. fuisse

eum simplicem, quum etiam in pabulo non minus red-
deret, quam in[d] foeno. Eius igitur animadvertimus 3
duo genera, quorum alterum est siccaneum, alterum
riguum. Laeto pinguique campo non desideratur in-
[e]fluens rivus, meliusque[f] habetur foenum, quod suapte
natura succoso[g] gignitur solo, quam quod irrigatum[h]
aquis elicitur, quae tamen sunt necessariae,[i] si macies
terrae postulat. nam et in densa[k] et resoluta humo
quamvis exili pratum fieri potest, quum facultas irri-
gandi datur. Ac nec[l] campus concavae positionis esse 4
neque collis praeruptae[m] debet: ille, ne[n] collectam
diutius contineat aquam; hic, ne statim praecipitem[o]
fundat. Potest tamen mediocriter acclivis, si aut pin-
guis est aut riguus ager, pratum fieri. At[p] planities[q] 5
maxime talis probatur, quae exigue prona non patitur
diutius imbres aut influentes rivos immorari, sed ut[r]
quis eam supervenit humor, lente prorepit.[s] Itaque si

deinde Br. (e) *in* om. I. B. Br. R. (f) *melius* Sang. (g) *succo suo* I. B. Br. R. L. *natura aquis et eligitur, quae tamen* Sang. (h) *irrigatu* I. B. Br. R. (i) *necessario* B. R. (k) *inde et resoluta* S. (l) *ne* I. B. Br. R. (m) *praerupti* ante Gesnerum. Rectum in Lips. *praerupte debent* P. S. (n) *nec* I. B. R. recte Br. (o) *praecipiter* Lips. (p) *Ad* I. B. R. recte Br. (q) *planicies*

lectum *minimi sumtus et laboris*. Ipse Columella deinceps cap. 18: »cultus pratorum maioris curae quam laboris est.«

Cum etiam in pabulo) Plinius 18, sect. 67, no. 5: *ter vero plerisque in locis: et postea in ipso pabulo non minus emolumenti est quam a foeno. Armentorum id cura iumentorumque progeneratio suum cuique consilium dabit, optimo maxime quadrigarum quaestu.*

Laeto pinguique) Plinius XVIII, sect. 67: *relinqui debent prata in laeto solo vel humido vel riguo, eaque aqua pluvia rigari via publica.* Palladius Septembri c. 10: *Si eligendi facultas est, locum pinguem, roscidum, planum, leviter inclinatum, vel huiusmodi vallem deputabimus, ubi humor nec statim praecipitari cogitur, nec diu debet inhaerere. Potest quidem et soluto et gracili solo prati forma, si rigetur, imponi.*

Et in densa) Palladius *solutum et gracile solum* modo ex h. l. memoravit, et vitium arguit lectio libri Sangerm. *nam et inde et resoluta*. In terra densa tamen pratum fieri, etiam testatur noster c. 18, 5: *si tamen terra densior est.*

Sed ut quis eam) Vulgatae *aut si quis eam* vitium Gesneeus emendare conabatur legendo *at si quis*. Nos librum Sangerm. sequimur.

palus in aliqua parte subsidens restagnat, sulcis derivanda est. Quippe [t] aquarum abundantia atque penuria graminibus aeque est exitio.

XVII. (XVIII.) Cultus autem pratorum magis curae quam laboris est. Primum, ne stirpes aut spinas [a] validiorisque incrementi herbas inesse patiamur: atque alias ante hiemem, et [b] per autumnum exstirpemus, ut rubos, virgulta, [c] iuncos: alias [d] per ver evellamus, ut intuba [e] ac solstitiales spinas: ac neque suem velimus impasci, quoniam [f] rostro suffodiat [g] et cespites [h] excitet;

A. Iunt. G. Gr. H. (r) Ita pro *aut si quis* Sang. (s) *proripit* P. (t) *Qui et* P. paulo antea *erituanda est* Sang. teste Gronovin.

Cap. XVII. (a) *cineras validiorisve* P. (b) *alias* I. B. Br. R. (c) *virgultas* Sang. apud Burmann. ad Ovid Metam. IV. p. 300 h. (d) *alias cellamus ut* I. B. Br. R. *alias sigillamus* P. *alias si vellamus ut* Lips. (e) *intuba ac* [illegible] *stitialis* Br. *intuba solstitialis: ac ne quem suem* P. et S. nisi quod *ac* [illegible] S. (f) *cum* I, B, Br. R. (g) *suffodiat* P. *suo fodiat* Goes. S. (h) *caesp.*

Cap. XVII. *Magis curae*) Plinius 18, s. 67, no. 4: *pratorum facillima agricolis cura, ac minimi impendii.*

Stirpes) Palladius Septembri 10: *exstirpandus est itaque locus hoc tempore et liberandus impedimentis omnibus, vel herbis latioribus et solidis atque virgultis. Deinde quum frequenter exercitatus fuerit, ac multa aratione resolutus, submotis lapidibus et glebis ubique confractis, stercoretur luna crescenti recenti laetamine. Ab ungulis iumentorum summa intentione servetur intactus, praecipue quoties humescit, ne inaequale solum reddant multis locis impressa vestigia.* ubi recte Edd. I. B. R. habent *herbis altioribus.* Crescentius VII, 2, ex illo loco habet: *non solum spinetis et virgultis, sed etiam herbis latioribus et solidis,* Ceterum pro *spinas* h. l. cum Polit. etiam Sang. *cineras* habere, testatur Gronovius; idem deinceps *alias sigillamus.* Vbi si quid vulgata rectius lateat, id me ignorare nec coniectura assequi potuisse, fateor.

Alias ante hiemem etc.) *Alias ante hiemem alias ante auctumnum* ex suo Codice restituit Pontedera in Curis post.: alterum *alias* est etiam in Edd. pr. Tromb. Polit. deinceps *alias si evellamus* Tromb. *alias si vellamus* cum Lips. Ponted. unde vir doctus coniicit: *alias divellamus.*

Intuba) Quum per auctumnum et hiemem spinas et virgulta exstirpare iusserit, inepte nunc solstitiales spinas repetit, quae nec ullae fuerunt a scriptoribus commemoratae. Liber Sangerm. et Polit. recte *spinas* omittunt, et habent scriptum *intuba solstitialis.* Vnde malim *intuba, solstitiales herbas.* Eiusmodi *herbam solstitialem* memorat Plinius XXVI, 14, et Plautus in Pseudolo I, 1, 36. Latini scilicet ita dixerunt, quam Graeci heliotropium; et Vegetius III, 42, 2, heliotropium intubum agreste vocat. Alii forte mallent legere *intuba solstitialia.* Interim *spinas* inclusi.

Impasci) Festus: *impescere, in laetam segetem pascendi gratia immittere.*

neque pecora maiora, nisi quum siccissimum solum[i] est, quia udo[k] demergunt ungulas, et atterunt scinduntque radices herbarum. Tum deinde macriora[l] et pendula loca mense Februario luna crescente fimo iuvanda sunt. omnesque lapides et siqua obiacent falcibus noxiam,[m] colligi debent, ac longius exportari, submittique pro natura locorum, aut temporius[n] aut serius. Sunt etiam quaedam prata situ vetustatis obducta,[o] quibus mederi solent agricolae veteri eraso[p] musco seminibusque[q] de tabulato superiectis, vel ingesto stercore. quorum neutrum tantum prodest, quantum si cinerem saepius ingeras. ea res muscum enecat. Attamen pigriora[r] sunt ista remedia, quum sit 3

Commel. *cespitem* Sang. (i) *solum est* om. P. *est* om. S. (k) Ita pro *quoniam demergunt* P. *quia udo demerguntur ungulae* Goes. Sang. (l) *aspriora* P. S. *asperiora* L. (m) Ita pro *obnoxia* Sang. teste Heinsio *falcibus non iam* P. *falcibus asperiora* L. Goes. deinde *summittique* Br. (n) *temperius* Br. L. et S. teste etiam Heinsio ad Ovid. Metam. IV. 198. (o) Ita I. B. Br. R. Sang. Vulgo *obducta veteri v. er. m. quibus m. s. ag. seminibus deducta quibus* et cet L. (p) Ita pro *et erasso* scripsi. *vel eraso* Sang. (q) Ita pro

Quia udo) Hanc optimorum librorum lectionem confirmat Palladius, et ipse Columella sect. 6: *nam pecudes, ut ante dixi, molli solo infigunt ungulas, atque interruptas non sinunt herbarum radices serpere et condensari.*

Pendula) Palladius Februario 1: *locis temperatis prata incipiunt custodiri, quae prius, si macra sunt, sparso laetamine saturentur, quod eiiciendum est luna crescente. Quanto recentius fuerit, tanto plus nutriendis herbis valebit; quod a superiori parte fundatur, ut succus eius per totum possit elabi.* quae ex parte etiam ducta sunt ex nostri sectione 7.

Falcibus noxia) Vulgatam *obnoxia* corrigi ita volebat etiam Gesner, ex lectione libri Sang. commemorata etiam ab Heinsio ad Ovidii Metam. IV, 198. Pontedera probabat *asperiora*, sed non noverat lectionem Sangerm. Ernesti et *noxia et asperiora* orta putabat ex glossa.

Temporius) Codd. *temperius*, sic Sang. hic et infra VIII, 4, 3, teste Heinsio ad Ovid. II, p. 255, qui ex h. l. laudat: *omnes lapides — colligi ac longius* etc. omisso *debent*.

Obducta) Palladius Septembri 10: *Sed si prata vetera muscus obduxerit, abradendus est et scalptis eisdem locis foeni spargenda sunt semina, et quod ad necandum muscum prodest, cinis saepius ingerendus.* ubi recte, nisi fallor, solus Vincentius habet *abradendus scalpris et eisdem locis.* Vides igitur, egregie ita firmari lectionem, quam vulgatae olim ex libris optimis substitui. Non sum tamen ausus *scal-*

efficacissimum de integro locum exarare. Sed hoc,[s] si prata accepimus,[t] facere debemus. sin autem nova fuerint instituenda, vel antiqua renovanda, (nam multa sunt, ut dixi, quae negligentia[v] exolescant, et fiant, sterilia) ea expedit interdum etiam[x] frumenti caussa exarare, quia talis ager post longam desidiam
4 laetas segetes affert. Igitur eum locum, quem prato[y] destinaverimus, aestate proscissum subactumque saepius[z] per autumnum rapis vel napo[a] vel etiam faba conseremus; insequente deinde anno, frumento: tertio diligenter arabimus, omnesque validiores herbas et rubos et arbores, quae interveniunt radicibus,[b] exstirpabimus, nisi si fructus arbusti id facere nos prohi-

seminibus Br. L. Sang. (r) *pigridiora ista* P. S. (s) *haec* I. B. Br. R. S. (t) *cepimus* I. B. *coepimus* Br. et reliq. *coepius* R. *accepimus* ex L. Gesn. *adcessimus* P. S. (v) *neglegentia* P. (x) *etiam in* P. antea *eaque* S. *ea quae* P. (y) *pratum* I. B. Br. R. (z) *protinus* P. S. (a) Ita pro *napis* I. B. Br. R. S. (b) Ita pro *radicitus* S. qui deinde *si* omittit. (e) *vitiam* I. B. Br. R.

pris eraso ponere, etsi lectio librorum *vel crasso* aut *vel eraso* ducere videtur ad vocabuli alicuius omissi vestigia.

Accepimus) Ita primus ex emendatione Bronkhusii et libro Lips. correxit Schoettgeo.

Multa sunt) Palladius l. c. *quod si sterilis factus est locus carie, incuria, vetustate, exaretur, ac de novo rursus aequetur. nam prata sterilia plerumque arare conveniet.*

Quem prato) *Quem pratum* ex Edd. pr. et suo Codice, deinceps *subactumque protinus per* ex Polit. Ambr. probat Pontedera in Curis post. De posteriore scriptura assentior; ager enim *saepius subactus* segeti melius quam prato convenit.

Napo) Ita pro *napis* ex libris optimis correxi h. l. Solet enim Columella ubique *napum* singulari et *rapa* plurali commemorare. Palladius l. c. rapa sola nominat ex h. l. Plinius XVIII, sect. 67: *utilissimum simul et herbae arare, deinde cratire, serere florem et fenilibus, atque ex praesepibus feno dilapsum spargere, prius quam cratiantur. Nec primo anno rigari, nec pasci ante secunda fenisecia, ne herbae vellantur, obtriturque hebetentur. Senescunt prata, restituique debent faba in his sata vel rapis vel milio. Mox insequente anno frumento, rursusque in prata tertio relinqui. Praeterea quoties secta sint, siciliri, hoc est, quae feniseces praeterierunt, secari. Est enim inprimis inutile enasci herbas sementaturas.* quae omnia ex h. l. praepostero tamen ordine relata sunt.

Radicitus) Lectionem Sang. *radicibus*, probatam distinctione verborum, adiuvabat Heinsius ad Virgil. II, p. 655, cuius sententiam ipse secutus vulgatam correxi. Falso Ernesti ex

buerit. deinde viciam[e] permistam seminibus foeni seremus. tum[d] glaebas sarculis resolvemus, et inducta crate coaequabimus,[e] grumosque, quos ad versuram plerumque tractae faciunt crates, dissipabimus[f] ita, [ut[g]] necubi ferramentum foenisecis[h] possit offendere. Sed eam viciam[i] non convenit ante desecare, quam permaturuerit, et aliqua semina subiacenti solo iecerit. Tum foenisecas[k] oportet inducere[l] et desectam herbam religare et exportare; deinde locnm rigare, si fuerit facultas aquae:[m] si tamen terra densior est. nam in resoluta humo non expedit inducere maiorem vim rivorum, prius quam conspissatum et herbis colligatum sit[n] solum: quoniam[o] impetus aquarum pro-

A. *permixtam* Br. (d) *cum* P. *glebas* Br. (e) *coaequavimus* P. *crumosque* L. (f) *assicamus* P. *despiciemus* I. B. Br. R. *addespiciemus* L. (g) *ut* deest I. B. Br. R. (b) *foenisapes* P. *foeni sepes* Sang. *foenisecis* I. B. Br. R. L. vulgo *foenisecae*, et deinde *foenisecam messorem*. (i) *vitiam* I. B. Br. R. A. *etiam* pro *eam* Br. (k) *foenisecum* I. B. Br. R. *foeniseceas oportet* P. *foenisicas oportet inducere ac recidere* Sang. Vulgo *foenisecam messorem*. (l) *inducere ac deinde religare: rigari deinde, si fuerit* I. B. Br. R. *inducere ac recidere: rigari: deinde si fuerit* P. et S. (m) *aquae etsi* S. deinde *est* om. P. S. (o)

Heinsio lectinnem posuit Sangerm. *interveniunt radices*. Iterum enim Heinsius h. l. tractavit ad Ovidium T. I, p. 50 ed. Burm.

Viciam) Hanc etiam Palladius l. c. apargi iubet; frumenta secundi anni omisit. Compara Crescentii VII, 2.

Crate) Vegetius I, 56, 4: *Crates quae occa vocatur a vulgo*. Ita enim lege ibi pro *iacca*. Sed Vegetius ita dicit cratem, cui foenum immittitur in pabulum equorum, nobis *Raufe*. Cratis genus, stilis ferreis dentatae, habet Plinius 18, sect. 50, eoque iubet pectinari segetem in herba. Crates dentatas supertrahi agro consito iubet sect. 48. Hinc apud eum *cratire* dicitur. Dentatas crates Phanias in epigrammate dicit κτένας ἑλκυστῆρας, i. e. pectines tractiles. Graece est διὰ βοῶν σχάλλειν in Geopon. II, 24.

Dissipabimus) Ex varia librorum scriptorum lectione Pontedera efficiebat *disiiciemus*.

Foenisecas) Vulgatum *foenisecam messorem* ex libris duobus optimis correxi, ut paulo antea vulgatum *foenisecae*. Plinius ubique *fenisecem* dixit. Atque ita h. l. legi voluit etiam Vrsinus. Male libro XI, 2, 40, legebatur olim *foenisecíae instituendae*. Pontedera etiam nostram lectionem praeferebat.

Inducere et recidere, rigare deinde, si fuerit facultas aquae) ex vestigiis Edd. pr. et Polit. recte corrigit Pontedera in Curis post., monens, mentionem foeni religandi et exportandi esse alienam.

Colligatum sit solum) Palladius:

luit terram, nudatisque radicibus gramina non patitur
6 coalescere. propter quod ne pecora quidem oportet
teneris adhuc et subsidentibus pratis immittere, sed [p]
quoties herba prosiluerit, falcibus desecare. Nam pecudes, ut ante iam dixi, molli solo infigunt ungulas, atque interruptas non sinunt herbarum [q] radices serpere et condensari.[r] Altero tamen anno minora pecora post foenisicia [s] permittemus admitti, si modo siccitas
7 et conditio loci patietur. Tertio deinde quum pratum solidius ac durius erit, poterit [t] etiam maiores recipere pecudes. Sed in totum curandum est, ut secundum Favonii exortum mense Februario circa Idus immistis [v] seminibus foeni macriora loca et utique celsiora stercorentur. nam editior clivus praebet etiam subiectis alimentum, quum superveniens imber aut manu rivus [x] perductus succum [y] stercoris in inferiorem partem secum trahit. atque ideo fere prudentes agricolae etiam in aratis [z] collem magis, quam vallem stercorant: quoniam,[a] ut dixi, pluviae semper omnem pinguiorem materiam in ima deducunt.[b]

XVIII. (XIX.) Foenum autem demetitur [a] optime ante

sit om. P. S. (o) *quom* Br. deinde vulgatum *nec pecora* mutavi ex Sang. ap. Drakenb. ad Livium I. p. 53. (p) *et* P. deinde *quotiens* I. B. Br. R. (q) *herbarum* om. P. S. (r) Ita pro *condensare* Sang. (s) *foenisitia* Br. *foenisicca* P. *foenisecia* S. (t) *poterit* om. P. S. (v) *immixtis* I. B. Br. R. paulo antea *exorsum* Sang. (x) *rivos* P. (y) *sucum* P. (z) *aratris* R. (a) *quom* Br. (b) *deducant* I. B. Br. R.

Cap. XVIII. (a) *demetetur* Sang. teste Gronov. deinceps *arescat* I. B. Br. R.

rigari vero antequam durum solum fecerit (*fuerit* lego) *non debebit, ne eius cratem, minus solidam, vis interflui corrumpat humoris.* ubi recte Codex Erford. *interrumpat.* Plinius 18, s. 67, no. 2: *rigare prata aequinoctii* (*verni*) *diebus primis; quum herba creverit in festucam, arcere aquas.*

Secundum Favonii) Cato cap. 50: *Prata primo vere stercorata luna silenti quae irrigua non erunt, ubi favonius flare coeperit.* Vide etiam Catonem cap. 29, ubi etiam Plinii errorem annotavi.

Cap. XVIII. *Demetitur*) Plinius 18, s 67, 5: *Fuit hoc quoque foenisecium maioris impendii apud priores. Creticis tantum transmarinisque cotibus notis,*

quam inarescat; nam et largius percipitur, et iucundiorem cibum pecudibus praebet. Est autem modus in siccando, ut neque peraridum neque rursus viride colligatur;[b] alterum,[c] quod omnem[d] succum si amisit, stramenti vicem obtinet, alterum, (quod[e]) si nimium retinuerit,[f] in tabulato putrescit; ac saepe quum[g] concaluit,[h] ignem creat et incendium. Nonnunquam etiam[i] quum foenum caedimus,[k] imber oppressit: quod si permaduit, inutile est udum[l] movere; meliusque
patiemur superiorem partem sole siccari. tunc[m] de- 2
mum convertemus, et utrinque[n] siccatum coartabimus

S. (b) *condatur* L. (c) *alterum iterum* P. (d) *omne* I. B. Br. R. deinde *optinet* Br. (e) *quod* om. I. B. Br. R. S. igitur inclusi. (f) *retinuerit* I. B. R. (g) *cum* om. G. Gr. (h) *caluit* P. (i) *et* I. B. Br. R. (k) Ita pro *cecidimus* I. B. Br. R. S. (l) *interdum* I. B. Br. R. *olum* L. (m) *sicca demum convert.* Sang. (n) Vulgo *utrumque.* (o) Ita pro *struem* I. B. Br. R. *striga*

nec nisi oleo falcis aciem excitantibus. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato foenisex incedebat. Italia aquarias cotes dedit, limae vice imperantes ferro. Sed aquariae protinus virent. Falcium ipsarum duo genera. Italicum brevius, vel inter vepres quoque tractabile. Galliarum latifundia maioris compendii: quippe medias caedunt herbas brevioresque praetereunt. Italus foenisex dextra una manu secat. ubi Pintianus malebat *dextra ima manu.*

Inarescat) Palladius Maio I, 2: *Hoc mense in locis siccis calidis sive maritimis foena recidantur, prius tamen, quam exarescant.* Bene rationes explicat Crescent. VII, 3.

Alterum (quod) omnem) Inclusi *quod*, quoniam in Pol. libro deesse videtur, et alterum deinceps *quod* omittunt optimi libri. Vno vero omisso alterum locum amplius non habet. Paulo antea Pontedera lectionem libri Lips. *condatur* mecum praeferebat. Plinius 18, s. 67, no. 4: *secandum antequam inarescat — quidam pridie rigant; ubi non sunt rigua, noctibus roscidis secari melius. Quaedam partes Italiae post messem secant.* ita enim recte ex Codice suo Pintianus emendavit, ubi vulgo nunc est: *ubi sunt rigua. Noctibus.* Noctu prata meti vult etiam Virgilius I, 289. Ceterum vide ad Catonem c. 53. — *Alterum si nimium retinuit* ex Edd. pr. Polit. Tromb. et suo Codice probat Pontedera in Curis post. De Edd. pr. lectione antea dubitabam propter Gesneri annotationem in varietate.

Siccari. tunc demum) Palladius Maio I, 2: *quod si pluviis infusa fuerint foena, converti ante non debent, quam pars eorum summa siccata sit.*

Vtrinque siccatum) Ita recte Vrsinus correxit vulgatum *utrumque*, quod ineptum plane est. Idem primus vulgatum *struem* mutari iussit in *strigas.* Nec intercedit locus Plinii XVIII, s. 67, ubi est: *sectum verti ad solem, nec nisi siccum construi oportet; nisi*

in strigam,[o] atque ita manipulos vinciemus. nec omnino cunctabimur, quo minus sub tectum congeratur, vel si non competit[p] ut[q] in villam foenum portetur, at[r] in manipulos[s] colligatum[t] certe quicquid ad eum modum quo[v] debet siccatum erit, in metas exstrui[x] conveniet, easque ipsas in angustissimos vertices exacui. Sic enim commodissime foenum defenditur a pluviis, quae etiam si non sint, non alienum tamen est praedictas metas facere; ut si quis humor herbis inest, exudet,[y] atque excoquatur in acervis. propter quod prudentes agricolae quamvis iam[z] illatum[a] tecto non

L. P. Sang. *striam* A. Iunt. G. Gr. H. (p) *competet* I. B. Br. R. S. (q) Vulgo additum *aut* om. Goes. (r) Ita pro *aut* Goes. (s) *manipulum* I. B. Br. R. S. (t) Ita pro *colligatur. certe* Goes. (v) *quem* I. B. Br. R. S. (x) *extrui* Br. (y) *exsudet* I. B. Br. R. A. *exudet atque* om. Sang. (z) *iam* om. I. B. Br. R. (a) *in altum* L. *conponunt* Br. (b) Ita cum Gesn. B. R. Iunt.

fuerit hoc observatum diligenter, exhalare matutino nebulam quandam, metasque mox sole accendi et conflagrare certum est. Nam ille ordinem rerum agendarum singularum neglexit; nec recte sole accendi ait metas; is enim ad eam conflagrationem non requiritur, ut multis hodie experimentis constat.

In manipulos) Hodie id non fit, sed foenum in tabulata contruditur furcillis ingestum. Contra segetes desectas in manipulos vincimus hodie, quod et Graeci faciebant olim, non itém Romani, ut recte observavit Dickson II, p. 370 seqq. Paulo antea *strigam* edidimus cum Gesnero, quanquam is deinde in Thesauro L. L. maluit h. l. *striam* legi. Sed ibidem affert plura exempla ex scriptoribus agrariis, ubi *strigae* dicuntur series. Alii libri h. l. *striam* habent. Ita variatur in *strigare* et *striare*.

Vt in villam) Quum foenum omne siccatum aut sub tecto in tabulato villae condi soleat, aut in metas, extra villam exstructas, servari, correxi duce Goesiano libro vulgarem lectionem: *ut aut in — aut in manipulos colligari, certe.* quae sensum plane nullum habet. Pontedera ait duobus usitatis servandi foeni modis tertium nunc subiungi in lectione vulgata, sed inepte, itaque etiam Goesianum librum sequitur. Nescio tamen, an consilio scripserit *exsiccatum erit.*

Metas) Acervos vocat Varro I, 56, qui in tabulato conditum pecori iucundius esse monet. Vide etiam ad Caton. c. 55. Easdem Graeci κώνους dixere, auctore Galeno: κῶνος ἐν ταῖς ἅλωσιν ἔτι καὶ νῦν ἵσταται καὶ μάλιστα ἐν ταῖς ἐπόμβροις χώραις, ξύλον ὀρθὸν, ἐφ' ᾧ συντίθενται οἱ καρποὶ κωνοειδῶς. Nubilarii igitur locum in frumentis tenuit graecus κῶνος.

Defenditur) Ex Sang. *defendetur* posuit Gronovius. Sequens *iam illatum* Victorianae errore in *illatam* mutatum

ante componunt, quam per paucos dies aliquos temere[b] congestum in se concoqui et defervescere patiantur. Sed[c] iam foenisicia sequitur cura messis, quam ut recte possimus[d] percipere, prius instrumenta praeparanda sunt, quibus fruges coguntur.

XIX. (XX.) Area quoque si terrena[a] erit, ut sit ad trituram satis habilis, primum radatur, deinde confodiatur,[b] permistisque[c] paleis cum[d] amurca, quae salem non accepit,[e] extergatur.[f] nam ea res a populatione

L. P. Sang. *tenere* Iens. Br. *tenuere congestum ut* reliquae. *aliquos temere* Sang. unde *aliquos* addidi. (c) Vulgo additum *et* om. I. B. Br. R. *sed iam foenificia insequitur* Sang. *foenisitia* Br. *foeniseccas* Lips. (d) *possumus* I. B. Br. R.

Cap. XIX. (a) *terna* P. (b) *conficiatur* P. S. (c) *que* om. I. B. Br. R. S. (d) *et amurga* P. S. (e) *accipit* I. B. Br. R. S. (f) *extringetur* I. B.

reliquae deinceps propagarunt; donec Gesnerus vitium animadversum corrigeret.

Sed iam foenisicia) Ita volebat etiam Vrsinus scribi, cuius emendationem optimi libri comprobant. Vulgo *sed et iam*.

Cap. XIX. *Terrena*) Ex h. l. Palladius Iunio 4: *hoc mense area paranda est ad trituram, cuius primo terra radatur, deinde effosa leviter mistis paleis et amurca aequatur insulsa; quae res a muribus et formicis frumenta defendit. tunc premenda est rotundo lapide vel columnae quocunque fragmento cuius volutatio possit eius spatia solidare. Dehinc sole siccetur. Aliqui mundatis areis aquam spargunt et minuta ibi pecora diu spatiari ac proculcare compellunt, et quum terra ungulis stricta fuerit, spectant solidam siccitatem.* Quid h. l. in Columella *terrena* sibi velit, nescio; nisi enim ex terra area fieri non potest. Vitium igitur latere puto; aut opponitur terrenum cretae.

Extergatur) Cato c. 91: *locum confodito, postea amurca conspergito bene sinitoque combibat, postea comminuito glebas bene, deinde coaequato et paviculis verberato. postea denuo amurca conspergito, sinitoque arescat.* Eadem paulo aliter repetit cap. 129. Igitur inde nihil praesidii ad h. l. corrigendum, nisi quod inde Vrsinus h. l. *aspergatur* legi volebat. *Irrigetur* praeferebat Schoettgen, *acceperit, irrigetur* Gesner (quo melius scilicet erroris fons pateret in scriptura). Pontedera primum volebat *exteratur*, i. e. comminuatur, ex Catone; deinde praetulit *extringatur*, i. e. distringendo resolvatur exteraturque. Possis huc advocare locum Plinii XVII, s. 47: *stipula hordeacea areae stringantur*, quod interpretatur Harduinus *dense spargi et spisse*. Sed locus iste dubius adhuc est mihi. Hoc equidem video, *irrigetur* non convenire amurcae, paleis mixtae; multo minus approbaverim *extergeatur*. Palladii locus, ab interpretibus nondum comparatus, *exaequetur* offert; sed ea potest esse interpretatio lectionis *stringatur*, cuius

murium[g] formicarumque frumenta defendit. tum aequata paviculis vel molari lapide condensetur, et[h] rursus superiectis[i] paleis inculcetur, atque ita solibus siccanda relinquatur. Sunt tamen, qui prati obiacentem favonio[k] partem triturae destinant, areamque demessa faba et iniecta[l] expoliunt: nam dum a pecudibus legumina proculcantur, herbae etiam ungulis atteruntur, atque ita glabrescit[m] et fit idonea trituris[n] area.

Br. R. *extergeatur* Iunt. *exirrigetur* L. *et rigetur* Goes. P. *strigetur* Sang. (g) *murum* I. B. Br. R. A. Iunt. H. (h) *torrens superiectis* P. S. (i) Ita pro *subiectis* I. B. Br. R. Goes. Sang. Pol. deinceps *solidibus siccanda* Sang. (k) Vulgo *potius adiacentium fabalium partem*. I. B. Br. R. L. S. *pratis obiacentem favonio partem*, nisi quod *obiacente* I. B. Br. R. L. *adiacentem f. partem* Goes. (l) Ita pro *lecta* Sang. qui deinde *excolunt* cum Polit. (m) *clarescit* P. forte *calvescit* Lips. *clarescit*. (n) *frumentis* I. B. Br. R. Iunt. L. S.

exemplum exstat in loco Palladii, ubi est *terra ungulis stricta*.

Molari lapide) Videtur Palladius *columellari lapide* legisse. Plinius XVIII, sect. 44, cupressum serere docet area aequata cylindris aut *volgiolis*, ubi Codices habent *volgivalis*. idem aream ad messem hordeaceam XVIII, sect. 71, creta, amurca temperata, praeparat, aut aequatam fimo bubulo dilutiore illinit.

Sunt tamen) Vulgatam lectionem *qui potius adiacentium fabalium partem* vitiosam esse arguit vel vocabulum *fabalium*, quod de agro non dicitur, fabis consito, sed de culmis fabarum. Igitur recepi optimam librorum scriptorum lectionem, nisi quod *pratis* mutavi in *prati*. Intelligitur ager, faba in pabulum consitus. Favonium in ventilando frumento praeferebat noster. Vide deinceps sect. 5, cap. 21. Forte olim fuit *prati subiacentem*. — *Pratis obiacente F. partem* Edd. pr. Caesen. Ponted. in Curis post. *pratis obiacentem Favonio p.* Ipse Pontedera *prati adiacentem Favonio partem* ex Goes. probat.

Et iniecta) Vulgatum et *lecta* ex libris optimis correxi, sententia postulante. In Palladio manifestum est vitium et legendum ex h. l. *aliqui mundatis areis fabam spargunt et minuta ibi pecora diu spatiari ac proculcare compellunt*. Quanquam librarius in Palladio sibi satis constans fuit. Ita enim etiam libro I, 36, 1: *area vel sub ipso triturae tempore ungulis pecorum et aquae admistione solidata*. Ceterum Sangerm. libri lectionem ita excerpsit separatim Gronovius: *permistis paleis amurga quae solem non accepit, et rigetur*. — *Iniecta* ex Polit. etiam affert Ponted. in Curis post. deinceps *frumentis* pro *trituris* ex Pol. Caesen. Tromb. et suo praefert. recte! Nam impressis solo leguminibus, solum solidatum frumentis exterendis poste fit commodum.

XX. (XXI). Sed quum matura fuerit seges, ante quam torreatur vaporibus aestivi sideris, qui sunt vastissimi per ortum[a] Caniculae, celeriter demetatur.[b] nam dispendiosa est cunctatio. primum, quod avibus praedam caeterisque animalibus praebet: deinde quod grana et ipsae spicae culmis arentibus et aristis celeriter decidunt. si vero[c] procellae ventorum aut turbines[d] incesserint, maior pars ad terram defluit: propter quae recrastinari[e] non debet, sed aequaliter 2
flaventibus iam satis, ante quam ex toto[f] grana indurescant, quum rubicundum colorem traxerunt, messis facienda est, ut potius in area et in acervo,[g] quam in agro grandescant frumenta. constat enim, si tempestive decisa sint, postea capere incrementum. Sunt autem metendi genera complura. multi falcibus ve-

Cap. XX. (a) *exortum* P. Goes. Sang. antea ex Sang. *torreatur ut vaporibus* annotavit Gronov. (b) *demetur* S. (c) *vero* om. P. S. (d) *turbinibus* P. S. (e) *crastinari· incesserunt* P. *defluit quae reor* Sang. in lectione P. *incesserunt* pertinet ad varietatem verbi *incesserint*. (f) *estate* Lips. ·(g)

Cap. XX. *Indurescant*) Plinius XVIII, sect. 72: *Lex aptissima, antequam granum indurescat, et quum iam traxerit colorem. Oraculum vero, biduo celerius messem facere potius, quam biduo serius. Siliginis et tritici etiam ratio in area horreoque.* In hordeo aliam esse rationem, docet Palladius Iunio 2: *hordei culmos iacere in agris aliquantulum sinamus, quia fertur hoc modo grandescere. — tritici messem paratam esse cognosces, si aequaliter spicarum populus maturato rubore flavescit.* Sed vide notam sequentem.

Incrementum) Didymus in Geoponicis II, 27, frumenta in area ita componi iubet, ut culmus meridiem, spica aquilonem spectet, ita enim pleniora fieri grana et facilius exteri. Grandescere frumenta iam demessa a vento, inprimis aquilone, docet Theophrastus de Causis Pl. IV, 15. Est praeterea locus Theophrasti H. P. VIII, 10, ubi ait componi hordeum et triticum in acervum atque ita videri grandescere in acervo, nondum sicca demessa: *καὶ δοκοῦσιν ἁδρύνεσθαι ἐν θωμῷ μᾶλλον ἢ λιποσταχεῖν.* Scilicet grana segetis desectae et in acervum compositae nondum exsiccata in acervo concalescunt, et calore isto interno concepto tumescere et grandescere videntur Alii vim illam aquiloni tribuere malebant. Hinc patet, lectionem vulgatam in *acervo* non esse mutandam in *horreo*; atque in ipso Plinio rationem incrementi, in horreo aut in agris facti, hinc esse explicandam. Male Palladius ad hor-

ruculatis,[h] atque iis vel rostratis[i] vel denticulatis me-
dium culmum secant: multi mergis,[k] alii pectinibus
spicam ipsam legunt,[l] idque[m] in rara segete facillimum[n]
in densa difficillimum[o] est. Quod si falcibus seges
cum parte culmi demessa[p] sit, protinus in acervum
vel in nubilarium[q] congeritur, et subinde opportunis
4 solibus[r] torrefacta proteritur. Sin autem spicae tan-
tummodo recisae[s] sunt, possunt in horreum conferri,
et deinde per hiemem vel baculis excuti vel exteri

horreo quam in acervo et in agro I. B. Br. R. (h) *verlitulatis* P. *verutulatis* S. *vericulatis* I. B. Br. R. *verriculatis* rel. Vulgo *vericulatis* legitur. (i) *nostratibus* L. I. B. Br. R. (k) *mergita: pectinibus* P. (l) *alegunt* P. S. (m) *ideoque* P. S. (n) *facillimum* Gr. G. (o) *difficilimum* Gr. G. (p) *dimissa* P. (q) *nubilar* L. I. B. Br. R. S. (r) *solidibus* P. S. *oportunius* Br. (s)

deum solum transtulit, quae Columella de tritico, Theophrastus de tritico et hordeo simul tradunt.

Veruculatis) Gesnerus *vericulatis* edidit, et recte de falce veru infisa seu hastili interpretatus est. Graeci δορυδρέπανα dicunt. A veru quod et ligneum et ferreum esse potest, fit *veruculum*, quo usus est Plinius; alii *verutum* dixerunt. Ex lectione libri Polit. et Sang. *verutulatis* effeci, quod magis probo *veruculatis*.

Rostratis) Gesneri Index interpretabatur, quae continuam habent aciem. Male! Ipse enim noster IV, 25, in falca vinitoria rostrum partem aduncam interpretatur. Sunt igitur aduncae, *denticulatae* rectae. Ita nunc video interpretari *denticulatas* etiam Dickson II, p. 357, sed is tamen denticulos aciei addi volebat. In *verutulatis* plane aberravit vir doctus, quod a retis verriculi similitudine dictas putabat *vericulatas*. Ceterum quid stramentis, in arvo relictis, fiat, vide apud nostrum VI, 3, 1, De merga et pectine dixi ad Varronis l. c. 51, s. 2.

Nubilarium) Codices optimi *nubilar*, ut supra I, 7, 24. Sed in Varrone I, 13, 5, nulla est librorum scripturae varietas.

Proteritur) Varro I, 13, 5, de nubilario areae applicato: *quo et in trituram proruere facilius possis*: unde h. l. legi malim *prolata teritur*. Saltem ita oportet interpretari verbum *proteritur*. Ceterum animadversione dignum est, fruges etiam in Italia sole torrefactas fuisse, antea quam horreis conderentur; eique usui servisse videtur inprimis nubilarium; cum quo licebit aliquo modo comparare Sveciae et Curlandiae morem, ubi similiter iuxta aream, in qua equis exteritur frumentum, domus est, quam *Hitzrige* vocant, ubi grana ignis calore torrentur, antequam in aream assitam proruantur. Ratio etiam purgandorum frumentorum multis argumentis convenire videtur cum graeca et latina. Vide Besecke in Promptuario Lipsiensi Dissert. ad Oecon. et Hist. natural. spectantium anni 1786, p. 30 seqq.

pecudibus. At[t] si competit, ut in area teratur frumentum, nihil dubium est, quin equis melius quam bubus ea res conficiatur: et si pauca iuga sunt, adiicere tribulam[v] et traham[x] possis; quae res utraque culmos facillime[y] comminuit. Ipsae autem spicae melius fustibus cuduntur,[z] vannisque expurgantur. At[a] ubi pa-

rescisae H. (t) *Ad* P. *Ac* I. B. Br. R. Post *ut* addit *sic* Sang. (v) *tribulare* P. S. (x) *trahere* P. S. (y) *facilime* G. Gr. (z) Ita pro *tunduntur*

Equis) Plinius XVIII, sect. 72: *messis ipsa alibi tribulis in area, alibi equorum gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur.* Equos autem bobus praefert, quod solidam illi ungulam, hi fissam habent. Graeci adhibebant boves, equos et asinos, quos iusequebantur servi, ἐπαλῶσται dicti, qui spicas nondum satis extritas ungulis iumentorum subiicerent, teste Xenoph. Oeconom. XVIII, 5.

Tribulam) Genere neutro Varro et Virgilius, foemineo noster etiam I, 6, 23, et XII, 50, 7. Trahea videtur esse quod plostellum punicum dixit et descripsit Varro I, 52: quod rotis (orbes appellat Varro) convertendis habuisse adiunctos cylindros *(rollers)* suspicatur Dickson II, p. 391. Sed haud scio, an ita commode asses dentatos interpretari liceat. Vide locum Varronis. Graecis ignota fuit tribula. Qui nominant eam sub imperio romano, notitiam eius acceperunt. Ita in epigrammate Philippus τριβόλους ὀξεῖς ἀχυρότριβας nominat, Analector. Brunckii T. II, p. 215. Longus Pastor. 3, p. 93, ed. Villois. περιήλαυνε τοὺς βοῦς καὶ τοῖς τριβόλοις κατειργάσατο τὸν στάχυν. Bellonius Observ. I, 64. Epirotas refert frumenta exterere bobus inactis, qui asseres, chalcedonio lapide munitos post se traherent. Cylindrum canaliculatum vel columnam adhibent, et equorum ope circumagunt Pedemontani, *Rubatto* hoc genus triturae vocantes; alii Italiae populi *trebbia*. Vide *rifiorimento della Sardegna* auctore Gemelli T. I, p. 178. Sed tribulam Meister interpretatur plaustellum punicum Varronis. Vide Disp. de Trapeto Catonis. Tribulam Hispani *Trillo* vocant, trabam seu plostellum negligentes, cuius picturam dedit Townsend Itiner. T. I, p. 360, Tab. 3.

Fustibus cuduntur) Ita pro vulgo *tunduntur* scripsi ex libris optimis. Supra cap. X, 13, ubi fabam terere sine iumentis per aream et sine vento purgare docet: *et baculis furcillisve contundunt — ac durissimae quidem acus — separatae erunt a cudentibus.* Baculi et fustes iidem esse videntur hoc in loco; forte etiam *perticae* Plinii, quibus frumenta flagellantur. Quae sint furcillae nostri supra X, 13, dubito.

Vannis) Supra X, 13, docuerat fabas sine vento purgare tritas; hoc ubi docuerat et in bis verbis desierat: *ac durissimae quidem acus reiectae separataeque erunt a cudentibus*, pergit rationem purgandi cum vento docere: *minutae vero quae de siliquis cum faba resederint, aliter secernentur. Nam cum acervus paleis granisque mixtus in unum fuerit congestus, paulatim ex eo ventilabris per longius spatium iactetur,*

leis immista sunt frumenta, vento separentur.[b] ad eam rem Favonius habetur eximius, qui lenis[c] aequalisque aestivis mensibus perflat: quem tamen opperiri[d] lenti est agricolae: quia saepe[e] dum expectatur, saeva nos hiems[f] deprehendit. Itaque in area detrita frumenta sic sunt aggeranda,[g] ut omni flatu possint excerni. At si compluribus diebus undique silebit aura, vannis[h] ex-

P. Goes. S. (a) *Aut* P. S. (b) *seperentur* Lips. *separantur* S. (c) *levis* I. B. Br. R. Sang. (d) *operiri* Br. (e) *saepe* addidi ex P. S. *expetatur* ex Sang. Gronov. (f) *hiemis* P. (g) Ita pro *aggerenda* I. B. Br. R. A. Iunt G. H. *egeranda* L. (h) *manibus* P. S. *manibus, id quod fieri in Hispania*

quo facto palea — citra decidet — faba, quae longius emittitur, eo perveniet, quo ventilator eam iaculabitur. Quod igitur h. l. paulo post sequitur *vento separentur*, idem est ac si dixisset *ventilabris*. Eandem vanni et ventilabri distinctionem paulo post iterum repetit. Meminisse autem oportet ventilabris seu vento purgari frumenta et legumina h. l. in area. Capisterio purgare tritici grana docet noster II, 9, 11: ubi vide. De capisterio nihil annotavit Dickson; sed ventilabra interpretatus *Shovels*, (quod est ipsum nostrum *Schaufeln, Wurfschaufeln*) comparavit cum graeco πτύον, quod Homerus iam memoravit Iliad. XIII, 588. Scholia graeca Homeri πτύον interpretantur ligneum instrumentum, manus formam habens quasi digitatum, atque ita permutant πτύον et θρῖναξ; hic enim erat digitatus, et rastro latino respondet. In Aristoph. Pace vers. 567, in cultura ficuum, vitium et olearum mentio fit θρίναχος, ubi male vulgo vertebant ventilabra, recte admonente Brunckio. Pollux Onom. I, s. 225, ἀποκαθῆραι τὰ ἄχυρα τῷ προκάνῳ, ubi recte Codex πλοκάμῳ et Hemsterhusius vannum seu cribrum areale ex Servio interpretatur; et s. 245, pro πρόκανον iterum Codex πλόκαμον. Sed X, s. 129: πλόκανον et κόσκινον iuxta nominantur. Sed de θρίναχος usu dixi accuratius ad Nicandri Theriac. vers. 114.

Favonius) Plinius XVIII, s. 73: *Columella et Favonium ventum conferre frumento praecipit; quod miror equidem, siccissimum alioqui.* Cum nostro facit Tarentinus Geopon. II, 25. Huc pertinet epigramma Analect. T. I, p. 153, ubi Eudemus Zephyro sacellum in agro dedicat: τῷ πάντων ἀνέμων πιοτάτῳ Ζεφύρῳ. εὐξαμένῳ γάρ οἱ ἦλθε βοηθόος, ὄφρα τάχιστα λικμήσῃ πεπόνων καρπὸν ἀπ' ἀσταχύων: ubi corrige πρηϋτάτῳ ζεφύρῳ. Plato in Timaeo p. 535: τὰ δὲ κινούμενα ἄλλα ἄλλοσε ἀεὶ φέρεσθαι διακρινόμενα, ὥσπερ τὰ ὑπὸ τῶν πλοκάνων τε καὶ ὀργάνων τῶν περὶ τὴν τοῦ σίτου κάθαρσιν σειόμενα καὶ ἀνικμώμενα. unde patet, πλόκανον esse vannum.

Vannis) Nescio quid sit, quod libri optimi *manibus* habent h. l. Goesetiam addit: *id quod fieri in Hispanis intelligo.* Manifesto inepta est lectio *manibus*; nec quo referatur additum supplementum Goes. comminiscor. Praeterea merito miratur Auctor libri

purgentur, ne post nimiam ventorum segnitiem vasta tempestas irritum[i] faciat totius anni laborem. Pura[k] deinde frumenta, si in annos reconduntur, repurgari[l] debent. nam quanto sunt expolitiora, minus a curcu-

intelligo Goes. (i) *In ritum iaciat* P. (k) *Quae* Lips. (l) *reteri* I. B. Br.

paulo antea nominati, *Rifiorimento della Sardegna* l. c. p. 185. Columellam b. l. solum vannum memorare, nec ventilabrum adhibere, quum nostri agricolae undique silente vento maiore cum temporis compendio ventilabro utantur, quam vanno. Hinc sequitur, ventilabrum, quo flante vento veteres agricolae utebantur tantum, aliam habuisse formam, quam nostrum, nec eo potuisse rusticos uti silente vento. Oppianus in Halieuticis ventilabrum appellat poëtice ἐρετμοὺς χερσαίους, i. e. remos terrestres, eiusque usum flante vento ponit; ex qua similitudine possis arguere formam plane eandem cum ventilabro nostro. Sed Graeci nominant in ventilando frumento θρίναξ, idque instrumentum tribus dentibus asperum, veluti rastrum vel furcam tridentem pingunt. Hinc suspicor, ventilabrum latinum esse graecum θρίναξ, cuius usus erat valde commodus ad dispergendas et separandas frumentorum paleas, sed ineptus ad iactanda et purganda semina seu grana ipsa. Inter vitilia opera Varro I, 23, 5, refert *vallos*, atque iterum vallis subiactari ait grana I, 52, 2. Itaque vannus est Graecorum πλόκανον. Virgilius Georg. I, 166, similiter ad virgeam supellectilem refert crates et vannum. Est igitur quem hodieque Galli *Van* dicunt, nostri *Schwinge*. Servius ad Virgilium *vas vimineum latum* interpretatur, seu *cribrum areale, in quo propter capacitatem rustici cogere primitias frugum solent et frumenta purgare*. Nescio an bene! Apuleius Metamorph. IX: *tunc uxor — adulterum alveo ligneo, quo frumenta purgari consueverunt, temere propter iacenti suppositum abscondit*: ubi Codices alii *frumenta confusa* alii *confrixa*, Heinsius Advers. III, p. 525, *contusa* corrigebat. Forte capisterium intelligit, de quo supra ad II, 9, 11. Capisterio certe grana extrita purgat Columella, vanno et ventilabro a paleis separat. An capisterium ex ligno vas idem licet credere, quod ex vimine textum vannus dicitur? Nunc demum opinionem meam de ventilabris plane confirmatam video narratione de more frumenti purgandi in Hispania hodieque frequentato apud Britannum Townsend Itiner. T. III, p. 314: *to get out the straw by means of rakes, then he tossed the grain with a four pronged fork in order tö expose it to the wind.* Ventilabrum id Hispani vocant *aventador*, quod recte Onomasticon Hispanicon-Gallicum novissimum interpretatur: *espèce de fourche, dont les laboureurs se servent pour séparer les pailles d' avec le grain sur l' aire après être hachée.* Arearum enim usus ibidem perdurat hodieque.

Aggeranda) Hoc vulgato *aggerenda* substitui; significat in acervum congerere. Vtitur eo noster XI, 2, 46, et 3, 38.

Repurgari) Ex lectione Polit. libri Pontedera efficiebat *repoliri*. Ingeniose sane!

lionibus exeduntur. Sin protinus usui destinantur, nihil attinet repoliri, satisque est in umbra refrigerari, et ita granario inferri. Leguminum quoque non alia cura est, quam reliquorum frumentorum: nam ea quoque vel [m] statim absumuntur, vel reconduntur. atque hoc supremum est aratoris emolumentum percipiendorum seminum, quae terrae [n] crediderat.

XXI. (XXII). Sed quum tam otii quam negotii rationem reddere maiores [a] nostri censuerint; nos quoque monendos esse agricolas existimamus, quae feriis facere, quaeque non facere debeant. Sunt enim, ut ait poëta, quae *festis* [b] *exercere diebus fas, et iura sinunt. rivos deducere nulla religio vetuit, segeti praetendere sepem,* [c] *insidias avibus moliri, incendere vepres, ba-*
2 *lantumque gregem fluvio mersare salubri.* Quamquam Pontifices negant [d] segetem feriis sepiri debere. Vetant quoque lanarum causa lavari [e] oves, nisi propter me-

R. L. *reperiri* P. S. Voluerunt *repeti*. (m) *vel statim absumuntur vel* om. I. B. Br. R. P. Sang. nisi quod P. S. *vel conduntur* habent. *nam ea quoque cuduntur* Lips. (n) *per me crediderit* Pol. *occiderit* Sang.

Cap. XXI. (a) *maioris* Gesn. deinde *censuerunt* Br. Sang. (b) *feriis* P. (c) *saepem* I. B. R. deinde *ballantumque* I. B. Br. R. A. Iunt. G. S. Postea *quanquam* Br. (d) Ita pro *negent* Sang. deinde *sariri* pro *sepiri* P. (e)

Nam ea quoque) Lectionem optimorum librorum, qui verba *vel statim absumuntur* omittunt, utpote inepta et ad disciplinam Columellae non pertinentia, probandam esse nullus dubito, sed in reliquis dubito; quia solus liber Lipsiensis habet *cuduntur*.

Cap. XXI. *Maiores*) Cicero pro Plancio c. 27: *Etenim M. Catonis illud, quod in principio scripsit Originum suarum, semper magnificum et praeclarum putavi, clarorum virorum atque magnorum non minus otii quam negotii rationem exstare oportere.*

Segeti praetendere) Ex Sang. *segete* annotavit Gronovius. Cum hoc loco confer Macrobii Sat. I, 16, et III, 3.

Sepiri) Equidem sequor lectionem Polit. libri, qui *sariri* habet; nisi putes, Columellam Virgilio opponere legem pontificiam. Locus est Georg. I, 268. Nuperus interpres germanicus sepem novam a Columella, veterem resarciendam a Virgilio intelligi putabat. Quam equidem rationem amplector; nam et alteri Virgilii praecepto Columella opponit Pontificum libros.

Nisi propter medicinam) At si propter hanc, sane non lavant lanarum

dicinam. Virgilius qui[f] liceat feriis flumine abluere
gregem praecepit,[g] et idcirco[h] adiecit,[i] *fluvio mersare
salubri.*[k] sunt enim vitia, quorum causa pecus utile
sit[l] lavare. Feriis autem ritus maiorum etiam illa per- 3
mittit, far[m] pinsere, faces incidere, candelas sebare,[n]
vineam conductam colere;[o] piscinas, lacus, fossas
veteres tergere et purgare, prata sicilire,[p] stercora
aequare, foenum in tabulata componere, fructus oliveti conductos cogere, mala, pira, ficos[q] pandere,[r]
caseum facere, arbores serendi causa collo vel mulo
clitellario afferre: sed iuncto[s] advehere non permittitur, nec apportata[t] serere, neque terram aperire,[v]
neque arborem collucare:[x] sed ne sementem quidem 4
administrare, nisi prius catulo feceris: nec foenum

lavare P. S. (f) Ita ex P. pro *quod* Gesner. (g) *praecipit* P. S. (h) *iccirco* Iunt. I. B. Br. R. A. (i) *adiicit* I. B. Br. R. S. (k) *id est salutari* add. Faed. et Sang. (l) *est* P. (m) *farao instare* P. *faro instare* Sang. Paulo antea *ritu* Sang. (n) *sevare* I. B. Br. R. *servare* Lips. (o) *colorem* P. deinceps *piscinam* Sang. (p) *siccare* L. *siciure* S. *tabulatum* deinde Sang. (q) *ficus* I. B. Br. R. (r) *spandere* P. S. *pendere* I. B. Br. R. deinceps *caseum vaso facere* Sang. *naso* posuit Ernesti. postea *colli* Sang. (s) *iumento* L. (t) *apportare nec serere* P. S. (v) *aperiri* B. R. (x) *conlocare* S. *collocare*

causa. Igitur vitiosam vulgatam distinctione hac iuvare voluit Vrsinus: *nisi, propter medicinam Virgilius, quod licet feriis flumine abluère gregem, praecepit.* Equidem Vrsini rationem non satis intelligo; nec magis video, quomodo Gesnerus recepta Polit. libri lectione *qui* pro *quod* locum apertiorem factum fuisse putaverit. Forte ita legendum est: *nisi propter medicinam Virgilius qui liceat* etc. i. e. nisi Virgilius praecipere voluit, quomodo oves lavare liceat tamen propter medicinam, ideoque adiecit *salubri fluvio mersare.* In Sang. esse *lavare oves nisi si propter medicinam* testatur Drakenb. ad Livium T. II, p. 376, et Gronov.

Faces incidere) Ita etiam dixit Plinius 18, sect. 63; Virgilius Georg. I, 291: *ferroque faces inspicat acuto.* Plinius XVI, c. 18: *nunc facibus carpinus et corylus familiarissimae.* Rusticorum faces etiam ex sparto factos habet idem XIX, sect. 7.

Fossas tergere) Virgilius *rivos deducere* dixit, quod Macrobius *detergere* interpretatur.

Stercora aequare) i. e. dissipare, aequaliter in agrum distribuere. Male igitur Vrsinus *aquare* legi volebat, recte monente Schoettgen.

Clitellario) In Codice Lips. glossa habet *barda*, ex quo gallicum *bardeau* ortum est. Falso Gesnerus vocabulum hoc de onere aut clitella interpretatus est ad h. l. et in Indice.

Iuncto) Sc. mulo vel equo. Plinius Epist. II, 17: *iter iunctis paulo gravius et longius, equo breve et molle.* ubi similiter libri quidam habent *iumen-*

secare[y] aut vincire aut vehere: ac[z] ne vindemiam quidem cogi per religiones Pontificum feriis licet: nec oves[a] tondere, nisi si catulo feceris. Defrutum quoque facere,[b] et defrutare vinum licet. Vvas itemque olivas conditui[c] legere licet. Pellibus oves vestiri non licet. In horto[d] quicquid olerum causa facias, omne licet. Feriis publicis hominem mortuum sepelire[e] non
5 licet. M. Porcius Cato mulis, equis, asinis nullas esse ferias dixit.[f] idemque[g] boves permittit coniungere lignorum et frumentorum advehendorum causa. Nos apud Pontifices legimus, feriis[h] tantum denicalibus[i] mulos iungere non licere, caeteris licere. Hoc loco certum habeo, quosdam, quum solemnia festorum percensuerim,[k] desideraturos lustrationum caeterorumque sacrificiorum, quae pro frugibus fiunt, morem priscis
6 usurpatum. nec ego abnuo docendi curam: sed differo in eum librum, quem componere in animo est, quum agricolationis totam disciplinam perscripsero.[l] Finem interim praesentis disputationis faciam. dicturus exordio sequente, quae de vineis[m] arbustisque prodidere veteres auctores, quaeque ipse mox comperi.

L. et ex Sang. Gronov. (y) *siccare* I. B. Br. R. *seccare* P. Voluerunt *sicare*. (z) *at* I. B. Br. R. (a) *nec oves tondere* om. Sang. teste Heinsio ad Ovidii Metam. p. 436, qui ad Heroid. IV, 111 confirmat lectionem *nisi si catulo* quam deinceps substitui vulgate *nisi prius catulo* ex I. B. Br. R. (b) *facere* om. I. B. Br. R. S. Paulo antea *defritu* S. idem cum Br. *vinum defrutare*. (c) *conditu* I. B. Br. R. L. S. (d) *orto* Commel. Lips. (e) *sepeliri* Pol. (f) *dixit* om. P. *ait* S. (g) *itidemque* P. (h) *fereis* P. (i) *denibalibus* P. *scenicalibus* L. *denivalibus* Sang. (k) *percensuerint* Sang. quod probo. (l) Ita pro *praescr*. Lips. (m) *bineis* Pol.

tis, ut h. l. Lipsiens. habet *iumento*.

Nec oves tondere) Deesse haec in libro Sang. testatur Heinsius ad Ovidii Met. et Heroid. 4, 111, ubi simul probat lectionem eiusdem cum Edd. optimis concinentem *nisi si catulo*. Verum quia paulo antea est *nisi prius*, ubi nihil varietatis annotatur, reliqui vulgatam.

Oves vestiri) tectas intellige, seu graecas.

Cato) Cap. 2 et 138.

Denicalibus) Cicero Leg. II, 2; Festus h. v.

In eum librum) Apud Catonem lustrationis mos docetur cap. 141, Columellae nullus huiusmodi liber ad nos pervenit.

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE

DE RE RVSTICA

LIBER TERTIVS.[*]

I.

Hactenus arvorum cultus, ut ait praestantissimus poëta. Nihil enim prohibet nos, P.[a] Silvine, de iisdem rebus dicturos celeberrimi carminis auspicari principio.[b] Sequitur arborum cura, quae pars rei rusticae vel maxima est. Earum species diversae et multiformes sunt. quippe varii generis (sicut auctor idem refert) *nullis hominum cogentibus ipsae sponte sua veniunt*: multae[c] etiam nostra manu satae[d] procedunt. Sed quae 2
non ope humana gignuntur, silvestres ac ferae sui cuiusque[e] ingenii poma[f] vel semina gerunt: at quibus

VARIETAS LECTIONIS.

* Liber Tertius) Hic in editionibus, quae praecessere Iuntinam 1515, ipsisque Mediceis Codd. et Lips. quartus est, tertii locum occupante, qui *de arboribus* nunc inscriptus, post XII Columellae nostri libros collocari ab eo, quo dixi, tempore coepit. Recte quidem et ordine factum in prooemio illius libri docebitur. Caeterum hic ipse, quem nunc adgredimur, liber, *surcularis prior* Florentiae vocatur: non male. Gesner.

Cap. I. Librum hunc quarto loco numerat Lips. et Sang. Codd. quia librum de arboribus tertio loco habent. (a) *Publi* omitt. I. (b) Ita pro *principia* Lips. (c) *multa* I. B. Br. R. (d) *sata* I. B. Br. R. (e) *cuique* P.

Cap. I. *Principio*) Ita legi iusserat etiam Vrsinus, ut est in Lips. Male vulgatum *principia* defendebat Gesn. ex libri XI, 2, 3: *auspicari culturarum officia*. Locus Virgilii est II, 1, alter vero ibidem versu 10.

Sui cuiusque) Lectione Sang. commemorata Drakenb. ad Livium T. 1,

labor adhibetur, magis aptae sunt frugibus. De eo igitur prius genere dicendum est, quod nobis alimenta praebet. idque tripartito[g] dividitur. Nam ex surculo vel[h] arbor procedit, ut[i] olea:[k] vel frutex, ut palma[l] campestris: vel tertium[m] quiddam, quod nec arborem
3 nec fruticem[n] proprie dixerimus,[o] ut est vitis. Hanc nos caeteris stirpibus iure praeponimus, non tantum fructus dulcedine, sed etiam facilitate, per quam omni pene regione et omni declinatione mundi, nisi tamen glaciali vel praefervida,[p] curae mortalium respondet, tamque felix campis, quam collibus provenit, et in densa non minus quam in[q] resoluta, saepe etiam gracili; atque pingui et macra,[r] siccaque et uliginosa.
4 Tum sola maxime utcunque[s] patitur intemperiem caeli vel sub axe frigido, vel[t] aestuoso[v] procellosoque. Refert tamen, cuius generis aut quo habitu vitem pro regionis statu colere censeas. neque enim omni caelo solove cultus idem; neque est unum[x] stirpis eius genus;

L. *sua cuique* S. (f) *poma vel* omitt. al. praeter Pol. Goes. Lips. I. B. R. S. (g) *tripertito* P. S. (h) *vel arbore arbor* I. B. Br. R. (i) *vel* sphalma Com. (k) *oleae* I. B. R. S. (l) *palmae campestres* L. I. B. Br. R. S. *canna camp.* coni. Guiland. de pap. e. 9. (m) *tertius quidam* P. L. (n) *fructicem* R. L. (o) Ita pro *dixerim* P. L. S. (p) *per fervida* L. (q) *in* deest I. B. Br. R. (r) *materia* L. I. R. Br. R. *macria* S. Vulgo *terra*. (s) *utrumque* P. *utcunque* S. vulgo *utramque*. (t) *vel* interpon. I. B. Br. R. S. (v) *aestuoso* P. G. Lips. S. *aestivo* al. *vel* etiam praem. L. (x) Ita pro *idem* P. (y) *dictum* I. B. R.

p. 629 emendat h. l. *sui quaeque*. recte!

Palmae campestres) Suspectae Guilandino de Papyro c. 3, qui ex libro de Arboribus I, ubi olea et ficus ex arborum, rosa et arundo ex fruticum numero nominantur, malebat *canna campestres*. Sed liber Sang. ibi cum aliis arboribus addit pirum, fruticibus violas. Cannam tamen reponere non licet, hanc enim ab arundine distinxit Columella, etsi Palladius pro arundine nominavit saepe. Pontedera *rosas campestres* praeferebat. Gesnerus ex Plinio 13, 11 monet palmam humilem fruticem non excedere, campestrem tamen dici nullibi. Igitur lectio dubia manet.

Dixerimus) Ita legitur etiam constanter in libro de Arbor. Vulgo *dixerim*. Ceterum vitem apud priscos fuisse inter arbores numeratas propter magnitudinem quarundam, monet Plinius 14, 1.

quodque praecipuum est ex omnibus, non facile dictu [z] est, quum suum cuique regioni magis aut minus aptum [a] esse doceat usus. Exploratum tamen habebit prudens agricola genus vitis habile campo, quod nebulas pruinamque sine noxa perfert; colli,[a] quod siccitatem ventosque patitur. Pingui et uberi dabit agro gracilem vitem, nec natura nimis foecundam; macro feracem, terrae densae vehementem, multaque materia frondentem;[b] resoluto et laeto solo, rari [c] sarmenti, humido [d] loco sciet non recte mandari fructus [e] teneri et

(z) *apud se doceat usui* P. *apud se docent usus* L. (a) Sic Cod. Vrsini et Lips. *collique* P. *coelique* al. *sollique* ex Sang. Gronov. (b) *spondentem* P. L. Vid. 3, 2. 4. m. (c) *tradi sarmen frondentem* L. (d) *De* P. (e) *fructum*

Habile campo) Palladius III, 9: *Plano igitur loco statues vitem, cuius genus nebulas sustinet et pruinas collibus, quod siccitatem durat et ventos. pingui agro graciles atque infoecundas, macro feraces et solidas.* ubi Vincentius *quod siccitatem tolerat*, alibi *ad siccit. durat.* Cresc. *per siccit. durat et ventos non timeat.*

Colli, quod) Ita legi deberi, primus vidit Vrsinus, deinde Pontedera, quem secutus est Gesner.

Macro feracem) Palladius et *solidam* additum legisse videtur.

Vehementem) Palladius: *denso validas atque frondosas.*

Rari sarmenti) non densi nec solidi. Tales fere albae vites sunt, ut deinceps dicetur. Geoponica II, 2: χρὴ τὰς μὲν φύσει ὑγροτέρας ἐν τοῖς αὐχμώδεσι καὶ ψυχροῖς καὶ ξηροτέροις τόποις φυτεύειν, τὰς δὲ ξηροτέρας ἐν τοῖς ὑγροῖς. οὕτω γὰρ ἂν τὸ τοῖς φυτοῖς λεῖπον ἐκ τῆς κατὰ τὴν γῆν φύσεως πληροῖτο. Καθόλου οὖν εἰς τὴν λιπαροτέραν γῆν μὴ τὰ εὔτροφα τῶν ἀμπέλων γένη, ἀλλὰ τὰ ἐναντίως ἔχοντα τιθέναι προσήκει. — τεθέντα γὰρ τὰ εὔτραφῆ ἐν τῇ λιπαρᾷ γῇ, οὐ φθάνει πεπᾶναι τοὺς καρπούς, ἀλλὰ καὶ εἰς πλῆθος φύλλων ἐξανθοῦσι. τὰ δὲ ἀσθενῆ ἐν τοῖς ξηροτέροις τόποις ἀσθενεστέρους καὶ τοὺς καρποὺς οἴσει, quae postrema simillima sunt iis, quae noster habet de Arbor. III, 2.

Teneri) Infra IV, 29, s. 17: *locisque aridis et siccis nigram vitem inserito, humidis albam.* quae tamen verba vitiosa et veritati contraria esse censebat Pontedera. Albas enim uvas, utpote teneriores, in humido solo facile putrescere. Certum est, loco illo aliena esse verba, quae forte hic locum suum obtinuerunt, et quidem longe rectius. In eadem enim disputatione Geoponica V, 2: ἐν τῇ μελαγγείῳ καὶ ἰκμάδα ἐχούσῃ καὶ καθύγρῳ γῇ τὰ λευκὰ τῶν γενῶν φυτευτέον· πλείονος γὰρ ταῦτα τῆς ἀπὸ τῆς γῆς δεῖται τροφῆς στερεὰ ὄντα καὶ πυκνὰ καὶ δύστροφα. — τῇ μέντοι ξηρᾷ γῇ καὶ λεπτογείῳ καὶ ψαμμώδει αἱ τοιαῦται ἄμπελοι οὐχ ἁρμόζουσι, ἀλλ' ὅσαι πυκνὰς ἔχουσι τὰς ῥᾶγας καὶ λεπτὴν τὴν ἐντεριώνην. ὡς ἐπιπολὺ δὲ ἡ μέλαινα σταφυλὴ τοιαύτη ἐστὶ — ἐναν-

amplioris acini, sed callosi[f] et angusti frequentisque vinacei;[g] sicco recte contribui diversae [quoque[h]]
6 naturae semina. Sed et post haec non ignorabit dominus loci, plus[i] posse qualitatem caeli frigidam vel calidam, siccam vel roscidam,[k] grandinosam ventosam-
7 que vel placidam, serenam vel nebulosam: frigidaeque aut nebulosae duorum generum vites aptabit, seu praecoques, quarum maturitas frugum praecurrit hiemem;[l] seu firmi durique acini, quarum inter caligines uvae deflorescunt, et mox gelicidiis ac pruinis, ut aliarum[m] caloribus, mitescunt. ventoso[n] quoque et

I. B. Br. R. (f) *galli* P. L. *calli* Goes. *gali* Polit. Tromb. deinceps *vinaceis* Polit. et Pontederae liber, quam scripturam ille interpretatur: *acini frequentis vinaceis.* (g) *vinaceis* P. (b) *diverse* B. R. *quoque* abest I. B. Br. R. S. (i) *esse* interser. I. B. R. Br. (k) Ita pro *rosidam* H. A. *reicidam* L. (l) *hiema* P. omittit S. (m) Ita pro *aliae* I. B. Br. R. S. *aliarum* ex Polit. Caesen. et suo probat etiam Ponted. postea *uvae vel acina* ex Polit. e

τίως ἔχουσα ταῖς λευκαῖς τουτέστι τὴν φύσιν δυστροφωτέραις. ubi monendum, ex vi oppositionis albas vites esse debere multa medulla, laxa uva; at vero quomodo eaedem dici possint στερεὰ ὄντα καὶ πυκνὰ καὶ δύστροφα, non satis equidem intelligo. Certe Theophrastus C. P. III, 16, albas vites nigris maximam partem rarioris esse sarmenti ait, id est, habere plus medullae quam ligni, plures item maioresque meatus. Has igitur solo mandat udo et pratensi, utpote queis plus alimenti opus sit. Deinde ponens ἐν τῇ στερεᾷ καὶ αὐχμώδει τὰ στερεὰ addit: ὡς δ' ἐπὶ τὸ πᾶν τὰ μέλανα στερεώτερα; has item densiores solidioresque medullam habere tenuem, plus autem materiae. Quid igitur, si in Geopon. legamus πλείονος — δεῖται τροφῆς ἢ τὰ στερεὰ ὄντα καὶ πυκνὰ καὶ δύστροφα. Ita nimirum nigra vitis recte dicetur στερεὰ πυκνὰ καὶ δύστροφα; et recte deinceps Codex Gudianus habet: ἐναντίως ἔχουσα ταῖς λευκαῖς, τουτέστι τὴν φύσιν δυστροφώτερος. Quod ex Gudiano laudavit Niclas δυστροφωτέραις, ex diverso plane Codice ductum est ab eo, quem ipse contuli. Miror, discrepantiam et locum Columellae fugisse diligentiam Niclasii! Apparet igitur, Pontederae censuram vanam esse et contrariam praeceptis Theophrasti. Accedit quod eadem Geoponica sect. 6 addunt: εἰς δὲ τὴν μελάγγειον τὰ εὐθαλῆ καὶ δυνάμενα πᾶσαν ἐπισπᾶσασθαι τὴν ἀπὸ τῆς γῆς τροφήν. Vides hic εὐθαλῆ dici, quae antea in vulgari lectione δύστροφα audiunt!

Dominus loci) Vrsini emendatio *loco plus posse* valde mihi placet.

Nebulosae) Palladius: *frigido et nebuloso, quae hiemem celeri maturitate praeveniunt, aut quae duris acinis inter caligines securius florent.* Vnde Pontedera addi volebat in Columella verbum *securius*. Recte! Plinius 17,

tumultuoso statu caeli fidenter[o] easdem tenaces ac duri acini committet. rursus calido teneriores uberioresque concredet. sicco destinabit eas, quae pluviis aut continuis roribus putrescunt; roscido,[p] quae siccitatibus laborant; grandinoso[q] quae foliis duris latisque sunt, quo melius protegant fructum. nam placida et serena regio nullam non recipit: commodissime tamen eam, cuius vel uvae vel acini[r] celeriter decidunt. At[s] 8
si voto est eligendus vineis locus et status caeli, sicut censet verissime Celsus, optimum[t] est solum nec densum nimis nec resolutum, soluto tamen propius: nec exile nec laetissimum, proxi.um[v] tamen uberi: nec campestre nec praeceps, simile tamen edito[x] campo:

suo codice (ut Sang.) annotat, denique sect. 10 (p. 520) *caelum nivale* ex Polit. et suo libro confirmat. (n) *ventosoque et* I. B. Br. R. (o) *fidentes* al. praeter I. B. R. Lips. Goes. Saug. et Gesn. (p) Ita pro *rosido* L. P. H. A. (q) *grandinosis* Gr. (r) *acini vel* P. *acina* Sang. (s) *Hac* Br. (t) *optumum* P. (v) *proxumum* P. (x) *arduo* L. (y) Ita pro *rosidum* H. A.

s. 2: *Quidam coelum terrae parere cogunt, ut quae in siccis serantur, orientem ac septentrionem spectent; quae in humidis meridiem. Nec non ex ipsis vitibus causas mutuantur, in frigidis praecoces serendo, ut maturitas antecedat algorem.*

Fidenter) Palladius: *ventoso stabiles et tenaces. calido, grani teneriorls et humidi; sicco eas, quae pluvias ferre non possint.* ubi Vincentius habet bis scriptum: *ventoso tenaces.* sed rectius liber Erford. *ventoso statui tenaces.* Deinde Crescentius habet: *calido loco teneriores, sicco eas* etc. Vincentius: *calido tenerioris grani et humido feraces. sicco. eas.* Ceterum in Columella Vrsinus malebat *tenacis.*

Vberioresque) Vrsinus malebat: *calido uberiorique teneriores concredet.* Sed recte Palladius videtur uberiores interpretari *grani humidi*. Recte etiam defendit vulgatam Gesner, densis et confertis acinis interpretatus.

Placida) Palladius: *placida sane regio et serena tuto genus omne suscipiet.*

Nec densum) Palladius Ian. 13: *Solum vineis ponendis nec spissum sit nimis, nec resolutum, propius tamen resoluto; nec exile nec laetissimum, tamen laeto proximum; nec campestre nec praeceps, sed potius edito campo; nec siccum nec uliginosum, modice tamen roscidum; nec salsum nec amarum, quod vitium sapore corrupto vina contristat.* ubi vulgo similiter *rosidum* legebatur, ut in Columella, sed rectum *roscidum* habent Vincent. et Crescent. Ceterum solum, quale vult Columella, tale μελάγγειον esse affirmant Geoponica V, 1.

Simile edito campo) Geopon. V, 2: οἶνος δὲ κάλλιστός ἐστιν ὁ ἐν ξηροῖς

nec siccum nec uliginosum, modice tamen roscidum:[y]
quod fontibus non in summo non in profundo terrae
scaturiat; sed ut vicinum radicibus humorem submi-
9 nistret: eumque nec amarum nec salsum, ne saporem
vini corrumpat, et incrementa virentium veluti qua-
dam scabra rubigine coërceat: si modo credimus Vir-
gilio[z] dicenti: *Salsa autem tellus, et quae perhibetur*
amara, frugibus infelix; ea nec mansuescit arando,
10 *nec Baccho*[a] *genus aut pomis sua nomina servat.* Cae-
lum porro neque glaciale[b] vinea, sicut praedixi, nec
rursus aestuosum[c] desiderat, calido tamen potius quam
frigido laetatur; imbribus[d] magis quam serenitatibus
offenditur; et solo sicco quam nimis pluvio[e] est ami-
cior; perflatu[f] modico lenique gaudet, procellis ob-
noxia est. atque haec maxime probabilis est caeli et
soli qualitas.

II. Vitis autem vel ad escam vel ad defusionem[a] deponitur. Ad escam non expedit instituere vineta, nisi quum tam suburbanus est ager, ut ratio postulet

foscitum L. (z) *Vergilio* Gr. G. (a) *bacco* I. B. R. *baccho* A. (b) *nivale* L. I. B. Br. R. S. (c) *aestivosum* L. I. B. Br. R. (d) *roribus* L. (e) *pluvioso* I. B. Br. R. S. (f) *perflatum adu colonique gaudet.* P.

Cap. II. (a) Vulgo *effusionem. effundendum* P. *defusionem* Goes. S. *effun-*

καὶ κεκλιμένοις τόποις καὶ πρὸς ἀνατολὰς ἢ μεσημβρίαν βλέπουσι φυτευθεισῶν ἀμπέλων — χαμαιζήλοις μὲν ἀμπέλοις ἐκείνη ἐστὶν ἐπιτηδειοτέρα ἡ ἐν τοῖς πλαγίοις καὶ ἠρέμα ἀνακεκλιμένοις τόποις καὶ ὑψηλοτέροις καὶ ξηροτέροις. αὕτη γὰρ τὸ θέρος εὐμαρέστερον ἕξει διαπνεομένη καλῶς. καὶ ἡ ἐν τοῖς γηλόφοις δὲ τόποις ἀνηπλωμένη καὶ ἐν ταῖς ὑπωρείαις ἁρμόζει ταῖς χαμαιζήλοις καὶ χαμαιπετέσιν ἀμπέλοις. et reliqua, quae rationes explicant eius sententiae.

Virgilio) II, 238.

Coelum) Palladius Ian. 13: *Coelum mediocris qualitatis convenit esse, tepidum tamen magis quam frigidum; siccum potius quam nimis imbridum. Sed ante omnia vitis procellas ventosque formidat.*

Cap. II. *Defusionem*) Hanc vulgatae lectionem libri Goes. praetuli. Schoelgen malebat *diffusionem*. Vinum non deponitur in effusionem, ut vulgo legitur, sed ad defusionem seu diffusionem, ut in doliis vetustatem assumat.

inconditum fructum mercantibus velut pomum[b] vendere. quae quum talis est conditio, maxime praecoques et[c] duracinae, tum denique purpureae et bumasti,[d] dactylique et Rhodiae, Libycae quoque et cerauniae,[e] nec solum quae iucunditate saporis, verum etiam 2
quae specie commendari[f] possint, conseri debent: ut stephanitae,[g] ut tripedaneae, ut unciariae, ut cydonitae. item quarum uvae temporibus hiemis durabiles vasis conduntur, ut venuculae,[h] ut nuper in hos usus exploratae Numisianae. At ubi vino consulimus, vitis eligitur, quae et in fructu valet et in materia: quod

dendum effusione L. (b) *domum* I. B. R. *pomum* Br. I. I. H. A. G. Vulgo *promum*. (c) *Sed* I. B. Br. R. S. *sed dura acina* Lips. qui et reliqua nomina uvarum in *a* finit. (d) *bimasti* L. *bumastidae*, *tyliique erodiae* Goes. (e) Ita recte verba et sententiam continuant A. Iunt. H. *cerauniae non solum* I. B. Br. R. *ceramina nec non solum* L. (f) *commodari non possit* I. *possunt* S. *commodari possint* Br. (g) *stefanitae* I. B. Br. R. *unciariae* Br. (h) *venu-*

Pomum) Ineptum *promum* primus hinc expulit Pontedera, nec tamen eiicere ausus fuit Gesner. Quicquid ex stirpe ut malum estur, pomum dici, veluti nuces, glandes, uvas, caulem tenellum, corticem et radicem, exemplis docuit Pontedera Antiquit. p. 641.

Vendere) Palladius III, 9: *Vitium genera numerare non attinet: sed notum est, maiores uvas pulchrae speciei, grani callosi et siccioris ad mensam, feracissimas vero et cutis tenerioris et sapore nobiles et maxime quae citius deflorescunt, vindemiis esse servandas.* Isidorus XVII, 5: *Suburbanae uvae quaedam dicuntur, quia fructus eorum ad escam velut pomum in urbibus venditur. Commendat enim eas et species et saporis iucunditas, ex quibus sunt praecoquae, duracinae, purpureae, dactyli, Rhodiae, Lybicae, Cerauniae, Stephanitae, Tripedianae, unciariae, Cidonitae.* quem locum Vincentius 14, c. 81, integriorem sic exhibet: *Stephanitae. Durabiles autem per totam hiemem foeniculae et numesianae.* quorum postremorum verborum lacinia exstat in Isidoro his verbis consuta: *duracinae autem per totam hiemem. Veniculae et Numesianae* ubi in margine annotatur varia lectio *Venuncu-lae*. Vides, *bumastos* omitti, et pro *venuculis* Vincentium ponere *foeniculas*. Horatius Serm. II, 4, 71: *venucula convenit ollis, rectius albanam fumo duraveris uvam.*

Bumasti) Plinius 14, s. 3: *tument mammarum modo bumasti, praelongis dactyli porriguntur acinis.* Virgilius II, 102: *et tumidis bumaste racemis.* Idem sect. 4, no. 8: *sunt etiamnum insignes uva, non vino, ambrosiaca, duracina, sine ullis vasis in vite servabilis. tanta est contra frigora aestus tempestatesque firmitas — non item dactylides digitali*

alterum ad reditus[i] coloni, alterum ad diuturnitatem
4 stirpis plurimum confert. Sed ea tum[k] praecipua est, si nec nimis[l] celeriter frondet,[m] et primo quoque tempore deflorescit, nec nimis tarde mitescit: quin etiam pruinas et caliginem et carbunculum facile propulsat, eademque nec imbribus putrescit,[n] nec[o] siccitatibus abolescit.[p] Talis nobis eligatur vel mediocriter foecunda, si

culae Goes. I. B. Br. R. S. *vermicule* L. (i) *redditus* Gr. G. et ita fere semper Lips. (k) *tamen* I. B. Br. R. (l) *minus* I. B. Br. R. Goes. S. (m) Ita pro *spondet* Lips. I. B. Br. R. (n) *arescit* P. S. (n) *nec* om. Goes-

gracilitate — et magis purpureae cognomine bimammiae, quando non racemos, sed uvas alias gerunt. Item tripedanea, cui nomen a mensura est. sect. 9: *In pergulis seruntur cibariae appellatae, e duracinis albae nigraeque, et bumasti totidem coloribus, ac nondum dicta Aegia et Rhodia et uncialis, velut a pondere acini. Item picina, et coronario naturae lusu stephanitis acinos foliis intercursantibus, et quae forenses vocantur, celeres proventu.* Dactylos comparat cum ea, quae in Hungaria dicitur uva *grüne Lügler*, Mitterpacher Elem. rei rusticae II, p. 26. Ceterum nomina vitium Italicarum sedulo annotavit Crescentius; germanicarum istius aevi paucissimas nominavit Albertus Veget. p. 458, veluti nobilem et Sclavam, de qua ita p. 459: *quae habet tenuem pellem et latum et tenuem pampinum, est de vite foeminea, quae apud vulgum vitis Sclava vocatur.*

Frondet) Ita pro *spondet* legendum esse, monuit Pontedera. Quae nimis celeriter frondet, gelicidiis serotinis obnoxia est. Vrsinus malebat *respondet*; quod ipsum in mentem venit etiam Heinsio Advers. III, p. 396. Sed ante florem uva non fert fructum! Lectionem Sang *frondet* non annotavit Heinsius.

Carbunculum) Pessime in Indice omiserat Gesner. Plinius 12, s. 14, coeli intemperie carbunculari dixit siliquas, piper ferentes, ex Dioscoride II, 189. Plinius 14, s. 4, no. 5: *helvenaca vitis carbunculari negatur.* ubi Columella III, 2, 26: *siccitates maxime perfert, et frigora sustinet.* Idem Plinius 17, s. 37, no. 4: *pruina enim verno tepore invitatis et erumpere audentibus satis mollibus insidens, adurit lactescentes germinum oculos, quod in flore carbunculum vocant.* Idem 18, s. 68, no. 2: *Sub canicula res summa vitium agitur — unde carbunculare dicuntur, ut quodam uredinis carbone exustae — carbunculus regionum late patentium malum est. — Plerique dixere rorem inustum sole acri frugibus rubiginis causam esse et carbunculi vitibus; quod ex parte falsum arbitror, omnemque uredinem frigore tantum constare.* Contra carbunculum et rubiginem remedium docet 17, s. 42, scarificationem corticis, et quae Noster Arbor. 13 habet contra rubiginem.

Abolescit) Lips. *obsolescit*. Vulgatae patrocinium quaerebat Gesnerus ex imitatione Virgiliani loci, ubi est: *abolescit gratia facti*. Sed quae ex libro Polit. et Sang. varietas relata est ad verbum *putrescit*, ea pertinet ad *abo-*

modo is locus habetur, in quo gustus nobilis pretiosusque fluit. nam si sordidus aut vilis est, feracissimam quamque serere conducit, ut multiplicatione frugum reditus[q] augeatur. Fere autem omni statu locorum cam- 6
pestria largius vinum, sed iucundius afferunt collina: quae tamen ipsa modico statu caeli magis exuberant Aquiloni prona; sed sunt generosiora sub Austro. Nec 7
dubium, quin sit ea nonnullarum vitium natura, ut pro locorum situ bonitate vini modo vincant,[r] modo superentur.[s] Solae[t] traduntur Amineae excepto caeli

Gr. G. (p) *obcalescit* Lips. (q) *redditus* Gr. G. L. antea *multiplicationem* Br. (r) Ita pro *vincat* I. B. R. Br. (s) Ita pro *superetur* I. B. R. Br. (t)

lescit. Igitur hanc scripturam *arescit* praefero. Similiter Arbor. V, 4, *radices inolescunt* legitur pro *inarescunt*. ubi libri scripti *inalescunt*. Si vero *obcallescit* probes, interpretaberis ex Plinio 17, cap. 24, decoqui in callum, antequam maturescant. Vitium uvarum habet Theoph. C. P. V, 13, simile rubigini: γίνεται ὅταν ὑπούσης ὑγρότητος μετὰ τὰς ψεκάδας ἐπικαύσῃ σφοδρότερον ὁ ἥλιος. ὅπερ συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν οἰνάρων. Quod quo nomine latino appelletur, ignoro. Sed nunc demum video Heinsium ex Sang. laudare *harescit* pro *putrescit*, idque mutat in *mucessit* vel *scabrescit*. Priorem coniecturam praeferrem, si qua opus esset in verbo *putrescit*. Plinius 17, s. 24, locum Theophrasti sic reddidit: *Nascitur hoc malum tepore humido et lento. Fit aliud ex eodem, si sol acrior insecutus inussit ipsum vitium ideoque mutavit*. ubi Heins. l. c. corrigit *adeoque mucavit*. Idem vioum putidum priusquam coactum est in Plauti Trinummo II, 4, 125, male mutat in *mucidum*.

Quae tamen) In Bruschiana est *quaeque tamen ipsa*.

Amineae) Plinius 14, sect. 4: *principatus datur Amineis propter firmitatem senioque proficientem vini eius utique vitam. Quinque earum genera: ex iis germana, minor acino, melius deflorescit, imbres tempestatesque tolerat: non item maior, sed in arbore, quam in iugo minus obnoxia. Gemellarum, quibus hoc nomen uvae semper geminae dederunt, asperrimus sapor, sed vires praecipuae. Ex iis minor austro laeditur, ceteris ventis alitur, ut in Vesuvio monte Surrentinisque collibus. In reliquis Italiae partibus non nisi arbori accommodata. Quintum genus lanatae,— adeo lanugo eam vestit: prima ex Amineis maturescit ocyssissimeque putrescit.* Graeci vocant Ἀμιναίας, ex Peucetia, postea Salento allatas, teste Macrobio Saturn. II, 16. Ammineas in Plinio edidit Harduinus. Virgilius II, 97, *Ammineae vites, firmissima vina.* Sed pronuntiando etiam duplicari potuit littera *m*, ut prima syllaba longa fieret. In Plinio Schoettgen malebat pro *acino* legi *ocius*. Quio Codices optimi Plinii habent germana minor *ocius et melius deflorescit*. quod restituendum Plinio

statu nimis frigido ubicunque sint, etiam si degenerent,[v] sibi comparatae,[x] magis aut minus probi gustus vina
8 praebere, et[y] caeteras omneis sapore praecedere. Eae[z] quum sint unius nominis, non unam speciem gerunt. Duas germanas cognovimus, quarum minor ocius et melius deflorescit, habilis arbori nec non iugo: illic pinguem terram, hic mediocrem desiderat, longeque praecedit maiorem, quia et imbres et ventos fortius patitur.[a] nam maior celeriter in flore corrumpitur,
9 et magis in iugis, quam in arboribus. ideoque non est[b] vineis apta, vix ctiam arbusto, nisi pracpingui ct

Solae et P. *Aminneae* S. (v) *et sibi--praebeant, caeteras* coni. Bronkb. (x) *contemperatae.* (y) *et* om. I. B. Br. R. L. S. *omnis* Br. (z) *Ea* P. (a) *patitur. Nam* I. B. R. *patitur, nam* I. I. H. A. *patitur: nam* Gr. G. (b) *est*

erat, etiam Columella suadente. Ceterum in Plinio Vincentius legit: *ocyssimo maturescit et putrescit.* haud scio, an rectius. Isidorus 17, 5: *Genera autem uvarum, quae vino deserviunt, plurima. Ex quibus aminea dicta, quasi sine minio, id est, sine rubore. Album enim vinum reddit, quae quum sint unius nominis, non unam speciem reddit. Amineae enim duae geminae ab eo dictae, quod duplices uvas mittunt.* ubi Vincentius habet *gemmae — emittunt.* Vetustissimas Italiae vites Amineas esse, annotat Columella cap. 9, sect. 3. In Plinii loco Pintianus ex duobus Codd. emendabat: *proficientem vim eius, utique vitam.* Phylargirius ad Georg. II, 97: *Aristoteles in Politicis scribit Amineos Thessalios fuisse, qui suae regionis vites in Italiam transtulerint, atque illis inde nomen impositum.* Vide ad Caton. c. VI, 4. Librum Sangerm. variare in scriptura vocabuli et *Amineum* plerumque, alibi tamen *ammineum* et *aminneum* habere, monuit Heinsius ad Virgilium I, p. 293. Amineum Italiae circa Neapolin natum vinum tenue et dissimile Siculo et Asiatico pronunciat Galenus Antid. 1, 3, cuius locum posui ad Colum. 1, 6, sect. 20, ubi etiam de gemino, Falerno, Sabino et Albano vino traditur.

Sibi comparatae) Quum libri optimi deinceps *et* ante *ceteras* omittant, recte videtur Broukh. legere: *et sibi comparatae magis — praebeant, ceteras.* Vrsinus malebat *at ceteras.* Nescio an hinc Plinius excerpserit vini senio proficientem vitam. Sensum expressit Palladius III, 9: *Loca naturam plerisque vitibus mutant. Solae Amineae ubicunque sint, vinum pulcherrimum reddunt. calidum statum potius quam frigidum sustinebunt. De pingui ad macrum transire non possunt, nisi stercus adiuverit. harum duo genera sunt, maior et minor; sed minor melius deflorescit et citius, internodiis minoribus et grano breviore. Si arbori applicetur, pinguem terram, si colatur in ordine, mediocrem desiderat; imbres contemnit et ventos nam maior saepe vitiatur in flore.* ubi verba de

uvida[c] terra: nam nec mediocri valet, multoque minus in exili. prolixarum frequentia materiarum[d] foliorumque et uvarum et[e] acinorum magnitudine dignoscitur,[f] internodiis[g] quoque rarior. Largis fructibus a minore superatur,[h] gustu non vincitur. et hae quidem utraeque[i] Amineae.[k] Verum et aliae duae geminae[l] ab eo quod duplices uvas exigunt, cognomen trahunt,[m] austerioris vini, sed aeque perennis.[n] Earum[o] minor vulgo[p] notissima, quippe Campaniae celeberrimos Vesuvii colles Surrentinosque vestit, hilaris inter aestivos Favonii flatus Austris affligitur. caeteris itaque partibus Italiae non tam vineis quam arbusto est idonea,

in I. B. Br. R. (c) *invida* P. *humida* I. B. Br. R. *vivida* Goes. (d) *materiarumque* H. (e) *et acinorum* omiss. I. B. Br. R. S. (f) *dinoscitur* I. B. Br. R. S. (g) *internodius* Gr. G. (h) *separatur* L. (i) *utraque* I. B. Br. R. *utranque* Gr. G. (k) *aminneae* P. *aminnea* I. *aminea* B. R. Br. (l) Vulgo *geminae, quae — exigunt, gemellae vocantur. gemmae ab eo, quod duplicis uvae exigunt, gemellae vocantur, austerioris etc.* P. *gemellae vocantur ab eo, quod duplices uvas exigunt. Cognomen trahunt austeri vini etc.* I. B. Br. R. *geminae ab eo — duplicis uvae exigunt, cognomen trahunt.* S. (m) *cognomen trahunt, austeri* Goes. *austeris* S. (n) *perennis earum* I. B. R. (o) *duarum* P. S. (p) *volgo* P. (q) *germina* P. *germana* Goes. *absimile* —

pingui adiuverit non sunt in Columella. Acinum minori minorem vides etiam a Palladio tribui, granum enim appellat; sed is praeterea etiam *ocius et melius deflorescit* in Columella legit; quare nihil in Plinii loco supra allato tentandum esse apparet. Geoponica IV, 1, 3, arbustivae Amineae in Bithynia meminerunt. Eadem V, 17, sic de aminea: ἡ μέντοι Ἀμίνεως ὡς ἐπιτοπολὺ πανταχοῦ ἐπιτηδειότερον φέρει, ἐξαιρέτως δὲ ἐν τοῖς πλαγίοις χωρίοις καὶ αὐχμηροῖς, ἢ καὶ καθύγροις, καὶ μάλιστα εἰ ἐπὶ τῶν δένδρων τρέφοιτο.

Vvida) Pontedera *vivida* praeferebat, quod Columella alibi monet vitem amplioris acini non recte mandari loco uvido. Recte!

Et acinorum) Haec verba cum optimis libris omitti voluit Pontedera. Sed acino minorem Plinius, grano breviore geminam minorem esse ait Palladius; igitur recte Columella nunc discrimen hoc significat memorata acinorum magnitudine in maiore.

Rarior) Interpunxi post hoc verbum monente Pontedera. Palladius minori tribuit internodia minora, an lectionem diversam secutus? De nodis et internodiis vitis vide infra ad IV, 29, 8.

Geminae) Vulgatam *duae geminae, quae ab — gemellae vocantur austerioris* ita emendabat Vrsinus, ut legeret *duae amineae germanae, quae ab eo*. Dedi scripturam eam, quam maxime probo, et quam Isidori locus supra allatus plane confirmat. Vitem

quum praedictis regionibus commodissime iugum sustineat. Materiam fructumque, nisi quod duplicem, non absimilem minori germanae[q] gerit,[r] sicut maior gemina[s] maiori germanae: quae tamen (minor) hoc melior est, quod[t] foecundior etiam mediocri solo: nam illam nisi praepingui[v] non respondere iam dictum est.

12 Lanatam quoque Amineam[x] quidam maxime probant, quae hoc vocabulum non ideo usurpat, quod sola ex omnibus Amineis, verum quod praecipue canescit lanugine; sane boni vini, sed lenioris,[y] quam superiores,[z] crebram quoque materiam fundit; atque ideo

germana S. (r) Vulgo *egerit. aegerit* I. I. (s) *gemma* I. B. R. Br. (t) *quo* I. B. Br. R. quod praefert Arnzen. Plin. P. 21. (v) *praepingui terra* L. P. I. I. (x) *amineum* H. A. (y) Ita pro *levioris* I. B. R. Goes. (z)

Bithynicam habent Geopon. V, 47, praecocem: *μόνη ἀπὸ ἑκάστου ὀφθαλμοῦ τρία ἐκβάλλει, τῶν ἄλλων μόλις δύο καθ' ἕκαστον ὀφθαλμὸν χορηγουσῶν.* Ternas igitur haec ex gemma uvas exigit. Amineas uvas austeras esse, pluribus locis profitetur Galenus, et circa Neapolin et Tuscorum in terra coli ait; alibi etiam Siculi Aminei vini meminit. Loca posuit Cornarius ad Galenum de Compos. Medic. sec. loca p. 448. Vva aminea, quae in vepribus nascitur ruberrima apud Scribonium Comp. 249, est potius *taminea*, quam Plinius distinguit colore rubro.

Sustinet. Materiam) Egregie vidit Pontedera, haec ita esse distinguenda. Vulgo erat: *sustineat materiam fructumque; nixi quod.* quae vitiosa esse, etiam grammatica ratio docere poterat. Hinc apparet germanam nullam duplicem fructum ferre, sed solas gemellas.

Gerit) In vulgata ante nos *egerit* forte latet *exigit*. Interim probabiliorem lectionem posui cum Vrsino et Pontedera.

Maiori germanae) Ita legendum esse, etiam invitis libris, pro *minori*, vidit etiam Gesner. Minorem geminam cum germana minore comparavit; nunc maiorem geminam cum maiore germana contendit. Et de maiore germana supra dixit *praepingui et vivida terra* respondere. Deinde malim *qua tamen hoc melior est* aut *qua tamen haec melior est*. Interim *minor*, ne sensum turbaret, inclusi. In Brusch. est *melius est*.

Lanatam) Isidorus: *Aminea lagana, quia plus omnibus lanescit lanugine.* ubi Vinc. *lagena* habet. Lanam foliorum intelligi, recte monet Gesner, eique opponi sect. 17 nuda folia. Ceterum folia vitium pilosa et lanata plus aëris humorisque sugunt, hinc facilius solum tempusque siccum perferunt vites lanosae, contra solum uliginosum, tempestatem udam umbramque vix patiuntur et facile uvae putrescunt. Ita videmus myosotin scorpioidem Linn. foliorum pilis facile pati arva sicca, glabris vero esse in uliginosis pratis. Serviunt scilicet

propter pampini densitatem saepe parum recte deflore-
scit, eademque maturo fructu celeriter putrescit. Super 13
hunc numerum, quem retulimus, singularis habetur
Aminea [a] maiori geminae [b] non dissimilis prima [c] specie
pampini et trunci, sed vini sapore aliquanto inferior,
quamvis generosissimis [d] sit proxima, [e] praeferenda etiam
propriis virtutibus: nam et feracior est, [f] et flore me-
lius exuitur, spissasque [g] et albidas uvas ac tumidioris
acini gerit, gracili arvo non desciscit, atque ideo in-
ter uberrimas vites numeratur. Nomentanae [h] vini no- 14
bilitate subsequuntur Amineas, [i] foecunditate vero
etiam praeveniunt: quippe quum se frequenter im-
pleant, et id, quod ediderunt, optime [k] tueantur. Sed
earum quoque feracior est minor, cujus et folium
parcius scinditur, et materia non ita rubet ut maioris, [l]

superiores Goes. I. B. R. I. I. S. *superioris* al. (a) *aminnea* P. (b) *germinae* P. *germanae* Goes. L. I. B. Br. R. S. (c) Ita pro *primum* S. I. B. Br. R. (d) Vulgo *generosissimus sit*, *proximae* est. *generosissimis sit proxima praeferendis* L. (e) *proximo* I. B. Br. R. S. *proximo* I. I. H. A. *praeferendam* Sang. (f) *est* omitt. I. B. Br. R. (g) *spissasque* post Iunii. (h) *Nomentanae vinicae nobilitate* P. (i) *aminneas* P. (k) *optume* P. *tuent* L. *tuentur* Br. (l) Vulgo *ut Amineis a maioris* L. P. *ut maioris* Goes. *minoris maioris*

plantarum transpirationi atque inspirationi foliorum pili lanaeque.

Lenioris) Ita legendum esse, monuit Pontedera. Reliquis enim Amineis austerus et asperrimus sapor est. Deinde vulgatum *superioris* correxerat iam olim Vrsinus.

Saepe parum) Brusch. *parum saepe — eademque*. postea *rettulimus*.

Maiori geminae non dissimilis) Pontedera praeferebat lectionem alteram *germanae* eamque ait a sequentibus firmari. At Columella maiorem gemellam cum maiore germana comparaverat, igitur utrique similis dici potest.

Generosissimis) Sequimur librum Lips. Vulgatae *generosissimus sit, proximae praeferenda* vitium ita emendabat Vrsinus, ut legeret: *proxime praeferenda*..

Spissasque et) Ita ex vetere Codice legendum esse, monuit Vrsinus.

Nomentanae) Ab agro et oppido Nomento dictae. ubi hodie esse dicitur *Lamentana*. De vino ita Galenus apud Athenaeum I, p. 27: ὁ Νωμεντᾶνος ἀκμάζει ταχὺ καὶ ἀπὸ ἐτῶν πέντε πότιμός ἐστι. ἔστι δὲ οὔτε λίαν ἡδὺς οὐδὲ λεπτός.

Scinditur) Plinius 14, sect. 4: *Proxima dignitas Nomentanis rubente materia, quapropter quidam rubellas appellavere vineas. Hae minus fertiles, vinaceis et faece nimia, contra prui-*

a quo colore rubellianae[m] nuncupantur: eaedemque faeciniae,[n] quod plus quam caeterae faecis afferunt. Id tamen incommodum repensant[o] uvarum multitudine, quas et in iugo sed [et[p]] in arbore melius exhibent. Ventos et imbres valenter sufferunt, et celeriter deflorescunt, et ideo citius[r] mitescunt, omnis incommodi patientes praeter caloris. nam quia minuti acini et durae cutis uvas habent, aestibus contrahuntur. Pingui[s] arvo maxime gaudent, quod ubertatem aliquam[t] natura [gracilibus[v] et] exilibus uvis[x] praebere valet.

S. sed suppositis punctis *minoris* delet. (m) *rubelanae* I. B. Br. R. *rubella* Goes. *rubellanae* S. (n) *feciniae* H Gr. G. *fecineae* L. (o) *repensat* I. B. Br. R. (p) Vulgo additum *et* om. eaedem, postea *exibent* Br. (r) *cito* P. S. (s) *pinguique arbo* P. *pinguique arvo* S. (t) *aliqua* I. B. Br. R. (v) *gracilibus et* om. Goes. S (x) *uviis* lens. *ubiis* P. (y) Ita pro *rosidum*

nas fortissimae, siccitate magis quam imbre, aestu quam algore vexantur. Quamobrem in frigidis humidisque principatum obtinent. Fertilior, quae minor acino, et folio. minus scissa. Vbi vides, Plinium minus fertiles dicere, quas contra Columella foecundiores. Sed vetus lectio habet: *minus fertiles vino, acinis et faece nimiae.* quam temere mutavit Harduinus. Vinum Nomentanum nominat Martialis XIII, 119. Idem I Epigr. 106: *In Nomentano quod nascitur agro, accepit quoties tempora longa merum, exuit annosa mores nomenque senecta, et quicquid voluit, testa vocatur anus.*

Vt maioris) Hanc librorum optimorum lectionem vulgatae *ut Amineis* recte praeferebat etiam Pontedera. Amineae non rubent, sed solae Nomentanae, hinc rubellae dictae.

Rubellianae) Isidorus: *rubiliana dicta, quia eius materia rubet.* Plinius *rubellas* dixit, atque ita liber Goesii habet scriptum.

Faecinae) Isidorus: *Fecinia minuti acini et durae cutis uvas habet, nobilitate amineam sequitur, foecunditate praecedit. Quam proinde feciniam vocant, quod plus quam ceterae feces afferat.* ubi Vincent. *faecineae* habet. Ceterum huc pertinet locus Geopon. V, 17: καὶ ἡ λευκὴ δὲ ἡ μείζους τοὺς βότρυας ἔχουσα ἐν τοῖς αὐτοῖς αὐχμηροῖς χωρίοις κατὰ τῶν δένδρων φερομένη κάλλιστον τὸν οἶνον ποιεῖ καὶ πολύν. λέγεται δὲ ἐν Βιθυνίᾳ λευκοθρακία. ἔχει δὲ ἐπιμήκεις τοὺς βότρυας καὶ ἰσοπαχεῖς τὰς ῥᾶγας τροχοειδεῖς καὶ λιπαράς, τῷ δὲ καιρῷ τῆς πεπάνσεως ὑπερύθρους καὶ αὐτὰ δὲ τὰ κλήματα ἐρυθρὰ ἔχει. Eadem forte est, quam Geoponica V, 2 Mersiten vocant, quae in Bithynia vinum, dendrogalenum dictum, alibi Tiarenum, et Tianum vinum praebeat, ubicunque optimam omnium. Vvam ferre dulcissimam, ita, ut apes eam depraedentur, et uberrimam, ipso etiam trunco racemos ferente, acinis rotundis, pellucidis, tenacibus duris et ligneis. Gaudere arbusto, foliorum-

Frigidum ac roscidum[y] solum et[z] caelum commodis- 16
sime sustinent[a] eugeniae,[b] dum sunt in Albano colle.
nam mutato loco vix nomini suo respondent. nec mi-
nus Allobrogicae,[c] quarum vini iucunditas cum re-
gione mutatur. Magnis etiam dotibus tres apianae 17
commendantur, omnes feraces iugoque et arboribus
satis idoneae: generosior tamen una,[d] quae nudis foliis
est. nam duae lanatae quamvis frondibus et palmitum
pari facie fluxurae[e] qualitate sunt dispariles, quum
tardius altera recipiat cariem vetustatis. Pingui solo 18

Sang. *solidum* I. B. Br. R. (z) *et caelum* om. Goes. S. (a) *sustinet: sicut eugeniae* I. B. Br. R. S. nisi quod *evaginiae* Sang. *sicut eugeniae evageniae* Lips. (b) *evagenia, tum* P. S. *dum sunt* Br. Ald. Vulgo *cum sunt*. (c) *Albobrogicae* P. (d) *uva* I. B. Br. R. *uva nudis foliis* L. (e) *fluxere* I. B.

que detractione crebra; vinum vero eius saepius defaecari debere.

Albano) Plinius 14, sect. 4: *Eugeniam Taurominitani colles cum generositatis cognomine misere Albano tantum agro; quoniam translata statim mutatur. namque et aliquibus tantus locorum amor, ut omnem in his gloriam suam relinquant, nec usquam transeant totae. Quod et in Rhetica Allobrogicaque, quam supra (sect. 3) picatam appellavimus, evenit, domi nobilibus nec agnoscendis alibi. Foecundae tamen, bonitatis vice copiam praestant, eugenia ferventibus locis, Rhaetica temperatis, Allobrogica frigidis, gelu maturescens et colore nigra.* Ita enim locus iste distinguendus erat, ne cum hoc nostro pugnaret. Vulgo est *praestant: eugenia* etc. quasi *eugenia ferventibus* locis gaudeat, quibus tantummodo foecunditate bonitatem redimit. Idem Plinius sect. 8, nn. 3: *ad tertiam palmam venere varie Albanae urbi vicina, praedulcia ac rara in austero.* ubi Pintianus malebat *in arbusto*. Ceterum ex Brusch. et Aldina revocavi *dum sunt*, pro *quum sunt*.

Apianae) Plinius 14, sect. 4: *Apianis apes dedere, cognomen, praecipue earum avidae. Ex eis duo genera lanugine et ipsa pubescunt. Distant, quod altera celerius maturescit, quanquam et altera properante. Situs frigidos non respuunt, et tamen nullae celerius imbre putrescunt. Vina primo dulcia, austeritatem annis accipiunt. Etruria nulla magis vite gaudet.* Sequitur in Plinio: *et hactenus potissima nobilitas peculiaribus atque vernaculis Italiae. Ceterae advenere Chio Thasove. Graecula non inferior Amineis bonitate, praetenera acino, et uva tam parva, ut nisi pinguissimo solo colere non prosit.* ubi Vincentius habet *ut convalere et coli non possit nisi in pinguissimo solo.* Recte idem verba media *Ceterae advenere Chio Thasove* omittit. Apianam Graecorum sticham esse, monet Plinius 14. s. 11. Apiciam videtur appellare Cato. Comparant cum ea, quae hodie ab odore muscato appellatur.

Recipiat) Male Vrsinus *recipiant*. Ita enim oportebat dici *tertia* non al-

feracissimae, mediocri quoque foecundae, praecoquis [f]
fructus: ideoque frigidis locis aptissimae, vini dulcis,
sed capiti nervisque [g] [venisque [h]] non aptae. nisi ma-
ture [i] lectae pluviis ventisque et apibus afferunt [k] prae-
dam, quarum vocabulo propter hanc populationem [l]
19 cognominantur. Atque hae [m] pretiosi gustus celeberri-
mae. Possunt tamen etiam secundae notae vites pro-
ventu et ubertate commendari, qualis est Biturica, [n] qua-

Br. R. *flexere* correxit Ald. habet H. deinde *recipict* Br. *quoniam — recipiet* Sang. (f) *decoquis* L. deinde *aptissime* Lips. (g) Ita pro *nervis* I. B. Br. R. L. P. S. (h) *venisque* om. L. P. (i) *maturae* I. B. R. recte Br. (k) *et affer. apibus* I. B. Br. R (l) Ita pro *expopul.* B. R. L. Goes. S. *in popul.* Iens. Br. (m) *eae* I. B. Br. R. (n) *viturica* Goes. (o) *balisca* L. Goes.

tera. Cariem de vino dici, ex Plinio annotavit Gesner; libro enim 15, s. 3 est: *invitat ad servandum vinum blanda inveterati caries.* Ceterum haud scio, an recte Plinius ex h. l. retulerit *altera celerius maturescit.* deinde idêm: *et tamen nullae celerius imbre putrescunt.* sed liber antiquus, a Dalecampio laudatus, rectius: *nulla celerius maturescit; imbre putrescit.*

Venisque) Hoc vocabulum cum libris optimis rectius omitti censuit Pontedera; falsum enim ait esse vinum muscatum venas inflare et laedere, magis quam vinum quodvis intemperantius ingestum. Igitur inclusi. Deinceps Vrsinus corrigit *non apti.* recte! Idem post *maturae lectae* interpunctionem maiorem poni voluit; sed apianae videntur ideo dictae esse, quod apibus, nisi mature leguntur, ut pluviis et ventis, praedam afferunt. Ceterum *offerunt* malebat Gesnerus legere. Isidorus: *Apianae vinum dulce faciunt, quas nisi cito legas, pluviis et ventis et maxime apibus infestantur, quarum depraedatione apianae cognominatae sunt.* ubi Vincent. *colliguntur.* Ceterum interpunctionem, a Gesn. ordinatam, rationibus etiam physicis confirmavit Morgagni. Vina enim acidis elementis aggredi nervos, quoque maturius lecta eo acidiora esse.

Biturica) Plinius: *reliquae ignobiles; aliquando tamen coeli aut soli opera non fallunt vetustatem, sicuti Fecenia et cum ea florens Biturica, acino rarior, nunquam floris obnoxii, quoniam antecedunt, ventisque et imbribus resistunt, meliores tamen algentibus locis quam calidis, humidis quam sitientibus.* ubi vides, Plinium fere eadem ex communi auctore retulisse cum Columella, et eodem ordine, ut fere in locis omnibus huiusque laudatis de vitium generibus. Igitur verosimile est, Feceniam illius esse eandem quam Columellae libri editi basilicam appellant, et nomen esse vitiosum. Isidorus post Amineam pergit: *Balanitae a magnitudine nomen sumserunt — Biturica a regione nomen sortita est, turbines et pluvias et calores fortissime sustinens, nec in macra terra deficiens. Huius meriti et basilisca est.* Ita et Vincentius habet. *Basilisca* libri etiam scripti dare voluisse

lis basilica,[o] quarum minorem cocolubem[p] vocant Hispani, longe omnium primis utraeque proximae.[q] nam et vetustatem vinum earum patitur, et ad bonitatem aliquam per annos venit. Iam vero ipsae foecunditate praestant omnibus, quas ante retuli,[r] tum etiam patientia: quippe turbines imbresque [fortissime[s]] sustinent, et commode fluunt, nec[t] deficiunt macro solo. Frigora melius quam humores sustinent, humores commodius quam siccitates, nec caloribus tamen contristantur. Visula[v] deinde ab his et minor argitis

Sang. (p) *cocolum* P. *coccolo ubem* L. *colubem* Goes. *coccoloum* Sang. sed *coreolum* ex Sang. Gronov. (q) *proxime* B. G. (r) *retuli* Br. (s) *fortissime* om. I. B. Br. R. igitur inclusi. (t) *aut defluunt* Lips. *deficient* H. (v) *Visullae* L. P. S. *Visulae* reliquae ante Gesn. Postea iterum *Visulla* L. P.

videntur. Pontedera malebat *Vibisca*. Vibiscos enim cum Biturigibus Aquitaniam habitasse olim. Non meminerat ergo Plinii, qui sic: *Basilicam Dyrrachini celebrant, Hispaniae coccolobin vocant. Rarior uva, aestus austrosque tolerat, capiti inimica, copia larga. Hispaniae duo genera eius faciunt, unum oblongo acino, alterum rotundo novissimas vindemiant. Quo dulcior cocolobis, hoc melior. Sed et austera transit in dulcem vetustate: et quae dulcis fuit, in austeritatem: tunc Albanum vinum aemulantur. Tradunt vesicae vitiis utilissimum ex his potum.* Etiam Chifflet. liber Plinii *Balischam* habet. Forte vocata fuit a *Balesio* in ora Calabriae, apud Plinium 3, s. 16, quod Mela II, 4 Valetium dicit.

Cocolubem) Plinius *cocolobin*, Codex Chifflet. *cocabolin*, Toletanus *Colobin* vocant.

Quam humores) Oppositos frigoribus calores legisse h. l. videtur Plinius, qui sic: *meliores tamen algentibus locis quam calidis.*

Visula) Edd. primae *Visulae*, in numero plurali consentiunt Codd. Lips. Pol. Sangerm. qui paulo post *visulla* habent scriptum. Pontedera lectionem vulgarem ita corrigebat ex Plinio: *Visulae deinde et ex his minor Argitis.* Scilicet Plinius XIV, c. 2 ita *Visula* (Edd. antiquae *Vix ulla*) *magis quam denso uvarum partu, impatiens varietatis coeli, sed contra tenorem unum algoris aestusve constans. Quae minor est ex eo genere, melior. In eligendo solo morosa, pingui putrescit, gracili omnino non provenit; mediam temperiem delicate quaerit; ob hoc Sabinis collibus familiaris. Vva eius indecora visu, sapore iucunda, nisi matura protinus rapitur, etiam non putrescens cadit. Contra grandines eam tuetur foliorum amplitudo atque duritia.* Vnde si cum Pontedera h. l. legas *et ex his*, omnino vetus lectio *Visulae* servanda erit, nec diffiteor, rationem hanc mihi placere prae vulgata lectione, ubi *deinde* idem significat, quod sequens *ab his*, adeoque abundat. Sed de Visulis vitibus dubitari potest, num una an plures fuerint. Vnam

terrae mediocritate laetantur. nam in pingui nimiis viribus luxuriant; in macra tenues et vacuae fructu veniunt: amiciores iugo quam arboribus, sed argitis etiam in sublimibus fertilis vastis materiis et uvis exu-
22 berat. Humillimis tabulatis aptior visula brevem materiam, durum[x] et latum folium exigit, cuius amplitudine fructus suos optime adversus grandinem tuetur: qui tamen nisi primo quoque tempore maturi legantur, ad terram decidunt: humoribus etiam[y] prius,
23 quam defluant, putrescunt. Sunt et helvolae,[z] quas

Sang. habent. (x) *durum* addidi ex Br. Goes. Sang. *durum folium et* Sang. *materia* Polit. (y) *etiam* om. Sang. (z) *Helbolae* I. B. Br. R. *herbulas*

Ipse deinceps Columella cum Plinio nominat. Argitis etiam dubium est, Visularum an suo genere contineatur. Minorem laudat etiam Virgilius II, 99. *Argitisque minor, cui non certaverit ulla aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.* Ex graeco ἀργός generis albi argitin interpretatus est Isidorus. Infra s. 27 Sangerm. nominat *argillin.* Ceterum in loco Plinii vocabulum aliquod excidisse manifestum est. Harduinus igitur corrigebat: *materia magis quam denso uvarum partu.* Dalecampius malebat *magis condenso.* Brotier: *visula multo, magis quam denso, uvarum.* Ex Columella quidem earum correctionum nulla poterit confirmari; aliunde enim Plinius sua dixit, videlicet ex Graecino.

In sublimibus) Plinius l. c. post verba supra apposita: *albuelis summis arboribus fertilior est, visula imis:* idem antea: *Sabinis collibus familiarem:* quae verba proxima sequuntur argitidis mentionem. Consentit igitur Plinius cum nostro, qui tabulatis humillimis visulam aptat, Plinius imis arboribus. Iugum igitur Columellae videtur ad colles Sabinos et vitem Argitin esse referendum, quum adiectae arbores iugatam vitem potius intelligere nos iubere videantur. Ceterum ante Gesnerum interpungebatur: *exuberat, humillimis tab. aptior. Visula brevem:* quod vitium emendare iussit Vrsinus.

Durum et latum folium) Ex Brusch. Goes. Sang. accessit *durum* male in Edd. reliquis omissum, firmante Plinio. Isidorus: *Argitis graecula vitis generis albi, fertilis, vastam materiam et breve et latum folium mittens, cuius fructum nisi primo tempore colligas, aut ad terram decidit, aut humore putrescit.* Cuius loci vitium ante Pontederam ad h. l. vidit et correxit Gallicus Isidori interpres Iacobus du Breul. Legendum enim: *Visula materiem brevem.* Vincentius inde excerpsit: *vastam materiem et breve latumque folium.*

Legantur) Etiam in Plinio ante Harduinum erat: *nisi — rapiatur.* Sed Cod Chiffl. *rapitur.*

Helvolae) Isidorus: *Elbolae quas quidam varias appellant, neque purpureae neque nigrae, ab elbo colore ita dictae, subalbi tamen musti. Elbum*

nonnulli varias[a] appellant, neque purpureae neque nigrae, ab helvo[b] (nisi fallor) colore vocitatae. melior est nigrior abundantia vini, sed haec sapore pretiosior.[c] color acinorum in neutra conspicitur aequalis.[d] utraque candidi musti alterna vice annorum plus aut[e] minus afferunt,[f] melius arborem, sed et iugum commode vestiunt: mediocri quoque solo[g] foecundae, sicut pretiae[h] minor et maior. sed eae[i] generositate vini magis commendantur,[k] et frequentibus materiis frondent, et cito maturescunt. Albuelis[l] utilior, ut 21

Lips. Sic ἔρβουλος οἶνος ap. Athenaeum I, pag. 27 est. (a) *barias* P. Goes. Sang. (b) *helbo* I. B. Br. R. *ab herbio albo colore vocitat* Lips. (c) *preciofior* I. B. Br. *praeciosior* R. *precio* Lips. (d) *aequalis atque utraque* P. *aequalis. utraque aeque* Goes. (e) *alit* P. (f) *auferunt* F. (g) *sola* P. *solatio* Lips. (h) *preciae* I. B. Br. R. (i) *haec* Sang. (k) *commendatur* Sang.

enim est inter nigrum candidumque colorem: nam album nec album nec nigrum est. Plinius: *insignes iam colore inter purpureas nigrasque medio helvolae, saepius variant, et ob id variandae a quibusdam appellatae. Praefertur in his nigrior: utraque alternis annis fertilis, sed melior vino, cum parcior.* Suspicor esse graecum κάπνεον, cuius uva media inter album nigrumque colorem, teste Aristotele de Gener. IV, 4, quasi fumidam dicas. De qua Theophrastus eadem tradit H. P. II, 4. C. P. V, 3. Plinius 14, s. 4, no. 7. Capniam vitem in Thurinis collibus non ante demeti ait, quam gelaverit. Capniam gemmam Plinius veluti fumo infectam interpretatur 37, s. 37: eandem s. 56: plurimis spiris fumidam dixit. Optimum vinum Capnium in Beneventano agro nasci, tradit Athenaeus I, p. 31. Helvolam esse, mecum sentit Bodaeus ad Theophrastum. Ceterum de vino Helvolo Galenus apud Athenaeum I, p. 27, ὁ Ερβουλος ἐν ἀρχῇ μέν ἐστι μέλας, μετ' οὐ πολλὰ δὲ ἔτη λευκὸς γίνεται. ἔστι δὲ λίαν κοῦφος καὶ τρυφερός.

Sed haec) Recte monuit Pontedera, non habere *haec* quo referatur, et esse dubium ad nigram an albiorem pertineat. De nigriore constat ex Plinio, eam praeferri; rationem abundantiae addit Collumella; alteram neuter nominavit, ut dubitari possit, quo colore fuerit, quae sapore praestabat.

Preciae) Plinius: *Et preciae duo genera magnitudine acini discernuntur, quibus materies plurima uvaque ollis utilissima, folium apio simile.* Nominat etiam Virgilius II, 95: ubi Servius: *Hae cito maturescunt, unde et preciae dictae sunt, quasi praecoques, quod ante alias coquantur.* In Plinio XIV, s. 8: vinum Pucinum cum Graecorum *Praeciano* comparatur; sed ibi Edd. antiquae cum Hermolao *pyctanon* habent. Recte Pintianus monuit, ex Codice Chiffl. *Praitianum*, et Salmant. *Praictanum* efficiendum esse *Paractypianum*, quod ex Hadriaco sinu allatum memorat Dioscorides libro V.

Albuelis) Plinius: *Albuelis summis*

ait Celsus, in colle quam in campo; in[m] arbore quam in iugo; in summa arbore quam in ima:[n] ferax et materiae frequentis et uvae. nam quae[o] Graeculae vites sunt, ut Mareoticae, Thasiae, psithiae,[p] sophortiae,[q] sicut habent probabilem gustum, ita nostris regionibus et raritate uvarum et acinorum exiguitate minus fluunt. Inerticula[r] tamen nigra, quam quidam[s] Graeci amethyston[t] appellant, potest in secunda quasi tribu esse, quod et boni vini est et innoxia, unde[v] etiam nomen traxit, quod iners habetur in tentandis nervis, quamvis[x] gustu non sit hebes. Tertium gra-

(l) *Alvis vel his* L. P. *Aldi velis utilior his* Goes. et Sang. *Alduelis* ex Sang. Gronov. (m) *vel* I. B. Br. R. (n) *minima* Br. (o) *quae* om. I. B. Br. R. S. (p) *pythiae* Iens. Br. L. Goes. *psythiae* B. R. A. Iunt. H. *pithiae* Sang. (q) *Sophrotia* P. *Sophrotiae* L. *Sophorsisiae* Sang. (r) *Inerti cultu* L. (s) *quidem* Ald. sec. H. (t) *amarition* I. B. Br. R. *amaritior* L. *amarcion* P. Goes. Sang. (v) *unde* om. I. B. Br. R. *quem no. tr.* L. *quod quo nomen* reliquis omissis Sang. deinde *habeatur* P. (x) *in* add. I. B. Br. R. L. deinde

arboribus fertilior est, Visula imis. Quam ob rem circa easdem satae diversitate naturae locupletant.

Mareoticas) A marea, seu Mareotide lacu Aegypti, inde forte in Graeciam translatas. Vide Interpretes Virgilii Georg. II, 91. De psithia vide ad Nicandri Alexiph. vers. 181.

Sophortiae) Monstrum nominis nemo expellere conatus est. An latet in loco Plinii 14, s. 10, *Rhodium Coo simile est, Phorineum salsius Coo?* ubi Codices *Phormeum*, Harduinus legi vult *Corynaeum*.

Fluunt) Virgilius Georg. II: *Argitisque minor cui non certaverit ulla aut tantum fluere aut totidem per durare annos.* De olivis noster cap. 50 similiter posuit *exiguum, satis fluit.* Hine *fluxura* Columellae dicitur de vini expressi copia. Monuit haec primus Pontedera. Graecam esse seu ex graecis translatam locutionem, docebo ad XII, cap. 50, s. 1.

Inerticula) Isidorus: *Inerticula nigra est, quam Graeci amaracion vocant, boni vini et lenis, a quo etiam nomen traxit, quod iners in tentandis nervis habeatur, quamvis gustu non sit hebes:* ubi Chacon annotavit, vocem *amaracion* ab helvenaceis istuc esse translatam. Plinius: *Inerticulam e nigris appellavere, iustius sobriam dicturi, inveterato praecipue commendabilem vino, sed viribus innoxiam, si quidem temulentiam sola non facit.* Qui locus nomen amethyston satis defendit et explicat.

Tertium gradum) Isidorus: *tertius locus vitium, quae sola foecunditate commendantur, abundantia copiosa, multumque vini fluens.* Plinius: *fertilitas commendat ceteras, principemque helvenacam. Duo eius genera: maior, quam quidam longam, minor, quam emarcum appellant, non tam foecundam sed gratiorem haustu. Discernitur folio circinato, verum utraque gracilis. Fur-*

dum facit earum Celsus, quae foecunditate sola commendantur: ut tres Helvenaciae,[y] quarum duae maiores nequaquam[a] minori bonitate et abundantia musti pares habentur: carum altera, quam Galliarum incolae emarcum[a] vocant, mediocris vini:[b] ct altera,

habilis Eaedem. *sit gustus sit hebes* P. *gustus non sit habilis* Goes. Sang. (y) *helvenacae* I. B. Br. R. *helvenatiae* H. *heminaceae* Goes. *hennacae* P. S. (a) *nequiquam* Iens. *nequisquam* Pol. (a) *marcum* L. S. (b) *est* add. I. B.

cas subdere his necessarium: alioqui ubertatem suam non tolerant: maritimo afflatu gaudent, roscido odore. Nulla vitium minus Italiam amat, rara, parva, putrescens in ea: vino quoque, quod gemit, aestatem non exsuperans: nec alia macro solo familiarior. Graecinus, qui alioquin Cornelium Celsum transscripsit, arbitratur, non naturam eius repugnare Italiae, sed culturam avide palmites evocantium. Ob id fertilitatem suam absumi, si non praepinguis soli ubertas lassescentem sustineat. Carbunculari negatur · magna dote, si verum est, aliqua in vite coelo non esse ius. Vbi vides, Plinium duo modò genera commemorare, et ad emarcum transferre folium rotundum. Codex Thuani similiter ibi babet *marcum*, alii *quam arcam.* Denique *roscida odere* in Plinio legere màlebat cum Dalecampio Harduinus; atque ita edidit Brotier, qui ex libris praetulit scripturam *helvenaicam*. De nomine helvenaciarum primum videamus. Noster infra V, 5, 16, elvenacum genus, ut Gallicum commemorat, ubi nulla librorum varietas est. Igitur nomen ipsum Gallicum est. Diversae sunt *helvolae* a colore vario appellatae, quas supra a. 23 et infra cap. 21, a. 3, nominat noster. Vinum helveolum minusculum Catonis VI, 4, et Varronis I, 25, Plinius et libri scripti variant, *helvium*, *helvinum*, *helvolum*, *helutum* vocantes. Idem Cato cap. 24 helveolum vinum fieri ait addita dimidia parte vini apicii et defruti trigesima: ubi Polit. liber *helviolum* nominat. Ex eo igitur loco credo apparere, helveolum Catonis seu helviolum esse genus vitis a natione aliqua dictum; idem, ni fallor, de quo Plinius 14, s. 3: *Iam inventa per se in vino picem resipiens, Viennensem agrum nobilitans, Arveno, Sequanoque et Helvico generibus non pridem illustrata:* ubi, si verum est, non pridem celebratam fuisse vitem Helvicam, Catonis vinum Helviolum diversum esse debet: quod equidem non credo. Helvicum et helvenacum idem esse, monuit ad Plinii locum Harduinus, et dictum ab Helviis, quos ab Arvernis Cevenna monte separari ait Caesar B. G. VII, 7. Albam Helvorum habet Plinius III, s. 5. Helviorum seu Helbiorum ager nunc dicitur *le Vivarais*. Quam Suevi vocant *Elben*, alii *Elbling*, *Elbische*, folium rotundum habet quidem, sed diversa esse videtur. De ea vide Sprengeri Cultur. vinearum practicam p. 59.

Emarcum) Cod. Lips. et Sang. *marcum*, ut libri quidam Plinii. Suspicari possis, hinc derivandum esse Gallicum vocabulum *marc*, quo vinaceorum pes expressus significatur, cuius significationis exempla ex scriptoribus

quam longam appellant, eandemque avaram,[c] sordi-
di vini,[d] nec tam largi quam ex numero uvarum[e] prima
26 specie[f] promittit. Minima[g] et optima[h] e tribus facil-
lime folio dignoscitur,[i] nam rotundissimum omnium
id gerit, atque est laudabilis,[k] quod siccitates maxime
perfert, quod frigora sustinet, dum tamen sine im-
bribus sit;[l] quod nonnullis locis etiam vinum eius in
vetustatem diffunditur; quod praecipue sola[m] macer-
27 rimum quoque[n] solum fertilitate sua commendat. Vt[o]
spionia dapsilis musto et[p] amplitudine magis[q] uvarum,

Br. R. *vineis* P. *vini* om. S. (c) *canaram* L. *cavam* P. *eademque cavam* Sang. (d) *vini* addidi ex I. B. Br. R. (e) *earum* P. deinceps vulgo addunt *quas* quod cum Sang. delevi. *quorum* Ient. Br. Iunt. Lips. (f) Ita pro *spes* I. B. Br. R. Iunt. L. Sang. sed *prima* in Sang. deesse ait Gronov. (g) *minuma* P. (h) *optuma* P. (i) *dinoscitur* P. (k) *laudabile* I. B. Br. R. (l) *sit* abest I. B. Br. R. (m) *solam acerrimam* Lips. S. *sola macerrimum* Goes. *Sola acerrimum* al. (n) *quod* I. B. R. Br. (o) *Vt scipioni adapsilis mustos* L. P. *ut scipionia* Goes. S. Vulgo *At.* (p) *sed* L. I. B. Br. R. *mustos sed* S. (q) (alicui) *alii cui* P. *alioquin* I. B. Br. R. *amplitudinem alicui*

latiuis serioris aevi posuit Cangius in *Marchus.* Nisi potius a vetere Gallorum vocabulo descendit, quo equum significabant, teste Pausania in Phocicis, qui ἵππων ὄνομα μάρκαν esse ait. Sic Marcellus Empiricus c. 16, p. 121: *herba quae gallice calliomarcus, latine equi ungula vocatur.* Conf. Cangii Glossar. lat. in vocabulo *Marecha.* De Marcomannis, id est, ἱππικοῖς ἀνδράσι vide Hagenbuch. ad Aeliani H. A. XIV, 23, in edit. Abr. Gronovii. Fuerit igitur *uva marcus* vel *marca* quasi ἵππιος graece dicas.

Avaram) Vitium arguit varietas *cavam* et *canaram.* In Varrone II, 4, 10, de Gallicis succidiis legitur in vetustissimis libris scriptis *canatae* et *camarae*, in Edd. *taniacae.* An fuit olim h. l. *canariam?* ut dicta fuerit vitis vilis propter sordidum vinum a canibus. Veram lectionem forte alii exquirent. Forte latet vestigium vocis *canaba*, de cella vinaria usurpata ab Augustino aliisque, unde Italicum *canava* hodieque frequentatur; Galli *cave* dicunt. Vide Cangii Glossarium.

Vvarum prima specie) Hanc Sang. lectionem probavit etiam Drakenb. ad Livium T. I, p. [illegible].

Vt spionia) Isidorus: *Vitisionia uvas magnas magis quam multas habet. nomen autem inde hoc sumens, quod multum vini fluat.* Pontedera *ut* pro *at* restitui iussit, et lectionem librorum *scipionia* interpretatur a longitudine uvarum aut a Scipionum gente dictam. Plinius: *Aestum fert spionia, quam quidam spineam vocant, autumnisque et imbribus pinguescit. Quin imo nebulis alitur una, ob id Ravennati agro peculiaris.* Scilicet *ut spionia* pendet ab initio sect. 25: *quae foecunditate sola commendantur, ut tres*

quam numero fertilis, ut oleaginia,[r] ut Murgentina, eademque[s] Pompeiana, ut[t] Numisiana,[v] ut[x] venucula eademque scirpula,[y] atque sticula,[z] ut nigra Fregellana,[a] ut[b] merica, ut Rhaetica,[c] ut omnium quas co-

S. (r) *holgonia aut murgentina* I. B. Bc. R. *holconia* S. *holcamut murcentina* P. *aut holcam aut* L. (s) *eadem qua* H. (t) *aut* I. B. R. Br. (v) *numiserus* P. *et numerus* L. (x) *avenuncula* I. B. Br. R. *avenunculae* P. *avenunsculae* L. (y) *scurcitula* P. *scircitula* I. Br. *scirciticula* B. Bc. R. *scuricula* L. (z) *rabucula* P. *hasque rabucula* S. *rabicula* L. I. B. R. Bc. (a) *flagellana* Iens. Br *flagelana* B. R. *frogellana* L. (b) *ut (et) mettica vel attica, ut omnium etc.* P. *ut mettia* Goes. *ut mectica actica rhactica* L. *et retica, vel attica, ut omnium etc.* I. B. R. *et retica ut attica:* ut Br. (c) *retica* al.

Helvenaciae. Iterum nominat infra c. 7, s. 4, III, 21, s. 3 et 10. Naturam eius arguit solum uliginosum Ravennae. Hinc Martialis III, 56: *Sit cisterna mihi quam vinea malo Ravennae, quum possim multo vendere pluris aquam.* Alia conditio agri Caecubi, de quo vide ad III, 8, s. 5, propter eius aquas calidas ubique prorumpentes.

Oleaginia) Plinius: *oleagineam nuper invenerint a similitudine olivae. Novissima haec uvarum ad hoc tempus reperta est.* Ita saltem *oleaginea* h. l. scriptum oportebat. Sed libri scripti omnes cum Edd. optimis pro ea nominant *holconiam*, quae videtur esse ea, de qua Plinius inter vites, fertilitate commendabiles: *sicut horconia in Campania tantum vilitatis cibariae, sed ubertate praecipua.* Itaque hanc equidem lectionem praetulerim.

Murgentina) Plinius: *In Vesuvio et Surrentinis collibus Murgontina e Sicilia potissima, quam Pompeianam aliqui vocant, Latio demum feracem, sicut horconia in Campania, tantum vilitatis cibariae, sed ubertate praecipua.* Idem paulo post: *Municipii uvam Pompeii nomine appellant, quamvis Clusinis copiosiorem.* ubi Pintianus emendat: *Pompeii municipii suo nomine appellant.*

Numisiana) Plinius: *Tarracina numisianam nullas vires proprias habentem, sed totam perinde ac solum valeat. Surrentinis tamen efficacissima testis, Vesuvio tenus.*

Venucula) Plinius: *Venuculam inter optime deflorescentes et ollis aptissimam Campani malunt sirculam vocare, alii staculam.* ubi ex Regio libro *scirculam* edidit Beotier. Idem Plinius inter insignes uva, non vino, vites nominat *scirpupulam passo acino.* In Macrobio Saturn. III, 20, legitur *venuncula.* Deinde *scircitula* ex libris scriptis et libro XII, 43, malebat Pontedera; paulo post tamen praefert *scriptulam.* quasi venis lineisque distinctam, denique *sticulam* a *sticea* interpretatur dictam, lineis venulis striisque distinctam atque ordinatam in acinis, a στίχος series. Sed libri optimi pro *sticula* habent *rabucula.* Plinius inter pergulanas damnat *rabusculam* ubi libri scripti *rabuculam* habent, Harduinus malebat *ravusculam* a colore ravo. *Rabiolas* uvas habet Cangii Glossarium.

Merica) Plinius: *Tolerat et annos moerica contra omne sidus firmissima*

gnovimus copiosissima arcelaca[d] maior, a multis
28 argitis[e] falso existimata.[f] Nam has nuper mihi[g] cognitas, pergulanam dico et irtiolam[h] fereolamque,[i] non facile asseverem, quo gradu[k] habendae sint: quod etsi satis foecundas scio, nondum tamen de bonitate vini, quod afferunt,[l] iudicare potui. unam etiam praecoquem[m] vitem nobis ante hoc tempus incognitam (in[n]) Graeca[o] consuetudine dracontion vocitari comperimus, quae foecunditate[p] iucunditateve arce-

(d) *arcelaga* P. L. (e) *argutis* P. *argillis* Sang. (f) *existumata* P. (g) *mihi cognitas.* defic. P. L. *nuper gulanam* S. (h) *hirtiolam* I. B. Br. R. *utiliolam* L. (i) *ferreolamque* L. P. H. S. (k) *gladii* P. (l) *adfert* P. (m) Ita pro *praecocem* L. I. B. Br. R. I. I. H. A. (n) *in* abest P. I. I. H. A. *a* I. B. R. Br. (o) *Graecam consuetudinem* P. (p) *foecunditate vel arclatae* I. B.

nigro acino, vinis in vetustate rubescentibus. ubi alii Codices habent *metica.* Brotier antiquum *merica* restituit. Libri Columellae *metticam, mettiam, ymecticam* nominant, et praeterea *atticam* interserunt, quasi de *Hymettica attica* Columella loquatur.

Rhaetica) Plinius inter insignes uva, non vino, vites: *Rhaetica in maritimis alpibus appellata, dissimilis laudatae illi* (sc. Rhaeticae) *namque haec brevis, conferta acino, degener vino, sed cute omnium tenuissima, nucleo, quem Chium vocant, uno ac minimo, acinum praegrandem unum alterumve habens.* Geminam ita facit Rhaeticam Plinius. Putant esse quae hodie dicitur *Valteliner*, in Hungaria *rothe Zierfahnler* teste Mitterpacher Elem. rei rusticae T. II, p. 22, Virgilius: *et quo te carmine dicam, Rhaetia? nec cellis ideo contende Falernis.* Vino Rhaetico Augustum delectatum fuisse, monet Suet. c. 77. Plinius XIV, s. 3, inter fabrili fumo servatas uvas refert: *Ante Tiberium Rhaeticis prior mensa erat et uvis Veronensium agro.* ubi libri scripti *et ullis* unde Harduinus corrigebat *et Tullis* vel *Fisulis.* Postea Plinius Rhaeticam domi nobilem alibi non agnosci tradit, foecunditate tamen bonitatem vini compensare locis temperatis satam; sect. 8: *In Veronensi item Rhaetica Falernis tantum posthabita a Virgilio.* Scilicet Rhaetorum oppidum erat Verona. Sed ecce Servius ad Virgilii Georg. II, 95: *Rhaeticam uvam Cato praecipue laudat in libris, quos scripsit ad filium; contra Catullus eam vituperat, et dicit, nulli rei aptam esse, miraturque cur eam laudaverit Cato.* Hodie in libro Catonis Rhaeticae vestigium non exstat.

Arcelacae) Infra cap. 7, 1, ubi libri alii *Arcelatam* alii *Arclatam*, cap. 21, s. 3, legitur *arcellae.*

Pergulanam) Vereor, ut vocabulum sit sanum. Nam pergulana est, quaecunque in pergulae formam colitur.

Irtiolam) Plinius: *Irtiola Vmbriae Mevanatique et Piceno agro peculiaris est.* ubi libri scripti *Irciola* habent.

lacae basilicaeque[q] et Bituricae comparari possit, ge-
nerositate vini Amineae. Multa praeterea sunt genera 29
vitium, quarum nec[r] numerum nec appellationes
cum certa fide referre possumus. *Neque enim,* ut ait
poëta, *numero*[s] *comprendere refert, quem qui scire ve-
lit, Libyci velit aequoris idem discere quam multae
zephyro versentur*[t] *harenae.* Quippe universae regiones 30
regionumque pene singulae partes habent propria
vitium genera, quae consuetudine sua[v] nominant;
quaedam etiam stirpes cum locis vocabula mutaverunt;
quaedam propter mutationem[x] locorum, sicut supra[y]
diximus, etiam[z] qualitate sua decesserunt,[a] ita ut di-
gnosci non possint. ideoque[b] in hac ipsa Italia, ne[c]
dicam in tam diffuso terrarum orbe, vicinae etiam[d]
nationes nominibus earum discrepant, variantque vo-
cabula. Quare prudentis magistri est eiusmodi nomen- 31
clationis[e] aucupio, quo potiri[f] nequeant,[g] studiosos
non demorari; sed illud in totum praecipere, quod
et Celsus ait et ante eum M. Cato, nullum genus vi-
tium conserendum esse nisi fama, nullum diutius con-

Br. R. *foecunditate iucunditate vel alcaelacae* P. *foecundita iucunditateve arcelatae* I. I. H. A. G. *foecunditate vel alcelacae basilisoaeque* S. (q) *basiliscaeque* L. P. *baliscaeque* Goes. (r) *ne* Br. deinde *possimus* P. (s) *numerum* I. B. R. *comprehendere* Br. (t) *turbentur* Goes. et S. teste etiam Heins. ad Virg. Geor. 2, 106. antea *dicere* Br. (v) *denominant* P. S. (x) Ita pro *mutationes* I. B. Br. R. S. (y) *supradiximus* iunct. I. B. R. I. I. A. G. (z) Vulgo additum *a* omitt. I. B. Br. R. (a) Ita pro *discesserunt* I. B. Br. R. L. *decesserint* P. (b) *quod* P. (c) *nec* P. (d) *etiam* om. I. B. Br. R. S. (e) *nomen culationis* I. B. Br. B. *nomenlationis* P. (f) *potiori* P. *in quo*

Iucunditative) Spurium censeo vocabulum hoc, approbantibus libris optimis. A sola enim foecunditate commendantur haec tria genera in sequentibus Capp. a Columella; nec de iucunditate nunc quaeritur.

Qualitate) Isidorus: *multa autem genera vitium sunt, quae tamen mutatione loci et qualitatem et nomen amittunt.*

Quo potiri) Vrsinus malebat *qua potiri nequeunt.*

Nisi fama) Palladius I, 6, 2: *genera omnium surculorum vel frugum praeclara, sed terris suis experta committe. in novo enim genere seminum*

servandum nisi experimento probatum: atque ubi multa invitabunt regionis commoda, ut nobilem vitem conseramus, generosam requiremus, inquit Iulius Graecinus: ubi nihil erit aut non multum, quod[h] proritet, feracitatem potius sequemur, quae non eadem portione vincitur[i] pretio, qua[k] vincit abundantia.[l]
32 Sed de hac sententia, quamquam et ipse paulo ante idem[m] censuerim, quid tamen arcanius iudicem, suo loco mox dicam. Propositum est enim docere, qua ratione[n] vineae pariter feraces et pretiosae[o] fluxurae[p] possint constitui.

III. Nunc prius quam de satione[a] vitium disseram, non alienum puto, velut quoddam fundamentum iacere disputationi futurae, ut ante perpensum[b] et exploratum habeamus, an locupletet patremfamilias[c] vinearum cultus. est[d] enim pene adhuc supervacuum de his conserendis praecipere, dum quod[e] prius est, nondum concedatur, an omnino sint habendae:[f] idque adeo plurimi dubitent, ut multi refugiant et reformident talem positionem ruris, atque optabiliorem pratorum possessionem pascuorumque vel silvae caeduae
2 iudicent. nam de arbusto etiam inter auctores non exigua pugna fuit, abnuente Saserna genus id ruris, Tremellio[g] maxime probante. sed et[h] hanc sententiam suo looo aestimabimus. Interim studiosi agrico-

potore L. (g) *nequeat* I. B. Br. R. L. A. Iunl. H. (h) *quo* Sang. (i) *vincit precio* I. B. Br. R. (k) Ita pro *quam* Br. el Vrsini coniectura. (l) *habundantia* I. B. R. L. qui ita fere semper. (m) Ila pro *id* I. B. Br. R. S. (n) *ei* addil. Br. (o) *preciosae* I. H. Br. R. *praeciosae* Iunl. *practiosae* Ald. (p) *fluxorae* Pol.

Cap III. (a) *ratione* P. *rationem vitium dixeram* L. (b) *propensum* H. (c) *patremfamiliae* I. B. R. S. (d) *et* I. B. Br. R. I. I. (e) *prius est quod* I. I. (f) *hadibendae* R. (g) *Tremelio* B. R. (h) *et* omill. I. B. Br. R.

onte experimentum non est spes tota ponenda. el secl. 14: *elignmus praeci-pua in ea regione, quam colimus, vel exploremus advecta.*

lationis hoc primum docendi sunt, uberrimum esse
reditum[i] vinearum. Atque ut omittam veterem illam
felicitatem arvorum, quibus et ante iam M.[k] Cato, et
mox Terentius[l] Varro prodidit, singula iugera vinea-
rum sexcenas urnas vini praebuisse; id enim maxime
asseverat in primo libro rerum rusticarum Varro;
nec una regione[m] provenire solitum, verum et in Fa-
ventino agro et in Gallico, qui nunc Piceno[n] contri-
buitur: his[o] certe temporibus[p] Nomentana regio[q] 3
celeberrima fama est illustris, et praecipue quam
possidet Seneca, vir excellentis ingenii atque doctri-
nae, cuius in praediis vinearum iugera singula culleos[r]
octonos reddidisse[s] plerumque, compertum est. nam
illa videntur prodigialiter in nostris Ceretanis[t] acci-
disse, ut aliqua vitis apud te excederet uvarum nu-

aestimavimus Sang. (i) *redditum* et ita saepe L. (k) *C. Marcus* I. B. Br. R. *orborum* Sang. (l) *Varro Terentius* I. B. Br. R. (m) *regionum* I. B. Br. R. Deinceps *Florentino* Sang. (n) *pycene* I. B. R. I. I. H. A. *Pyceno* Br. Gr. G. (o) Ita pro *haec iis* I. B. Br. R. S. probante Pontedera. Etiam Edd. I. I. omittunt *haec*. Deest et in cod. Ponted. Caesen. et Tromb. (p) Ita Pol. Sang. Edd. I. I. Vulgo *temporibus. Sed Nomentona.* Edd. I. B. Br. R. *temporibus et Nom.* H. A. *temporibus sed N.* Ceterum Polit. *Nomentanea* Lips. *Momentana* I. *nomentaneae.* (q) Vulgo insertum *nunc* omittunt I. B. R. I. I. Sang. (r) *culeos* I. B. Br. R. (s) *reddisse* I. B. R. *plerunque* Br. (t) *Celeretanis* Goes. S. (v) *milium* I. B.

Cap. III. *Varro*) Vide ad Varronem I, 2, 7 notas.

His certe temporibus) Locum hunc ex optimis libris restitui pristinae veritati, varie vitiosum antea, ut varietas demonstrat.

Octonos) Aliter Plinius 14, s. 5, de vineis bis Senecae, a Rhemnio Palaemone emtis: *quando et postea saepenumero septenos culeos singula iugera, hoc est, amphoras centenas quadragenas musti dedere. Ac ne quis victam in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato denos culeos redire ex iugeribus scripsit.*

Ceretanis) Iterum infra c. 9, 6, nominat. Beroaldus recte monuit, non respici Ceretes Etruriae, sed citerioris Hispaniae. Plinius III, s. 4, *per Pyrenaeum Cerretanos.* et paulo post *Cerretanos* refert, *qui Iuliani cognominantur et qui Augustani.* Comparat deinde Beroaldus locum Martialis XIII, 124. Ceretana Nepos ponat, Setina putabis. et epigr. 54 de perna: *Ceretana mihi fiet vel massa licebit de Menapis.*

merum duorum[v] millium, et[x] apud me octogenae[a] stirpes insitae intra biennium septenos culleos[b] peraequarent, ut primae vineae centenas amphoras iugeratim praeberent, quum prata et pascua et silvae, si centenos sestertios[c] in[d] singula iugera efficiant, optime domino consulere videantur. nam frumenta maiore[e] quidem parte[f] Italiae quando cum quarto responderint, vix meminisse possumus. Cur ergo res infamis est? non quidem suo sed hominum inquit vitio Graecinus. Primum,[g] quod in explorandis seminibus nemo adhibet diligentiam, et ideo pessimi generis plerique vineta conserunt: deinde sata non ita nutriunt,[h] ut ante convalescant ac prosiliant, quam retorrescant: sed et si forte adoleverint, negligenter
5 colunt. Iam illud a principio nihil referre censent, quem locum conserant; immo etiam seligunt deterrimam partem agrorum, tanquam sola sit huic stirpi maxime terra idonea, quae nihil aliud ferre possit. Sed ne ponendi quidem rationem aut perspiciunt,

Br. R. (x) *ut* I. B. R. Br. (a) *octingentae* I. B. R. Br. *octingenae* Sang. (b) *culeos* I. B. R. Br. (c) *sexternos* P. *sextertios* I. B. Br. R. I. I. (d) *in* deficit I. B. R. Br. S. (e) *maiorem* P. Goes. (f) *partem* P. G. (g) *Primo* Br. (h)

Octogenae) Lectionem *octogintae* probat Dickson I, p. 181, ita, ut iugerum vinea consitum dicatur septem culleos extulisse vini. Totum is locum ita vertit: *and that with me eight hundred stocks planted only two years before, should produce seven cullei; or even that the best vine yards should produce an hundred amphora by the iugerum.* Scilicet putabat vir doctus, stirpes vineae pedum senorum intervallo plantatas 800 occupare iugerum; idque h. l. intelligi putabat. At enim si de iugero loqui voluisset, brevius dicere poterat; potius prodigium ita narrat, ut non solum singulae vites, sed octogenae simul duobus continuis annis, et denique tota iugera vinearum primarum, in Sardinia sitarum, fructum tam uberem proferrent.

Quando cum quarto) Ex Varrone I, 44, Vrsinus addi volebat *decimo*. Verum Varro istum modum quibusdam modo locis Italiae assignat. Deinde si *decimo quarto* legas, Columella longe maius pretium agro segetibus consito statuet, quam pratis, pascuis, silvis et ipsis adeo vineis. Nam ex iugero agri mediocris, quod

aut perspectam exsequuntur: tum [i] etiam dotem, id est instrumentum, raro vineis praeparant; quum ea res, si omissa sit, plurimas operas nec minus arcam patrisfamilias semper exhauriat.[k] Fructum vero plerique 6
quam uberrimum praesentem consectantur, nec providentes futuro tempori, sed quasi plane in diem vivant, sic imperant vitibus, et [l] eas ita multis palmitibus onerant, ut posteritati non consulant. Haec omnia vel certe plurima ex his quum commiserint, quidvis malunt quam suam culpam confiteri; queruntur que non respondere sibi vineta, quae vel per avaritiam [m] vel inscitiam vel per negligentiam perdiderunt. At si 7
qui [n] cum scientia sociaverint [o] diligentiam, non, ut ego existimo, quadragenas vel certe tricenas, [p] sed ut Graecinus, minimum computans licet, inquit, amphoras vicenas [q] percipient ex singulis iugeribus: om-

Ita Sang. pro *enutriunt*. (i) *cum* I. B. Br. R. S. (k) *exhauriet* I. B. Br. R. (l) Vulgo *et eas multis* Brusch. *eas ita multis*. Ald. *et eas ita multis*. Igitur *ita* addidi. *ut eas* Herv. (m) *avaritiem* Saug. deinceps *inscientiam* I. B. Br. R. L. *inscitia* Saug. deinde idem *quae perdiderunt*. (n) *quis* I. B. Br. B. S. (o) *sociaverit* I. B. Br. R. (p) ante Gesn. *tricenas vel quadragenas certe*. ipse dedit *quadr. vel tric. certe*, et deinde verba: *computans, licet, inquit, amphoras* aliter interpunxit. Pro *tricenas* I. B. Br. R. L. *decenas*. Goes. Saug. *certe ducenas*. Sequens *ut* ante *Graecinus* om. Saug. (q) *vicenas, percipient* A. Iunt. G. H. *percipiant* Saug. deinceps *omnis* Br.

Columella vineae serendae destinat, reditum fuisse annuum sestertiorum 40, ex rationibus ipsis Columellae deducere conatur Dickson II, p. 97 et 106. Atque hoc etiam argumento probare vult neglectum et detrimentum enorme agriculturae romanae, quod Varronis tempora consecutum esse debuit, cum aucto frumentorum pretio.

Dotem) Cum dote hac comparat *Sprenger* Cult. Vinear. p. 146 partem summam et imam vinearum Suevicarum *Vorlehn* dictam, quasi feudi partem liberam dixeris, quoniam terra inde egesta reliquae vineae quotannis additur, et gramina inde in pabulum bubuli pecoris vertitur, unde stercus confiat.

Vberrimum) Sangerm. ita: *uberrime praesentem vivat, sic imperat vitibus*. omissis reliquis.

Non ut ego) Vrsinus malebat: *ut non, ut ego existimo tricenas — vicenas percipiant*. Scilicet locus ante Gesnerum ita legebatur: *At si qui cum — existimo tricenas vel quadragenas certe*. Sed vel ita etiamnum in verbis

neis istos, qui foenum suum et olera amplexantur, incremento patrimonii facile superabunt. Nec in hoc errat:[r] quippe ut diligens ratiocinator calculo posito videt,[s] id genus agricolationis maxime rei familiari
8 conducere. Nam ut amplissimas impensas vineae poscant, non tamen[t] excedunt septem iugera unius operam vinitoris, quem vulgus quidem parvi[v] aeris, vel de lapide noxium posse comparari putat;[x] sed ego[y] plurimorum opinioni dissentiens pretiosum vinitorem in primis esse censeo: isque licet sit emptus [sex, vel potius] sestertiis[z] octo millibus, quum ipsum solum septem[a] iugerum totidem millibus[b] numorum[c] partum, vineasque cum sua dote, id est cum pedamentis et viminibus binis[d] millibus in singula iugera positas duco: fit tum[e] in assem consummatum[f] pretium se-
9 stertiorum XXIX millium. Huc accedunt semisses usu-

(r) *errant* I. B. Br. R. (s) *videt, et* I. B. Br. R. *videre* P. (t) *tantum* I. Br. (v) *parvideris* L. (x) *putant* L. I. B. Br. R. (y) *a* ins, G. S. (z) *sextertiis* hic et al. L. I. B. Br. R. I. I. H. A. G. *sexterciis octo milibus* Br. (a) *octo* L. I. B. Br. R. S. (b) *milibus* hic et al. I. B. Br. R. Gr. (c) *nummorum* I. B. Br. R. H. *nam in horum pratum* L. (d) *unus* Lips. Deinceps *posita* Sang. (e) *tamen* L. I. B. Br. R. (f) *consumatum* I. B. Br. R. I. I. H. A.

licet, inquit vitium superesse puto.

Nec in hoc errat) Graecinus. Sed agricolam potius respicere videtur Columella. Quare vitium aliquod latere suspicor. Malim *nec in hoc errant; quippe diligens ratiocinator — videt.*

Septem iugera) Geoponica II, 46: πλέον ὀκτὼ πλέθρων ἀμπέλου ἐργάζεσθαι οὐ δυνατὸν etc.

De lapide noxium) Lapis veluti catasta, locus, ubi servi venibant, etiam apud Graecos, teste Polluce III, 25. Cf. Turnebi Advers. X, 3. Brodaci Miscell. VI, 5. Pignorium de Servis p. 49. quos laudavit Schoettgen. De lapide Capitolino h. l. interpretatus erat Georg. Alexandrinus Merula, quem refutavit Beroaldus, comparans locum Plautinum Bacchid. IV, 7, 17, et Ciceronis de Petit. Consul. c. 15: *empti de lapide.* Feminae in machina prostare dicuntur. Idem Cicero ibid. c. 2: *amicum de machinis emit.* Varro apud Nonium in *Sarcinatrices* nominat *sarcinatrices in machinis*, ubi cantare soleant. Male ibi pergulas interpretatur Ian. Guilelm. Verisim. II, c. 12.

(*Sex vel potius*) *sestertiis*) Verba a Gesnero inclusa primus damnavit Vrsinus velut ex varietate scripturae *sestertiis* et *sextertiis* orta. Ceterum debebat esse *sestertium octo millibus.*

Totidem millibus) Scilicet septem, quot sunt iugera, ut monuit Gesner.

Semisses usurarum) Vsurae men-

rarum sestertia tria millia, et quadringenti octoginta[g] numi biennii temporis, quo velut infantia vinearum cessat a fructu. Fit[h] in assem summa sortis et usurarum XXXII millium quadringentorum LXXX numorum. quod quasi nomen si ut foenerator cum debitore ita rusticus cum vineis suis[i] fecerit, eius summae ut in perpetuum praedictam usuram semissium dominus constituat, percipere debet in annos singulos mille nongentos[k] quinquaginta sestertios numos; qua computatione vincit tamen reditus VII iugerum, secundum opinionem Graecini,[l] usuram triginta[m] duorum millium quadringentorum octoginta[n] numorum. Quippe ut deterrimi generis sint vineae, tamen si cultae,[o] singulos utique culleos vini singula earum iugera peraequabunt: utque trecentis[p] numis quadragenae urnae

A. (g) *ostuaginta* I. B. Br. R. I. I. H. A. (b) *Fuit* P. (i) *suis* om. L. B. Br. R. *ausfecerit* P. (k) *septingentos* alii praeter L. I. B. Br. R. *nungentos* Sang. postea *quadraginta* alii praeter L. I. B. Br. R. S. Deinde *vinest* Sang. pro *vincit.* (l) *Grecini* H. *Graecii* A. *Grecinii* L. et ita fero semper. (m) *trium* al. pr. L. I. B. Br. R. I. I. S.* (n) *octuaginta* L. I. B. Br. (o) *culte* h. e. *cultae* L. H. *cultae* I. I. (p) *tricentis* I. B. Br. R.

struae semissium efficiunt in centum sestertios usuras annuas sestertiorum sex, in mille sestertios sexaginta, in 29,000, usuras annuas 1740, quae duplicatae usuras biennii efficiunt summam a Columella positam 3480. Semisses usurarum suo etiam tempore commemoravit Cicero. Sed nunc demum animadverto Salmasium de Modo Vsurar. p. 281 instare latine *semisses usuras* dici, non semisses usurarum; itaque bis in h. l. vulgatam corrigit *semissium usurarum sestertia*: et deinceps: *praedictum usurarum semissum foenus constituat*, Posteriorem hanc emendationem inter paucas Salmasianas mihi egregie probari, fateor.

Octoginta) Libri optimi *octuaginta* ex Graeco ὀγδοήκοντα. quam formam in lib XII, Columellae reliquit Gesner; paulo post tamen Bruschiana sola *octoginta* praefert.

Fecerit, eius summae) In Gesneri editione est: *fecerit eius summae, ut in. quasi nomen eius summae* iungenda sint. Vitium distinctionis correxeram, antequam Salmasii admonitionem novissem.

Nongentos) Vitium numerorum, ante Gesnerum a Victorio positorum, viderat etiam Antonius Augustinus Emend. II, 10. Numerum rotundum posuit Columella pro recto, qui erat 1948 4/5 recte monente Gesnero. Veram lectionem restitui iussil

veneant, quod minimum pretium est annonae; consummant tamen septem[q] cullei sestertia duo millia et centum numos: ea porro summa excedit usuram se-
11 missium. Atque hic calculus quem posuimus, Graecini rationem continet. Sed nos exstirpanda vineta censemus, quorum singula iugera minus quam ternos culleos praebent. et adhuc tamen sic computavimus, quasi nullae[r] sint viviradices, quae de pastinato eximantur: quum sola ea res omnem impensam terreni pretio suo liberet; si modo non provincialis sed Ita-
12 licus ager est. Neque id cuiquam dubium esse debet, quum et nostram et Iulii Attici rationem dispunxerit.[s] Nos [iam] enim vicena millia malleolorum[t] per vineae iugerum inter ordines pangimus. ille minus quatuor millibus deponit: cuius ut vincat ratio, nullus tamen vel iniquissimus locus non maiorem quaestum reddet,
13 quam acceperit impensam: siquidem,[v] ut cultoris negligentia sex millia seminum intereant,[x] reliqua tamen decem millia tribus millibus numorum libenter et cum

trecenis Goes. S. (q) *septeni* P. (r) *nullae* P. *mille* L. I. B. Br. R. *nullae iam* conieceral Beroaldus. *cuiquam* omitt. Saug. et deinde *iam* post Nos. (s) *dispunxerit* P. *despexerit* B. R. *dispersit* H. Vulgo *dispexerit*. (t) *malleolum* P. *maleolorum* I. B. Br. R. *malleorum* L. (v) Ita pro *Sit quidem* I. B. Br. R. L. Pol. Saug. (x) *ingerunt* I. B. Br. R. L. (y) Ita pro *redem-*

etiam Salmasius de Modo Vsur. l. c.

Minimum pretium annonae) De vario pro diversis temporibus vini pretio haec breviter annotabo, quae ad Catonem etiam poterunt referri. Plinius 18, s. 4: *M. Varro auctor est, quum L. Metellus in triumpho plurimos duxit elephantos, assibus singulis farris modios fuisse, item vini congios, ficique siccae pondo LXX, olei pondo X, carnis XII* Haec pertinent ad A. V. 502. et bellum Punicum primum, notante ipso Plinio 8, s. 6; idem 14, 3, s. 16. *P. Licinius Crassus et L. Iulius Caesar Censores A. V. C. 565. edixerunt, ne quis vinum graecum Amminaeumque octonis aeris singula quadrantalia venderet.* Pertinet huc etiam locus Polybii de Gallia Cisalpina II, 15, ubi sua aetate saepe tritici medimnum Siculum obolis quatuor, hordei duobus venisse ait, vini autem pretium metretae fuisse aequale hordei medimno.

Ille minus quatuor) ille scilicet sexdecim millia malleolorum ponebat

lucro redemptorum[y] erunt. quae summa tertia parte superat duo millia sestertiorum,[z] quanti constare iugerum vinearum praediximus. quanquam nostra cura in tantum iam processit, ut non inviti sestertiis sexcentis[a] numis singula[b] millia viviradicis a me rustici mercentur. Sed vix istud alius praestiterit. nam nec 14
quisquam nobis facile crediderit, tantam[c] in agellis esse nostris abundantiam[d] vini, quantam tu Silvine novisti. Mediocre itaque vulgatumque[e] pretium viviradicis posui, quo celerius nullo dissentiente[f] perduci possent in nostram sententiam, qui propter ignorantiam genus hoc agricolationis reformidant. Sive 15
ergo pastinationis reditus, seu futurarum spes vindemiarum cohortari nos debet ad positionem vinearum. quas quoniam[g] docuimus rationis esse conserere, nunc institutionis[h] earum praecepta dabimus.

IV. Cui[a] vineta facere cordi est, praecipue caveat, ne alienae potius curae quam suae credere velit, neve mercetur viviradicem. Sed genus surculi probatissimum domi conserat, faciatque vitiarium, ex quo possit agrum vineis vestire. nam quae peregrina ex diversa

ptor emerit Goes. Sang. *erit* ex Sang. retulit Ernesti. (z) *milia sextertiorum* P. L. S. vulgo *sestertia*. (a) *sextenis* I. B. Br. R. *sescenis* Goes. *sexenis* L. *sexcenis* Sang. (b) *singulis* I. B. Br. R. Goes. L. (c) *tamen* I. B. Br. R. (d) *habundantiam* L. I. B. R. (e) *volgatumque* P. (f) *dissentiente* P. *descentiente* L. (g) Ita pro *cum* Sangerm. (h) *institutioni* I. B. R. Br.

Cap. IV. (a) *cuius* L. (b) *et quae* I. B. Br. R. *eoqueque* L. (c) *conse-*

inter ordines. Vide infra III, 16, 3.

Redemptorum erunt) Redemtor ab hac re alienus est. Libri optimi *redemptorum erunt* vel *erit*. Malim *emtorem reperient*. Ita graece *εὑρίσκειν* dicitur de publicis, quae venduntur. Interim lectionem Goes. et Sang. recepi; nam vulgata vel propter ingratam in tam elegante scriptore repetitionem eiusdem verbi displicere debebat.

Quanti constare iugerum) scilicet cum dote sua. Vide sectionem 8. Ceterum *sestertiorum* posui pro vulgato *sestertia* ex libris Pol. Sang. Lips. quorum lectionem probavit ipse Gesner.

regione semina transferuntur, minus sunt familiaria
nostro solo, quam vernacula: eoque [b] velut alienigena
2 reformidant mutatam caeli locique positionem. Sed
nec certam generositatis fidem pollicentur, quum sit
incertum, an is, qui conseruerit [c] ea, diligenter ex-
ploratum probatumque genus surculi deposuerit.
Quamobrem biennii spatium longum esse minime exi-
stimandum [d] est, intra quod utique tempestivitas se-
minum respondet; quum semper, ut dixi, plurimum
3 retulerit exquisiti generis [e] stirpem deposuisse. post
haec [f] deinde meminerit accurate locum vineis eligere:
de quo quum iudicaverit, maximam diligentiam sciat
adhibendam pastinationi: [g] quam quum peregerit,
non minore cura vitem conserat: et quum posuerit, [h]
summa sedulitate culturae serviat: id enim quasi ca-
put et columen est impensarum; quoniam in eo con-
sistit, melius an sequius [i] terrae mandaverit paterfa-
milias pecuniam, quam [k] in otio tractare. Igitur unum-
quodque eorum quae proposui, [l] suo iam persequar [m]
ordine.

V. Vitiarium neque ieiuna terra, neque uliginosa faciendum est: succosa tamen ac [a] mediocri potius, quam pingui. [b] tametsi fere omnes auctores huic rei

verit G. (d) *extimandum* R. (e) *generi* B. R. *rettulerit* antea Br. (f) *hoc* Sang. (g) *paginationi* P. L. qui et subiicit *pastinationi*. (h) Ita pro *seruerit* Sang. *severit* Gr. *sceverit* Lips. (i) *sequius* P. Goes. Sang. teste Heins. ad Ovid. Metam. II, 869, aliae a. G. *segnius* Lips. *melius an is terrae*. (k) *quam* om. I. B. Br. S. *an otio tractar* Lips. (l) *quod proposui* Sang. Vulgo *praeposui*. Mecum Br. Ald. (m) Ita pro *prosequar* Sang. A. Iunt. G.

Cap. V. (a) *ac* I. B. Br. R. Sang. Vulgo *et*. (b) *pinguenta etsi* L. deindo

Cap. IV. *Conseruerit*) Vrsinus malebat *conseverit* et deinde *severit* ubi ex Sang dedi *posuerit*.

Biennii spatium) Plinius 17, s. 35, no. 9: *interest autem biennium, fructus quo tardius in sato provenit, quam in translato.*

Quam in otio tractare) Vrsinus malebat *tractaret*. Gesner: *melius an is terrae mandaverit — an qui in otio tractarit*. Mihi nec haec correctio satisfacit.

laetissimum locum destinaverunt. Quod ego minime
reor esse pro agricola. nam depositae stirpes[c] valido
solo, quamvis celeriter comprehendant atque prosi-
liant, tamen quum sunt[d] viviradices[e] factae, si[f] in
peius transferantur, retorrescunt, nec adolescere
queunt. Prudentis autem coloni est ex deteriori terra 2
potius in meliorem, quam ex meliore in deteriorem
transferre. Propter quod mediocritas in electione loci
maxime probatur, quoniam in confinio boni malique
posita est. Sive enim postmodum[g] necessitas postula-
verit[h] tempestiva semina ieiuno solo committere, non
magnam sentient[i] differentiam, quum ex mediocri
terra[k] in exilem translata sunt: sive laetior ager con-
serendus est, longe celerius in ubertate coalescunt.[l]
Rursus tenuissimo solo vitiarium facere minime ra- 3
tionis est, quoniam[m] malleolorum pars maior deperit,
et quae superest, tarde fit idonea translationi. Ergo
mediocris et modice siccus ager vitiario[n] est aptissi-
mus, isque[o] bipalio prius subigi debet, quae est alti-
tudo pastinationis, quum in duos pedes et semissem
convertitur humus, ac dcinde tripedaneis relictis spa-

ferre Br. (c) *Spinae* Sang. (d) Ita pro *sint* Sang. (e) *et tractae sint priusquam* I. B. Br. R. *an priusquam* L. (f) *si impetus transf.* Goes. Sang. *priusquam transf.* reliquae ante Gesnerum. (g) *post modum* I. B. Br. R. I. I. A. (h) *postularit* I. B. Br. R. *postulat* Sang. (i) *sentiunt* I. B. Br. R. S. (k) *materia* L. I. B. Br. R. S. (l) *convalescunt* L. (m) *cum* I. B. Br. R. S. *cum alleolorum* L. (n) *seminario* Goes. S. (o) *isque* abest

Cap. V. *Si in peius transferantur*) Ita recte ex Goes. correxit Gesner vulgatum: *priusquam transferantur.* quam lectionem etiam in Codd. Vaticania reperit Pontedera. Contra veram in duobus vetustissimis Codd. Florentinis reperit Georgius ab eodem Pontedera consultus. Sententiam expressit Palladius I, 6, et II, 9.

Vitiario est aptissimus) Plinius 17, s. 35, no. 4: *solum apricum et quam amplissimum in seminario sive in vinea bidente pastinari debet ternos pedes bipalio alto.* ubi vocabulum *amplissimum* vitiosum est.

Quae est altitudo) Infra XI, 2, 17: *vel ad bipalium cui est altitudo duorum pedum.* ubi Sangerm. habet *quae est altitudo.* Sed vide ad librum de Arboribus cap. 1, sect. 5. Celerum

tiis, quae[p] per semina excolantur, in singulis ordinibus,[q] qui ducenos quadragenos pedes obtinent,[r]
4 octogeni malleoli pangendi sunt. is numerus consummat[s] per totum iugerum seminum millia tria et ducenta.[t] Verum hanc curam praevenit inquisitio et electio malleolorum. nam ut saepe iam retuli,[v] quasi fundamentum est[x] praedictae rei probatissimum genus stirpis deponere.

VI. Sed electio dupliciter facienda est: non enim solum foecundam esse matrem satis est, ex qua semina petuntur, sed adhibenda ratio est subtilior, ut ex his partibus trunci sumantur, quae et genitales sunt et
2 maxime fertiles. Vitis autem foecunda, cuius proge-

I. B. Br. R. (p) *per quae* a. V. (q) *ord. tricenos* L. *qui* omittit Sang. et Br. (r) Vulgo *sexcenteni* legitur. *optinent sexceni maleoli* I. B. R. Br. Lips. *optime septeni* Sang. (s) *consumat* aliae praeter Iens. Goes. Sang. (t) Vulgo *quatuor et viginti.* (v) *rettuli* Br. paulo antea *praebent* Sang. (x) *inest* I. B. Br. R.

h. l. vitiosum esse, dubitari non potest. Gesn. auctore Brouckhusio verba *quae est — humus* veluti ex glossa orta incluserat; sed bipalium sine addita mensura pastinationis nuspiam dixit vel Columella vel alius scriptor.

Per totum iugerum) Palladius III, 9, 9: *nonnulli in iis vitibus, quas toto solo pastinato disponunt, ternos pedes inter singulas vites quoquoversus dimittunt. Sed hoc genere divisionis in iugerali tabula* (i. e. horto, vitiario) *pangentur tria millia sexcenta sarmenta. Quod si duos semis pedes inter vites relinqui placet, in eadem tabula ponentur vites quatuor millia septingentae quinquaginta tres.* Qui locus, ut huic nostro medelam suggerit, ita ipse ex nostro emaculari debet, quod miror Gesnerum non vidisse, qui frustra calculos suos posuit. Iugerum ordinarium longum pedes 240, latum 120, occupabunt per longitudinem sarmenta 80, per latitudinem 40, quae efficient in universum sarmenta 3200. Igitur antiqua Palladii lectio: *tria millia vicena una sarmenta* verae propior est, et temere a Gesnero mutata. Eadem igitur etiam Columellae restituenda fuit, ubi erat *qui ducenos quadragenos pedes obtinent, sexcenteni malleoli pangendi sunt* Ad veram lectionem ducit lectio Sang. libri, qui omittit *qui* cum Lipsiensi post ordinibus, et deinde pro falso numero *obtinent sexcenteni* habet *optime septeni*, in quo verus numerus *octogeni* latet. Igitur eam lectionem Columellae restituere non dubitavi. Gesnerum reliquosque Interpretes miror, qui tam enorme vitium non animadverterunt. Altera ratio, ad quam numerus quatuor millium pertinet, h. l. plane excidit, ex Palladio restituenda; sed

niem studemus submittere, non tantum debet eo aestimari, quod uvas complures [a] exigit. potest enim trunci vastitate id accidere et [b] frequentia palmitum: nec tamen eam feracem dixerim, cuius singulae uvae in singulis sarmentis conspiciuntur, sed si per unumquemque pampinum maior numerus uvarum dependet; si ex singulis gemmis compluribus materiis cum fructu germinat; si denique etiam e [c] duro virgam cum aliquibus racemis citat; si etiam [d] nepotum fructu gravida est: ea sine dubitatione ferax destinari debet legendo malleolo.[e] Malleolus autem novellus 3 est palmes, innatus prioris anni flagello, cognominatusque ad similitudinem, quod in ea parte, qua [f] deciditur ex vetere sarmento, prominens utrinque mallei

CAP. VI. (a) *compluris* Br. (b) *accidere frequentis* ex Sang. Gronov. (c) *medulla virgo cum aliquis* Goes. *dura virga cum aliquis* suprascripto *virgo* Sang. (d) *etiamnum totor fructuum* Goes. *etiam nunc totum fructuum* Sang. (e) *maleolo maleolus* I. B. Br. R. Sic per totum caput. Deinde pro *innatus* Sang. *matus* (sic) habet: Postea *ad similitudinem quod* dedit S. pro *a similitudine rei, quod.* (f) Ita Sang. pro *quae.* Deinde

summa in ea efficit malleorum 4578. In Palladio contra vetus lectio ponit 5476, recepta a Gesnero lectio 4753. — Sangerm. lectionem qui memoravit, *sexceni* probabat Drakenb. ad Livium T. V, p. 840.

CAP. VI. *E duro*) Palladius III, 9, 6: *Neque putemus brachia esse fertilia, quae uvas singulas aut binas producunt, sed quae multa ubertate curvantur; nam potest ferax vitis feraciores in se habere materias. Erit et hoc signum fertilitatis, si de duro aliquo loco fructum citabit, si foetu impleverit ramulos, ex ima parte surgentes. Sed hoc signis positis per vindemiam est notandum.* Vides, *nepotes* esse Palladio *ramulos, ex ima parte surgentes.* Vitem interdum ex trunco (στελεχῶν) fructum ferre, memoravit Theophrastus H. P. II, 4.

Ad similitudinem quod) Ita Sang. Vulgo *a similitudine rei, quod.* Deinde *qua deciditur* dedi pro *quae.* Ita enim Isidorus XVII, 7: *malleolus est novellus palmes innatus prioris anni flagello, cognominatus ob similitudinem rei: quod in ea parte qua deciditur ex veteri sarmento prominens utrinque mallei speciem praebeat.* ubi Vincentius habet: *sic dictus eo quod in parte qua desciditur — utrinque mallei speciem praebet.* Plinii locum dabo ad cap. 47.

Mallei speciem) Ex graeco σφῦρα malleus. Pollux Onom. VII, sect. 145: σφῦρα — ὁμοίως δὲ τῆς ἀμπέλου τὸ ἀπὸ γῆς ἕως τῆς ἐκφύσεως τῶν κλημάτων.

speciem praebet. Hunc[g] ex foecundissima stirpe legendum censemus omni tempore, quo vineae putantur. ac super terram gemmis tribus vel quatuor exstantibus diligenter obruendum loco modice humido non uliginoso: dum tamen antiquissimum[h] sit considerare ne vitis, ex qua is sumitur, ancipitem floris habeat eventum, ne difficulter acinus[i] ingrandescat, ne aut praecoquis[k] aut serae[l] maturitatis fructum afferat. nam illa volucribus, haec etiam tempestatibus hiemis
4 infestatur. Tale porro genus non una comprobatur vindemia. potest enim[m] vel anni proventu vel aliis de causis etiam naturaliter infoecunda vitis[n] semel exuberare.[o] Sed ubi plurium[p] velut emeritis annorum stipendiis fides surculo constitit, nihil dubitandum est de foecunditate. nec tamen ultra quadriennium talis extenditur inquisitio: id enim tempus fere virentium

Pol. *dicitur.* postea *mallei* dedi ex Sang. pro *malleoli.* (g) *Nunc* Br. deinde *statione* pro *stirpe* P. Goes. Sang. postea *super terra* Sang. (h) *antiquissimus non sit* Lips. (i) *asinis* I. B. Br. R. Iunt. Goes. Sang. Polit. et Pont. (k) Ita Iunt. L. P. Sang. Polit. Tromb. Pont. probb. Pont. et Schn. *T.* Vulgo *praecoquem* (l) *semimaturatis* L. (m) *enim* om. Br. et Pol. deinde *anno proventu* Sang. (n) *vites* L. P. (o) *exhuberare* Iunt. Ald. (p) Ita pro *plurimis* Ald. prior, Iunt. Gr. *plurimum* Ald. secunda,

Sed male ille explicavit, aut locus vitiosus est. Gallis eiusmodi surculus *Marcot, Marquote, Marcotte* et *Malhol* dicitur, unde latino-barbaris *Malholhus, Mcleollus, Malheolus. Malholius* et *Malleolus* pro agro vitibus recens consito. Vide Glossarium *Charpentier* in his vocibus.

Stirpe legendum) Libri optimi *statione.* Pro *vineae putantur* aliter legisse videtur Palladius, qui sic haec reddidit: *Sed hoc signis positis per vindemias est notandum.* Sed potuit aliunde transtulisse. Illud vero memorabile est, quod illo in loco Palladii statim subiicit haec Crescentius: *Asserit autem Columella, uno anno explorari fertilitatem non posse, sed quatuor, quo numero cognoscitur vera generositas surculorum.* Quae leguntur in Palladio Octobri 3, ubi tamen est *foecunditatem*, sed *fertilitatem* ibi praefert etiam Vincentius. Palladius etiam ibi praecipit: *vindemiae tempore notanda est foecunditas vitium et notis quibuscumque signanda, ut ex his ad ponendum sarmenta possimus eligere.* Sed lectionem vulgatam huius loci satis ipse tuetur Columella Arbor. c. 2: *mense Februario vel prima parte Martii semina legito — quae de vitibus notatis leguntur. nam cui cordi est,*

generositatem declarat, quo sol in eandem partem signiferi per eosdem numeros redit, per quos cursus sui principium ceperat.[q] quem circuitum meatus dierum integrorum mille quadrigentorum sexaginta unius ἀποκατάστασιν vocant studiosi rerum caelestium.

VII. Sed certum habeo, P.[a] Silvine,[b] iamdudum te tacitum requirere, cuius generis sit ista foecunda vitis, quam nos tam accurate describimus, anne[c] de iis aliqua significetur, quae vulgo nunc[d] habentur feracissimae. plurimi namque Bituricam,[e] multi spioniam,[f] quidam basilicam,[g] nonnulli arcelacam[h] lau-

G. H. (q) Ita pro *coeperat* scripsi. *signifer eosdem* paulo ante Sang.
CAP VII. (a) *P.* om. P. L. S. (b) *Silvinae* B. R. (c) Ita pro *ac ne* L. Goes. Sang. (d) Ita pro *non* Goes. *voli nunc* Sang. (e) *biturificam* Goes. (f) *punicam* Br. *spongiam* Goes. *sponigam* ex Sang. Groouv. (g) *basiliscam* P. *baliscam* L. Goes. S. (h) *arelatam* L. B. Br. R. *arcaelatam*

bona seminaria facere, circa vindemiam vites — rubrica cum aceto, ne pluviis abluatur, permista denotat; nec hoc uno tantummodo anno facit, sed continuis tribus vel pluribus vindemiis easdem vites inspicit. — sic enim manifestum est, vitium generositate, non anni ubertate fructum provenire.

Ceperat) Plinius 18, s. 57: *indicandum et illud, tempestates ipsas ardores suos habere quadrimis annis, et easdem non magna differentia reverti ratione solis. Octonis vero augeri easdem, centesima revolvente se luna.* ubi rectius Pintianus legit *cardines suos.* Idem Plinius II, s. 48: *omnium quidem, si libeat observare minimos ambitus, redire easdem vices quadriennio exacto, Eudoxus putat, non ventorum modo, verum et reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principium lustri eius, semper intercalari anno, Caniculae ortu.* Vide ibi Harduinum, qui nostrum locum recte comparavit.

Annos Iulianos intelligi, monet Gesner; quorum unus diebus 365, horis 6, definitur, et post quatuor annos adiicitur dies unus, itaque efficiuntur dies 1461. Habes ita antiquorum agricolarum disciplinam, qua tempestatum circulos definiebant et praesagiebant. Nostri Meteorologi nunc maxime id agunt, ut exquirant, quas solis lunae periodos tempestates maxime sequantur. Annuas tempestates alia ratione ordinavit Democritus, qui teste Plinio 18, s. 62, talem futuram hiemem arbitrabatur, qualis fuerit brumae dies, et circa eam terni; item solstitio, aestatem. Quam quidem observationem cum Maraldi ratione concinere admonuit Brotier.

CAP. VII. *Anne*) Damnatam a Gesnero lectionem ex duobus libris posui cum Schoettgen. et Pontedera.

Vulgo nunc) Vulgatam *vulgo non* vitiosam esse, viderat etiam Ursinus et Pontedera.

2 dibus efferunt. Nos[i] quoque haec genera non fraudamus testimonio nostro: sunt enim largissimi vini: sed proposuimus docere vineas eiusmodi conserere, quae nec[k] minus uberes fructus praedictis generibus afferant, et sint pretiosi saporis, velut[l] Aminei, vel certe non procul ab eo gustu. Cui nostrae sententiae scio pene omnium agricolarum[m] diversam esse opinionem, quae de Amineis inveterata[n] longo iam tempore convaluit, tanquam natali[o] et ingenita sterilitate laboran-
3 tibus: quo magis nobis ex alto repetita compluribus exemplis firmanda ratio est, quae desidia nec minus imprudentia colonorum damnata, et velut[p] ignorantiae tenebris obcaecata[q] luce veritatis caruit. Quare non intempestivum est nos ad ea praeverti, quae videntur hunc publicum errorem corrigere posse.[r]

VIII. Igitur si rerum naturam, P. Silvine, velut acrioribus mentis oculis[a] intueri velimus, reperiemus[b] parem[c] legem foecunditatis eam[d] dixisse virentibus, atque hominibus caeterisque[e] animalibus: nec sic aliis

P. (i) *Nos quoque* om. I. B. Br. R. (k) *ne* Eaed. (l) *cuius* L. *vel* Br. (m) *agricularum* P. (n) *inveterato* I. B. Br. R. (o) *naturali* P. I. I. *nāli* L. *naturali* ex Polit. et suo Codice probat Pontedera. (p) *vel* I. B. Br. (q) *occaecata* I. B. Br. R. *ac cecata* L. *occaecatam* Saug. (r) *quae spectandi si qualitas in eo solo quod vineis destinaveris* ins. L. quod lemma est in quibusdam velut Br. ubi est *spectanda sit*, capitis proximi cuius alioqnin divisionis hic nullum vestigium. Et ipsum *Igitur* indicat, inseri non debere. Caeterum quae supersunt huius libri nullam capitis distinctionem habent aut vestigium lemmatis: ut et maior pars libri proximi. Haec Gesner, qui forte *incidi* scripserat pro *inseri*.

Cap. VIII. a. *occultis* P. (b) *reperiamus* P. abest I. B. R. Br. (c) *par est* B. R. (d) *eadem* P. R. *eandem* I. B. Br. (e) *celeriter* P. (f) *gene-*

Velut ignorantiae) Edd. I. B. R. *vel ignorantiae.* unde lego: *vel ignorantiae tenebris velut obcoecatae.* quae lectio est Columellae ingenio multo aptior, et concinnior.

Praeverti) De occupatione rhetorica vel dialectica dici, monet Gesner. Quin comparabat locum Plinii 16, sect. 1: *Proximum erat narrare glandiferas quoque — ni praeverti cogeret admiratio usu comperta, quaenam qualisque esset vita sine arbore ulla.* Pluribus eiusdem locis idem verbum ex Codice Vossiano restituit I. Fr. Gron. p. 801.

nationibus regionibusve proprias tribuisse dotes, ut
aliis in totum similia munera denegaret. Quibusdam
gentibus numerosam progenerandi[f] sobolem dedit, ut
Aegyptiis et Afris,[g] quibus gemini partus familiares,[h]
ac pene[i] solennes sunt: sed et Italici generis esse voluit
eximiae foecunditatis Albanas Curiatiae[k] familiae
trigeminorum matres. Germaniam decoravit altis- 2
simorum hominum exercitibus; sed et alias gentes
non in totum fraudavit praecipuae staturae[l] viris. nam
et M.[m] Tullius Cicero testis est, Romanum fuisse[n] ci-
vem[o] Naevium Pollionem[p] pede[q] longiorem quam
quemquam longissimum: et nuper ipsi[r] videre potuimus
in apparatu pompae Circensium ludorum Iudeae
gentis hominem proceriorem celsissimo Germano.
Transeo ad pecudes. Armentis sublimibus insignis 3
Mevania est, Liguria parvis: sed et Mevaniae[s] bos
humilis et Liguriae nonnunquam taurus eminentis
staturae conspicitur. India perhibetur molibus ferarum
mirabilis: pares[t] tamen in hac terra vastitate beluas[v]
progenerari quis neget? quum intra moenia nostra

randi I. B. Br. R. S. (g) *Aphris* I. I. (h) *familiarifer* I. Br. (i) *penes* B. R. (k) *curiaciae* R. *aequitiae* P. L. S. (l) *stature* B. R. (m) *M. Tullius* deest I. B. Br. R. S. Polit. Tromb. Pont. (n) *se* I. B. R. Br. (o) *civem* omiss. P. (p) *Pullionem* P. (q) *pedem* P. (r) *ipsum* P. (s) *Maevaniae vos* P. *Mevania* lens. Br. (t) *parva* P. *pares* I. B. Br. R.

Cap. VIII. *Aegyptiis*) Iisdem exemplis fere utitur Plinius VII, cap. 3, in Aegyptiis Nili potum foetiferum causatus.

Albanas — matres) Mox III, 9, 4, *sorores* appellat *Albanas*. Gesner ex Dionysio Halic. monet, matres Curiatiorum Horatiorumque fuisse sorores. Albani hominis filias; idemque suspicatur *et Horatiae* excidisse. In libris optimis est *Aequitiae familiae*.

Pollionem) Vide Plinium VII, cap. 16.

Mevania) Philargyrius ad Georg. II, 146: *Clitumnus est amnis, Vmbriam a Tuscia dividens. Significat autem boves Mevanienses, qui sunt albi.* Vide ad Varron. II, 5, 10. Silius VI, 647: *ubi latis proiecta in campis nebulas exhalat inertes et sedet ingentem pascens Mevania taurum, dona Iovi.* Idem VIII, 458: *et laetis Mevania pratis.*

natos animadvertamus elephantos.[x] Sed ad genera frugum redeo. Mysiam Libyamque largis aiunt abundare frumentis; nec tamen Apulos[y] Campanosque agros opimis[z] defici segetibus. Tmolon[a] et Corycon[b] florere croco; Iudaeam et Arabiam pretiosis odoribus illustrem haberi: sed nec nostram civitatem praedictis egere stirpibus, quippe compluribus[c] locis urbis iam casiam frondentem conspicimus, iam tuream plantam,[d] florentesque hortos mirrha[e] et croco. His tamen exemplis nimirum admonemur, curae mortalium obsequentissimam esse Italiam, quae pene totius orbis fruges adhibito studio colonorum[f] ferre didicerit. quo minus dubitemus[g] de eo fructu, qui velut indigena peculiarisque et vernaculus est huius soli. Neque[h] enim dubium est Massici[i] Surrentinique et Albani atque

perusta enim Sang. Vulgo *pari.* (v) *belluas* I. I. H. H. (x) *elephantes* P. deinceps *Sed* ins. Goes. Sang. (y) Ita pro *Appulos* I. B. R. Br. G. (z) *optimis* I. B. R. S. (a) *Troclon* P. *trocolon* L. (b) *corycion florere croco* editt. praeter I. B. R. unde Gesner. edidit *flore croceo.* (c) Ita pro *cum pluribus* P. S. (d) *planatam* P. *plantam mature ampliatam, florentisque* I. B. R. Br. (e) *myrra* B. R. (f) *colorum* P. (g) Ita pro *addubitamus* Sang. *addubitemus* Br. (h) *Non* I. B. Br. R. (i) *marsici* I. B. Br. R. (k) *non utilitate vini* P. S. (l) *esse. foecunditas ab his forsan*

Florere coco) Ita scribi voluit etiam Vrsinus et Rhodius ad Scribonium p. 253. In Mediceo tamen libro Gesner ait esse etiam *flore croceo.* De croco in Coryco, Ciliciae monte, et Tmolo, Lydiae, testatur praeter alios Plinius 21, c. 6, et Virgilius Georg. I, 56. Infra IX, 4, 4, bulbum Siculum cum Corycio nominat Columella. •

Casiam) Quod ex Plinio 16, c. 32, casiam in septentrionali tantum Italiae plaga nasci monet Schoettgen, in eo erravit. Ea enim casia est Graecorum cneorum, et Daphnae Linnaeanae genus, ut quidam opinantur, minus odorum. Casia nunc dicitur a Columella arboris odoratae genus. Lectionem *compluribus* pro vulgata *cum pluribus* ex Sang. etiam laudavit Drakenb. ad Livium T. I, p. 953.

Iam tuream plantam) Varietas Edd. I. B. R. *plantam mature ampliatam* ex vitio scripturae et distinctionis orta est, ut bene monuit Gesner. Ceterum de turea planta opportune succurrit locus Plinii 12, s. 30: *Legati ex Arabia omnia incertiora fecerunt, quod iure miremur, virgis etiam thuris ad nos commeantibus, quibus credi potest matrem quoque terete et enodi fruticare trunco.* Tuream virgam in usum hastilium apportatam de Sabaeis commendat Gratius Cyneg. 132.

Massici) Plinius XIV, s. 8, de gra-

Caecubi agri vites omnium, quas terra sustinet, in[a] nobilitate vini principes esse.[1]

IX. Foecunditas ab his forsitan desideretur:[a] sed et haec adiuvari potest cultoris industria. nam[b] si, ut paullo ante retuli, benignissima rerum omnium parens natura quasque genteis atque terras ita muneri-

desideratur. Cap. 9. Quomodo Amineas feraces facias. Sed et cet. I. B. R. *desideretur* Br.

Cap. IX. (a) Ita Sang. teste etiam Burm. ad Petronii cap. 130. Vulgo *forsan desideratur.* Lips. etiam *desideretur* habet et Brusch. (b) *nisi, ut* I. B. Br. R. *nam ut* L. *nam sicut* P. *nisi aut* Sang. *rettuli* Br.

du tertio vinorum: *Certant aeque Massica ex Monte Gauro Puteolos Baiasque prospectantia — Iuncta his praeponi solebant Calena, et quae in vineis arbustisque nascuntur, Fundana.* quae verba Harduinus interpretatur: *e monte Massico in Gauranum translatis vitibus vina expressa.* Plinius enim ipse III, s. 9, de Campania: *Ab hoc sinu incipiunt vitiferi colles. — Hinc Setini et Caecubi protenduntur agri; his iunguntur Falerni, Caleni; dein surgunt Massici, Gaurani Surrentinique montes.* Sed si in priore loco cum libris aliis *Gaurano* legas, Harduini interpretatione non erit opus. Apud Athenaeum I, p. 26, Galenus: ὁ Μαρσικὸς πάνυ αὐστηρὸς, εὐστόμαχος δέ. Ita etiam h. l. Edd. primae *Marsici* habent.

Caecubi) Plinius III, sect. 9: *a Circeiis palus Pomptina est, dein flumen Vfens, supra quod Terracina oppidum — et ubi fuere Amyclae — dein locus Speluncae, lacus Fundanus Caieta portus.* Postea in Campania demum, *Hinc Setini et Caecubi protenduntur agri.* Strabo V, p. 233, oppidum Caecubium inter Caietanum sinum oppidumque Fundanum memorat. Plinius II, sect. 96. Caecubi agri insulas fluctuantes semper annotavit; unde regio paludosa satis intelligitur. Idem XVII, s. 3: *Pucina vina in saxo coquuntur, Caecubae vites in Pomptinis paludibus madent.* Idem XVI, sect. 67, *licet populi vitibus placeant et Caecuba educent.* Sed ecce idem subito XXIII, s. 20, *Caecuba iam non gignuntur.* Quod interpretabimur ex loco XIV, libri sect. 8: *Antea Caecubo erat generositas celeberrima in palustribus populetis, sinu Amyclano, quod iam intercidit et incuria coloni locique angustia, magis tamen fossa Neronis, quam a Baiano lacu Ostiam usque navigabilem inchoaverat.* Martialis eiusdem meminit XIII, Ep. 115: *Caecuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis, vitis et in media nata palude viret.* Galenus apud Athenaeum I, p. 27: εὐγενὴς δὲ καὶ ὁ καίκουβος, πληκτικὸς, εὔτονος, παλαιοῦται δὲ μετὰ ἱκανὰ ἔτη. Ὁ φουνδᾶνος, εὔτονος πολύτροφος, κεφαλῆς καὶ στομάχου ἅπτεται, διὸ οὐ πολὺς ἐν συμποσίοις πίνεται. Contra idem Galenus aliis in locis scriptorum suorum Caecubum vinum affirmat non esse genus aliquod certum a loco natali vocatum, sed omne vinum vetus et fulvum a diutina cubatione Caecubum dici. Cf. Cornarium ad Galen. de Compos. medic. p. 467.

bus propriis ditavit, ut tamen caeteras non in universum similibus dotibus fraudaret: cur eam dubitemus etiam in vitibus praedictam legem servasse? ut quamvis earum genus aliquod [c] praecipue foecundum esse voluerit, tanquam Bituricum aut basilicum,[d] non tamen sic Amineum sterile reddiderit, ut ex multis millibus eius ne paucissimae quidem vites foecundae, tanquam
2 in Italicis [e] hominibus Albanae illae sorores, reperiri [f] possint. Id [g] autem cum sit verisimile,[h] tum etiam verum esse nos docuit experimentum, quum et in Ardeatino agro, quem multis temporibus ipsi [i] ante possedimus, et in Carseolano itemque in [k] Albano generis Aminei vites [l] huiusmodi notae habuerimus, numero quidem perpaucas, verum ita fertiles, ut in iugo singulae ternas urnas praeberent,[m] in pergulis autem singulae
3 denas amphoras peraequarent. Nec incredibilis debet in Amineis haec foecunditas videri. nam quemadmodum Terentius [n] Varro et ante eum M. Cato possent [o] affirmare, sexcentenas [p] urnas priscis cultoribus sin-

postea *gentis* Br. (c) *aliquid* Iens. Br. (d) *valiseum* P. S. *basiliae* R. (e) *locis* interser. P. (f) *reperiri non possent* I. B. Br. R. (g) *Ita* P. (h) *verissimile* I. B. R. (i) *ipsi* omitt. I. B. Br. R. *ante* om. L. S. (k) *in* omiss. I. B. Br. R. S. (l) *vitis notas hab.* Br. *vites notatas* L. S. (m) *praebent* R. (n) *Varro Terentius* I. B. Br. R. S. (o) *posset* I. B. Br. R.

Cap. IX. *Ditavit*) Vrsinus malebat *dotavit.* ut supra cap. 1, 1, et cap. 8, 1.

In universum) Sang. omittit praepositionem.

Carseolano) Plinius 17, s. 35, no. 27, *in Carseolano* habet, ubi Brotier ex editione principe et Codd. Regiis scripsit *Carsulano*. Carsulanos fuisse ait in Vmbria sextaque Italiae regione, ubi Carsulae quarum maneant rudera prope *Santo Gemini*.

Notae huiusmodi) Vereor ne Iucundus et hic corruperit Columellae orationem. Brusch. habet *Aminei vitis notas*, quae proxime absunt a lectione L. et Sang. *vites notatas* quam unice probo.

Denas amphoras) i. e. vicenas urnas. quem numerum nimium esse, nec ex pergulae commoditate explicari posse putabat Gesner. Itaque malebat *senas* vel *binas* legi.

Varro) R. R. I. 2, 7, qui Catonem ipse laudavit.

Sexcentenas) Libri opt. *sexcenas* vel *septenas*. quam formam h. l. probavit et multis exemplis confirmavit Drakenb. ad Livium T. V, p. 840. Eadem

gula vinearum iugera fudisse, si foecunditas Amineis defuisset, quas plerumque solas antiqui noverant? nisi si[q] putamus ea[r] quae nuper ac modo plane[s] longinquis regionibus arcessita[t] notitiae nostrae sunt tradita, Biturici[v] generis aut basilici[x] vineta eos coluisse, quum vetustissimas quasque vineas adhuc existimemus Amineas. Si quis ergo tales,[y] quales[z] paulo 4
ante possedisse me retuli,[a] Amineas pluribus vindemiis exploratas notet, ut ex his malleolos feracissimos eligat, possit is[b] pariter generosas vineas et uberes efficere. Nihil enim dubium est, quin ipsa natura sobolem matri similem esse voluerit. unde etiam pastor ille in Bucolicis ait, *Sic canibus catulos similes, sic matribus hedos noram.*[c] unde sacrorum certaminum studiosi 5
pernicissimarum quadrigarum[d] semina diligenti observatione custodiunt, et spem futurarum victoriarum concipiunt propagata sobole generosi armenti. Nos quoque pari ratione velut olympionicarum equarum,

S. (p) *sexcenas* P. *sexenas* L. *septenos* I. B. Br. R. Goes. S. (q) *si* inser. P. Goes. Sang. teste etiam Heinsio ad Ovidii Heroid. IV, 111. (r) *eaque nuper* I. B. R. (s) *paleae* L. P. *palaeae* Sang. teste Heinsio l. c. (t) *adcersita* hic et al. L. *accersita* al. (v) *vituri g. aubalisci* Goes. (x) *baliscivineas* L. *balisci* Sang. (y) *talis* I. B. R. Br. (z) *qualis* P. abest I. B. R. Br. (a) *rettuli* I. B. Br. R. (b) *is* deficit I. B. R. *possit* ex Br. dedi pro *posset*. (c) *Noram* om. Goes L. I. B. Br. R. (d) *quadrigenarum*

adfuit varietas supra III, 5, 3. Ita dicuntur *duceni*, *treceni*, *quadringeni* pro *ducenteni* etc.

Ac modo plane) Ex lectione Sang. *palaeve* Heinsius efficiebat: *talea e longinquis*. Inepte! Mihi legendum videtur: *nuper modo ac plane*. In Brusch. est *hac mó plane — accersita*.

Possit is) Ita recte Brusch. ex qua paulo antea vulgatum *paullo* mutavi.

Bucolicis) I, 23. Pontedera cum libris omitti vult *noram*; deinde legit: *ut etiam pastor*. Certe importune bis repetitur *unde*.

Quadrigarum semina) De genealogiis equorum nobilium, inprimis circensium, laudat Gesner Graevii Praefat. ad Thesaur. Antiqq. Roman. T. IX, et Martialem III, 63. Arabicorum equorum titulos et genealogias hodie quis ignorat similes?

Equarum) Exempla equarum Olympianicarum ex Herodoto VI, 103, Plinio 10, s. 83, Aeliano H. A. XI, 36,

ita feracissimarum[e] Aminearum seminibus electis largae vindemiae spem capiamus. Neque est quod temporis[f] tarditas quemquam deterreat: nam[g] quidquid morae
6 est, in exploratione surculi absumitur. Caeterum quum foecunditas vitis comprobata est, celerrime insitionibus ad maximum numerum perducitur. Eius rei testimonium tu praecipue, Publi[g] Silvine, perhibere nobis potes, quum pulchre memineris, a me duo iugera vinearum intra tempus biennii ex una praecoque vite, quam in Ceretano[h] tuo possides, insitione facta con-
7 summata. Quemnam igitur existimas vitium numerum intra tantundem temporis interseri posse duorum iugerum malleolis, quum sint ipsa duo iugera unius vitis progenies? Quare si, ut dixi, laborem et curam velimus adhibere, facile praedicta[k] ratione tam feraces Aminei generis vineas constituemus, quam Biturici aut basilici:[l] tantum retulerit,[m] ut in transferendis seminibus similem statum caeli locique et ipsius vitis habitum observemus: quoniam[n] plerumque degenerat surculus, si aut situs[o] agri aut aëris qualitas repugnat,[p]
8 aut etiam si ex arbore in iugum defertur. Itaque de frigidis in frigida, de calidis in similia, de vineis[q] in

P. S. (e) *ferocissimarum* L. I. B. Br. R. (f) *tempus tardum* L. (g) *Publi* deficit P. (h) *cretano* Com. sphalma. *Cereno* ex Sang. Gronov. (i) *consummata* I. Gr. G. *consummataque* P. *consumata* al. (k) *praedictam rationem* I. B. R. Br. (l) *balisci* Goes. S. *balistini* L. (m) *rettulerit* P. *rettulit* I. B. R. Br. (n) *cum* I. B. R. Br. (o) *situ si agri etc.* P. *situ plaga: ac* I. B. R. Br. (p) Ita pro *repugnent* P. S. *repugnet* I. (q) *vine-*

XII, 40, Pausania aliisque scriptoribus posuit Gesner, laudato etiam Scheffero de Re Vehicul. I, 12, et Wesselingio ad Diodorum IV, 15. Ceterum simili comparatione utitur infra III, 20, 3.

Deterreat) Brusch. *detereat*. et sect. 7, *tantundem*.

Baccaque vite) Vitem hanc Gallorum *Morillon noir* interpretatur Spr. Cult. Vinear. p. 193.

Situs agri) Vt haec prioribus respondeant, malim cum Pontedera ex vestigiis varietatis lectionum ita legere: *si aut situs plagae, aut agri qualitas*.

De vineis in vineas) Inepte in his verbis tricatur Gesnerus, quasi ignorasset, vineam ab arbusto esse diver-

vineas transferemus. magis tamen ex frigido statu stirps Aminea potest calidum sustinere, quam ex calido frigidum. quoniam cum omne vitis genus, tum maxime praedictum naturaliter laetatur tepore potius quam frigore. Sed et qualitas soli plurimum iuvat, ut ex 9
macro aut mediocri transducatur in melius. nam quod assuetum est pingui, nullo modo maciem terrae patitur, nisi saepius stercores. Atque haec de cura eligendi malleoli generatim praecepimus.[r] nunc illud proprie specialiter, ut non solum ex foecundissima vite, sed etiam[s] e vitis parte feracissima semina eligantur.

X. Feracissima autem semina sunt, non ut veteres auctores[a] tradiderunt, extrema pars eius,[b] quod caput vitis appellant, id est, ultimum et productissimum flagellum: nam in eo quoque falluntur agricolae. Sed erroris est causa prima species,[c] et numerus uvarum, qui plerumque conspicitur[d] in[e] productissimo[f] sarmen-

tis P. Goes. S. deinde *quom omne vitis* Br. Ex Sangerm. *cum* addidi. (r) *praecipimus* B. R. (s) *et vitis* I. B. Br. R. S. sed Sang. etiam ex ante *foecund.* omittit.

Cap. X. (a) *auctores crediderunt* Br. Edd. pr. Polit. Pont. *autores crediderunt* L. Sang. *autores* G. Gr. H. *authores* A. (b) *est* L. P. Saug. (c) *speties: numerus* Br. (d) *prospicitur* I. B. Br. R. *conficitur* Sang. (e) *in* om. I. B. Br. R. S. (f) *produtissimo* R. *podentiss.* L. *prudentissimo*

sam. Libri Polit. et Goes *vinetis* hic et saepe alibi habent pro *vineis*. Sed nulla est vineti differentia, nec vineas plures comprehendit, quod voluit Carol. Stephanus, monente Gesnero.

Ex macro) Praepositionem omittit Sangerm. Palladius III, 9, 4: *Amineae calidum statum potius quam frigidum sustinebunt. de pingui ad macrum transire non possunt, nisi stercus adiuverit. — Sed vitem vel arborem melius erit de exili ad pinguem transferre: nam si a pingui terra ad solum exile transierint, utiles esse non poterunt.*

Specialiter) Praeclare emendabat Vrsinus. *spectabitur*. Gesner *specialiter*, ut glossam vocabuli *proprie*, incluserat. Infra cap. 11, sect. 6: *Sed hoc in totum; at illud, quod vineis praecipue est idoneum, proprie considerandum.* ex quo Vrsini emendatio confirmatur.

Cap. X. *Caput vitis*) Cato vitis caput vocat radicem, vel radici proximam partem trunci.

to. quae res nos decipere[g] non debet. id enim accidit[h] non palmitis ingenita fertilitate, sed loci opportunitate, quia reliquas trunci partes humor omnis et alimentum, quod a solo ministratur, transcurrit, dum
2 ad ultimum perveniat. naturali[i] enim spiritu omne alimentum virentis, quasi quaedam anima, per medullam[k] trunci veluti per[l] siphonem quem[m] diabeten vocant mechanici, trahitur in summum: quo quum pervenerit,[n] ibi consistit, atque[o] consumitur. Vnde etiam materiae vehementissimae repcriuntur aut in
3 capite vitis aut in crure vicino radicibus. Sed et hae[p]

Pol. (g) *nos non dee.* Br. *despicere* P. *non* om. Saug. (h) *adcidit non palmites* P. deinde *oportunitate* I. B. R. *opport.* Br. (i) *naturale* Br. deinde *amoena* P. pro *anima.* (k) *medulam* B. R. (l) *per* om. I. B. Br. R. *veluti si fons* Saug. (m) *quam diabeten* I. B. Br. R. *que* P. (n) *pervenit* Saug. (o) *etiam* add. Br. (p) Ita pro *eae* ex I. B. Br. R. Gesner. pro *stirpes* ex

Vltimum) Vrsinus malebat *ultimam*.

Anima per medullam) Aliter philosophatur Plinius 17, s. 35: *vitium surculis et quarundam arborum, quibus fungosior intus natura est, geniculati scaporum nodi intersepiunt medullam. — Medulla sive illa vitalis anima est, ante se tendit longitudinem impellens, quamdiu nodi pervia patet fistula. Quum vero concreti ademere transitum, repercussa erumpit, ab ima sui parte, iuxta priorem nodum, alternis laterum semper inguinibus, ut dictum est in arundine et ferula, quorum dextrum ab ima intelligitur articulo, laevum in proximo atque ita per vices. Hoc vocatur in vite gemma, quum ibi cespitem fecit. Ante vero quam faciat, in concavo oculus, et in cacumine ipso germen. Sed palmites, nepotes uvae, folia, pampini gignuntur; mirumque firmiora esse in dextra parte genita.*

Sed et hae steriles) Vulgo legebatur: *Sed et eae stirpes, quae e duro citantur, duplici ex causa probatae sunt.* ubi Gesner scripsit. *Sed et hae.* qua mutatione tamen sensus non adiuvatur. Manifestum est, Columellam nunc de materia, e duro enata, loqui velle, eamque similiter, ut summa flagella, sterilem esse, demonstrare. Quare vitium primum est in verbis *probatae sunt. E duro* infra sect. 5, est *e duro trunco enatum.* Vitio medebatur Pontedera inserenda negatione *probatae non sunt.* contra vulgatam Gesner ineptissime defendebat, quum rem ipsam non intelligeret. In curis sec. Pontedera legi volebat, *sed et hae stirpes, quae e duro, vitantur duplici ex causa.* Genuinam lectionem ex Saug. libro repraesentavi, quam antequam adstruam, pauca sunt antea monenda. Genitalia vitis loca media esse, docere conatus est Columella comparatione humani generis reliquorumque animalium, infima et summa esse sterilia, nec inservire foecunditati.

steriles, quae e duro citantur,[q] ac duplici ex causa robustae[r] sunt: quod a foetu vacant, quodque[s] ex proximo terrae integro atque illibato succo aluntur: et illae fertiles ac firmae, quia[t] e tenero prorepunt, et quidquid, ut supra dixi, ad eas alimenti pervenit, individuum est. Mediae sunt macerrimae, quia[v] transcurrit hinc parte aliqua interceptus, illinc[x] ad se tra-

Sang. *steriles* dedi. (q) *quae duro citantur* I. B. Br. R. *quae duro utuntur ac duplici* Sang. *citantur ac* P. *utantur* Goes. Igitur *ac* addidi. (r) Ita pro *probatae sunt* scripsi ex Saug. ex quo tamen Gronov. *ac robustae* laudavit. (s) *quod quae* Br. (t) *quae tenero* I. B. Br. R. *qui et tenero* P. deinde *quicquid* Br. *elementi* Sang. (v) *qua* I. B. Br. R. *quas* Goes. *acerrimae quas* Sang. *qua transcurrit* etiam Polit. Ponted. *quas* Goes. Ambros. quod ut *ad se* sequens probat Pontedera. (x) *in linc ad* se P. *ad*

Ipsam comparationem nunc non moror; ea enim est admodum inepta et falsa philosophia nititur. Sed ex ea vera huius loci lectio pendet. Demonstrare enim nunc vult, partes infimas vitis, radicibus proximas et materiam inde e duro enatam, similiter ut summas esse steriles. Igitur lectionem S. quae ita habet: *sed et hae steriles, quae duro utuntur ac duplici ex causa robustae sunt.* ita posui, ut ex vulgata verba *quae e duro citantur* retinerem. Lectionem hanc non solum sententia ipsa totius loci, sed et alius locus infra s. 8 firmat, ubi est: *non aliud semen frugiferum esse ducimus, nisi quod in parte genitali* (i. e. media) *fructum attulerit. Nam illud quidem quod loco sterili* (i. e. infimo) *laetum robustumque sine foetu processit, fallacem foecunditatis imaginem praefert, nec ullam generandi vim possidet.* Quinctilii etiam in Geoponicis V, 8, malleolos e media vite praeferunt. Noster Arbor. III, 4: *optima semina habentur a lumbis, secunda ab humeris; tertia in summa vite lecta vita — pampinaria sarmenta deponi non placet, quia sterilia sunt.* Nescio, an vocabula, rusticis usurpata de vite, ut humeros, pollices, digitos, ungues, caput et crines appellarent, induxerint Columellam, ut ex comparatione humani generis sterilitatis argumenta deducere conaretur. Lumbi certe vitium egregie huic philosophiae admodum rusticae conveniunt.

Illae fertiles) summa flagella. Ceterum Vrsinus corrigebat: *quae e tenero, quod quicquid.* quam opinionem rationibus grammaticis impugnavit Gesner, quum physicas ignoraret. Etiam Pontedera malebat *quae e tenero prorepunt, eo quod quicquid.* ut haec verba responderent superioribus *Sed et hae steriles, quae e duro citantur, d. ex c. robustae sunt.* Equidem viro docto assentior, cuius annotationem omiserat Ernesti.

Illinc ad se tractus) Hanc posui lectionem librorum probatam ab ipso Gesnero. hinc, ab infimis sarmentis interceptus, illinc a summis flagellis attractus humor. Recte enim attrahere summa flagella dicuntur humorem, quia vitis naturaliter in sublime niti-

4 ctus humor. Non debet igitur ultimum flagellum quasi foecundum observari, etiam si[y] plurimum afferat; siquidem loci ubertate in fructum cogitur: sed id sarmentum quod media vite situm, nec[z] importuna quidem parte deficit, ac numeroso foetu benignitatem suam ostendit. Hic surculus translatus[a] rarius degenerat, quoniam ex deteriore statu meliorem sortitur. sive enim pastinato[b] deponitur, sive trunco inseritur, largioribus satiatur alimentis, quam prius, quum esset in egeno. Itaque custodiemus, ut ex[c] praedictis locis,
5 quos humeros[d] rustici vocant, semina legamus, ea tamen, quae attulisse fructum antea animadverterimus.[e]

se etiam Goes. Sang. Vulgo *a se.* (y) *etiam cum* Sang. (z) Ita pro *non* ex L. et P. Gesner *ne importuna* Goes. Sang. (a) *translatus* nescio unde Gesner laudat; deinceps *minus degen.* L. P. postea *quoniam* ex Sang. pro *cum* dedi. *quo in exteriori statu* Lips. (b) *pastinatia* P. (c) Ita pro *a* Sang. (d) Ita pro *humerosos* Sang. Post *legamus* addidi *ea.* Sang. *legamus ea quae tamen* habet. Ex quo tamen *ut praedictis — legamus quae tamen tulisse* Gronov. (e) *animadvertimus* lens. Pol. *animadvertemus* Sang. qui

tur, et naturali quadam ratione summae arborum virgae soli et ventis expositae succum ad se trahunt.

Vltimum flagellum) Plinius 17, s. 24: *Vitibus ficisque media sicciora et e summa parte conceptus, ideo illinc surculi petuntur* (*insitioni*). Palladius III, 9, 7: *summa flagella repudiemus ac surculos, qui licet bono loco nati sint, tamen feracitate caruerunt.* ubi Crescent. elegantius: *feracitatis beneficio.*

Media vite) Palladius l. c. sect. 5: *eligenda sunt sarmenta, quae pangamus, de vite media, neque de summa, neque de infima, quinque vel sex gemmarum spatia a veteri procedentia, quia non facile degenerant, quae de talibus locis transferuntur.* Ceterum Vrsinus h. l. ita emendabat, ut legeret: *siquidem loci ubertate in fructum cogitur — nec opportuna quidem parte deficit.* Partem priorem emendationis probo unice; ita enim supra sect. 1: *id enim accidit non ingenita palmitis fertilitate sed loci opportunitate* etc. In altera parte aberravit vir sagacissimus. Probarem, si esset *deficeretur.* Ita enim Columella dixit altera parte defici, altera superare, et similia; sed deficere macro solo et similia dixit pro minus provenire propter macrum solum.

Humeros — ea tamen quae) Ita recte Sang. Vulgo *a praedictis — humerosos — legamus, tamen quae.* Humeros appellat de Arboribus III, 1, et XX, 1. Lumbos III, Arbor. 1, inguina vitis Plinius, brachia, pollices ipse Columella. Plinius 17, sect. 24: *certum est ab humeris arborum orientem aestivum spectantibus surculos petendos.* Geoponica IV, 12: τινὲς δὲ καὶ τοὺς

nam si foetu vacua sint, quamvis laudabilem partem
vitis nihil censemus ad feracitatem conferre malleolo:
quare vitiosissima est eorum agricolarum opinio, qui
minimum referre credunt, quot [f] uvas sarmentum habuerit,
dum ex vite fertili legatur et non ex duro
trunco enatum, quod pampinarium vocant. Haec au- 6
tem opinio, quae orta est ex inscitia [g] seminum eligendorum,
primum parum [h] foecundas vineas, deinde
etiam nimis steriles reddit. Quis enim omnino iam per
tam longam seriem annorum agricola [i] malleolum legentibus
praecepit ea, quae paulo ante retulimus?
Immo quis non imprudentissimum quemque, et eum
qui nihil aliud operis facere valeat, huic negotio delegat?
Itaque ex hac consuetudine veniunt imprudentissimi
ad rem maxime necessariam; deinde etiam infirmissimus
et [k] inutilissimus quisque, ut dixi, qui
nullum alium laborem ferre queat, huic officio applicatur.[l]
Is porro etiam si quam scientiam eligendi mal- 7
leoli habet, eam propter infirmitatem dissimulat, ac
superponit: [m] et ut numerum, quem villicus imperavit,
explere possit, nihil curiose, nihil religiose administrat:
unumque est ei propositum, peragere [n] laboris [o] sui

cum P. omittit *antea*. (f) *quod* I. B. R. *quod uvas* ex Edd. pr. Polit. Ambr. et suo restituit Pontedera; numerum enim uvarum non referre. (g) *inscientia* I. B. Br. R. Goes. S. (h) *parant infecundas* Lips. (i) Ita Sang. pro *agricolae—legenti*. deinceps *praeficit* P. Postea *paulo* ex Br. ut fere ubique dedi. *rettulimus* eadem Brusch. (k) Ita pro *infirmissimi: nam et:* scripsi. *in firmissimam inutilissimus* I. B. Br. R. (l) *applicetur* I. B. Br. R. (m) Ita pro *aut seponit* I. B. Br. R. L. Goes. Sang. (n) *peregere*

ὠμοὺς αὐτοὺς ἐγκεντρίζουσι. de vite sermo est.

Inscitia seminum) In Edd. I. B. R. et libro Goes. est *inscientia*. Ita etiam liber Sang. teste Drakenb. ad Livium T. III, p. 596.

Infirmissimus et) Vulgatum *infirmissimi. nam et inutilissimus* ineptissimum esse, statim apparebat. Igitur vestigia Edd. I. B. R. secutus veriorem lectionem restitui.

Superponit) Ita optimi libri pro *seponit*. Est ut graecum ὑπερτίθεσθαι pro supersedere. Aliud exemplum eius notionis ignoro.

pensum: quum tamen, ut et[p] sciat,[q] et quod scit[r] exsequatur, hoc solum praeceptum a magistris acceperit,[s] ne pampinariam virgam deplantet, caetera omnia ut
8 seminibus contribuat.[t] Nos autem primum rationem secuti, nunc etiam longi temporis experimentum, non aliud semen eligimus, nec frugiferum esse ducimus, nisi quod in parte genitali fructum attulerit. Nam illud quidem,[v] quod loco sterili laetum robustumque sine foetu processit, fallacem foecunditatis imaginem
9 praefert,[x] nec ullam generandi vim possidet. Id procul dubio verum esse ratio nos admonet, si modo ut in corporibus nostris propria sunt officia cuiusque membri, sic et frugiferarum stirpium partibus propria munia. Videmus hominibus inspiratam velut aurigam rectricemque membrorum animam, sensusque[y] iniectos ad ea discernenda, quae tactu, quaeque naribus auribusque et oculis indagantur; pedes ad gressum compositos, brachia[z] ad complexum:[a] ac ne per omnes vices ministeriorum vagetur insolenter oratio, nihil aures agere valent, quod est oculorum, nihil
10 oculi, quod[b] aurium; nec generandi quidem data est

Br. (o) Ita pro *operis* I. B. Br. R. L. Goes. Sang. (p) *et* om. I. B. Br. R. H. (q) *sciot, quod exequotur* I. B. Br. R. *et quod sciot sequotur et* Goes. *sciat exsequatur* et Sang. *sed sciat sequatur et* Gronov. (r) *sciat* Pol. (s) Ita pro *accepit* Goes. *oecipit* I. B. Br. R. S. (t) *tribuat* Eaedem. deinceps *primo* Sang. (v) *quidem* om. Eaedem. (x) *praebet* I. B. Br. R. (y) *qué* omiss. I. B. Br. R. *sensus in lectos* L. (z) *blochia* hic et p. p. L. (a) *amplexum* I. B. R. (b) *est* interpon. I. B. Br. R. verba: *oculorum*,

Vt et sciat) Ita cum Vrsino ex antiquis Edd. rescripsit Gesner, qui praeterea Goesiani *et quod sciat sequatur* probabat. *Acceperit* ex Goes. dedi, eamque lectionem coniectando assecutus fuerat Vrsinus.

Ne pampinariam virgam) Plinius 17, s. 35, no. 3: *Serere e pampinariis sterile est, nec nisi foecundo oportet. Quae raros habet nodos, infoecunda iudicatur; at densitas gemmarum fertilitatis indicium est. Quidam seri vetant nisi eos, qui floruerunt surculos.*

Primum rationem) Sangerm. *primo.* deinde idem habet: *sine foetu cessit.*

Quaeque naribus) Ex Sang. addidi *quaeque.* Linguam et gustum omisit, quod gustus tactu quoque censetur, monente Morgagni ad h. l. Deinceps Sang. *ne generandi quidem* habet.

facultas manibus aut plantis: sed quod hominibus ignotum voluit esse genitor universi, ventre protexit;[c] ut divina praedita[d] ratione rerum aeternus[e] opifex, quasi quibusdam secretis corporis in arcano atque operto sacra illa spiritus elementa cum terrenis primordiis misceret,[f] atque hanc[g] animantis machinae speciem effingeret. Hac lege pecudes ac virgulta 11

progenuit, hac vitium genera figuravit, quibus eadem ipsa mater ac parens primum radices velut fundamenta quaedam iecit, ut iis quasi pedibus insisterent: truncum deinde superposuit velut quandam staturam corporis et habitus: mox ramis diffudit quasi brachiis: tum caules et pampinos elicuit velut palmas.[h] eorumque alios[i] fructu donavit, alios[i] fronde sola vestivit ad protegendos tutandosque partus. Ex his igitur, ut 12

supra diximus, si non ipsa membra[k] genitalia conceptu atque foetu gravida, sed tanquam tegmina et umbra-

nihil oculi quod omill. Sang. (c) *processit* L. Antea *universis* male Sang. (d) *praedicta* I. B. Br. R. *praedita* L. Vulgo *praeditus*. (e) *aeterna* L. I. B. R. Br. (f) *ministret* L. (g) *hoc animantis imagine specie* Goes. S. *hoc* etiam L. (h) *palmas eorum*. *Quae* I. B. Br. R. In Sang. est: *eum pampinos elicuit*. (i) *alius* P. (k) *menbra* Br. (l) *laboravimus* P. No-

Praedita ratione) Hane librorum optimorum lectionem recte vulgatae *praeditus* praeferebat cum Schoettgenio Gesner, recipere tamen non ausus. Inepte in vulgata *aeternus rerum opifex* dicitur *ratione divina* praeditus; contra recte, quamquam satis audacter, spiritus illa elementa, quae terrenis primordiis miscentur in coitu, divina ratione praedita dixit Columella.

Quasi quibusdam) Locum elegantissimum deformem reddidit librariorum supina opera. Comparat generationis opus atque instrumenta in arcano corporis loco posita, cum sacris Bacchi et Cereris opertis seu mysteriis, ubi mystica vannus, cista, phallique similitudinem huius generationis praebent cum silentio et obscuritate noctis. Igitur suspicor, verbis positis legendum esse: *quasi quibusdam secretis sacris, in arcano et operto corporis loco illa spiritus elementa cum terrenis primordiis misceret*. In Bruschiana est *com terrenis*.

Pecudes ac virgulta) In Sang. libro esse *hac virgulta*, testatur Drakenb. ad Livium T. III, p. 838, temere tamen probat eam lectionem. Deinceps Brusch. *insisteret*, et secl. 13 *oportuno*.

cula eorum, quae fructibus vidua sunt, legerimus,
13 umbrae scilicet non vindemiae laboraverimus.[l] Quid ergo est? cur quamvis non sit e duro pampinus, sed e tenero natus, si tamen orbus est, etiam in futurum quasi sterilis damnatur[k] nobis? Modo enim disputatio nostra colligebat unicuique corporis parti proprium esse attributum officium, quod scilicet ei convenit; ut malleolo quoque, qui opportuno loco natus est, foecunditatis vis adsit, etiam si interim cesset a partu.

14 Nec ego abnuerim[m] hoc me instituisse[n] argumentari. sed et illud maxime profiteor, palmitem quamvis frugifera parte enatum, si fructum non attulerit, ne vim quidem foecunditatis habere. Nec hoc illi sententiae repugnat. nam et homines quosdam non posse generare, quamvis omnium membrorum numero constante, manifestum est; ne sit incredibile, si genitali loco virga nata fructu careat, carituram quoque esse[o] foetu.

15 Itaque ut ad consuetudinem agricolarum revertar, eiusmodi surculos, qui nihil attulerint, spadones appellant: quod non facerent, nisi eos suspicarentur inhabiles frugibus. quae et ipsa appellatio rationem mihi subiecit non eligendi malleolos quamvis probabili parte vitis enatos, si fructum non tulissent. quanquam et hos ipsos[p] sciam non in totum sterilitate affectos. nam confiteor pampinarios quoque, quum e duro prorepserint,[q] tempore anni sequentis acquirere foecunditatem, et ideo in[r] resecem submitti, ut pro-

siram habet S. pro *laborabimus*. (m) Vulgo intersertum *in* om. I. B. Br. R. Goes, L. (n) *instituisse* I. B. Br. R. Goes. L. S. Vulgo *institisse*. (o) *esse* abest I. B. Br. R. S. deinceps *tulerunt* Saog. (p) *ipsos* ins. Goes. S. *quamquam* Br. (q) *proresserint* P. *processerint* I. B. Br. R. *prorepa. sementis acquir.* L. *sementis adquirere* S. (r) *in* deest I. B. Br. R. *in re-*

Spadones) Isidorus XVII, 5: *spadones sunt surculi fruge carentes, ex ipsa appellatione, quod sint inhabiles fructu et sterilitate affecti.*

generare possit. Verum eiusmodi partum comperimus 16
non tam ipsius resecis quam materni esse muneris. Nam quia inhaeret stirpi suae, quae est natura ferax, mistus adhuc parentis alimentis,[s] et foecundi[t] partus seminibus ac velut altricis uberibus eductus, paullatim fructum ferre condiscit. At[v] quae citra[x] naturae quandam pubertatem immatura atque intempestiva planta direpta trunco vel terrae vel etiam stirpi recisae[y] inseritur, quasi puerilis aetas ne ad coitum quidem nedum[z] ad conceptum habilis vim generandi vel in totum perdit, vel certe minuit. Quare magnopere 17
censeo in eligendis[a] seminibus adhibere curam, ut e fructuosa parte vitis palmites legamus eos, qui futuram foecunditatem iam dato[b] fructu promittunt. Nec tamen contenti simus singulis uvis, maximeque probemus[c] eos, qui numerosissimis foetibus conspiciuntur. An non[d] opilionem laudabimus ex ea matre sobolem propagantem, quae geminos enixa sit; et caprarium submittentem foetus earum pecudum, quae trigemino

sicendum mittit P. *resicendum mitti* Sang. (s) *elementis* L. I. B. Br. R. S. (t) *foecundis pastus* L. I. B. Br. R. *foecundis* etiam Sang. (v) *Atque citra etc.* I. B. Br. R. (x) *citra naturae quandam pubertatem* desunt P. (y) *recaesae* I. B. Br. R. (z) *ne dum* divis. I. B. R. I. I. H. (a) *eligendi* I. I. Deinde *ut e* pro *uti* dedi ex Sang. (b) Ita pro *toto* Sang. *in dato* Goes. (c) *roebemus* L. *praebemus* P. (d) *non* omiss. I. B. Br. R. S. (e)

Ipsius resecis) Sangerm. liber etiam hic *resicis* habet, teste Gronovio, et paulo antea cum Polit. *in resicem summitti*. quae scriptura multis etiam aliis in locis occurrit. Haud scio an ea ubique praeferenda sit vulgatae.

Materni muneris) Palladius III, 9, 8: *Pampinarius, qui de duro nascitur, etiamsi attulerit fructus, pro frugifero non est ponendus; in suo enim loco foecundatur a matre, translatus vero tenet sterilitatis vitium, quod nascendi conditione suscepit.*

Ferre condiscit) Brusch. *fere condiscit.*

Singulis uvis) Pallad. III, 9, 6: *sumantur autem de vite foecunda neque putemus brachia esse fertilia, quae uvas singulas aut binas producunt, sed quae multa ubertate curvantur, nam potest ferax vitis feraciores in se habere materias.* ubi verba *aut binas* omittit Codex Lugd.

partu commendantur? videlicet quia sperat[e] parentum
18 foecunditati prolem[f] responsuram. Et nos sequemur[g]
in vitibus hanc ipsam rationem, tanto quidem magis,
quod compertum habemus,[h] naturali quadam maligni-
tate deściscere[k] interdum quamvis diligenter probata
semina: idque nobis poëta velut surdis veritatis in-
culcet[l] dicendo: *Vidi lecta diu, et multo spectata
labore degenerare tamen, ni vis humana quotannis
maxima quaeque manu legeret. sic omnia fatis in peius
ruere, ac retro sublapsa referri.* Quod non tantum
de[m] seminibus leguminum, sed [in] tota[n] agricolatio-
19 nis ratione dictum esse intelligendum est: si modo
longi temporis observatione comperimus, quod certe
comperimus, eum[o] malleolum, qui quatuor uvas tule-
rit, deputatum et in terram depositum, a foecunditate
materna sic degenerare, ut interdum singulis, non-
20 nunquam etiam binis uvis minus afferat. In quantum
autem censemus defecturos[p] eos, qui binos aut fere
singulos foetus in matre tulerint, quum etiam feracis-
simi translationem saepe reformident?[q] Itaque huius

Vulgo *quasi semper sit* I. B. Br. R. *quasi semper est.* Mecum L. Goes. Sang. (f) Ita pro *proles responsura* L. Goes. Sang. P. nisi quod *fecunditati prolem resconla* Sang. (g) Ita pro *sequamur* I. B. Br. R. Saug. (h) Ita pro *habeamus* Sang. *habeam* I. B. Br. R. (k) *desiscere* I. B. Br. R. *desistere* L. (l) *inculcet* Goes. *incolcet diligendo* Saog. Vulgo *indulget.* (m) *de om.* I. B. Br. R. (n) Ita pro *totum — rationem* Sang. *tota agricolatione spatiove* Goes. *in* iuclusi. (o) *cum* I. B. Br. R. Gr. (p) *despe-*

Videlicet quia sperat) Optimorum librorum lectionem dedi. Ita infra c. 17, 3: *videlicet quia ipsis* etc. Mecum sentit Pontedera. In Brusch. est *quia semper est.*

Inculcet) Quod Vrsinus et Morgagni coniiciendo assecuti fueraut, dedit Goesianus liber verbum pro vulgato *indulget.* Locus Virgilii est Georg. I, 192. Verum nunc video, *inculcat* esse debere, quoniam vulgatum *habeamus* mulavi in *habemus.*

In totam) Vitiosa haec esse, manifestum est unicuique. Goes. liber habet: *tota agricolatione spatiove.* ubi spatium amplitudinem artis significare putabat Pontedera: *sationem* malebat Broukhus. sed vel ita vitii maxima pars remanet. Igitur suspicor legendum: *sed in totum de omni satione.*

Translationem — reformident) Lego:

rationis demonstratorem magis esse me quam inventorem, libenter profiteor: ne quis existimet, frandari maiores nostros lande merita. nam id ipsum sensisse[r] eos non dubium est, quamvis nullo alio sit scripto proditum, exceptis quos[s] retulimus numeros Virgilii, sic[t] tamen ut de seminibus leguminum praecipiatur.
Cur enim aut e duro natam virgam, aut etiam ex foe- 21
cundo malleolo, quem ipsi probassent, decisam sagittam repudiabant, si nihil interesse ducebant,[v] ex quo loco semina legerentur?[x] Num[y] quia vim foecunditatis certis quasi membris inesse non dubitabant, idcirco[z] pampinarium et sagittam velut inutiles ad deponendum prudentissime damnaverunt? Quod si ita est, nihil dubium est, multo magis ab his improbatum esse[a] etiam illum palmitem, qui frugifero loco natus fructum non attulisset.
Nam si sagittam, id est supe- 22
riorem partem malleoli, vituperandam censebant,[b] quum esset eadem pars surculi frugiferi, quanto magis vel ex optima vitis parte natum flagellum, si est sterile, improbatum ab his ratio ipsa declarat? Nisi tamen, quod est absurdum, crediderunt id[d] translatum et abscissum a sua stirpe, destitutumque materno

eturos I. B. Br. R. *dstitutos* L. *descituros* P. (q) *formident* I. B. Br. R. S. (r) Ita pro *censuisse* I. B. Br. R. L. Goes. S. (s) Ita pro *quae ret. metris* Sang. idem *Vergilii*. Polil. etiam *quos* habet. (t) *hic* L. *sic* Saog. Volgo *et hic*. (v) *dicebant* al. prael. Goes. L. I. B. Br. R. S. (x) *eligerentur* I. B. Br. R. (y) Ita pro vulgalo *Nunc* reele I. B. R. Br. (z) *iccirco* I. B. Br. R. I. I. (a) *esset* P. (b) *fieri* ioterser. I. B. R. Br. (c) *fragellum* L. hic et alias not. φραγέλλιον. (d) *eam abscisum* Saug. *cum translatione*. Noster IV, 9: *putatio non debet secundum articulum fieri, ne reformidet oculus*. IV, 11: *non esse ferro tangendos amiculos malleolos, quoniam reformident*. ita enim optimi libri pro *quod aciem reformident*. IV, 24, 15: *illa resectio celerius ac latius emoritur, haec tardius et angustius reformidat*. IV, 33, 4: *quae radicibus exemta, et deposita est, biennio reformidat*.

Id ipsum) Brusch. omittit *id*.

Sic tamen) Ita recte Sangerm. Ante *retulimus* etiam Brusch. quae paulo post *praecipiantur*.

alimento, frugiferum,[e] quod in ipsa matre nequam fuisset. Atque haec [et] forsitan pluribus dicta sunt, quam exigebat ratio veritatis: minus tamen multis, quam postulabat prave detorta et inveterata opinio rusticorum.

XI. Nunc ad reliquum ordinem propositae disputationis redeo. Sequitur hanc eligendi malleoli curam
pastinationis officium: si tamen ante de qualitate soli
constiterit. nam eam[a] quoque plurimum et bonitati et
largitati frugum conferre, nihil dubium est. ac[b] prius,
quam ipsum solum perspiciamus, illud antiquissimum
censemus, rudem potius eligendum agrum, si sit fa-
2 cultas, quam ubi fuerit seges aut arbustum. nam de
vinetis, quae longo situ exoleverunt, inter omnes auctores constitit, pessima esse si reserere velimus. quod
et inferius solum pluribus[c] radicibus sit impeditum ac
velut irretitum, et adhuc non amiserit virus et cariem
illam vetustatis, quibus hebetata quasi aliquibus ve-
3 nenis humus torpeat.[d] Quam ob causam silvestris ager

I. B. Br. R. (e) *frugifero: quin ipsam matrem nequam fuisse* I. B. R. Br. S.
Cap. XI. (a) *eum* Victor. et reliqq. ante Gesnerum. (b) *ne plus quam* L. deinceps post *ipsum* addidi ex Sang. *solum*. (c) *plurimis* Br. S. (d)

Frugiferum — nequam) Deest verbum aliquod *fieri*, seu *fore*. Itaque suspicor verbum *fieri*, quod Edd. I. B. R. post verba *vituperandam censebant*, alieno plane loco inserunt, potius ad hunc locum pertinere. Ceterum respexit Columella ad illam sermonis romani consuetudinem, quae hominem frugi opponebat homini nequam. Recte igitur Gesnér obnitebatur Pontederae emendanti: *in ipsa matre nunquam fuisset*. Catonis *nequam hostum* non pertinere ad hunc locum, recte monuit Pontedera in Curis sec. p. 468. Quid si vocabulum *frugiferum* coaluit ex *frugi fieri*? Quod postquam in *frugiferum* fuerat mutatum, librarius Codici in margine varietatem *fieri* alieno loco apposuit, quam Edd. primae post *censebant* inseruerunt.

Haec et forsitan) Inutilem copulam inclusi. Deinceps *sint* est in Bruschiana.

Cap. XI. *Qualitate soli*) Quaestionem hanc tractavit Theophrastus C. P. II, 5, III, 7 et 16, paucis Geoponica V, 1. Nescio unde ducta glossa Hesychii καταρώγια γῆν τινα πρὸς φυτείαν ἀμπέλων εὔθετον.

Silvestris ager) Palladius II, 13: *Ad pastinandum rudes agros potius eli-*

praecipue est eligendus, qui etiam si frutetis aut arboribus obsessus[c] est, facile extricatur, quod suapte natura quaecunque gignuntur, non penitus nec in[f] profundum radices agunt, sed per summum[g] terrae dispergunt atque deducunt, quibus ferro recisis atque exstirpatis, purum[h] quod superest inferioris soli, rastris licet effodere, et in fermentum congerere atque componere: si tamen rudis terra non sit. proximum est vacuum[i] arboribus arvum. si nec hoc est, rarissimum[k] arbustum vel olivetum. melius[l] tamen vetus olivetum quod non fuerit maritum, vineis destinatur. Vltima 4
est, ut dixi, conditio restibilis vineae. nam si necessitas facere cogit, prius quidquid est residuae vitis exstirpari debet: deinde totum solum sicco[m] fimo, aut si id non sit, alterius generis quam recentissimo stercorari,[n] atque ita converti,[o] et diligentissime refossae

torreat P. (e) *obpressus* L. *oppressus* P. *fritectis* Sang. (f) *in* om. Sang. teste etiam Heinsio ad Ovidii Metam. II. 583. (g) *summam* I. B. Br. R. S. *summa* Sang. (h) Ita pro *parum* P. et Sang. (i) *novatuum* L. *vocuum ab arb.* S. (k) *rar.* om. I. B. Br. R (l) *melius tamen vetus olivetum* addidi ex L. Goes. S. I. B. Br. R. (m) *totum fimo solum fimo* Sang. qui deinceps om. *id.* (n) *stercore* I. B. Br. R. L. *stercerari* Sang. (o) *converri* I. B. R. recte Br. *converrit* P. *convertit* L. deinceps vulgo *refossas.*

gamus vel maxime silvestres. ultima conditio est eius loci, in qua fuerunt vetusta vineto.

Si necessitas) Palladius II, 13: *Quod si necessitas coëgerit, prius multis arationibus exerceatur, ut abolitis radicibus prioris vineae et omni earum corie et squalore depulso novella vitis tutius possit induci.* ubi rectius Cresc. cum Polit. libro habet *eius carie.* Deinde *squalorem* dixit Palladius, quod Columella supra sect. 2, *virus.*

Moritum) Plinius 17, s. 32, no. 22: *non spernunt plerique fraxinum ficumque etiam oleam, si non sit umbrosa ramis, in maritandis vitibus.* Ficus maritas memorat etiam Theophrastus C. P. III, 15.

Sicco fimo) Cinere, et simili. Ita et infra V, 9, 14, ubi vide notam. Nihil igitur deest, quod suspicabatur Morgagni. In libro tamen Sang. est: *totum fimo solum fimo.* priore *fimo* subtus punctis appositis deleto.

Refossae) Vulgatum *refossas* notaverat etiam Gesner. Ceterum h. l. respexit Palladius II, 10: *radices omnes et purgamenta maxime rubi et filicis, in summum regeri faciat. Quae cura in omni positionis genere et ubique servanda est.*

omnes radices in summum regeri atque comburi; tunc[p]
rursus vel stercore vetusto, quia non gignit herbas,
vel de vepribus egesta humo pastinatum large con-
5 tegi.[q] At ubi pura novalia et ab[r] arboribus sunt libera,
considerandum est ante, quam pastinemus, surcularis
necne sit terra: idque facillime exploratur per stirpes,
quae sua sponte proveniunt. Neque enim est ullum[s]
tam[t] viduum solum virgultis, ut non aliquos surculos
progeneret, tanquam piros silvestres et prunos, vel
rubos certe. Nam haec quamvis genere spinarum sint,
solent tamen fortia et laeta et gravida fructu consur-
6 gere. Igitur si non retorrida nec[v] scabra, sed levia et

(p) *tum* I. B. Br. R. (q) *contegit* vel *contegat* P. (r) *et ab* addidi ex I. B. Br. R. S. teste etiam Heinsio ad Ovidii Fast. III. 582. et Goes. (s) *illud* L. *ullum est* Br. (t) *diu* vulgo additum om. I. B. Br. R. L. S. (v) Ita pro *et scabra* Sang. *retorridet scabras et levia* L. P. Deinde *intelligi-*

Vetusto) Sangerm. *veto*. Heinsius Advers. III, p. 459, mutabat in *victo*.

Pura novalia) Palladius II, 10: *ubi autem nuudae sunt novales, scrobibus pastinemus aut sulcis, sed sulcis melius erit, quia humorem in tota spatia pastinata transmittunt.*

Retorrida nec scabra) Ita recte Sang. pro *et scabra*. Palladius I, 5: *Vineis quoque utilem per haec signa cognosces, si coloris et corporis rari aliquatenus, atque resoluti est; si virgulta quae protulit laevia, nitida, procera, foecunda sint, ut piros silvestres, prunos rubos, caeteraque huiusmodi, neque intorta, neque sterilia neque macra exilitate languentia.* Idem ibidem sect. 2: *quae protulerit, nec scabra sint nec retorrida, nec succi naturalis egentia.* ubi Crescent. cum Edd. I. B. R. habet *retorta*. Sed noster infra c. 12, 2: *scabras et retorridas facere*; unde vulgata huius loci lectio *et scabras* possit defendi. Plinius 17, 5, *frigidam terram ostendere ait retorride nata*. Frondem retorridam habes infra XI, 2, 87, et prata retorrida Varro I, 9, 5. Retorrescere de vinea habes supra III, 3, 4. III, 5, 1, et III, 17, 4. Sed ad Palladii locum revertamur; ubi Vincentius recte habet: *coloris nigri et corporis rari aliquatenus.* Ita enim *pullam terram* Columellae expressit Palladius. Deinde Vinc. pro rubis nominat *tuberes*, male. Peregrina enim ista arbor erat. Ceterum bis a Palladio eadem verba repetita fuisse non puto, sed errore hoc librarii accidit, qui ex *retorridis* seu *retortis* fecit *intorta*, et ex *scabris*, *sterilia*. Denique eadem aliter repetiit Palladius II, 13: *nam locus, qui misera virgulta produxerit, vel uliginosus vel salsus vel amarus vel siticulosus et aridus reprobatur.* Geoponica V, 1: ἐπιτηδεία ἀμπέλοις γῆ ἡ μελάγγειος μὴ οὖσα πυκνὴ καὶ ἐν τῷ βάθει συμμέτρως ὕδωρ γλυκὺ ἔχουσα — πᾶσα

nitida, et prolixa foecundaque viderimus, eam intel-
ligemus esse terram surcularem. Sed hoc in totum:[x]
at illud, quod vineis praecipue est idoneum, proprie
considerandum, ut prius retuli, si facilis est humus
et modice resoluta, quam diximus[y] pullam vocitari:
nec quia sola ea,[z] sed quia sit habilis maxime vinetis.
Quis enim vel mediocris agricola nesciat, etiam duris- 7
simum tophum[a] vel carbunculum, simulatque[b] sunt
confracti, et in summo regesti,[c] tempestatibus et gelu[d]

mus Br. (x) Vulgo *totum ad illud*. Postea *rettuli* Br. (y) *dicimus* I. B. Br. R. (z) *ea* om. P. (a) *tuphum* P. *tufum* S. (b) *simulatque si sint* I. B. Br. R. L. (c) *resistere te neo minus* L. (d) Ita pro *geluve* I. B. Br.

μελάγγεως ἡ μὴ λίαν πυκνὴ μηδὲ χαλ-λώδης. ἰκμάδα δὲ ἔχουσα ἐπιτηδειο-τέρα πρὸ ἀμπέλους.

Totum: at illud) Ita Pontedera correxit vulgatum *totum ad illud*, ex veteribus Codicibus, ut ait. Distinctionem mutare voluerat Gesner, sed operae oberrarunt. Plinius 17, *s.* 3: *nec pulla, qualem habet Campania, ubique optima vitibus, aut quae tenues exhalat nebulas.* Ita notat Virgilium II, 217.

Tophum) Palladius II, 13: *tofus et alia duriora, ubi gelu relaxantur et solibus, pulcherrimas vineas ferunt, refrigeratis aestate radicibus et humore detento.* Virgilius II, 214, *et tophus scaber.* ubi damnat; contra Plinius 17, s. 3: *nam tofus scaber natura friabilis expetitur quoque ab auctoribus.* Arenosum tofum noster habet infra IV, 22, et inde Palladius I, 5, 1. Puteos strui iubet Palladius Aug. 9: *lapide tofacio vel silice.* ubi Vincentius bis *tofico* habet, Codex Lugd. et Erf. *toficio.* Plinius 36, *s.* 48: *tofus aedificiis inutilis est mortalitate mollitiae — exercetur halitu maris, fricatur vento et verberatur imbre. Sed cura tuentur picando parietes, quoniam et tectorii calce roditur.* Isidorus 19, 10: *tophus aedificiis inutilis est, fundamentis aptus mortalitate et mollitia. Ex aestu enim et halitu maris fricatur et verberatur imbribus.* In Isidoro alii legunt *mordacitate*, in Plinio vetus editio *mortali mollitia.* quam lectionem praefero. Deinceps *ex estur enim halitu* maris ex vestigiis lectionis Isidori emendari iussit A. Covarrubias. recte! Postea *quoniam et tectori calce proditur* Pintiani Codex habet, unde Pintianus corrigebat: *tectorii calx eroditur.* Vincentius 8, 12, in Isidoro legit *mobilitate et mollitia. Ex aestu enim. Carbunculum et tofi farinam* castanea quaere (*sic*) dicitur Plinio 17, *s.* 34. Idem 31, s. 28, in tofo aquam frigidiorem servari, levesque inde et dulces fieri et quasi colatas purgari a sordibus ait; idem 17, s. 4, margam tofaceam habet. In iuvencarum ventriculo nigricantem tofum nullo pondere reperiri ait Idem 11, s. 29, quem 28, s. 7, pumicem dicit. Vide ad Varron. I, 9, et ad Pallad. I, 10, tophum rubrum et nigrum Campaniae, album in Umbria, Piceno et Venetia, qui serra ut

nec minus aestivis putrescere caloribus ac resolvi; eosque[e] pulcherrime radices vitium per aestatem refrigerare, succumque retinere? quae res alendo surculo sunt accommodatissimae. Simili quoque de causa probari solutam glaream calculosumque agrum et mobilem lapidem: si tamen haec[f] pingui glebae permista sunt. nam eadem ieiuna[g] maxime culpantur.
8 Est autem, ut mea quoque[h] fert opinio, vineis amicus etiam silex, cui[i] superpositum est modicum terrenum, quia frigidus et tenax humoris per ortum caniculae non patitur[k] sitire radices. Hyginus quidem secutus Tremellium praecipue montium ima, quae[l] a verticibus defluentem humum receperint, vel etiam valles,

R. S. (e) *eumque* I. B. Br. R. deinde *olendo* Br. (f) *et* I. B. Br. R. (g) *ieiunia* Eaedem. (h) *quoque* addidi ex iisdem et Goes. Sang. (i) *cum* Br. (k) *patiatur* I. B. Br. R. Deinde *Higinus* Eaedem. aliae ante Gesn. *Higinius*. Goes. Sang. *Hyginus*. Br. *Tremelium* (l) *quod* I. Bonon. Brusch.

lignum secatur, nominat Vitruvius 2, 7, et ex eo Plinius 36, s. 48. Denique in Plinii loco de tofo Vincent. 8, 2, legit *inutilis aedificiis morositate quadam.* Pilas ex topho exstructas in aquaeductuum substructione habet Frontinus de Aquaed. Albertus de vinea: *locum pinguem olivosum desiderat vitis, et si rarus sit et porosus, nigro lapide facile putrescente immixtus optime provenit; propter quod nigros lapides molles, qui tegulae vocantur, terunt et miscent terrae. Valet etiam rubeus, sed non sicut niger ad fuscitatem declinans.* Videtur *tofum* dicere; et forte ruber tofus dictus fuit carbunculus. Germanicus Colum. interpres *Ortstein* vertit. Munting de herba Britannica operose docere conatus est, terram tofaceam intelligi eam, quam Belgae nunc *Veenen* vocant, eiusque cespites comburunt. Quam opinionem omnium minime probare possum.

Solutam glaream) Palladius II, 13: *Sed et soluta glarea et calculosus ager, et mobiles lapides, si tamen haec omnia glebis se pinguibus miscuere, et silex, cui terra superposita est, quia frigidus est et humoris tenax, radices aestate sitire non patitur.* ubi Polit. liber cum Cresc. habet: *circum terram suppositus, quia.* Plinius 14, s. 8, et 17, s. 3: Pucina vina in saxeo colle maritimo afflatu coqui ait in paucas amphoras. Vide ad Palladium I, 6, 17.

Defluentem) Palladius II, 13: *Item loca ad quae de cacuminibus terra decurrit, vel valles, quas fluminum saturabit aggestio: sed hoc in locis iis, quae gelu et nebulis infesta esse non possunt.* Exemplum Aegyptiacarum vinearum, de quibus Athenaeus I, p. 33 addunt Geoponica V, 1.

quae fluminum alluvie[m] et inundationibus concreverint, aptas esse vineis asseverat,[n] me non dissentiente. Cretosa humus utilis habetur viti: nam per se ipsa 9
creta, qua utuntur figuli, quamque nonnulli argillam vocant, inimicissima est: nec minus ieiunus sabulo, et quicquid, ut ait Iulius Atticus, retorridum surculum facit, id autem solum vel uliginosum est,[o] vel salsum;[p] amarum etiam, vel[q] siticulosum, et peraridum. nigrum tamen et rutilum sabulonem, qui sit[r] vividae terrae permistus, probaverunt antiqui. nam carbunculosum agrum, nisi[s] stercore adiuves,[t] macras vineas efficere dixerunt. Gravis est rubrica, ut idem Atticus 10

Reg. omisso *a*. Etiam Sangerm. *a* om. deinde *reciperent* Eaedem. (m) *aduvet inund.* Lips. (n) *de vino* L. (o) *solum uligin. est, vel amarum, et vel salsum, vel siticulosum etc.* P. B. R. Br. *et vel sitícul.* Commel. (p) Ita Goes. et Saug. Vulgo *salsum, vel amarum etiam.* (q) Sic Goes. et L. *et* alii a. G. (r) Vulgo *humidae* est. *fit vivide* P. *vividae* etiam Goes. et Heins. ad Ovid. Fast. 3. 238. *Quis fit umidat* L. (s) *nisi si* I. B. R.

Alluvie) Male *eluvie* praeferebat h. l. I. Fr. Gronov. ad Livium T. I, p. 31 ed. Drakenb.

Creta) Palladius II, 13: *argillosa terra commoda est, argilla autem sola graviter inimica. — locus, qui misera virgulta produxerit, vel uliginosus vel salsus vel amarus vel siticulosus et aridus reprobatur. niger sabulo et rubeus utilis est, sed cui fortis terra permista est.* Vnde apparet, Palladium in Columella legisse *vividae terrae*, quod praeferunt etiam libri optimi, non *humidae*. Plinius 17, s. 3: *Cretam in Albensium Pompeianorum agro et argillam cunctis ad vineas generibus anteponunt, quanquam praepingues, quod excipitur in eo genere.* Scilicet sunt et vites, quae pinguem terram melius tolerant aut postulant; de quibus vide ad Palladium I, 6, 9, unde petes et alia, ad iudicandam vitium naturam pertinentia. Plinius 17, s. 3: *Invicem sabulum album in Ticinensi multisque in locis nigrum itemque rubrum etiam pingui terrae permixtum infoecundum est.* Vides, Plinium *pinguem* terram, ut Palladium *fortem* dicere, quam Columella *vividam*.

Carbunculosum) Plinius 17, sect. 3: *et carbunculus terra quae ita vocatur emendari vite macra putatur.* Vitruvio II, 6: *est arenae genus quod in Etruria, adusta nimium vehementia vaporis materia, procreatur.* Varro I, 9, 2: *carbunculus, id est, quae sole perferve ita fit, ut radices satorum perurat.* Palladius II, 13: *carbunculosus nisi stercoretur, macras vineas reddit.*

Rubrica) Palladius II, 13: *in rubrica difficilius comprehendunt, quamvis postea nutriantur; sed hoc genus terrae inimicum est operibus, quia parvo vel humore vel sole nimis madescit aut du-*

ait, et ad comprehendendum[v] radicibus[x] iniqua. Sed alit eadem vitem, quum tenuit: verum est in opere difficilior: quod neque humentem fodere possis, quod sit glutinosissima, nec nimium siccam,[1] quia ultra modum praedura.

XII. Sed ne nunc per infinitas terreni species evagemur, non intempestive commemorabimus[a] Iulii Graecini conscriptam velut formulam, ad quam posita est limitatio[b] terrae vinealis. Idem enim Graecinus sic ait: Esse aliquam terram calidam vel frigidam, humidam vel siccam, raram vel densam, levem aut gravem, pinguem aut macram; sed neque nimium calidum solum posse tolerare vitem, quia inurat; neque praegelidum, quoniam velut[c] stupentes et congelatas radices nimio frigore moveri non sinat; quae[d] tum demum se promunt, quum modico tepore evocantur. Humorem terrae iusto maiorem[e] putrefacere
2 deposita semina: rursus nimiam siccitatem destituere plantas[f] naturali alimento, aut[g] in totum necare, aut

Br. (t) Ita pro *Iuves* Goes. Sang. *adiuvas* I. B. Br. R. *iuves redivivus macras* P. (v) *comprendendum* I. B. R. Br. (x) *sicca* I. B. R. Br.

Cap. XII. (a) *commemoravimus* P. (b) *imitatio* I. B. Br. R. Goes. *aestimatio referre terras etc.* P. L. *estimatio* etiam Sang. (c) *quom velut stupentis* Br. *vel stupentis vel congelatis nimis frigore* Lips. *vel* etiam Pol. (d) Ita I. B. Br. R. L. S. pro vulgatis: *neque humidum, quoniam cum se promunt vites modico tepore evocant humorem.* nisi quod *tempore* I. B. Br. R. Sang. *evocat* I. B. R. *evocant* Br. *evocantur* Sang. qui *demum* omittit. (e) Ita pro *maiorem qui putrefacit* I. B. Br. R. L. S. nisi quod *deposita* om. I. B. R. habet Br. (f) Vulgo additum *dicit* om. I. B. Br. R. L. S.

rescit. Plinius 17, sect. 3: *nec rubrica multis probata.* Ceterum Sang. deinceps *umentem.*

Cap. XII. *Posita est, limitatio*) Libri scripti *imitatio*; sed Pol. Lips. et Sang. *aestimatio.* Praeterea sic est in Polit. et Lips. *estimatio referre terrae.* ubi *referre* ortum putabat Gesner ex *terrae.* Mihi contra videtur vera ibi latere lectio, haec scilicet: *ad quam iusta aestimatio referetur terrae vinealis.* Antiquum *imitatio* Pontedera interpretabatur: ex Graecini formula exemplum capiendum est et similitudo.

Stupentes) Graecum *ναρκᾶν* expressit.

scabras et retorridas facere: perdensam humum caelesteis[h] aquas non sorbere, nec facile perflari, facillime[i] perrumpi, et praebere rimas, quibus sol ad radices stirpium penetret; eandemque[k] velut conclausa
et coarctata semina comprimere atque strangulare: 3
raram supra modum velut per infundibulum transmittere imbres, et sole ac vento penitus siccari atque exolescere[l]: gravem terram vix ulla cultura vinci; levem[m] vix ulla sustineri: pinguissimam et laetissimam luxuria, macram ac tenuem ieiunio laborare. Opus est,[n] inquit, inter has tam diversas inaequalitates magno temperamento, quod in corporibus quoque[o] nostris desideratur, quorum bona valetudo calidi et frigidi, humidi et aridi, densi et rari certo et quasi
examinato modo continetur. Nec tamen hoc tempe- 4
ramentum in terra, quae vineis destinetur, pari momento libratum esse[p] debere ait, sed in alteram partem propensius; ut calidior terra sit quam frigidior, siccior quam humidior, rarior quam densior, et si

(g) *ut* P. (h) *caelestis* Br. (i) *facilime* Br. G. Gr. Sl. *facile* Commel. (k) Vulgo *eademque*. deinde *cohortata* Br. *cohortatam* Iens. *coartatam* B. R. (l) Ita pro *ex arescere* I. B. Br. R. *exrarescere* Sang. deinde *ullam culturam* I. B. Br. R. (m) Ita pro *vincibilem*; *levem* Sang. Ex Ambr. *vinci* probavit etiam Pontedera. *levem* om. I. B. Br. R. Lips. unde patet origo erroris. (n) *est* om. I. B. R. habet Br. (o) *nostris quoque* Br. *desyderatur*

Perdensam) Hinc pullam seu μελάγγειον terram laudant Geoponica V, 1: ἡ γὰρ τοιαύτη δεχομένη τὸν ὄμβρον οὔτε πάνυ κάτω πέμπουσα ἀπόλλυσι, οὔτε ὑπὲρ αὐτῆς ἐπιπόλαιον τὰ ὕδατα κατέχει. ἀνωθεν γὰρ κατεχόμενον τὸ ὕδωρ σήπει τὰ φυτά.

Perrumpi) Geoponica V, 2: ἀργιλλώδης δὲ γῆ, εἰ μὴ πάνυ εἴη λεπτή, μηδὲ εἰς ῥαγάδας χαυνουμένη δέχεται τὰς λυκοφόρους ἀμπέλους.

Eandemque) Ita cum Vrsino emendavi vulgatum *eademque*, quod Gesner dictum esse defendebat pro simul, eadem qualitate, opera, ratione.

Exolescere) Ita recte Edd. primae. Vulgatum *exarescere* post *siccari* ineptum erat. In libro de Arbor. V, 4, *inolescunt radices* est pro *inarescunt*. ubi libri scripti tamen habent *inalescunt*. Exolescere saepius noster dixit eo sensu. Vide Indicem.

Continetur) Sang. *contineatur*.

Quam densior) Palladius II, 13: *Maxime utile solum est, quod inter omnes nimietates temperamentum te-*

qua sunt his similia, ad quae contemplationem suam
5 dirigat, qui vineas instituet. quae cuncta, sicut ego reor, magis prosunt, quum suffragatur etiam status caeli: cuius quam [q] regionem spectare debeant vineae,[r] vetus est dissensio, Saserna[s] maxime probante solis ortum, mox deinde meridiem, tum occasum: Tremellio[t] Scrofa praecipuam positionem meridianam censente: Virgilio de industria occasum sic[v] repudiante, *Neve tibi ad solem vergant vineta cadentem*: Democrito et Magone laudantibus caeli plagam septentrionalem, quia existiment ei subiectas feracissimas fieri[x]
6 vineas, quae tamen bonitate vini superentur. Nobis in universum praecipere optimum visum est, ut in locis frigidis meridiano vineta subiiciantur; tepidis

—*valit* Br. (p) *esset deberent* P. (q) Ita pro *regionem, quam* Gaes. (r) unice I. B. Br. R. *debent* Br. deinde *dissentia* P. (s) *Sarsena* B. R. (t) *Tremellius* leos. *Tremelius* Br. deinde Br. S. *deinde industria.* (v) *sic* om. Gr. (x) *fieri* om. I. B. Br. R. (y) *vertantur* Eaed. paulo ante *subiacent* Saug.

nebit, et raro propius quam denso fuerit.

Virgilia) II, 298. Contra Plinius 17, s. 2: *Aquilone maxime gaudent, densiores ab afflatu eius laetioresque et materiae firmiores. Qua in re plerique falluntur, quum in vineis pedamenta non sint a venta eo apponenda et id tantum a septentriane servandum.* Prior pars de omnibus arboribus ducta est ex Theophrasto C. P. II, 4, de vitibus aliunde. Ceterum Aquilonem a septentriane distinxit Plinius etiam II, sect. 46. Inter exortum solstitialem et septentrionem est Aquilo.

Bonitate vini) Palladius I, 6: *Aquilo vites sibi obiectas foecundat, auster nobilitat. Ita in arbitrio nostro est, utrum plus habeamus an melius.* Democriti rationem ita tradit Plinius II, s. 2: *Ceteri fere rationem naturae secuti in Aquilonem obversas vites et arbores poni suasere; odoratiorem etiam fieri talem fructum Democritus putat.* Democriti nomen praefert Geop. V, c. 4, sed omissum in Codice Gudiano chartaceo, quo sum usus; nec omnino sententia ibi Democriti integra traditur.

Meridiano) Palladius II, 13: *Plagam coeli spectare debet locis frigidis meridianam, calidis septentrionalem, tepidis orientem, si tamen austros vel euros regio non habeat inimicos; quod si hoc est vitium, melius in Aquilonem vel Favonium vineta dirigimus.* Plinius 17, s. 2: *Connexa et situs vinearum arbustarumque ratio est, quas in oras debeant spectare. Virgilius ad occasus seri damnavit; aliqui sic maluere quam in exortu. A pluribus meridiem probari adverto; nec arbitror, perpetuum*

orienti advertantur:[y] si tamen non infestabuntur Austris Eurisque[z] velut orae maritimae in Baetica. Sin autem regiones praedictis ventis[a] fuerint obnoxiae, melius Aquiloni vel Favonio committentur. nam ferventibus provinciis, ut Aegypto[b] et Numidia,[c] uni septentrioni rectius opponentur.[d] Quibus omnibus diligenter exploratis, tum demum pastinationem suscipiemus.

XIII. Eius autem ratio cum Italici generis futuris agricolis tum etiam provincialibus tradenda est: quoniam[a] in longinquis[b] et remotis fere[c] regionibus istud genus vertendi et subigendi agri minime usurpatur,[d] sed aut scrobibus aut sulcis plerumque vineae conseruntur. [Scrobibus vineta[e] sic ponuntur.[f]] Quibus 2

(z) *aerisque* vel *aurisque* P. (a) *sunt his* add. P. deinde *commitentur* Br. (b) *egypto* R. (c) *numidiae* I. B. Br. R. (d) *opponetur* Eaedem.

Cap. XIII. (a) *cum* I. B. Br. R. (b) *partibus* add. Eaed. (c) *fere* ex P. Goes. S. addidi. (d) *usurpatus* P. deinceps *plerumque* Br. (e) *vinea* I. B. Br. R. S. (f) *ponitur* iidem libri. *scrobibus — ponuntur* omittit Tromb.

quicquam in hoc praecipi posse. Ad soli naturam, od loci ingenium, ad coeli cuiusque mores dirigenda solertia est. In Africa meridiem vineas spectare, viti inutile, colono insalubre est, quoniam ipsa meridianae subiacet plagae: quapropter qui ibi in occasum aut septentriones conseret, optime miscebit solum caelo. Quum Virgilius occasus improbet, nec de septentrione relinqui dubitatio videtur. Atqui in Cisalpina Italio magna ex parte vineis ita positis, compertum est esse fertiliores.

Favonio) Geoponica V, 4: μᾶλλον μέντοι τὰ ἀνατολικὰ, εἰ μὴ ἐνοχλοῖτο ὑπὸ τοῦ εὔρου· ἐνίοτε δὲ τὰ δυτικὰ ἔσται αἱρετώτερα μᾶλλον, ὅταν μακρὰν ὄντα τῆς θαλάσσης ἐπιπνέοντα ἔχῃ τὸν ζέφυρον. Ceterum auctore Plinio II, sect. 46, Eurus ab oriente brumali est, aliis Vulturnus, a meridie auster, ab occasu aequinoctiali Favonius.

Cap. XIII. *Eius outem ratio*) Graeci pastinationem πανσκαφεῖαν vocant, quoniam terra in totum foditur, eamque in vite plantanda praeferunt Geoponica V, 9, 11. Palladius sensum huius loci plane pervertit libro II, 10: *pastinum fieri nunc tempus est: quod fit tribus generibus, aut terra in totum fossa aut sulcis out scrobibus.* Solum primum genus Columella et Latini pastinum, Graeci πανσκαφεῖαν dicunt. Idem tamen Palladius rectius cum Columella distinxit III, 9: *Sed haec in pastinis vel sulcis ratio erit. in scrobibus vero per angulos quatuor sarmenta deponis.* Quatuor sarmenta pertinent ad rationem provincialem infra V, cap. 5 expositam.

Scrobibus — ponuntur) Haec ex

vitem[g] mos est scrobibus deponere. fere per tres
longitudinis,[h] perque duos pedes[i] in altitudinem ca-
vato solo, quantum latitudo ferramenti patitur, mal-
leolos utrinque iuxta latera fossarum consternunt; et
adversis scrobium[k] frontibus curvatos erigunt: dua-
busque gemmis supra terram eminere passi[l] reposita[m]
humo caetera coaequant: quae[n] faciunt in eadem
linea intermissis totidem pedum scamnis, dum per-
3 agant ordinem. Tum deinde relicto spatio, prout
cuique mos est vineas colendi vel aratro vel bidente,

(g) *autem* iidem libri Polit. Caeseo. Ponted. *autem de mensura* Lips. sed *de mensura scrobum* ante *Quibus vitem* collocat Sang. velut lemma. (h) Vulgo additum *pedes* om. I. B. Br. R. S. et (i) post *duos* collocant. (k) *scrobum* P. (l) *passim* I. B. Br. R. (m) *reposito* leus. deinceps *scamnis — perragant* Br. (n) *coaequam faciunt* Sang. postea vulgo *colenti vel.*

lemmate orta et spuria esse nemo non videt; igitur inclusi.

Perque duos pedes) Pontedera addi volebat *et dodrantem* ex III, 15, 2, et IV, 1, 1, sed Columella nunc alienum, non suum morem narrat. Palladius etiam aliter hunc locum legisse videri possit, nisi is in reliquia plaoe aberrasset. Ita vero ille II, 10: *quod si scrobes fieri placeat, faciemus tribus pedibus altas, duobus semis latas, tribus longas; sive fossoribus colantur vineta seu bubus, eadem spatia, quae inter sulcos sunt dicta, servemus. Vltra tres vero pedes altius fodiendae scrobes non sunt, ne laborent frigore sarmenta, quae pangimus.*

Ferramenti) i. e. palae. Plinius 17, s. 35, no. 7: *Seritur optime in pastinato, proxime in sulco, novissime in scrobe. Sulco latitudo palae satis est; scrobibus ternorum pedum in quamque partem. Altitudo in quocunque genere tripedalis, ideo nec vitis minor transferri debet, ex statura etiamnum duabus gemmis. Emolliri terram minus in scrobe imo sulcis fimoque misceri necessarium.* quorum pars exstat in libro de Arboribus cap. 4: *quum semina depones, imam scrobem vel sulcum bidentibus fodito mollemque reddito.*

Adversis — frontibus) i. e. contrariis. Vide infra cap. 15, 2. *iuxta latera fossarum* versus mediam fossarum partem recte interpretatur Gesn.

Caetera coaequant) Lego *scrobem coaequant*. Vide infra ad cap. 16, 1. Lectio Sang. *coaequam faciunt* vitium aliud latens arguit. Broukhusius pro *quae* legi malebat *aeque*.

Totidem) i. e. trium. Deinceps scripsi *colendi* pro *colenti* et distinctionem pessimam mutavi, ubi erat: *spatio prout — vineas colenti, vel aratro vel bidente.* Mos colendi aratro, vel bidente vineam largiora vel angustiora interordinia postulat. Nunc video, mecum facere Vrsinum; inepte Gesner defendit *colenti* et ad *cuique* refert.

sequentem[o] ordinem instituunt.[p] Et si fossore[q] tantum terra versetur, minimum[r] est quinque pedum interordinium, septem maximum: sin[s] bubus et aratro, minimum est[t] septem pedum, satis amplum decem. Nonnulli tamen omnem vitem per denos pedes in 4 quincuncem disponunt, ut more novalium terra transversis adversisque sulcis proscindatur. Id genus vineti non conducit agricolae, nisi ubi laetissimo solo vitis amplo incremento consurgit.[v] At qui pastinationis impensam reformidant, sed aliqua tamen parte pastinationem imitari student, paribus alternis spatiis omissis senum pedum latitudinis sulcos dirigunt,[x] fodiuntque et exaltant in tres pedes, ac per latera fossarum vitem vel malleolum disponunt. Avarius qui- 5 dam[y] dupondio[z] et dodrante altum sulcum, latum pedum quinque faciunt: deinde ter tanto amplius[a] spatium crudum relinquunt, atque ita sequentem sulcum in-

(o) *vel sequentes* I. B. Br. R. *sequente* S. Vulgo *persequentes*. (p) *instituunt* Goes. S. Vulgo *insistunt*. (q) *foris* L. I. B. Br. R. (r) *nimium* P. (s) *in* I. B. Br. R. *simbolus et aratriorum* L. (t) *est* omiss. I. B. Br. R. S. (v) *surgit* I. B. R. Br. (x) *derigunt* P. S. deinceps. *et* om. Br. (y) *quidem* P. (z) *dipondio* I. B. Br. R. *dupundio* P. (a) *amplius* deficit I. B. R.

Sequentem — instituunt) Ex *sequente* et *sequentes* librorum optimorum effeci *sequentem*; alterum dedit Goes. et Sang. Vulgo *persequentes — insistunt*. Similiter supra III, 10, 14, *insistere* occupaverat locum alterius *instituere*. Sic paulo post est: *atque ita sequentem sulcum infodiunt*.

Transversis) Plinius 17, s. 35, nn. 8: *In colles sulcos agere transversos melius quam pastinare, ut defluvia palis eorum contineantur*. Idem supra Columella II, 4, 10 in colle, sementi praeparando, praecipit.

Avarius quidam) Palladius II, 10: *fiunt ergo sulci tanta longitudine, quantam destinaveris tabulae, latitudine pedum duorum et semis vel trium, ita, ut iuncti duo fossores designatum linea spatium bidentibus persequantur, altitudine trium vel duorum et semis pedum. Deinde si per homines vinea colenda est, tantum* (lego *tantundem*) *crudi soli relinquimus et sic alter sulcus imprimitur. si vero arandae sunt vineae, quinque vel sex pedum spatia, quae non sunt fodienda, in medio relinquimus.* ubi vereor, ne numeri altitudinis et latitudinis pedum sint vitiosi. De sulco Festus: *Sulci appellantur — vel fossura rectis lateribus, ubi arbores serantur.*

fodiunt.[b] quod quum per definitum[c] vinctis locum
fecerunt, in latcribus sulcorum viviradices vel decisos
quam recentissimos palmites novellos erigunt, consitis
compluribus[d] inter ordinaria semina malleolis, quos,
postea quam convaluerint, crudo solo, quod emissum
est, transversis scrobibus propagent, atque ordinent
vineam paribus intervallis. Sed eae,[e] quas retulimus,
vinearum sationes, pro natura et benignitate cuiusque
regionis aut usurpandae aut repudiandae sunt nobis.
6 Nunc pastinandi agri propositum est rationem tradere.
Ac primum omnium[f] ut sive arbustum sive silvestrem
locum vineis destinaverimus, omnis frutex atque
arbor erui et submoveri debet, ne postea fossorem
moretur,[g] neve iam pastinatum solum iacentibus molibus[h]
imprimatur, et exportantium ramos atque trun-
7 cos ingressu proculcetur. Neque enim parum refert
suspensissimum esse pastinatum, et, si fieri possit,
vestigio quoque inviolatum: ut mota aequaliter humus
novelli seminis radicibus, quamcunque in partem prorepserint,[i]
molliter cedat, nec incrementa duritia sua

(b) *infundunt* I. B. Br. R. *infindunt* Goes. S. (c) *deffinitum* I. B. R. *deffinitum vincis* L. *vincis* etiam Saug. et Br. Ex eodem *fecerunt* dedi pro *fecerint*. (d) *pluribus* I. B. R. (e) *hae* I· B. Br. R. *rettulimus* Br. deinde *sartione* Br. et Sang. (f) Ita pro *primum ex omni sive arbustivo sive silvestri loco, quem* I. B. Br. R. L. S. nisi quod *ut omnem* habent. Deinde *submoveri* Br. *Ac primum ut omnem sive arbustum sive silvestrem locum vineis destinaverimus* etiam Polit. Ambr. *Ac primum sive arbustum* et cel. Troub. *ac primum ut arbustum sive silvestrem locum* Ponted. liber. Vtram lectionem sequeretur, dubius haerebat Pontedera. (g) *eos ingressu* add. L. (h) *mollibus* G. Gr. deindè *quamcumque* Br. (i) *processerint* L.

Quod emissum est) *Omissum* legendum esse, recte monuit Gesner.

Ac primum) Locum ex emendatione *Heinsii* dedi annuentibus libris scriptis; nisi quod ille malebat *primo*, et deinceps submoveri *inde debet*. Arbustum fundum dixit Cato c. VII, Plinius 17, c. 23, *arbustam vitem*, iterumque X, c. 29, *arbustum agrum*. In Catone tamen lectionem diversam Edd. primarum secutus sum. Eandem formam in pluribus horum Scriptorum locis intercidisse putat culpa librariorum.

Ingressu) Palladius II, 13: *Sed locus qui pastinandus est, prius impedi-*

reverberet, sed[k] tenero velut in[l] nutritio sinu recipiat, et caelestes admittat imbres, eosque alendis seminibus dispenset, ac suis omnibus partibus ad educandam prolem novam conspiret. Campestris locus 8 alte duos pedes et semissem infodiendus est; acclivis regio treis,[m] praeruptior vero collis vel in quatuor pedes vertendus, quia quum a[n] superiore parte in inferiorem detrahitur humus, vix iustum pastinationi praebet regestum:[o] nisi multo editiorem ripam, quam

deinde *nec* pro *ne* dedi. (k) *ne* add. L. (l) *in* ex P. addidi. (m) *tris* Br. deinde *quia* pro *quoniam* dedi ex I. B. Br. R. (n) *ab* P. (o) *ac* add.

mentis et omnibus elisis liberetur arboribus, ne post calcatu assiduo terra effossa solidetur. Idem in fine: *illud experimentis comprehendi* (*compertum* est Cresc.) *vites melius provenire, si vel statim fossae terrae, vel non longe ante pangantur, quum tumor pastini nondum repetita soliditate subsedit. Haec quoque in faciendis sulcis et scrobibus approbavi, maxime ubi mediocris est terra.* Idem II, 10: *terra tota debet effodi, ubi ager immundus est, ut silvestribus truncis et radicibus filicis vel herbarum noxiarum spatia liberentur.*

In nutritio) Ex Polit. inserui praepositionem, quo mollior oratio flueret. Nutritium dixit pro nutricatu, ut Seneca ad Helvidiam c. 17, ubi h. l. laudavit Lipsius. Manilius III, 133: *omniaque infantum mixta nutritia turba.* Verbum *reverberare* ita posuit Seneca de Clement. II, 5: *Omnem fortunae iram reverberabit et ante se franget.* Hinc in libro III de Ira c. 4 vulgatam: *utrumne verberanda et agenda retro sit, an cedere ei debeamus* correxit *utrum reverberanda* I. M. Heusinger Emend. p. 232. (Rubkopfius tamen vulgatam probat. *T.*)

Campestris) Palladius II, 13: *si campus est duobus semis pedibus pastinetur; si clivus, tribus; collis praeruptus quatuor, ne citius terra decurrat, vallis vero duobus pedibus.* Noster Arbor. 1: *ipsum agrum, quem seminario destinaveris, planum et succosum, sat erit bipalio vertere, quod vocant rustici sestertium: ea repastinatio altitudinis habet plus sesquipede, minus tamen quam duos pedes. eiusmodi bipalio iugerum agri vertitur operis quinquaginta. Collem autem et clivosum modum iugeri, sed ne minus duobus pedibus alte, repastinabis operis sexaginta*, et reliqua, quae valde abludunt ab h. l. Multa etiam vitia insunt isti loco, ut infra docebo. Plinius 17, s. 35, no. 4: *Solum apricum et quam amplissimum* (forte *aptissimum*) *in seminario sive in vinea bidente pastinari debet ternos pedes alto bipalio. marra reiici quaternum pedum fermento, ita, ut in pedes binos fossa procedat.* quae quidem perquam obscura, forte etiam vitiosa sunt. Postrema verba rectius Brotier de latitudine fossae, quam Harduinus de altitudine interpretatur. De fermenti mensura vide ad IV, 1, 13.

Ripam) Plinius 17, s. 35, no. 7: *Clivosa altiores poscunt scrobes, praeterea pulvinatis a devexitate labris.*

in plano feceris.[p] Rursus depressis vallibus minus alte duobus pedibus deponi vineam non placet. nam praestat non conserere, quam in summa terra suspendere:[q] nisi si[r] statim uligo palustris obvia,[s] sicut in agro Ravennate, plus quam sesquipedem prohibeat
9 infodere. Primum autem praedicti operis exordium est, non ut huius temporis plerique faciunt agricolae, sulcum paulatim exaltare, et ita secundo vel tertio gradu pervenire ad destinatam pastinationis[t] altitudinem: sed protinus aequaliter linea posita rectis[u] lateribus perpetuam fossam educere, et post tergum motam humum componere; atque in tantum depri-

I. B. Br. R. Sang. (p) *facere* I. B. Br. R. (q) *respondere* nescio unde Gesn. laudat. (r) Vulgo *nisi tamen si scaturigo*, sed *nisi si* I. B. Br. R. S. *statim uligo* L. (s) *sit* add. I. B. Br. R. *fit* Sang. *Ravenate* Br. (t) *pa-*

Vligo) Hanc Lips. libri lectionem vulgatae *scaturigo* praeferebat etiam Gesner propter locum Palladii II, 13 ubi est: *Sed ager uliginosus, qui humores altius fossus eructat, sicut Ravennatis soli, non amplius quam in pedem semis effodiatur.* Ita etiam Xenophon Oecon. c. 19: οὔτε βραχύτερον τριημιποδίου — ἐν γε τῇ ὑγρᾷ ὀρύττων βαθὺν βόθρον, ὕδωρ ἂν εὑρίσκοις, καὶ οὐκ ἂν δύναιο ἔτι ἐν ὕδατι φυτεύειν. quem locum vertit Plinius 17, s. 16: *eadem mensura graeci autores consentiunt, non altiores quino semipede esse debere, nec latiores duobus pedibus, nusquam vero sesquipede minus altas, quoniam in humido solo ad vicina aquae perveniat.* Cum Xenophonte facit Theophrastus H. P. II, 7. De solo Ravennate uliginoso et ideo nebuloso vide Plinium 14, sect. 4.

Paulatim exaltare) Gesner hoc ita fieri interpretatur, ut ripis declivibus primum alveus fiat; atque hanc interpretationem adiuvat oppositum *rectis lateribus.* Hi sunt igitur gradus quibus pervenitur ad altitudinem iustam.

Perpetuam fossam) Sulcum perpetuum dixit Cato 33, s. 2. Lex viaria apud Conradi Parerg. p. 373: *eam semitam perpetuo lapidibus perpetuis. integris continentem constratam recte habeto.*

Post tergum) Hinc recte arguit Gesner, fieri fossionem ligonibus, quum terra retro attrahitur effossa. Hoc idem docet locus Plinii supra allatus, ubi bidente pastinari dicitur solum ternas pedes alto bipalio, marra vero reiici (post tergum) terra. Vnde apparet, bipalium, cuius in pastinatione ubique fit mentio, non esse instrumentum fossorium, sed mensuram fossionis. Deinde, quum terra post tergum componi dicatur, ex eo est manifestum, sulcum seu fossam terra emota statim compleri; unde facilis est fraus fossorum, et exactore diligenti opus est. Ceterum *ratam* corrigebat Heinsius Advers. I, p 64.

mere, donec altitudinis mensuram datam ceperit.[x] tum per omne spatium gradus aequaliter movenda linea est: obtinendumque,[y] ut eadem latitudo in imo reddatur, quae coepta est in summo. Opus est autem perito ac[a] vigilante exactore, qui ripam erigi iubeat, sulcumque vacuari, ac totum spatium crudi soli cum emota iam terra committi, sicut praecepi superiore[b] libro, quum arandi rationem traderem, monendo,[c] necubi scamna omittantur, et quod est durum, sum-

stionis Gr. G. St. (v) *erectis* P. (s) *coeperit* Br. R. A. G. *caeperit* I. B. (y) *optinendumque* I. B. R. Br. (z) *ea altitudo* I. B. Br. R. *eadem altitudo* P. (a) *et* P. (b) *priore* P. S. (c) *monendo* abest I. B. Br. R. *nec ubi*

Spatium gradus) Gradus est altitudo terrae effossae. Vide infra ad IV, 4, 3. Postea *linea movenda est* interpretor spatium terrae linea designatum et occupatum aequaliter fodiendum est. Nam linea quomodo moveri aliter dici potest, ut eadem latitudo in imo fossae reddatur, quae coepta est in summo? Nam initium factum est sulci ad eam statim altitudinem, quam debet habere. Quae si interpretatio falsa fuerit, tum vocabulum *gradus* h. l. vitiosum et supervacuum esse debet.

Erigi) Gesner intelligit duas fossas seu sulcos iusta factos et ripis contingentes se; quae ripae si in eo loco, ubi se contingunt utrinque declives fuerint, possunt fraude fossorum solum crudum seu scamna includere. Itaque ripae erigi debent, et sulcus vacuari, ne vel ripae duarum fossarum se contingentes aut sulcus medius scamna includant et deinde terra emota superingesta abscondant.

Scamna omittantur) Palladius II, 10: *in qua est adhibenda diligentia ne crudum solum fraude occulta fossor includat, quam rem subinde custos virga, in qua praedictus altitudinis modus designatus est, per spatia, quae fodiuntur, exploret.* ita enim recte ibi Vincentius. Plinius 17, sect. 35, nn. 4: *fossam purgari et extendi, ne crudum relinquatur, verum et exigi mensura. Male pastinatum deprehendunt, scamna inaequalia. Metienda est et ea pars, quae interiacet pulvinis.* quem locum ex hoc nostro interpretari debes. Ripas dixit noster *pulvinos*. Sed locus Columellae plus difficultatis habet, quam ex eo loco, quem ipse laudat II, 4, 3, explicari posse Gesnero vix credo. Ibi enim noster agrum, sulcis densis crebrisque proscissum, ita explorari iubet, an aequaliter et sine scamnis, inter sulcos relictis, sit motus, ut pertica per sulcos transversa inseratur, quae si sine offensione penetravit per sulcos, nulla scamnorum suspicio esse potest. Perticae hic usus experimentumque in pastinatione locum non habet. Igitur ex eo loco pertinet huc sola admonitio, necubi scamna omittantur et terra emota obtegantur. Quid est igitur *totum spatium crudi soli cum emota iam terra committi?* Crudum solum nullum aliud esse potest, quam quod nondum perfossum est.

11 mis glaebis obtegatur.[d] Sed huic operi exigendo quasi quandam machinam commenti maiores nostri regulam fabricaverunt, in cuius latere virgula[e] prominens ad eam altitudinem, qua deprimi sulcum oportet, contingit summam ripae partem. Id genus mensurae ciconiam vocant rustici.[f] Sed ea quoque fraudem

monendo Sang. sed *monendo* deesse ait Gronov. (d) *optegantur* P. (e) *virga* I. B. Br. R. (f) figuram Ciconiae hic inseruut editt. post I. B. Br.

Hoc vero quomodo cum terra iam emota et post tergum in eadem fossa composita potest committi? Comparari debere intelligo; itaque Plinius in loco supra posito de pastinatione *fossum purgari et extendi ne crudum relinquatur*. Extendi iubet emotam terram, ut Columella motam humum post tergum *componi*. Rationem comparandi crudi soli cum emoto reperire mihi videor in eo, quod Plinius ex fossa ternum pedum marra reiici ait fermentum quaternum pedum. Scilicet terra effossa et reiecta quasi quodam fermento intumescit; ex altitudine igitur huius fermenti terrae emotae, sed post tergum fossae iterum ingestae iusta et aequali experimentum capit exactor, num terra ubique sit aequaliter fossa. Crudi scilicet soli iuxta positi et nondum emoti altitudo fermenti altitudinem comparatione definit. Sed antequam hoc fiat experimentum, statim ab initio exactor debet providere, ut fossarum ripae fiant erectae et latitudo data in ima fossa etiam reddatur. Quam latitudinem cum altitudine explorat, ubi primum fossa seu sulcus apertus fuit a fossore. Hodie longa melius et securius pastinando fossas ita instituunt, ut prima fossa vacuata terra emota ad latus reiiciatur, et alterius fossae iuxta vacuatae terra prima compleatur; et sic deinceps, ita, ut ultima fossa primae terrâ transportata complenda sit.

In cuius latere) i. e. e qua transversa prominet virgula. Virgula dicitur, quidquid transversum apponitur, velut in loco Macrobii Saturn. II, 4, ubi in rationibus pecuniariis virgula dicitur, infra summa pecuniae. Eodem sensu vestes virgatae dicuntur lineis in transversum ductis. Gesnerus figuram literae T convenire cum figura ciconiae censuit, atque eiusmodi formulam apposuit, deceptus ab Aldina formula, quam item ut falcem vinitoriam inverterunt operae. Regulae enim virgula tanquam basi insistere debebat; aliter enim virgula summam ripae partem contingere non poterat. Ex hoc vero errore ortus est maior, in fabricam alteram Columellae translatus, de quo statim videbimus. Veram ciconiae figuram appositam reperies in Tabula, fini libri huius adiecta.

Ciconiam) Isidori locum XX, 15, ubi tollenonem, graece χηλώνειον, ab Hispanis suis ciconiam (*ciguenna* hodie vocant) vocari ait, et Vegetii de Re milit. IV, 21, ubi tollenonis figura describitur, Gesnerus annotaverat, eiusque nominis similitudine deceptus formam falsam fossoriae huius ciconiae confirmare conatus

recipit, quoniam[g] plurimum interest, utrum eam pronam an rectam ponas. nos itaque huic machinae quasdam partes adiecimus, quae contendentium litem disputationemque dirimerent. Nam duas regulas eius 12
latitudinis, qua[h] pastinator sulcum facturus est, in speciem Graecae literae X[i] decussavimus,[k] atque ita mediae[l] parti, qua regulae committuntur, antiquam illam ciconiam infiximus, ut tanquam suppositae basi[m] ad perpendiculum normata insisteret, deinde transversae, quae est in latere,[n] virgulae fabrilem libellam superposuimus.[o] Sic compositum organum quum

R. deinde *partis* Br. (g) *cum* I. B. R. Br. (h) *quae* B. deest I. Br. (i) X deficit I. B. Br. R. *chi literae* Goes. *littere decu sabimus* L. (k) *decusabimus* I. B. R. Br. (l) *media* I. Br. *medie* B. R (m) *vasi* L. I. B. R. Br. (n) *altere* L. *altera* I. B. R. Br. (o) *supposuimus* omnes praeter Goes. Hic Ciconiae organi compositi figura ins. post I. B. R. Br. *dimissum* Br.

erat. Scilicet puteorum ciconia seu tolleno in fossoria plane inversa conspicitur.

Decussavimus) Graece χιάζειν et χιασμον dicunt a figura literae X, quae simul numeri decimi romani formam exprimit, unde decussare dicitur in stellam diducere, ut alibi Columella.

Suppositae basi — normata) Regula igitur antiquae ciconiae basin dat, cui virgula insistit; et quum mediae regularum duarum decussatarum parti infixa sit, normata, seu ad perpendiculum insistit basi suae, nec situm pronum, ut antea, patitur.

Transversae — in latere, virgulae) Pessime Gesnerus *transversae* refert ad regulam, et virgulam perpendicularem interpretatur, quasi non transversa dicatur eadem virgula, quae est in latere regulae, seu baseos ciconiae antiquae. Hinc natus error Gesneri alter, qui figurae Aldinae, quacum et nostra convenit, regulam transversam in media regularum decussatarum commissura, nullius plane usus addendam censuit.

Superposuimus) Ex solo Goesiano libro ita Gesnerus vulgatum *supposuimus* correxit, cui Sangerm. videtur accedere, ex quo nihil est annotatum varietatis. Et statim deinceps *superposita* libella est in libris omnibus. Gesnerus tamen aliam etiam habuit causam, cur hanc lectionem praeferret. Scilicet machinam ipsam eam, cuius figuram apposui in tabula; inversam cruribusque in mucronem desinentibus terrae infigit usque ad regulam transversam, quam mediae regularum decussatarum parti addidit. Atque eo usque dependet libella, quam antiquae ciconiae basi (in Gesneriana figura in superiorem partem translatae) seu regulae superposuit, ut per virgulam eius transversam, secundum perpendiculum per mediam regularum decussatarum commissuram protensam cum

in sulcum demissum est, litem domini et conductoris 13 sine iniuria diducit.[p] Nam stella, quam diximus[q] Graecae literae faciem obtinere, pariter imae fossae solum metitur, atque perlibrat; quia sive pronum seu resupinum est, positione machinae deprehenditur. quippe praedictae virgulae superposita libella alterutrum ostendit, nec[r] patitur exactorem operis decipi. sic permensum et perlibratum opus[s] in similitudinem vervacti semper procedit: tantumque spatii linea promota occupatur, quantum effossus[t] sulcus longitudinis ac latitudinis obtinet. atque id genus praeparandi soli probatissimum[v] est.

XIV. Sequitur opus vineae conserendae, quae vel vere vel autumno tempestive deponitur. Vere melius, si aut pluvius aut frigidus status caeli est, aut[a] ager

(p) *diducit* Goes. *deducit* rel. ante Gesn. (q) *chi* ins. Goes. *optinere* Br. (r) *pariter* ins. I. B. R. Br. (s) *opus* om. I. B. R. Br. (t) *et fusus* P. L. S. *ut fusus* I. B. *ut fussus* Br. *infusus* R. (v) *probitatis finum est* L.

cruribus ad mediam usque partem atque ipsam commissuram propenderet. Contra in nostra figura machina eum obtinet situm, quo collocanda videtur in sulco; scilicet basis ciconiae, dum demittitur, simul latera fossae metitur, et cum in solo collocata est, situm eius perlibrat indice libella a media regularum commissura ad basin usque propendentis. Quid vero Gesnerum moverit, ut tria machinae suae crura exacueret, et terrae infigeret sulci completi, excogitare non potui. Neque est in verbis Columellae ullum, unde tale quid arguere liceat. Praeterea usus machinae ita multo plus temporis et laboris exigit, quam opus est, ut crura tria ad fundum usque infigantur fossae; deinde crura ipsa acuta facile possunt ultra solum fossae descendere in ea parte, ubi terrenum mollius fuerit solo fossae suppositum. Aldina figura recte crurium duorum imam partem planam pinxit; minus tamen recte libellam in ciconiae regula collocatam fere usque in aequalam crurium extremae parti longitudinem propendere passa est, quum virgulta ciconiae ipsa non ultra commissuram regularum decussatarum progrediatur. Quicunque comparare figuram nostram cum Aldina et Gesneriana voluerit, nobiscum, puto, faciet; quod eo equidem magis spero futurum esse, quod cum architecturae peritissimo collega Huthio machinam omnem diligenter pariter, ut alienas eius picturas examinavi, novamque formam eius assentiente viro doctissimo delineavi.

pinguis [aut campestris] et uliginosa planities:[b] rursus autumno, si sicca, si calida est aëris qualitas; si exilis atque aridus campus, si macer praeruptusve collis; vernaeque positionis dies fere quadraginta sunt ab idibus Februariis[c] usque in aequinoctium: rursus autumnalis ab Idibus Octob. in Cal. Decem-
bres. Sationis autem duo genera, malleoli vel vivi- 2
radicis, quod utrumque ab agricolis usurpatur, et in provinciis magis malleoli. neque enim seminariis student, nec usum habent faciendae[d] viviradicis. Hanc sationem cultores Italiae plerique iure improbaverunt,
quoniam[e] plurimis dotibus praestat viviradix. Nam 3
minus interit, quum et calorem et frigus ceterasque[f] tempestates propter firmitatem facilius sustineat: deinde adolescit maturius. ex[g] quo evenit, ut celerius quoque sit tempestiva[h] edendis fructibus: tum etiam nihil dubium est, saepius translatum.** potest tamen

Cap. XIV. (a) *ut* I. B. Br. R. (b) *planicies* Br. H. (c) *Februarii* Br. deinde *Decembris* Br. postea *utrunque* Br. (d) *feciendae* H. deinde *plaerique* I. B. Br. R. (e) Ita pro *cum — praestet* Sang. *improbarunt* idem Saug.. *pluribus* Br. (f) Ita S. pro *et caeteras*. (g) *quod evenit* I. B. Br. R. S.

Cap. XIV. *Aut campestris*) Palladius III, 9, 9: *Hoc mense ac deinceps toto vere vinea ponenda est regionibus frigidis pruinosis, pinguibus campis et humidis provinciis.* ubi recte Vincent. bis habet *pluviosis* pro *pruinosis*. Praeterea ex Palladio etiam apparet, verba *aut campestris* esse supervacua. Satis enim in planitie uliginosa intelligitur campestris ager. Igitur inclusi.

Autumno) Palladius Octobri 4: *hoc mense postremo, ubi calidi ac sicci aëris qualitas est, ubi exilis et aridus campus, ubi collis praeruptus aut macer est, vites utilissime ponuntur.* Rationes huius consilii egregie esplicant Geoponica V, 6, quibus egregie cum Columella convenit.

In Cal. Decembres) Pontedera malebat legi: *in a. d. VII Kalend. Decembres*: ea enim die brumalia acta, et surculis deponendis finem factum fuisse. Ita dies confici XL, idque sua etiam aetate in Italia agricolas sequi. Palladius Octobri 4, mense extremo Octobri, et Novembri 2, toto mense Novembri locis calidis et siccis poni vites tradit. Igitur vulgatam non moveo. Numeros tamen autumnalis positionis dierum excidisse concesserim viro doctissimo; hos fuisse XLVIII colligebat.

Saepius translatum) Lacunae signum, stellulas, apposuit his Gesner. Vrsinus ita haec legi volebat: *saepius translatam. posse tamen mal-*

malleolus protinus in vicem viviradicis conseri soluta et facili terra. caeterum densa et gravis utique vitem desiderat.[i]

XV. Seritur ergo prius [in] emundata inoccataque et aequata pastinatione, macro solo, quinis pedibus inter ordines omissis; mediocri, senis. in pingui vero septenum pedum spatia danda sunt, quo largiora vacent[a] intervalla, per quae frequentes prolixaeque materiae diffundantur. haec in quincuncem vinearum

(h) *tempestive* I. B. Br. R. (i) *densae gratis* Eaedem. Deinde *desyderat* A. Iunt. G. Gr. H.

leolum protinus. Pontedera monet, in vetustis quibusdam Codicibus deesse *saepius.* In Curis secundis idem *saepius* in *semen* mutabat, atque ita locum persanari posse sibi persuadebat. Ex verbis Didymi Geopon. V, 44, ubi de differentia viviradicis et malleoli disputat his: ἀλλὰ καὶ καλλίονα ἡ μεταφύτευσις τὸν καρπὸν ποιεῖ. Columellae locum redintegrandum censebat Niclas p. 350. Rationem non indicavit. Forte igitur sic restistues: *translatum semen meliorem edere fructum.* Reliquam viviradicis differentiam ita tradit Didymus, ut affirmet, viviradicem celerius adolescere, ut radicibus iam confirmatam, et altero anno, interdum etiam citius fructum afferre, quum malleolus vix tertio aut quarto anno fructum edat. De malleoli usu vide etiam infra cap. 17.

Vitem desiderat) I. e. viviradicem, quia malleolus difficulter in densa et gravi terra radicea citabit. Plinius 17, sect. 35, nu. 8: *solo spisso nonnisi repastinato nec nisi viviradicem seri; tenero soluto vel malleolum, sulco vel scrobe. — Aquoso coelo vel sicco solo malleolos serere autumno, nisi tractus ratio mutavit. Siccus enim et calidus autumno poscit seri, humidus frigidusque etiam veris exitu. In arido solo viviradix quoque frustra seritur; male et in siccis malleolus, nisi post imbrem. At in riguis vel frondens vitis et usque ad solstitium recte, ut in Hispania.*

CAP. XV. (*In*) *emundata*) Praepositionem omittit Saugerm. recte! Ceterum aliter Plinius 17, s. 35, no. 9: *interesse medio temperamento inter binas vites oportet pedes quinos, minimum autem laeto solo pedes quaternos, tenui plurimum octonos. Vmbri et Marsi ad vicenos intermittunt arationis gratia in his, quae vocant porculeta. Pluvio et caliginoso tractu rariores poni, sicco densiores congruit.*

(*Quo largiora*) Palladius III, 9, 9: *ubi pinguis natura terrarum maiora inter vites spatia relinquemus; ubi exilis angusta.* ubi vide notam.

Haec in quincuncem) *Hac — ratione* malebat Vrsinus. Ἀμπέλων συστάδας in Aristotel. Polit. VII, c. 11, vites in quincuncem positas interpretatur recte Victorius; male Hesychius in ξυστάδες· αἱ πυκναὶ ἄμπελοι, ἄμεινον δὲ τὰς εἰκῆ μὴ κατὰ στοῖχον πεφυτευμένας ἀκούειν. Sed ecce idem:

metatio expeditissima ratione conficitur. quippe linea per totidem pedes, quot destinaveris [b] interordiniorum spatiis, purpura vel quolibet alio conspicuo colore insuitur. eaque [c] sic denotata per repastinatum intenditur, et iuxta purpuram calamus defigitur. [d] 2
atque ita paribus spatiis ordines diriguntur. quod deinde quum est factum, fossor insequitur, scrobemque alternis omissis [e] in ordinem spatiis a calamo ad proximum calamum non minus altum quam duos pedes et semissem planis locis refodit: [f] acclivibus in dupondium [g] et dodrantem, praecipitibus etiam in tres pedes. in hanc mensuram scrobibus depressis viviradices ita deponuntur, ut a media scrobe singulae [h] in diversum sternantur, et contrariis frontibus fossarum ad calamos erigantur. Satoris autem officium est, pri- 3
mum quam recentissimam, et si fieri possit, eodem momento, quo serere velit, de seminario transferre

Cap. XV. (a) *natent* L. (b) *destinaverit* P. (c) *quae* omitt. I. B. R. Br. (d) *infigitur* I. B. Br. R. deinceps *deriguntur* Sang. (e) Ita pro *per* Sang. *omissis ordinum spatiis* I. B. Br. R. (f) *defodit* L. (g) *dipondium* I. B. Br. R. *dipundium* P. (h) *singula* I. B. R. Post *singulae* vulgo interpositum ὑστάς· ἡ δασεῖα ἄμπελος. et paulo post: ὑστάς· πλαστὰς ἀμπέλων. ubi recte Pergerus παστὰς corrigit. Est igitur pergulana vitis. Interpretes Hesychii duo posteriora vocabula non agnoverunt ex ξυστὰς orta esse.

Purpura) Palladius III, 9, 10: *Lineam servatis iis spatiis quae placuerit custodire, candidis signis, vel quibuscunque notabimus: tunc tensa per tabulam linea, in eis locis surculos vel calamos figemus, ubi unaquaeque vitis ventura est. ita spatium totius tabulae surculis complebitur ad numerum vitium futurarum; atque is qui puncturus est proiecta circa surculos sarmenta sine ullo errore deponet.*

Insuitur) Recte contra Schoettgenium emendantem *inficitur* vulgatam defendit Gesner et lineam hanc comparat cum venatoria formidine, quae pannis varii coloris et pennis insuitur, ut bestias terreat. Eandem lineam vinitores nostri vocant *die Setzschnur*. Vide Sprengeri librum p. 111.

Frontibus) Infra IV, 4, 1: *vitis a media fere parte sulci prosternatur, et ad frontem eius ab imo usque rata materies erigatur* (*exigatur* libri optimi) *calamoque applicetur. id enim praecipue observandum est, ne similis sit alveo scrobis, sed ut expressis angulis velut ad perpendiculum frontes eius dirigantur.*

plantam, diligenter exemptam et integram: deinde eam velut veteranam[i] vitem totam exputare, et ad unam materiam firmissimam redigere, nodosque et cicatrices allevare: si quae etiam radices, quod maxime cavendum est ne fiat in eximendo, laboraverint,[k] eas amputare: sic deinde curvatam deponere, ne dua-

et omisi auctore Saug. (i) *veteraneam* I. B. Br. R. (k) *levaverint* L. I.

Curvatam) Palladius III, 10: *post biennium radicatas vites vel arbusculas transferas; quas quum depones in scrobe, ad singulas materias rediges, putatis omnibus quae scabra sunt, curtatis etiam radicibus, si quas potueris invenire vexatas. In scrobe autem ad arbustum faciendum duas radicatas vites deponis, hoc servons, ne se in radice contingant, sed lapides quinum prope librarum medios inter utramque constitues, et ipsas vites ad scrobis latero discreto coniunges.* ubi Crescent. etiam habet *curtatis — observans ne sua radice contingant.* Sed Vincentius bis habet *curatis*, Lugd. liber *curvatis.* Deinde in Palladio postremum *coniunges* est pro calamo adiunges, ut ex Columella apparet. Putabam ab initio, *curvatam* in Columella mutandum esse in *curtatam*; sed Palladii *curtatis radicibus* respondet Columellae *amputare radices.* Igitur *curvatam* verum est, et obliquas iubet deponi viviradices, quod arguit etiam id, quod addit, a media scrobe singulas in diversum sternendas et contrariis frontibus fossarum exigendas esse. Sed ecce locum nostri IV, 4, 1: *consitionis sola illa commodissima ratio est, quam priore tradidimus exordio, ut facta in pastinato scrobe vitis o medio fere parte sulci prosternatur et ad frontem eius ab imo usque recta materies erigatur calamoque applicetur. — uam vitis supino et veluti recumbens in alveo deposita, postea quum ablaqueatur, vulneribus obnoxia est.* Contra iterum Palladius III, 9, 12, ubi hunc locum nostrum excerpsit: *Haec in pastinis vel sulcis ratio erit. in scrobibus vero per angulos IV sarmento deponis — quum vero plantam vel malleolum disponimus — sarmenta ponemus obliqua et sic facilius comprehendent.* Scilicet Palladius temere, ut solet, Columellae doctrinae Graecam admiscuit. Ita enim Geoponica V, 9: *δυνατὸν δὲ καὶ ὄρθιον φυτεύειν τὸ κλῆμα. βέλτιον δὲ τὸ πλάγιον. ῥιζοῦται γὰρ θᾶττον* Scilicet obliqui sarmenti plures oculi terra reconditi citius radices agunt, uti monet Xenophon Oecon. 19, ubi sarmentum supinum seu obliquum deponi iubet. Sed meminisse oportet, Graecos et Xenophontem ipsum a romanis agricolis non dissentire. Nam obliqua deponi iubent sarmenta seu malleolos; contra viviradices rectas deponi iubet Theophrastus H. P. II, 7: *καὶ τὸ μὲν ἔχοντα ῥίζας ὀρθὰ ἐμβάλλειν, τὰ δὲ μὴ ἔχοντα ὑποβάλλειν τοῦ φυτευτηρίου οἷον σπιθαμὴν ἢ μικρῷ πλεῖον. ἔνιοι δὲ κελεύουσι καὶ τῶν ὑπορρίζων ὑποβάλλειν* (i. e. sternere). Contra tamen Columella Arbor. III, 4, et infra cap. 18, 6, rectum malleolum seu sarmentum poni iubet; ratione ibidem addita, ne caput infimum cum plaga transversum facile humorem admittat et computrescat. Viviradicem vero

rum vitium radices implicentur. id enim vitare facile est per imum solum iuxta diversa latera fossarum dispositis paucis lapidibus, qui singuli[1] non excedant quinquelibrale pondus. Hi videntur, ut Mago prodit, 4
et aquas hiemis et vapores aestatis propulsare radici-

h. l. et infra IV, 4, 1, ita deponi iubet, ut infima pars cum radicibus sternatur; itaque curvatas dixit; sed reliquam partem ad scrobis latera recta erigi iubet, ne obliquae et veluti recumbentes vulnerationi fossionis sint obnoxiae. Atque omnino generatim de arboribus, in scrobe plantandis, Plinius 17, sect. 16: *radices inflexas poni melius.* Noster supra c. 13, 2: *malleolos utrinque iuxta latera fossarum consternunt, et adversis scrobium frontibus curvatos erigunt.* Theophrastus C. P. III, 6, monet, viviradices esse rectas ponendas, alias enim curvatas priores radices amittere; contra malleolos curvatos citius radices agere. Rationem cur duas viviradices in uno scrobe deponi velit, Columella infra explicat IV, 2. Geoponica V, 13, similiter in vineis duo sarmenta per scrobes deponunt; in vitiario tamen id fieri non probant. Sarmentorum adultorum alterum tollunt, robustius nutriunt et alligant.

Transferre) Brusch. *transfere*, unde deinceps *exemptam* substitui vulgato *exemtam.*

Lapidibus) Noster Arbor. 4: *in imo scrobe lapides circa pondo quinque ita ponito, ne vitem premant, sed tamen iuxta radices sint — spatium autem radicibus, quo repant, lapides praebent, et hieme aquam repellunt, aestate humorem praebent.* Accuratius Magonis sententiam expresserunt Geoponica V, 9: περιθετέον τῷ φυτῷ λίθους τρεῖς ἢ τέσσαρας χειροπλήθεις, εἶτα ἐπιχωστέον, τῷ παρακειμένῳ χώματι μετὰ κόπρου συμπατοῦντας — εἶτα ἑτέρους ἐπιθετέον λίθους τῷ συμπατηθέντι τοῖς μεγέθεσιν ἴσους. Plinius 17, s. 16, de omni genere scrobum arboribus plantandis sic tradit: *Testas aliqui lapides rotundos subiici malunt, qui et contineant humorem et transmittant, non item planos et a terreno arcere radicem existimantes. Glarea substrata inter utramque sententiam fuerit.* Glaream aut minutos lapides in scrobe oleae plantandae addit noster Arbor. 17, et V, 9, 9. Quae vero ex Magone repetit Columella, eadem iam olim Theophrastus tradidit de Causis Pl. III, 5 et 7, ubi lapides rotundos addi in scrobem ait et supponi, ut refrigerent radices, humorem excipiant et humum radicibus reptantibus perviam faciant; quosdam etiam putare, ita hieme calorem addi radicibus, addit planos lapides (πλατύς καὶ συμφυής) magis nocere radicibus; rationem addit Plinius, a terreno enim arcere radices. Denique Aristoteles de Iuvent. c. 6: διὸ καὶ γένη τινὰ λίθων ταῖς ῥίζαις ὑποβάλλουσι καὶ ὕδωρ ἐν ἀγγείοις, ὅπως αἱ ῥίζαι ψύχωνται τῶν φυτῶν; ita caveri arborum siderationem et uredinem seu σφακελισμόν. In Italia eodem consilio cornua arietum aquae plena infodi ab agricolis, monet Victorius Var. Lect. 36, 5. In Plinio recte iam olim Dalecamp vidit legendum esse *qui haud contineant humorem et transmittant.* Nam plani lapides aquas continent, ideoque improbantur. Et Columella dixit lapides hos rotundos aquas hie-

bus: quem secutus Virgilius tutari semina et muniri[m] sic praecipit, *Aut lapidem bibulum aut squalentes*[n] *infode conchas.* Et paulo post, *iamque reperti qui saxo*[o] *super atque ingentis*[p] *pondere testae*[q] *urgerent:*[r] *hoc effusos*[s] *munimen ad imbres, hoc ubi hiulca siti findit canis aestifer arva.* Idemque Poenus auctor probat vinacea permista stercori depositis seminibus in scrobe[t] admovere,[v] quod illa provocent et eliciant novas radiculas: hoc per hiemem frigentem et[x] humidam scrobibus inferre calorem[y] tempestivum, ac per aestatem

B. Br. R. (l) *singulis* P. (m) *munire* P. S. (n) *squallentis* I. B. Br. *squalentis* R. *squalentes* G. (o) *saxa* B. R. om. P. (p) *ingenti* Goes. S. (q) *tectae* B. R. *testa* Goes. P. S. (r) *reurgetur* P. (s) *et fusos* Goes. S. (t) *scrobeam* P. L. (v) *scrobe on movere* Sang. Ex quo effeci, quod dedi pro vulgato *scrobem vires movere.* ubi *vires* omitt. I. B. R. Lips. Br. *in scrobe admovere* plane est in Tromh. Sequentia ex Edd. pr. ita constituit Pont. *hoc per hiemem frigentem in humum scrobibus inferre calorem tempestivitate.* (x) *ut humum scrob.* I. B. Br. R. S. (y) *calorem: tempestate*

mis propulsare radicibus, et transmittere. Ceterum paulo antea Brusch. *idem enim vitare* habet.

Virgilius) II, 313 seqq.

Vinacea) Palladius III, 9, 12: *sed, ut asserit Columella, vinaceam stercori mistam simul sparges, et si exile solum fuerit, pinguem terram scrobi inferes vel aliunde portatam.* ubi Cresc addit: *si vero nimis cretosa, eidem misceas sabulum.* Noster Arbor. 4: *praeterea vinaceae heminam uvae albae in nigra, uvae nigrae in alba ponito atque ita scrobem vel sulcum cum stercorata terra ad medium completo — vinaceae radices agere cogunt.* Geoponica. V, 9, accuratius etiam Magonis sententiam ita referunt: *συμβάλλειν χρὴ δράκα γιγάρτων* (pugillum) *πεφρυγμένων εἰς ἕκαστον βόθρον, εἰς μὲν τὰ μέλανα γένη γίγαρτα λευκῶν σταφυλῶν, εἰς δὲ τὰ λευκὰ μελαινῶν — τὸ δὲ γίγαρτον ῥιζοβολεῖν ποιεῖ θᾶττον.* Eadem vinacea, nondum expressa plantae addita, uvas praecoces facere monent IV, 5.

Frigentem et humidam scrobibus) Si friget non est humida. Vitium manifestum arguunt etiam Edd. I. B. R. ubi, ut in Sang. libro, est: *ut humum scrobibus.* unde Pontedera efficiebat: *frigentemque humum* vel *frigente humo.* Idem deinceps lectionem *tempestate* probatam interpretabatur de tempore tranquillo et temperato, quale est vernum. Equidem ex lectione *frigentem ut humum* efficio *frigente velut humo.* Geoponica V, 9: *ἡ μὲν οὖν κόπρος συμβαλλομένη θάλπει καὶ στερεοῖ τὸ φυτὸν — οἱ δὲ λίθοι κωλύουσιν ἐμπεσεῖν τὴν εὐρυχωρίαν. ἐν δὲ τῷ θέρει καταψύχουσι τὰς ῥίζας.*

Quod illa) Vrsinus malebat: *illa, quod.*

virentibus alimentum et humorem praebere.[z] Si vero solum, cui[a] vitis committitur, videtur exile,[b] longius arcessitam pinguem humum scrobibus inferre censet: quod an expediat, regionis annona operarumque ratio nos docebit.

XVI. Exigue humidum[a] pastinatum sationi convenit: melius tamen vel arido[b] quam lutoso semen committitur: idque quum supra summam scrobem compluribus internodiis productum est, quod de cacumine superest, duabus gemmis tantum supra terram relictis amputatur, et ingesta humo scrobibus[c] completis coaequato; deinceps pastinato[d] malleolus ordinariis vitibus interserendus est:[e] eumque[f] sat erit medio spatio,

ac per etc. I. B. R. Br. (z) *praebeat* I. B. Br. R. (a) *civitatis* L. I. B. Br. R. (b) *exire* Pol. L.

Cap. XVI. (a) *midium* L. (b) *arido vel quam luetuoso* I. B. R. voluerunt *lutuoso.* Br. *vel arido quam lutoso.* (c) Vulgo *completur. Coaequato deinceps pastinato* I. B. Br. R. *scrobibus completis coaequato Deinceps.* (d) *pastinatio* lens. Br. (e) *est* om. I. B. Br. R. (f) *cumque* Victor. (g) *vitis*

Cui vitis) Vetus *civitatis*, vel ut habet Pontedera in Curis post. *vivitatis*; ipse ex vero *cui viviradix* ortum suspicatur.

Docebit) Hic excidisse quaedam videntur, ut Magonis doctrina de scrobe, triennio demum complenda, quam improbasse videtur Columella, et hinc repetens Palladius III, 10, 3. Eadem tamen cum Magone tradit noster Arbor. IV, 5, et VII, 6, ubi vide. Plinius 17, s. 35, no. 4: *Sed in gracili solo frustra* (tenerrima ingeritur terra) *nisi substrata pinguiore.*

Cap. XVI. *Quam lutoso*) Palladius III, 9, 13: *quum vero plantam vel malleolum disponimus, modice humido solo, sed potius arido quam lutoso duabus gemmis supra terram relictis. sarmenta ponemus obliqua et sic facilius comprehendent.*

Et ingesta humu scrobibus completus (hoc etiam in Caesen.) *coaequato deinceps pastinatio* Polit. *et ingesta humo scrobibus completis coaequetur. Deinceps pastinatur* Tromb. *et ingesta humo scrobibus completis coaequata deinceps pastinatio*, liber Pontederae, qui hinc malebat: *et ingesta humo scrobibus, completur. Coaequato deinceps pastinato.*

Scrobibus completis coaequato. Deinceps) Hanc lectionem ex varietate Edd. veterum effeci, egregiam et veram; pessimam lectionem posuit Gesner. Noster supra XIII, 2: *duabusque gemmis supra terram eminere passi reposita humo caetera coaequant.* Infra IV, 4: *ac deinde duabus gemmis supra exstantibus terram coaequare; deinde malleolo inter ordines posito, crebris fossionibus pastinatum resolvere.*

2 quod vacat inter vites,[f] per unam[h] lineam depangere.[i] sic enim melius[k] et ipse convalescet, et ordinariis seminibus modice vacuum solum ad culturam praebebitur.[l] In eadem deinde linea, in qua viviradix obtinebit[m] ordinem suum praesidii causa, quorum

Br. (h) *imam* ante Gesnerum et Sang. qui ex Codd. correxit. (i) *depingere* I. B. Br. R. Goes. *depignere* L. (k) *omeli* L. *convalescit* Sang. (l) Ita pro *praebebit iter* ex I. B. Br. R. et Codd. Gesner. (m) *optinet* I. B.

Vnam lineam) Ita recte ex libris scriptis Gesner pro *unam*, pessime tamen interpretatus, quasi eadem linea sit intelligenda, in qua viviradix est: et in qua malleoli praesidiarii plantantur deinde.

Praebebitur) Ita vulgatum *praebebit iter* ex optimis libris correxit Gesner. Similem rationem docet Crescentius IV, 9, de arbustis: *quae quidem plantantur, ut hae, quae in ordine disponuntur. Et hae quidem aut undique panguntur aequaliter, aut unum ordinem tantum servant, ab alio proximo ut placet remota* (remotum?) *sed in his una sola planta in qualibet potest poni, in duabus videlicet aciebus; in tertia vero bonum erit ubique duas poni, quibus proximae plantae praedictae possint annis sequentibus reparari. Quod si in quolibet loco duae ponantur, quum convaluerint, debilior auferatur, ut una sola remaneat.*

Viviradix obtinebit) Antiquam huius loci distinctionem restitui, quam temerario consilio mutaverat Gesner, ita, ut legeret: *viviradix, obtinebit — mortuae vitis. Quinque malleoli.* Quo facto omnis loci sententia obscurata fuit; quod longa disputatione demonstrare non est opus. Pontederam mecum sentientem habeo. Primum malleoli vacuo spatio inter duas lineas vitium panguntur; deinde in eadem linea, in qua vites consistunt, quinque malleoli praesidiarii collocantur per pedale spatium ita, ut in mensurando spatio, primum media pars interordinii, seu spatii vacui inter duas vites in eadem linea positas, designetur, et ab hac media interordinii parte utrinque versus utramque vitem pedale spatium distinguatur bis, ita fient utrinque quina spatia pedalia, per quae malleoli praesidiarii deponendi sunt, ut possint propagari in locum demortuae vitis. Ita intelligo locum, qui obscuritatis aliquid inde traxit, quod Columella annotare omisit interordinia quot pedum esse voluerit. In macra enim quinos, in mediocri senos, in piugui septenos pedes inter ordines relinqui supra posuit cap. 15, 1. Quinorum tamen pedum interordinium h. l. intelligi, persuadent mihi quinque malleoli praesidiarii, per spatium pedale inter utramque vitem in eadem linea positi. Ceterum lectionem *obtinet* cum Gesnero probabat etiam Pontedera. Deinde Gesner malebat nescio qua de causa legi *primusque pes*; vocabulum *medio* etiam glossam esse putabat *interordinii*. Sed interordinium ut est inter duas aut plures vites medium, sic et ipsum medium dici potest, ubi in duas aequales partes dividitur, atque inde per aequalia intervalla in quinque pedes distribuitur, ut h. l. fieri iubet Columella. Denique in cal-

ex numero propagari[n] possint in locum demortuae
vitis, quinque[o] malleoli pangendi sunt per spatium
pedale:[p] isque pes ita medio interordinio sumitur, ut
ab utraque vite[q] paribus intervallis distent. Tali con- 3
sitioni Iulius Atticus abunde putat esse malleolorum[r]
sexdecim[s] millia. Nos tamen plus quatuor millibus
conserimus, quia[t] negligentia cultorum magna pars
deperit, et interitu[v] seminum caetera, quac virent,
rarescunt.

Br. *obtinet* R. (n) *propagare* ante Gesnerum quocum facit Sang. (o) Vulgo *vitis*. *Quinque*. Lips. *quippe* pro *quinque* habel. (p) *tal●ntis quae possint a medio internodio sumi* I. B. Br. R. *summi* Br. *paleis* (*pleisque*) Lips. *quae pesit a medio interordinio sumitur* L. P. Mecum Goes. Sang. Vulgo erat: *pedis: isque pes a medio*. (q) Ita pro *parte* Goes. Sang. *intervalis* Br. postea *distet* Sang. (r) *maleorum* I. B. Br. R. *maleolorum* P. *malleorum* Gr. antea *compositioni* Sang. (s) *sedecim milia* P. S. *eexdecim. Illu nos etc.* I. B. Br. R. (1) *quin* I. B. R. Br. (v) *interitus* L.

culo, quem subduxit Gesner, illud sibi sumsit senûm pedum interordinium, quod tamen unde deduci possit, non video; deinde verba *isque pes a medio intcrordinio sumitur* interpretatur, pedem eum demi seu subtrahi intervallis singulis interordiniorum, quae senum pedum posuerat esse, itaque intervalla interordiniorum relinqui quinum pedum At vero si spatium pedale, per quod malleoli praesidiarii pangendi sunt, demitur ab interordinio primorum malleolorum, tum nullo modo dici possunt malleoli praesidiarii plantari in eadem linea, in qua viviradix seu vitis obtinet locum.

Tali) Plinius 17, s. 35, no. 9: *subtilitas parcimoniae compendia invenit, quum vinca in pastinato seritur, obiter seminarium faciendi, ut et viviradix loco suo, et malleolus, qui transferatur, inter vites et ordines seratur. Quae ratio in iugero circiter sedecim millia viviradicum donat.*

Plus quatuor millibus) Ita ut viginti millia efficiantur malleolorum. Ita supra III, 3, 12: *Nos enim vicena millia malleolorum per vineae iugerum inter ordines pangimus; ille (Atticus) minus quatuor millibus deponit.* Haec recte monuit Gesn. contra Vrsinum emendantem: *plus quatuor et viginti millibus.*

Interitu) Gesner malebat *intersitu*, interpretatus, si manu quaedam interserantur, impedimento esse, quominus invalescant herbae aliae. Quam rationem equidem non intelligo, nec video, qui tam subito de satione inter ordines Columella dicere possit, el in vinea quidem. Nam arbustum inter ordines conseri, novi. Interitum seminum in eadem disputatione dixit supra III, 3, 12, et interitu seminum necesse est veteres vites rarescere, quia propagari non potest ex seminibus in locum mortuae vitis. Monuit eadem contra Gesnerum Pontedera, in Curis secuudis.

XVII. De positione surculi non minima disputatio fuit inter auctores. quidam totum flagellum, sicut erat matri detractum, crediderunt sationi convenire:[a] idque per gemmas quinas vel etiam senas partiti, complures taleolas terrae mandaverunt.[b] quod ego minime probo; magisque assentior his auctoribus, qui negaverunt esse idoneam frugibus superiorem partem materiae, solamque eam, quae est iuncta cum vetere sarmento probaverunt, caeterum omnem sagittam
2 repudiaverunt. Sagittam rustici vocant novissimam

Cap. XVII. (a) *convenirem* P. *satione* Br. et Sang. (b) *oleaster reman-*

Partiti) Florentinus Geoponic. IV, 12, 8: τὸ γὰρ μετὰ τοὺς πρώτους ἑπτὰ ὀφθαλμοὺς ἄγονον καὶ ἀχρεῖον. Didymus V, 14, 3, itidem septem oculos primos concedit sarmento, cum Quinctiliis V, 8, 10, qui plane cum Columella sentiunt. Ibi est: ἀπὸ δὲ ἑνὸς κλήματος ἐκεῖνο κρεῖσσόν ἐστι τὸ μέρος εἰς φυτείαν, τὸ ἐζευγμένον τῷ ἑνὶ μέχρις ἑπτὰ ὀφθαλμῶν. Quae deinde statim ita repetuntur: καλὸν οὖν τὸ κλῆμα καὶ εἰς φυτείαν ἐπιτήδειον τὸ ἀπὸ τοῦ ἑνός, τουτέστι τοῦ περυσινοῦ μέχρις ἑπτὰ ὀφθαλμῶν. τὸ δ' ἄλλο ἄχρηστον. οὐ καλῶς οὖν ποιοῦσί τινες μακρότερα κλήματα εἰς δύο καὶ τρία μέρη τέμνοντες καὶ φυτεύοντες. Noster Arbor. III, 4: *virgam malleolarem non amplius quam sex gemmarum esse convenit*. Palladius III, 9, 5, sarmenta probat *quinque vel sex gemmarum spatio a veteri procedentia*.

Cap. XVII. *Sagittam*) Isidor. Orig. 17, 5 habet *o motre et quasi prosiluit, seu quia acuminis tenuitate teli speciem praefert*. Plinius 17, s. 35, no. 3: *Vitium numerosior satus. Primum omnium nihil seritur, ex his nisi inutile, et deputatum in sarmento. Opputatur autem quidquid proxime tulit fructum.* (Pintianus e Codice suo legit · *in sarmenta. Amputatur*). *Solebat capitulatus utrinque e duro surculus seri, eoque argumento malleolus vocatur etiam nunc. Postea avelli cum suo calce coeptus est ut in fico: neque est aliud vivacius. Tertium genus adiectum etiamnum expeditius sine calce, propter quod sagittae vocantur, cum intorti panguntur: iidem cum recisi nec intorti, trigemmes. Plures autem ex eodem surculo hoc modo fiunt*. Vides, Plinium diversum abire a Columella in eo, quod sagittam a modo pangendi malleoli dictam fuisse putat. Ceterum iam olim de sagitta ita Theophrastus H. P. II, 1: ὅλως γὰρ ὀλίγα τὰ ἀπὸ τῶν ἄνω μᾶλλον βλαστάνοντα καὶ γεννώμενα καθάπερ ἄμπελος ἀπὸ τῶν κλημάτων. αὕτη γὰρ οὐδ' ἀπὸ τῆς πρώρης ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κλήματος φύεται. ubi proram Bodaeus interpretatur cacumina vitis et summa flagella, Niclas verò ad Geoponica p. 336 sagittam. Plinius triplicem surculi speciem nobis narrat. Primam et antiquissimam eodem modo enarrat, ut noster supra cap. 6: *palmes*, inquit, *est*, *innatus prioris anni flagello, qui in ea parte, qua deciditur ex vetere sarmento, prominens*

partem surculi, sive quia longius recessit a matre, et quasi emicuit[c] atque prosiluit:[d] sive[e] quia cacumine attenuata praedicti teli[f] speciem gerit. Hanc ergo pru- 3 dentissimi agricolae negaverunt conseri debere: nec tamen sententiae suae rationem nobis prodiderunt;

daverunt ina. insulsa praecedentium repetitione L. (c) *emicuit* I. B. R. I. I. it. Goes. et L. *micuit* alii. (d) *prosilivit* I. B. R. Br. (e) *seu* I. B. R.

utrinque mallei speciem praebet. Capitulum utrinque adhaerere ex vetere sarmento monet Plinius. Huius figuram exhibet Pontedera in Tab. II, fig. 1. Alteram speciem viviradicem nominavit Columella. Plinius surculum cum sua calce non decidi, sed avelli ait, ut in fico, idque genus esse vivacissimum. De quo clarius Plinius 17, s. 13: *avulsique stolones arboribus vixere. Quo in genere et cum perna sua avelluntur partemque aliquam e matris quoque corpore auferunt secum fimbriato corpore. Hoc modo plantantur punicae coryli, mali, sorbi, mespili, fraxini, fici inprimisque vites.* ubi legendum esse *fibrato*, i. e. radicato alii iam monuerunt. Theophrastus H. P. II, 7, plantas fibratas seu viviradices etiam in vite praefert (φυτευτήρια ἔνριζα); quod si vero nolis, plantam ex superiore vitis parte magis quam ex inferiore sumi iubet; adiicit propagari vitem in se ipsa (per quasilum scilicet) non posse, ut oleam, ficum, pirum et malum; denique vitem etiam palo (ἀπὸ πασσάλου) seri, ut oleam surculo crassiore praeacuto, malleo palum adigente in terram. Atque hic postremus locus possit adhiberi ad lectionem librorum optimorum defendendam, ubi est de altero genere malleoli: *qua nascitur materia nova, rascrunt.* Nec tamen eam lectionem admittunt praecedentia: *per ipsam commissuram, qua nascitur materia nova.* Commissura enim est nodus ille, unde nova materia prorumpit, et capitulum recte Gesner h. l. et caput imum cap. 18, sect. 6 interpretatur tumorem medium inter vetus et novum sarmentum, unde novum egerminavit. Hoc capitulum angustis faucibus pastini bifurci comprehendi et deprimi iubet Columella capite sequenti. Huc etiam facit locus Plinii 17, s. 35, no. 2: *Hos ergo in surculis nodos, quum seruntur, medios secare oportet, ita ne profluat medulla.* Atque ita habes simul, quo defendatur vulgaris huius loci lectio, et ratio reddatur eligendi malleoli eiusmodi per ipsam commissuram resecti cum capitulo, quem Columella veteri malleolo, mallei speciem gerenti, scilicet utrinque adhaerente capite longiori ex veteri sarmento et dura materia, praeferebat. Malleolum capitatum alterius generis sistit Tabulae II, fig. 2. Palo malleolum seu vitem nunquam Romani severunt, ut Graeci, et improbant eam rationem Geoponica V, 9, 10, ita enim sarmenti demittendi oculos facile excoecari, et sarmentum ipsum torqueri. Denique quod vitem in se ipso per quasillos propagari negat posse, id redarguit usus romanus a Palladio III, 10, 6 et seqq. nominatus, ubi eam rationem in vite arbustiva docet.

videlicet quia[g] ipsis in re rustica multum callentibus[h] prompta erat et ante oculos pene exposita. omnis enim foecundus pampinus intra quintam aut sextam gemmam fructu exuberat, reliqua parte quamvis longissima vel cessat, vel perexiguos[i] ostendit racemos, quam ob causam sterilitas cacuminis iure[k] ab antiquis incusata est. Malleolus autem sic ab iisdem pangebatur,[l] ut novello sarmento pars aliqua veteris haereret.[m]
4 sed hanc positionem damnavit[n] usus. Nam quicquid

Br. (f) *taeli* I. B. R. Br. (g) Ita pro *quae* Goes. S. (h) *callendis* P. *callentis* L. *calentibus* I. B. R. Vulgatum *prompta* ex Br. mutavi. (i) *per exiguos* divisim Br. R. I. I. H. A. G. (k) *viret* L. (l) *pangetur* I. B. R. Br. (m) *hereret* G. (n) *damnabat* I. B. R. Br. (o) *vix dum* divis. I. B.

Videlicet quia) Ita recte Goes. et Sang. Vulgo *quae*. Ita supra cap. 10, 17: *videlicet quia sperat.*

Sterilitas cacuminis) Sagittae sterilitatem contra Columellam negat Scriptor Italus in Dissert. de Cultu vinearum iserts Actis Academiae Mediol. vol. III, P. II, p. 90: *Don Giulio Bramieri*, cuius verba huc apponam: *Probabilmente la comune riprovazione della porzion alta del magliuolo ha indotti alcuni scrittori ad asserire e molti coltivatori a credere anche oggigiorno, che gli occhi del sermento oltre all' ottavo o al più al decimo siano sterili. Tutti sono in grave errore. Per costante non interrotta pratica in un distretto del Ducato di Piacenza (il distretto di Villò nella Valle di Nura) si danno alla vite in sul potare i tralci in tutta la naturale lunghezza. Sebbene ivi sia di colle e mal fertile il suolo, vi fruttan essi abbondantemente sino alla estremità, e così oltrepassa quel numero di gemme. Ma debole e fiacca ne vien su quella la messe de' nuovi sermenti. Il comune successo di questo inveterato costume deve persuadere ai vignaiuoli, che nè sterile è il tralcio oltre quegli occhi, nè, fuorchè pel tratto della robusta sua porzione, atto a crescere in novella vite.*

Damnavit usus) Vide supra ad cap. 14, 3. Noster Arbor. III, 3: *semina novella cum vetere sarmento deposita cito comprehendunt et valenter crescunt, sed celeriter senescunt; quae sine vetere sarmento panguntur, tardius convalescunt, sed tardius deficiunt.* Geoponica IV, 12, 9: βεβαιότερον δὲ συμφυήσεται τὰ νέα κλήματα ἔχοντα περυσινοῦ κλήματος μέρος. Sed ibi de inserendo surculo sermo est. Palladius III, 9, 7: *Ad pangendum novellus palmes debet eligi, duri in se nihil habens, et veteris sarmenti, quia hoc putrescente saepe corrumpitur.* ubi Crescent. addit *et putrescit*. Msllcolum, qualem dsmnavit Columella, vinitores multi Svevi probant, quorum rationes explicuit Sprenger p. 219. Adde Italum Comitem *Pietro de' Caronelli di Conegliani*, cuius Disputatio de cultu vinearum italico sermone scripta exstat in *Atti della Società patriotica di Milano* Vol. III, Part. II,

ex vetere materia relictum erat, depressum atque obrutum celeriter humore putrescebat, proximasque radices teneras et vixdum[o] prorepentes[p] vitio suo enecabat:[q] quod quum acciderat, superior pars seminis retorrescebat. Mox Iulius Atticus et Cornelius Celsus, aetatis nostrae celeberrimi auctores, patrem atque filium Sasernam secuti, quicquid residui fuit ex vetere palma per ipsam commissuram,[r] qua[s] nascitur materia nova, resecuerunt,[t] atque ita cum suo capitulo sarmentum depresserunt.

XVIII. Sed Iulius Atticus praetorto capite et recurvato, ne pastinum[a] effugiat, praedictum semen demersit.[b] Pastinum autem vocant agricolae ferramentum bifurcum, quo semina panguntur. unde etiam repastinari[c] dictae sunt[d] vineae veteres, quae refodie-

Br. R. L. I. H. A. (p) *prorepentis* P. *properantis* I. B. Br. R. *pro parentis* L. *properentes* Sang. teste etiam Drakenborch. ad Silium XIII, 332; *prorumpentes* al. (q) *enecarat* I. B. Br. R. S. (r) *commissarum* P. *coouissuram* R. (s) *quae* I. B. R. Br. (t) *raserunt* L. Goes. I. B. Br. R. S.

Cap. XVIII. (a) *pastinatum* I. B. Br. R. S. Post sequens *pastinum* ex Sang. *autem* addidi. (b) *emersit* I. B. Br. R. (c) Ita pro *repastinatae* I.

p. 40 sqq. Is non solum experimentis, sed etiam argumentis doctrinae physicae pugnavit contra Columellam, et non solum arborum plantas, in quibus experimenta instituit Gallus *Du Hamel*, sed etiam vitium malleolos cum parte veteris sarmenti depositos plures radices et celerius nodo seu commissura emittere et melius convalescere, quam plantas non integro nodo seu commissura positas. In arboribus appellantur illae plantae cum *perna* aut *calce*. Quod vero malleolum cum parte veteris sarmenti improbarunt Atticus et Celsus, in causa fuisse brevitatem arguit Comes, qui generatim malleolo trium pedum longitudinem definit, quo plures gemmae in humum immitti et radices agere possint.

Cap. XVIII. *Pastinum*) Isidorus XX, 15: *Pastinum vocant agricolae ferramentum bifurcum, quo semina purguntur. Vnde etiam repastinari dictae sunt vineae veteres quae refodiuntur.* ubi alii legunt *sparguntur*, quidam *punguntur*. Sed *panguntur* vera est lectio. Ceterum locus Isidori comprobat lectionem ex libris a me restitutam. Vulgo erat: *repastinatae dictae fuere vineae.* Nunc demum video Vincentium in Spec. doctr: 12, c. 104, in Isidoro legere: *panguntur — repastinatae dicuntur*. Palladius I, 43: *Acus, per quas in pastinis sarmenta merguntur.* Itali hodie sarmenta depangunt pa-

bantur. haec enim propria appellatio restibilis vineti erat; nunc antiquitatis imprudens consuetudo quicquid emoti soli vineis praeparatur, repastinatum[e]
2 vocat. Sed [redeamus[f]] ad propositum. Vitiosa est, ut mea fert opinio, Iulii Attici satio, quae contortis capitibus malleolum recipit; eiusque rei vitandae non[g] una ratio est, primum quod nulla stirps ante quam deponatur vexatur et infracta melius provenit, quam quae integra et inviolata sine iniuria deposita[h] est: deinde quicquid recurvum et sursum versus spectans[i] demersum[k] est, quum tempestivum eximitur, in modum hami[l] repugnat obluctanti fossori, et velut uncus infixus solo, ante quam extrahatur, praerumpitur. nam fragilis est ea parte materia, qua[m] torta et recurvata, quum deponeretur,[n] ceperat[o] vitium. propter quod praefracta[p] maiorem partem radicum[q]

B. Br. R. S. (d) Ita pro *fuere* I. B. Br. R. S. (e) *repastinatum* L. (f) *redeamus* omitt. Goes. I. B. Br. R. I. I. S. (g) *ut narratio* L. Deinde *stirpans* Sang. quod *ex stirps ante* ortum est. (h) *composita* I. B. Br. R. S. (i) *spectat* I. B. R. Br. (k) *diversum* I. B. R. Br. (l) *humi* I. B. Br. R. *uni* L. forte *unci* G. (m) *quae* I. B. R. Br. (n) *reponeretur* I. B. R. Br. (o) *coeperat* praeter St. C. Gesn. omnes (p) Ponted. codex *perfracta*, quod praefert. *praefractam* P. Goes. S. et sic ediderat Schneider pro vulg. *perfractam*. At in Curis post. Pont. *praefracta* probat. *T.* (q) *radicium* P.

stini genere, non bifurco, sed lunato infra, quod *Crucciolo* vocant, et pinxit Britannus Miller in Diction. Olitorio. Sed Tozzetti p. 66, pastinum antiquum a Tuscis vocari ait *Graccia*.

Vexata) Palladius III, 9, 8: *Caput sarmenti quum deponitur, torquendum* (Cresc. *retorquendum*) *non est, nec aliquo modo vexandum, ne demersa penitus foecundiore parte, quod sterili proximum est, supra terram relinquatur. deinde quoniam ipsa tortura vexatio est: et pars ea, de qua radix futura praesumitur* (*radix speratur* Cresc.), *iniuriae nulli subiicienda est, cum qua contendere cogatur antequam teneat.* ubi Cresc. IV, 9 habet: *subiicienda est, duae gemmae fertiles remaneant supra terram, nec dimersa ponatur foecundiore parte supra eam quam est, sterili proximum relinquatur.* Igitur totum istum locum hoc ordine legendum censeo: *vexandum; quoniam ipsa tortura vexatio est; et pars quae — subiicienda est, cum qua — teneat. Deinde duae gemmae fertiles remaneant supra terram, nec demersa penitus — relinquatur.*

Sagittam) Plinius 17, s. 35, no. 3: *Sagittae vocantur quum intorti pan-*

amittit. Sed ut incommoda ista praeteream, certe 3 illud, quod est inimicissimum, dissimulare nequeo; nam paulo ante, quum de summa parte sarmenti disputarem, quam sagittam dixeram vocitari, colligebam fere [r] intra quintam vel sextam gemmam, quae sint proximae veteri[s] sarmento, fructum[t] edi. Hanc ergo foecundam partem consumit, qui contor- 4 quet malleolum; quoniam[v] et ea pars, quae duplicatur, tres gemmas vel quatuor obtinet, et reliqui duo vel tres fructuarii oculi penitus in terram deprimuntur,[x] mersique non materias sed radices creant. ita evenit,[y] ut quod in sagitta non serenda vitaverimus,[z] id sequamur[a] in eiusmodi malleolo, quem necesse est facere longiorem, si volumus detortum depangere. nec dubium, quin gemmae cacumini proximae, quae sunt infoecundae, in eo relinquantur, ex quibus pampini[b] pullulant[c] vel steriles vel certe minus feraces, quos

(r) Ita pro *fore* ex I. B. Br. R. L. Goes. Gesn. (s) *neri* P. (t) Ita pro *fructus medii* scripsi ex coniect. Gesneri. (v) *cum* I. B. Br. R. deinde *quattuor optinet* Br. (x) *deprimantur* I. B. Br. R. (y) *evenit Sed* I. B. Br. R. Sang. Deinde vulgo *salicto conserendo*. Brusch. *salicta conserendo* Sang. *salicta conserenda*. (z) *vitaverimus* ex I. B. Br. R. S. restitui pro *vitaveramus* Gesn. (a) *Sevamur* P. (b) *pampinis* I. B. Br. R. *pampinus* P. S. (c) *pululant* I. B. Br. R. *pullant vel sterilis* P. *pullat vel sterilis*

guntur (malleoli). — *Sagittas serere minus utile, quoniam in transferendo facile rumpitur quod intortum fuit.*

Sagitta — vitaverimus) Vulgo legitur *salicto conserendo*. De salice vero praecipit Columella demum libro IV. In salice ea culturae diligentia non requiritur, nec ibi quidquam a Columella annotatum est ea de re. Quare Pontedera malebat: *sarmento conserendo vitaverimus*. Cui emendationi obnititur Gesner, ita, ut putet, recepta veterum editionum et Codicum lectione *vitaverimus*, quae est etiam in Sang. pro vulgata *vitaveramus*, omnem vulgatae lectionis difficultatem tolli. Confitetur quidem, de salice nihil antea monitum fuisse, nec in eo ipso loco, ubi de salice agitur postea, tale quid caveri, ut in malleolo deponendo; existimabat tamen, salicem pro viliore quacunque stirpe poni. Quae est inepta disputandi ratio. Debet aliquid praecessisse ad quod h. l. respiciat Columella. Praecessit autem *sagitta*, in qua cautio haec locum habuit. Igitur recte Pontedera in Curis secundis legi voluit *sagitta*

5 rustici vocant racemarios.[d] Quid, quod plurimum interest, ut malleolus, qui deponitur, ea parte qua est a matre decisus, coalescat, et celeriter cicatricem ducat? Nam si id factum non est, velut per fistulam ita per apertam vitis medullam nimius humor trahitur, idemque truncum cavat: unde formicis aliisque animalibus, quae putrefaciunt crura vitium, latebrae praebentur. hoc autem evenit retortis seminibus. quum enim per exemptionem imae partes eorum praefractae[e] sunt, apertae[f] medullae deponuntur atque irrepentibus aquis praedictisque animalibus celeriter
6 senescunt. Quare pangendi optima est ratio recti malleoli, cuius imum caput, quum[g] consertum est bifurco pastini,[h] angustis faucibus ferramenti facile continetur ac deprimitur: idque sarmentum sic depressum[i] citius coalescit. Nam et radices e capite, qua recisum est,

S. deinceps *feracis* Saug. (d) *racematorios* Goes. *racemaiorios* ex Saug. Grouov. (e) Ita pro *perfractae* Goes. et Saug. *putrefactae* I. B. R. Br. (f) *aperte medullae* P. *aperta medulla* Goes. S. I. B. R. Br. (g) *cum* om. L. I. B. Br. R. *sertum* S. (h) *pastini angusti* I. B. Br. *angustini* R. (i) *demersum* B. L. Goes. Saug. deinceps pro *aeque mittit* posui Saug. lectionem

non serenda. ad quam lectionem manifesto ducit liber Sang. ubi est *salicta conserenda*. Praeterea testatur, in Edd. primis, id est, I. B. R. quae fere ubique cum Sangerm. consentiunt, esse *salicta*. quod miror a Gesnero non fuisse annotatum. Itaque non dubitavi eam emendationem in ipsa oratione ponere.

Racemarios) Gesner ex vetere Glossario affert, ἐπιφυλλίς, *pampinus racemarius*. Quem nempe vindemiatores solent relinquere. Conf. Scholiasten Aristoph. ad Ranas versu 92. Epigramma Analector. T. II, pag. 200 pauper Veneri dedicat: πορφυρέην ταύτην ἐπιφυλλίδα· ubi Suidas interpretatur μικρὸν βοτρύδιον. Hinc Latini racemari dicunt uvas legere post vindemiam. Recte Suidas cum Hesychio. Dioscorides IV, 144 smilacem ferre ait καρπὸν βοτρυώδη ὡς ἐπιφυλλίδα.

Apertae medullae) Hinc Plinius 17, sect. 35, no. 2: *Hos ergo in surculis nodos, quum seruntur, medios secare oportet, ita ne profluat medulla.* Ceterum in Columella malim *aperta medulla*. — *Apertae medulla* scilicet radices ex Edd. pr. praefert Pontedera.

Cum consertum) Quod est in Sang. *cum sertum* voluerunt etiam dare edd. primae, ubi *consertum* omisso *cum* legitur.

emittit, eaeque[k] quum accreverunt,[l] cicatricem obducunt, et alioquin plaga ipsa deorsum spectans non tantum recipit humorem, quantum illa, quae reflexa et resupina more infundibuli[m] per medullam transmittit quicquid aquarum caelestium superfluxit.[n]

XIX. Longitudo, quae debeat esse malleoli, parum certa est, quoniam[a] sive crebras gemmas habet, brevior faciendus est: seu raras, longior. attamen nec maior pede nec dodrante minor[b] esse debet; hic ne per summa[c] terrae sitiat aestatibus; ille ne depressus altius quum adoleverit, exemptionem difficilem praebeat. sed haec in[d] plano. nam in clivosis, ubi terra decurrit, potest palmipedalis deponi. Vallis et uligi- 2
nosi campi situs patitur[e] etiam trigemmem, qui est paullo minor dodrante, longior utique semipede. isque non ab eo trigemmis dictus est, quod omnino trium oculorum est, quum fere circa plagam, qua matri abscisus[f] est, plenus sit gemmarum;[g] sed quod his exceptis, quibus est frequens in ipso capite,

nem. (k) *aequas* P. forte *eaeque*. Ex hac varietate vulgata *aeque* ortum duxit. Vulgo *quae*. (l) Ita pro *excr*. Goes. Sang. *creverunt* I. B. Br. R. (m) *infundibili* P. (n) Ita pro *superfluit* I. B. Br. R. S.

Cap. XIX (a) *cum* Br. (b) *inesse* Lips. (c) *summam* I. B. Br. R. S. quae scriptura iam supra adfuit. Deinde *exemptionem* hic et cap. superiore ex Br. restitui. (d) *in* om. I. B. Br. R. Sang. (e) Ita pro *situ serimus*. Goes. Sang. *sentitur* P. *situ sternitur* Lips. (f) *abscissus* I. B. Br. R. S. A. H. Voluit Gesner dare *abscisus* sed aberrarunt operae. (g) *germinum*

Cap. XIX. *Trigemmem*) Plinius 17, sect. 35: *tertium genus adiectum etiamnum expeditius sine calce, propter quod sagittae vocantur, quum intorti panguntur; iidem quum recisi nec intorti trigemmes. — Sagittas serere minus utile, quoniam in transferendo facile rumpitur, quod intortum fuit. Seruntur pedali, non breviores longitudine quinque sexve nodorum. Pauciores tribus gemmis in hac mensura esse non poterunt*. De mensura Palladius III, 9, 9: *sit autem mensura sarmenti cubitus unus*; ubi Cresc. IV, 8, monet: *mihi autem videtur* longius esse debere, maxime in locis declivis, montuosis et aridis, quum in foveis oblique panguntur. Iterum Palladius III, 10, 2, de arbusto ita habet: *si vallis aut humectus est campus trium gemmarum* (sarmentum depones) *exceptis minutis, quas habebit inferius.*

tres deinceps articulos totidemque gemmas habet. Super caetera illud quoque [h] sive malleolum sive viviradicem serentem praemoneo, ne semina exarescant, immodicum ventum solemque vitare, qui uterque non incommode arcetur obiectu vestis [i] aut
3 cuiuslibet densi tegminis.[a] Veruntamen praestat eligere sationi silentis vel certe placidi spiritus diem. Nam sol umbraculis facile depellitur. Sed illud etiam, quod nondum tradidimus, ante quam disputationi clausulam imponamus, dicendum est; uniusne [l] an plurium generum vites habendae sint, eaeque [m] separatae ac distinctae [n] specialiter, an confusae et mistae catervatim. Prius disseremus de eo, quod primum proposuimus.[o]

L. P. S. (h) *quodque* P. (i) *bestiis aut* P. *bestis* Goes. (k) *teguminis* I. B. R. Goes. S. *tegminis* Br. *tegiminis* Lips. (l) *uniusne* ex Goes. Sang. addidi. *ne an* P. *Si plurium* I. B. Br. R. *ne compluvium* Lips. (m) *aeque* I. B. Br. R. Saug. (n) Ita pro *distincte* Gesnerianne Br. Ald. *ac* pro *et* dedit Sang. deinde *confuse et mixte* Br. (o) *prope faimus* Lips.

Ne semina exarescant) Noster Arbor. III, 3: *semina quam recentissima terrae mandare convenit, si tamen mora intervenerit, quo minus statim serantur, diligentissime obrui tota oportet eo loco, unde neque pluvias neque ventos sentire possint.* Contra fit in surculis inserendis, cuius rei rationem habes in Geoponicis X, 75. Vide ibidem III, 5, 3. IV, 12, 10. Quintilii Geoponic. V, 8, 3: τὰ κλήματα ἐχέτω καὶ τοῦ περυσινοῦ κλήματος μέρος καὶ παραχρῆμα ἀφαιρεθέντα φυτευέσθω. προσφύεται γὰρ τάχιον τῇ γῇ τὸ προσφάτως τμηθὲν, ὡς ἀδιάπνευστον, et reliqua, quae docent, quomodo mora aut longinqua transportatione interveniente sint servanda semina. Plinius 17, s. 35, no. 3: *Inseri eodem die quo deputentur, utilissimum. Si multo postea necesse sit serere, custoditos uti praecepimus, caveri utique, ne extra terram positi sole inarescant, ventove aut frigore hebetentur. Qui diutius in sicco fuerint, prius quam serantur, in aqua pluribus diebus reviviscant.* Graeci decerpta antea κλήματα, malleolos, in doliis compositos, servabant, itaque saepe germinaverant, quum serebantur. Theophr. C. P. I, 13: τοῦτο φανερὸν ἐν τοῖς ἀφαιρουμένοις φυτοῖς τῶν ἀμπέλων τε καὶ ἑτέρων καὶ συντιθεμένοις ἐν πίθοις. προβλαστάνουσι γὰρ οἱ βλαστοὶ τῆς ὥρας καθηκούσης.

Silentis — placidi) Palladius III, 9, 8: *ponendae sunt vites placidis diebus ac tepidis, curandumque ne sarmenta sole urantur aut vento, sed vel statim ponantur, vel obruta reserventur*, qui locus non plane congruit huic nostro et alteri de Arbor. c. 3.

XX. Prudentis igitur agricolae est vitem, quam
praecipue probaverit, nulla [a] interveniente alterius
notae stirpe conserere, numerumque quam maximum
eius semper augere. Sed et providentis est, diversa
quoque genera deponere. neque enim unquam sic
mitis ac temperatus est annus, ut nullo incommodo
vexet aliquod vitis genus. sive enim [b] siccus est; id
quod [c] humore proficit, contristatur: seu pluvius;
quod siccitatibus gaudet: seu frigidus et pruinosus;
quod non est patiens uredinis: seu fervens; [d] quod
vaporem [e] non sustinet. Ac ne nunc mille tempestatum 2
iniurias persequar, semper est aliquid, [f] quod vineas
offendat. igitur si unum genus severimus, quum id
acciderit, quod ei noxium [g] est, tota vindemia pri-
vabimur. neque enim ullum erit subsidium, cui [h]

CAP. XX. (a) *ulla* I. B. Br. R. deinde *nota* Rr. (b) *enim* deficit I. B. Br. R. (c) *quod humore proficit* om. I. B. Br. R. S. (d) *perurens* Goes. S. (e) *saporem* L. P. B. R. *soporem* I. Br. (f) *aliquod* I. B. R. Br. (g) *noxum* I. B. R. deinde *privabimus* S. (h) *cui diversarum notarum stirpes*

CAP. XX. *Sed et providentis*) Idem consilium dant Geoponica V, 16. Ceterum ex Sang. *et* addidi.

Sive enim siccus est) *Sive siccus est, id contristatur: seu pluvius quod siccitatibus gaudet* cum Edd. pr. Polit. *sive siccus est, vivo quod contristatur* etc. Tromb. *sive siccus est id quod contristatur, seu pluvius id quod siccitatibus gaudet* in suo legit Pontedera, qui mavult: *sive siccus est, sicco* (vel *siccitate*) *quod contristatur.*

Vredinis) A frigore igitur et pruina derivat uredinem. Plinius 21, s. 21: *rore nimio scabiem fieri, pruina uredinem.* Sed is de ovibus loquitur. Columella VII, 3, 25, gravedinem appellat. ubi vide notam. De frigoris et caloris effectu in vites et reliquas arbores varia sunt nomina morborum. Plinius 17, secl. 35, no. 4: *Proprium siderationis est sub ortu canis siccitatum vapor, quum insitae et novellae arbores moriuntur, praecipue ficus et vitis.* Quae totidem verbis babet Theophrastus C. P. V, 10. Morbum vocat ἀστροβολίαν, et vites sideratas ἀστροβλήτους. Astrum enim, ut Latini sidus, Graeci caniculam vocabant. Cum Theophrasto sentit praeceptor Aristoteles de Iuvent. et Senectute c. 6, qui contrarium frigoris effectum morbosum appellat σφακελισμόν. Geoponica V, 36, vites sideratas foliis subrubentibus agnosci monent. Sphacelismo denigrari radices inprimis monet Theophrastus H. P. IV, 16, quum rami oleae denigrantur, κράδος dicitur. De uredine gemmarum, frigore perustarum, vide infra ad IV, 9.

3 diversarum notarum stirpes non fuerint. Quod [i] si varii [k] generis vineta fecerimus, aliquid ex iis inviolatum erit, quod fructum perferat. Nec tamen ea causa nos debet compellere ad multas vitium varietates: sed quod iudicaverimus eximium genus, id quantae possumus [l] multitudinis efficiamus; deinde quod proximum a primo: tum quod est tertiae notae[m] vel quartae quoque :[n] eatenus[o] velut athletarum quodam[p] contenti simus tetradio. satis est enim per quatuor vel summum quinque genera vindemiae fortu-

non fuerint om. L. I. B. Br. R. S. (i) *Cui ad si* P. *quod si* L. Vulgo *At si.* (k) *varia vineta* I. B. R. *varii vineta* Br. (l) *possimus* P. *possimus multitudinis* Sang. postea *quod deinde* Br. (m) *notae* om. I. R. Br. R. Seng. (n) *quodque* ante Gesn. *quae* P. S. (o) *eatenus athletarum* L. Goes. *velut letarum* I. B. Br. R. S. Vulgo *lectarum.* (p) *quoddam* I. B.

Cui diversarum — fuerint) Heee verba recte ut Aldina cum Edd. pr. Polit. Tromb. et suo Codice damnat Pontedera in Curis post.

Proximum) Vrsinue malebat legi: *proximum. primo. tum quod* etc. recte, puto!

Tertiae notae etc.) *Tertiae vel quartae quodque* omisso *notae* Edd. pr. Polit. Caesen. Tromb. Ponted. Pro *quodque* Polit. *quae*, Tromb. Caesen. *que*, omittit Pontederae liber, unde *qualitatis* latere in ea lectione euspicatur Pontedera in Curie post.

Eatenus) Vulgatam: *eatenus velut lectarum quodam contenti simus tetradio* miris modis variant Edd. et libri ecripti. Vrsinus malebat legi: *eatenus ut lectarum.* vel ita: *vel quartae, quatenus velut lectarum.* Priorem coniecturam comprobari scriptura Goesiani libri *eatenus athletarum* putabat Schoettgen. *Tetradio* vulgato antea *tetartavo* substituit Gesner ex libris scriptis. Mihi contra additum *velut* indicare videtur comparationem aliquam, quae tamen in vulgari lectione non apparet. Igitur probo Goesiani lectionem. Haec quatuor genera vitium lectarum comparat cum athletarum quaternione, quibuscum pugnet vinitor contra tempestates varias. Audacior paulo oratio est Columellae; sed et in capite sequenti saepius ultra prosaicam orationem assurgit. Palladius III, 9: *Praeterea non est uno genere vitium omne pastinum conserendum, ne annus iniquus generi spem vindemiae totius exstinguat;* (*omnem excludat* Cresc.) *et ideo quatuor aut quinque eximii generis sarmenta pangemus.* ubi Pontedera ex h. l. corrigit: *eximiorum generum.* recte! Forte aliam emendationem suggeret locus geminus supra III, 9, 5: *nos quoque pari ratione velut olympionicarum equarum ita feracissimarum Aminearum seminibus electis largae vindemiae spem capiamus.* — Ex lectione Caesen. *velut lyrarum quodam — tetracko* Pontedera coniicie-

nam opperiri. De altero, quod mox proposueram, 4
nihil dubito, quin per species digerendae vites disponendaeque[q] sint in proprios hortos, semitis[r] ac decumanis distinguendae: non quod[s] aut ipse potuerim a meis familiaribus hoc[t] obtinere, aut[v] ante me quisquam eorum, qui quam[x] maximè id probaverit,[y] effecerit.[z] est enim omnium rusticorum operum difficilli-

Br. R. deinde *contempsimus tetradeo* I. B. Br. R. *contemsimus tetradio* L. *quodam tetradeo* P. *tetradeo* etiam Goes. *quodam conten simus tetardeo* Sang. *tetortaeo* aliae. (q) Ita pro *deponendae* ex I. B. Br. R. L. Goes. S. Gesner. (r) *seminis* I. B. Br. R. (s) Vulgo *nec quod — potueram. aut* ante *ipse* ex Sang. addidi. (t) *hoc* ex P. S. addidi. *optinere* Br. (v) Ita pro *ut* P. S. (x) *quam* om. I. B. Br. R. *qui* om. Sang. *qua* P. (y) *probabit* I. B. Br.

bat: *velut lyrarum quodam — tetrachordo.*

Opperiri) Malim *experiri*; quod verbum postulat comparatio athletarum. Alia metaphora utuntur Geoponica: τὸ γὰρ ἐπὶ μιᾶς ὁρμᾷν σφαλερόν. quem locum pessime verti video. Verte: *neque enim navis una ancora satis tuto firmari potest.* Sed opperiri defendi potest. Ita III, 9, 5: *feracissimarum seminibus electis largae vindemiae spem capiamus.*

Semitis) Palladius l. c. *sed maxime expediet genera tabulatim disponi et decumanis dividi nisi deterreat operis difficultas.* Plinius 17, s. 35, no. 7: *Vineas limitari decumano XVIII, pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum transitus, aliisque transversis limitibus denum pedum distingui per media iugera. Aut si maior modus sit, totidem pedum cardine, quot decumano limitari. Semper vero quintannis semitari, hoc est, ut quinto quoque palo singulae iugo paginae includantur.* ubi veram lectionem *semitari* restituit Brotier ex libris scriptis, pessime ab Harduino mutatam in *seminari*. Spatium quintano limite inclusum dicitur pagina, gallice *la Perchée*, uti annotavit Brotier. Semitas dixit Columella, quos Plinius *quintanos*. Tabulas Palladius, quos Columella hortos.

Decumanis) Decumanos iterum noster dicit IV, 20, 5. XII, 43, 2. Plinius 17, 22. Festus: *Decumanus appellatur limes, qui fit ab ortu solis ad occasum; alter ex adverso currens appellatur cardo.* Servius ad Georg. I, 126, male docet discrimen, de quo vide Scriptores Agrimens. p. 14, et Salmasium ad Solin. p. 475.

Non quod ipse potuerim) Ita sententia postulante scripsi pro *nec quod ipse potueram.* Vrsinus malebat: *neque id ipse potui tamen — probarunt.* Gesnerus *potuerim* scribi, reliqua servata ita explicatione adiuvari vult: *nec* ideo non dubito, distinguendas esse vites, *quod* (i. e. quasi) *ipse potuerim a meis familiaribus obtinere, ut* distinguerent semina, *aut quod quisquam — probaverint, effecerit. — Potuerim — hoc obtinere* ex Codice suo, *hoc* ex eodem, Polit. Caesen. Tromb. affirmat Pontedera, deinceps *aut ante me* ex iisdem 4 libris; postea *probavit*

mum, quia et summam diligentiam legendis desiderat seminibus, et in his[a] discernendis[b] maxima[c] plerumque felicitate et prudentia opus est; sed interdum (quod ait divinus auctor Plato) rei nos pulchritudo trahit vel ea consectandi, quae propter infirmitatem commor-
5 talis[d] naturae consequi nequeamus. Istud tamen, si aetas suppetat,[e] et scientia facultasque cum voluntate congruant,[f] non aegerrime perficiemus:[g] quamvis non[h] minimo[i] aetatis spatio perseverandum[k] sit, ut magnus numerus per aliquot annos discernatur.[l] neque enim omne tempus permittit eius rei iudicium. nam vites, quae propter similitudinem coloris aut trunci flagellorumve[m] dignosci nequeunt, maturo fructu foliisque declarantur. quam tamen diligentiam nisi per ipsum
6 patremfamilias[n] exhiberi posse non affirmaverim. nam credidisse villico[o] vel etiam vinitori, socordis[p] est, quum, quod longe sit facilius,[q] adhuc perpaucissimis

R. S. (z) *efficerit* Goes. (a) Vulgo est *et nonnihil disc.* Mecom Goes. Sang. *et in disc.* I. B. Br. R. *et in nihil disc.* Pol. *et nihis* ex Sang. Gronov. (b) Vulgo addita *in quo* om. I. B. Br. R. S. (c) *maxime pleraque foelic.* I. B. Br. R. *plerique* Sang. sed deesse ait Gr. (d) *commortales* I. B. Br. R. (e) *suppetat, facultasque sciacum* R. (f) *congruat* I. B. Br. R. deinceps *aegerime* Br. (g) *perficiamus* I. B. Br. R. (h) Volgo additum *omnino* om. Br. Goes. Sang. (i) *minima* A. G. Gr. H. (k) *perseverandum. Sed ut* I. B. R. L. (l) *digeratur* Goes. S. (m) *flagellarumve* G. (n) *patrem familiae* I. B. R. (o) *villicis* I. B. *vilicis* R. *vilici* P. S. deinceps *vinitoris* Sang. (p) Ita pro *secordis* I. B. Br. R. S. *socordia* ex Sang. Ernesti. (q) *facillius* R. deinceps *contingerit* Br.

omisso *quam* restituit ex Edd. pr. Polit. et suo libro.

Seminibus, et in his disc.) *Seminibus, et in discernendis maxima plerumque felicitate et prudentia est opus* liber Pontederae. *in quo* omittit etiam Polit. et *et in nihil discernendis* habet, unde Pontedera corrigit: *seminibus, et in his discernendis maxima plerumque felicitate et prudentia opus est.*

Et in his discernendis maxima) Ita locum ex vestigiis varietatis optimorum librorum redintegravi. Vulgo erat: *et nonnihil discernendis; in quo maxima.* nulla plane sententia.

Consectandi) Nescio an bene habeat. Malim *ut ea consectemur.*

Commortalis) Vix feram hoc vocabulum. Sed locum Platonis nondum reperi.

agricolis contigerit, ut nigri vini stirpe careant, quamvis color uvae possit vel ab imprudentissimo deprehendi.

XXI. Illa tamen una[a] mihi ratio suppetit, celerrime quod proposuimus efficiendi, si sint veteranae[b] vineae, ut separatos surculos[c] cuiusque generis[d] per singulos hortos inseramus: sic[e] paucis annis multa nos millia malleolorum[f] ex insitis percepturos, atque ita discreta semina per regiones consituros nihil dubito. Eius por- 2
ro faciendae rei nos utilitas multis de causis compellere potest: et ut a[g] levioribus incipiam, primum, quod in omni[h] ratione vitae non solum agricolationis, sed cuiusque disciplinae prudentem delectant impensius ea, quae propriis generibus distinguuntur, quam quae passim velut abiecta et quodam acervo confusa

Cap. XXI. (a) *unum* Br. (b) *veteraneae* I. B. Br. R. (c) Ita emendat Pont. ex suo libro, quem sequor; Schneid. cum Vrs. *ut separatim surculis* omisso *per* in seqq. Vulg. *separatorum surculorum*; *separatos sulcorum* I. B. Br. R. *separatim* Lips. *T.* (d) omittitur *per* in vulg.; habent Edd. pr. et cod. Polit. (e) *si* I. B. Br. R. (f) *maleorum insitis* Eaedem. (g) *albioris* Lips. (h) Vulgo *ad omnem rationem*. P. *omne ratione*. (i) *consitum* om.

Stirpe careant) *Stirpem calleant* Pontedera emendat. Vulgatam defendebat Gesner, quasi hoc maxime agricolae curandum sit, ut stirpe vini nigri quasi pessima careat. Nigram vitem in Italia repudiat et ad provincias relegat Palladius I, 6, 9. Itaque Columella hanc sedulo eligi et removeri iubet, etsi concedit simul, difficillime agnosci omnes; ideoque paucos agricolas carere nigra vite.

Cap. XXI. *Separatim surculis*) Palladius III, 9, 11: *Quod si est vetus vinea, singulorum generum surculis tabulatim poterimus inserere; et facile hoc genus colendi, quod est pulchrum atque utile, consequemur.* qui locus plane confirmat emendationem Vrsini, quam recepi. Erunt tamen, quibus magis placeat lectio librorum *singulos per hortos inseramus*. Sed tum quoque corrigendum est *separatim surculos*. Infra sect. 9: *qui genera per hortos separat.* Plinius 17, sect. 35, no. 16: *Genera separari ac singulis conseri tractibus utilissimum. Mixtura enim generum etiam in vino, non modo in musto discors: aut si misceantur, non alia quam pariter maturescentia iungi necessarium.* In Palladio Lugd. Codex cum Brusch. habet: *Quod si est* (ut te deterreat operis difficultas), *veteres vineas* etc.

In omni ratione) Ita dedi ex vestigiis Polit. lectionis pro *ad omnem rationem* quod ferri non potest.

3 sunt. Deinde quod vel alienissimus rusticae vitae, si in agrum tempestive [consitum[i]] veniat, summa cum voluptate naturae benignitatem miretur, quum istinc[k] Bituricae fructibus opimae,[l] hinc pares iis helvolae respondeant: illinc arcelacae, rursus illinc spioniae[m] basilicaeve[n] conveniant, quibus alma tellus annua vice velut aeterno quodam puerperio laeta[o] mortalibus distenta musto demittit ubera. Inter quae patre[p] favente Libero foetis[q] palmitibus vel generis albi[r] vel flaventis ac rutili[s] vel purpureo nitore micantis, undique versicoloribus pomis gravidus collucet[t] autumnus.

4 Sed haec quamvis[v] plurimum delectent, utilitas tamen vincit voluptatem. Nam et pater familias[x] libentius ad spectaculum rei suae, quanto est ea luculentior, descendit; et, quod de sacro numine poëta dicit, *Et quocunque deus circum caput egit honestum*, verum[y]

I. B. Br. R. S. Tromh. Pant. (k) *stringi biturica fr. opimis, hia paribus ehio* (*helvo* Lips.) *respondent* (*respondit* R.) *illinc arcela cursus, illino spione valiscene convertant: quibus* I. B. Br. R. Lips. (l) *opimis* etiam Goes. *opinis* S. *his paribus helva* Sang. Postea vulgatum *arcellae* correxi cum Beroaldo. deinde *respondent* ex Sang. annotavit Gron. (m) *spione* etiam P. *spionae* S. (n) *valisceve* P. S. *valiscive* Lips. (o) *laetam hartibus distamusto damit ubera.* I. B. Br. R. Lips. (p) *patre* addidi ex Goes. Sang. (q) *petis* I. B. Br. R. L. (r) *alvi* I. B. Br. R. (s) Ita ante Gesn. qui *rutuli* dedit laudata Commel. et Steph. (t) *collatet* I. B. Br. R. *conlocet* L. (v) *quamvis delectant* I. B. Br. R. *quamvis plurimi delectant* P. (x)

Tempestive consitum) Recte libri optimi omittunt *consitum*. Tempestivitas enim sationis hic nihil facit ad voluptatem spectantis, sed si tempestive veniat spectatum varios fructus. Interim inclusi. Broukhusius levi mutatione corrigebat: *tam festive consitum*. Ita tolerari potest *consitum*. — Damnato *consitum* ex Edd. pr. Tromb. et suo libro *apimis — paribus* restituit, deinceps ex Trombell. lectione *arcellatae* efficit *arcellacae* Pontedera. Postea varietates Codd. *vallisse, vallisceae, baliscaeve* affert, et lectionem Edd. pr. *illinc arcela cursum — valisceve convertant* egregie mutatam in *visus — convertant* tuetur; denique *patre* nobiscum ex Trombell. addit.

Puerperio laeta) Non dubito veram esse Vrsini correctionem, legentis *foeta*, et deinde *foetis palmitibus* substituentis *laetis palmitibus*.

Collucet) Noster X, 293: *collucent foetibus horti.* Sed nimis hic Columella poëtico ingenio indulsit!

Poëta) Georg. II, 392; post verba

quocunque domini praesentis[x] oculi frequenter acces-
sere,[a] in ea parte maiorem in modum fructus exube-
rat. Sed omitto illud, quod indescriptis[b] etiam vitibus
contingere potest: illa quae sunt maxime spectanda,
persequar. Diversae notae[c] stirpes nec pariter deflo- 5
rescunt, nec ad maturitatem simul perveniunt. Quam
ob causam, qui separata[d] generibus vineta non habet,
patiatur alterum incommodum necesse est, ut aut[e]
serum fructum cum praecoque elevet, quae res mox
acorem facit; aut si maturitatem serotini exspectet,
amittat vindemiam praecoquem, quae plerumque po-
pulationibus volucrum pluviisque aut ventis lacessita
dilabitur. Si vero interiectionibus[f] capere[g] cuiusque 6

paterfamiliae I. B. R. S. (y) *Dero* P. (z) *praesenti et oculi* L. (a) *accersere* P. (b) *in descriptis* divis. omnes a. Gesn. (c) *nota est ripee* L. (d) *sperata* R. *seperata* L. (e) *aut fructum praecoquem elevet* I. B. Br. R. *serum* omitt. aliam S. deinde Idem S. *expectes* habet. *fructum tam praecoque elebat* L. (f) *interiectionibus fructum carpere genus vetat*, (*veris* L. *vectat* L.) *primum negligentiae vindemiatoris aleam* I. B. Br. R. *interiectionibus fructum capere primum consuerit negligentiae vindemiatoris* Sang. Vulgo erat: *interiectibus capere cuiusque generis fructum aveat*, *primum necesse est*, *ut vindemiatorum aleam subeat*. *interiectionibus* etiam Goes.

poëtae *verum* non habet quo referatur. Equidem delendum esse censeo; aut verba quaedam exciderunt. Si longior parenthesis intercessisset, compararem cum graeco δὴ, quod orationem antecedentibus adnectere solet. Morgagni post *verum* semicolon poni, aut ita legi volebat: *honestum: verum quocunque — accessere: in ea parte:* ita post *verum* intelligamus *est*, post *in ea vero enim*. Forte fuit, *honestum, verum etiam in agricolatione — quocunque* etc.

, *Indescriptis*) Opponit discretis seminibus. Vulgo male separate *in descriptis*, de quo vitio admonuit Vrsinus, Pontedera et Gesner. Malim tamen cum Pontedera *indiscretis*, quae ab *indescriptis* diversae et huic loco aptae sunt.

Elevet) Gesnerus malebat *levet*. Possis etiam ex Palladio *legas* corrigere.

Acorem facit) Palladius l. c. *Ita et maturitatis et floris tempora, quae in vite diversa sunt, suis temporibus opportunius obtinere poterimus. Nec parvo constabit, si legatur maturitas cum acerbitate; dispendiosum enim unius tempestivam vindemiam sequi permistu cruditate vitiosam, et alterius seras maturitates exspectare damnificum.* Ita enim locus ille legi debet.

Interiectionibus) In hac forma consentiunt libri optimi; igitur vulgatae *interiectibus* substitui, at *negligentiae* inserui indidem.

generis fructum aveat, primum necesse est, ut negli-
gentiae vindemiatorum aleam[h] subeat: neque enim
singulis totidem antistites[i] dare potest,[k] qui observent,[l]
quique praecipiant, ne acerbae uvae [cum[m] maturis]
demetantur: deinde etiam quarum vitium maturitas
competit, quum diversae notae sint,[n] melioris gustus ab
deteriore corrumpitur, confususque in unum multarum
sapor vetustatis impatiens fit. atque ideo necessitas co-
git agricolam musti annonam experiri:[o] quum plurimum
pretio accedat, si venditio vel[p] in annum vel in[q] aestatem
7 certe differri[r] possit. Iam illa generum separatio[s] sum-
mam commoditatem habet, quod vinitor suam[t] cuique
facilius putationem reddet, quum scit cuius notae sit
hortus, quem deputat:[v] idque in vineis[x] consemineis
observari difficile est; quia maior pars putationis per
id tempus administratur, quo vitis neque folium no-
tabile gerit. At[y] multum interest, pluresne an paucio-
res materias pro natura cuiusque stirpis vinitor sum-
mittat, prolixisne[z] flagellis incitet, an[a] angusta puta-
8 tione vitem coërceat. Quin[b] etiam quam[c] caeli partem

et L. (g) *carpere* I. I. (h) *alacam* Iens. Br. (i) *antistiores*. P. L. *antistores possit dare* Sang. (k) *possit* I. B. R. Br. (l) *observent praecipiantque* I. B. Br. R. (m) *cum maturis* omitt. I. B. Br. R. S. (n) *si non* P. (o) Ita pro *expedire* I. B. Br. R. Goes. L. S. (p) *vel* deest I. B. R. Br. (q) *in* deest I. B. R. (r) *deferri* al. I. B. Br. R. Goes. S. cum Gesn. (s) *seperatio* R. (t) *cuique facilius suam* I. B. Br. R. (v) Ita pro *deputet* S. I. B. R. Br. (x) *non* adiiciunt praeter I. B. Br. R. Saog. Gesn. *cons. vineis* Br. (y) *Ac post* I. B. R. recte Br. quae postea *pluris — paucioris*. (z) *prolisve* R. Vulgatum *prolixisve* correxi. (a) *an* defic. I. B. Br. R. S. (b) *Quin etiam* omitt. I. B. Br. R. *Quam coeli quam* Saog. *spectet* S. Vulgo

Antistites) Ita *artium antistites* dixit XI, 1, 10.

Experiri) Vulgo pessime *expedire* legebatur. Est primo quoque tempore et pretio vendere.

Quum scit) Vrsinus malebat *sciet*. Eodem auctore ex optimis Edd. reposui *deputat* pro *deputet*. Deinde vulgo interpositum *non* ante *consemineis* recte earundem Edd. auctoritate confisus omisit Gesner.

Neque folium) Pontedera haec de autumnali putatione dici monet, et addendum *neque fructum*. Gesner tamen vulgatum simplex *neque* interpretatur *ne quidem*.

spectet genus quodque vineti plurimum refert. neque enim omne[d] calido statu, nec rursus frigido laetatur; sed est proprietas in surculis, ut alii meridiano axe[e] convalescant, quia rigore[f] vitiantur; alii Septentrionem[g] desiderent, quia[h] contristantur aestu; quidam temperamento laetentur Orientis vel Occidentis. Has 9
differentias servat pro situ et positione locorum, qui genera per hortos separat.[i] Illam quoque non exiguam sequitur utilitatem, quod et laborem vindemiae minorem patitur et sumptum. nam ut quaeque[k] maturescere incipiunt, tempestive leguntur, et quae nondum maturitatem ceperunt uvae, sine dispendio dif-

spectat. (c) *coeli quam* I. B. Br. S. *caeli quamquam* P. (d) *omni* omnes a. Gesn. (e) *ac se* P. *ac si* L. (f) *sunt calidiores: alii* I. B. Br. R. *nos calidiores: alii* P. *nisi calidiores alii* L. *sincaloriores* Sang. (g) *septentrione* P. (h) *qui* P. (i) *seperat* R. (k) Ita pro *et quae* scripsi. *nam ut quae virescere* Sang. *putrescere* (*qui rescere*) Pol. *putrescere* etiam Rob.

Neque enim omne) Ita pro *omni* corrigi iussit Vrsinus, Pontederaque, atque ita fecit Gesner.

Rigore vitiantur) Etsi libri optimi omnes habent: *quia sunt calidiores*; relinquendam tamen censui vulgatam propter concinnitatem orationis. His enim respondent verba: *quia contristantur aestu.* Ita enim scribendum erat, non ut vulgo legitur, *contristentur.* Rigor dicitur pro frigore, ut IX, 14, 7: *rigoris quam recentissimi aqua.* Scilicet est graecum ῥῖγος. Pontederae tamen aliter visum est de vulgata, quam cum librorum lectione ita copulari posse putat, ut legamus: *quia, nisi calidiore, vitiantur,* si scilicet verbum *vitiantur* sit antiquum, nec ab Aldo profectum.

Vtilitatem) Palladius: *huic commodo adiicitur, quod pro generum diversitate per gradus accedente vindemia minor operarum numerus eam poterit expedire, et generatim condere, ac melius puri sapores sine luctamine alterius generis unaquaeque vina servare.* ubi Crescent. *puro sapore sine admixtione* alterius generis. Ex Palladio videtur h. l. legi debere *generatim* pro *separatim.* Contra rationem Columellae monuit Sprenger in Vinearum cultura p. 177, vites durioris folii ante molliorem positas excipere ventos et grandinem, et facile vicinam defendere a frigore.

Nam ut quaeque) Hoc effeci ex lectione Sangerm. *nam ut quae virescere.* Vulgo *nam et quae maturescere.* Sed nunc video Heinsium Advers. III, p. 459, laudare ex Sang. *quiresgere.* In Polit. est similiter *quirescere.* unde Heinsius efficiebat *quaeque viescere.* non improbabiliter. Similis varietas est XII, 15, sect. 1, ubi vide notam. — *uam ut quae quirescere* Polit. *nam ut quaeque virescere* Tromb. *nam ut*

10 feruntur. nec pariter vietus[l] atque tempestivus fructus praecipitat vindemiam, cogitque pluries[m] operas quantocunque pretio conducere. Iam et illud magnae dotis est, posse gustum cuiusque generis non mistum sed vere merum condere, ac separatim[n] reponere, sive est ille Bituricus, seu basilicus, seu spionicus.[o] quae genera quum sic diffusa[p] sunt, quia nihil intervenit diversae naturae, quod repugnet perpetuitati,[q] nobilitantur. neque enim post annos quindecim vel paulo plures[r] deprehendi[s] potest ignobilitas in gustu: quoniam[t] fere omne vinum[v] eam qualitatem sortitum est,[x]
11 ut vetustate acquirat bonitatem. Quare, ut dicere instituimus, utilissima est generum dispositio; quam si tamen obtinere[y] non possis, secunda est ratio, ut diversae notae non alias conseras[z] vites, quam quae

Steph. iussu Victorii in Emendandis. (l) Vulgo *vetus*. (m) *pluris* Br. unde sect. 9 *eumptum* restitui. deinde *precio* Br. (n) *separatum* Br. *basiliscus* Br. (o) *epinosue* I. B. Br. R. L. *baliscus epiniosus* Sang. (p) Ita pro *divisa* ex I. B. Br. R. Gesner. Sic etiam Sang. (q) Vulgo *repugnet*, *per potue tamen*. I. B. Br. R. *perpetue tamen*. Lips. *perpetuus* Sang. *perpetus*. (r) *paulo pluris* Br. Vulgo *paullo*. (s) *deponendi* L. deinceps *poecit* I. B. Br. R. Lips. (t) *cum* I. B. Br. R. (v) Vulgo interiecta: *post id tempus* om. L. I. B. Br. R. S. (x) Ita pro *cortitur* I. B Br. R. S. (y) *optinere* Br. (z) *conserie* P. *vitis* Br. (a) *Posses* I. B. Br. R. *posset* P.

quaeque maturescere Ponted. liber; unde vir doctissimus *nam ut quaeque mitescere incipiunt* corrigebat in Curis post.

Vietus) Hoc debeo ingenio Heinsii pro *vetus*. Ita XII, 15: *ficus neque vieta nimium neque immatura legi debet*.

Spionicus) Beroaldus ex antiquo *spinosus* effecerat *spionius*.

Diffusa) Recte hanc Edd. primarum lectionem restituit Gesner. Reliquae *divisa*: nullo sensu.

Perpetuitati) Vrsinus vulgatum *per potus tamen nobilitantur* corrigebat: *per vetustatem* aut *perpetuitate nobil.* Vini perpetuitatem habes infra IV, 20, 1. Posteriorem Vrsini rationem probabat Gesner. Mihi contra videtur perpetuitate vinum vix dici potest nobilitari, sed vetustate, si perpetuum sit. Vt vero sit perpetuum, et vetustate nobilitari possit, efficere Columella h. l. voluit separando unoquoque vitis genere, et diffundendo musti sapore, ne quid sit, quod perpetuitati repugnet. Igitur aliam excogitavi lectionem, quam in oratione positam vides.

Obtinere non possis) Palladius l. c. *Hoc si difficile videbitur, non alias si-*

saporem consimilem, fructumque maturitatis eiusdem praebeant. Potes[a] iam, si te cura pomorum tangit,[b] ultimis ordinibus in ea vineti fine,[c] qua subiacet septentrionibus, ne quum increverint obumbrent, cacumina ficorum pirorumve et malorum depangere, quae vel inseras[d] interposito biennii spatio, vel si generosa sint, adulta transferas. Hactenus[e] de positione vinearum. Superest pars antiquissima, ut praecipiamus etiam cultus earum, de quibus sequenti volumine pluribus disseremus.[f]

Sang. (b) *tangat* I. B. Br. R. S. (c) *fine vineti* Br. deinde *quae* Br. (d) *velim seras* Sang. (e) Ita Sang. pro *Haec.* (f) *dixerimus* Lips. pro *disserimus.*

mul conseras, quam quae et sapore et flore et maturitate conveniunt. unde suspicor floris mentionem h. l. excidisse.

Potes iam) Malim *Potes etiam.*

Obumbrent) ne solem arceant, si contra meridiem ponantur. Igitur Cato etiam populos ulmosque in ea villae parte seri iubet, quae septentrioni sit obversa, ne obumbrent. Plinius 17, s. 18: *ficorum levis umbra, quamvis sparsa; ideoque inter vineas seri non vetantur.* Quas arbores vineis seu arbustis interserere liceat, disputat Theophrastus C. Pl. III, 15.

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE

DE RE RVSTICA

LIBER QVARTVS.

I.

Quum de vineis conserendis librum a me scriptum, Publi Silvine, compluribus agricolationis studiosis relegisses,[a] quosdam repertos esse ais,[b] qui caetera quidem nostra praecepta laudassent, unum tamen atque alterum reprehendissent: quippe seminibus vineaticis nimium me profundos censuisse fieri scrobes adiecto dodrante[c] super altitudinem bipedaneam,[d] quam Celsus et Atticus prodiderant;[e] singulasque viviradices singulis adminiculis parum prudenter contribuisse, quum permiserint iidem[f] illi auctores minore sumptu geminis materiis unius seminis[g] diductis duo continua
2 per ordinem vestire pedamenta: quae utraque repre-

VARIETAS LECTIONIS.

Librum quintum numeral L. el Sang. Codd. cum Edd. primis.

Cap. I. (a) *praelegisses* coni. Broukh. (b) *ais* defic. P. L. S. (c) *adrantei* P. *adrantici* L. (d) *bipedaneum* P. (e) *prodiderunt* I. B. R. Br. (f) *idem* B. R. *idem illa* Ieus. Br. *iisdem* Gr. (g) *materiis unius seminis* ex

Cap. I. *Geminis materiis unius seminis*) Emendalionem debes Sangerm. Vulgo *gemmis diductis*. Gesner dedil *geminis*; addere saltim debebal ex Goesiano *materiis*. Cap. 2 initio: *quod minore impensa duos palos unius seminis flagellis censent maritari.*

Vtraque reprehensio avaram) Vocem *reprehensio* addidi ex Goes. el Sang. *avaram* effeci ex lectione Polit. et Sang. *abiaram*. Vulgo *ambiguam* inepte legitur.

hensio [h] avaram [i] magis habet [k] aestimationem, quam veram. Etenim (ut quod prius proposui, prius refellam) si contenti bipedanea scrobe futuri sumus, quid ita censemus altius pastinare tam humili [l] mensura vitem posituri? Dicet aliquis, ut sit inferior tenera subiacens terra, quae non arceat, nec duricie [m] sua repellat novas irrepentes radiculas. Istud [n] quidem contingere 3
potest etiam, si ager bipalio [o] moveatur, et deprimatur scrobis [p] in regesto, quod est fermentatum, plus dupondio [q] semisse. nam semper in plano refusius [r] egesta

Sang. addidi. *gem. materiis ductis* Goes. *gemmis deductis* I. B. Br. R. (h) *reprehensio* ex Sang. Goes. addidi. (i) Ita Sang. pru *ambiguam*. Scilicet is babet *abiaram* cum Pol. (k) Ita pro *habent* P. Goes. Sang. Post vulgatum *ambiguam* Lips. addit: *nisi antiquitus ita dicere solitus erat.* (l) *humilis mensura vite imponitur* L. (m) *duricia* B. R. *duritie* Iunt. A. *duritia* H. Ald. secund. *irrepentis* Br. (o) *At istud* Codex Vrsini. (o) *bipedalio* P. (p) Ita Saog. pro *deprimentur semina*. I. B. Br. R. Lips. *scrobis*. (q) *dipondio* I. B. Br. R. *depondeo* L. (r) *refusos*: *sed* L B. Br. R.

In plano) Supra III, 43 de acclivi agro: *vix iustum pastinationi praebet regestum, nisi multo editiorem ripam quam in plano feceris.* Idem XI, 3, 5: *resolutaque humus, quae erat autumno regesta.* Ita et *regerere radices in summum* III, 11, 4. Haec loca ob oculos posui lectori, quo rectius de vitiosa huius loci lectione iudicaret. Vulgatam distinctionem: *potest, etiamsi ager bipalio moveatur* mutavit Gesner, ita, ut ante *etiam* distinctionem poneret, atque ita locum obscurum dilucidari putavit. Reliqua sic interpretatur: Illud contingere potest etiam in scrobe duorum pedum et semissis, si ager bipalio moveatur; sic enim fermentatum solum, et ipsa pastinatione ac regestione intumescens altius est dupondio, id est, duobus pedibus et semisse, relinquitque adeo tamen radiculis locum quo irrepant. Sed mihi vir doctus a sententia loci aberrasse videtur, errore lectionis vulgatae seductus. Pastinari terram et in pastinata scrobes fieri iussit Columella in pedes duos et semissem, in plano quidem agro. Quam scrobum altitudinem quidam nimis profundam censentes bipedanea contenti erant. Ex quibus quaerit Columella, quare tam alte pastinare censcant tam humili scrobe contenti. Illi vero respondent teneram plantis terram esse subiiciendam, quae radiculas repentes recipiat. Quibus regerit Columella, ita non opus est pastinato dupondii et semissis, si contenti esse velint scrobe bipedanea; nam in pastinato etiam solo infra altitudinem dupondii et semissis scrobem bipedaneam deprimi posse ita, ut tantum tenerae humi plantae subiiciatur, quantum sit satis, quoniam regesta humus quasi fermento aliquo intumescat. Puto itaque, post *bipalio* deesse *tam*

humus[s] tumidior[t] est, quam gradus soli crudi. Nec[v] sane positio seminum praealtum sibi[x] cubile substerni
4 desiderat: verum abunde est semipedaneam consitis resolutam vitibus terram subiicere,[y] quae velut hospi-

L. Goes. Sang. (s) *humo* I. B. Br. R. (t) *humidior* Eaedem. (v) *Quam sane* Sang. (s) Ita Sang. punctis tamen voci *sibi* suppositis. Vulgo *sibi altum.* I. B. Br. R. *post altum.* (y) *subiacere* I. B. Br. R. (z) Ita pro

alto non moveatur; nisi statuas, bipalium significare pastinationis altitudinem ad duos pedes et semissem, quod equidem comparatis locis scriptorum omnibus nego. Vide ad Libr. de Arboribus cap. 1, sect. 5. Sententia igitur est haec: etiam si ager ad altitudinem duorum et semis pedum non pastinetur, potes tamen scrobem deprimere plus etiam dupondio et semisse in regesto, ita, ut tenera adhuc humus supposita sit semipedis altitudine deponendae plantae. Nam humus regesta fermento intumescit plusquam gradus soli crudi. Gradum interpretatur Gesner, quantum effodi uno gradu potest. Videamus loca nostri. Igitur XI, 3, 10: *si depressius pastinetur solum eiusque abunde est gradum effodere tribus pedibus, ut in quatuor consurgat regestum.* Vides, fermentum pedis unius accedere tribus pastinationis. Ita etiam Plinius 17, s. 35, no. 4, alto ternos pedes bipalio pastinationibus tribuit quaternûm pedum regestum. Sed gradum in loco Columellae pessime Gesner interpretatur altitudinem seu profunditatem, in quantam uno nisu fossor palam imprimit. Quod clarius apparet ea loco III, 13, 10: *non sulcum paulatim exaltare et ita secundo vel tertio gradu pervenire ad destinatam pastinationis altitudinem; sed protinus aequaliter linea posita rectis lateribus perpetuum fossam educere — tum per omne spatium gradus aequaliter movenda linea est.* ubi manifesto *gradus* significat omnem altitudinem sulci effossi. Nunc redeamus ad locum nostrum, ubi humum regestam semper ait Columella tumidiorem esse quam gradum soli crudi. quae si cum Gesnero interpreteris: humum regestam esse tumidiorem quam quantum fossor uno gradu effodere possit crudi soli, Columella non solum ineptam fermenti mensuram, sed et falsam posuerit. Igitur gradus crudi soli est altitudo crudi soli in ripis sulcorum conspicua. unde humus est regesta. Hanc igitur semper humus regesta superat. Mensuram Columella accuratius definire omisit, quam tamen altero loco XI, 3, 10, posuit. Verba. *refusius egesta* vitiosa esse suspicor; et libri optimi habent *refusos sed egesta.* Inepte enim refusius egeri dicitur humus. Forte fuit *effossa et regesta humus.* Nam regeri debet humus in sulcum, ut appareat, tumidiorem esse quam crudum solum. Iudicent peritiores! Possis etiam *refossa* legere. — *Deprimantur scrobis* Edd pr. Polit. Ambr. Ponted. *scrobes* Tromb. quam scripturam probat Pontedera in Cur. post. qui deinceps ea Edd. pr. lectione efficit: *nam semper in plano refusus ex egesta humo tumidior est.* Egregia emendatione! denique *praealtum sibi* ex Ambros. et *subiacere* ex Edd. pr. recte probat.

Praealtum sibi) Sang. libri lectio-

tali atque etiam materno sinu recipiat incrementa virentium. Exemplum eius rei capiamus in arbusto, ubi quum scrobes defodimus, admodum exiguum[*] pulveris viviradici subiicimus. Verior igitur causa est de- 5
pressius pastinandi, quoniam iugata vineta melius consurgunt[a] altioribus demissa[b] scrobibus. nam bipedanei[c] vix etiam provincialibus agricolis approbari possunt,[d] apud quos humili statu vitis plerumque iuxta terram coërcetur, quum[e] quae iugo destinatur,[f] altiore fundamento stabilienda sit,[g] si modo,[h] quando scandit excelsius, plus alimenti[i] terraeque desiderat. Et ideo in 6
maritandis arboribus nemo minorem tripedanea[k] scrobem vitibus comparat. Caeterum illa parum prosunt[l] agricolarum studio praecipua[m] commoda humilis po-

exigui Vrsinus. deinceps *viviradicis* I. B. R. recte Br. Postea *eum iugata* I. B. Br. R. (a) *consurgant* Eaed. (b) *dimissa* Eaed. (c) *bipedaneae* Eaed. S. (d) *possint* P. deinde *plerunque* Br. A. (e) *Cumque* omnes ante Gesn. (f) *destinetur* I. B. Br. R. Sang. (g) *et* om. I. B. Br. R. Sang. (h) *quando* add. Eaed. et Sang. (i) Ita pro *adiumenti* I. B. Br. R. A. Iunt. G. Gr. H. *alimentis* Lips. Postea vulgo *desiderat*. (k) *pedaneam* I. B. Br. R. Lips. *tripedaneam* Sang. Vulgo *bipedanea*. (l) *prudens* I. B. Br. R. L. Sang. (m) *esse* add. iidem libri et Edd. postea *fatigantur* vulgo. Mecum Sang.

nem hanc vulgatae *sibi altum* praeferebat etiam Drakenb. ad Livium T. II, p. 462.

Capiamus) Sang. *capimus*.

Bipedanei) Edd. principes *bipedaneae* et sic paulo post *tripedanea* legitur sine varietate. Similiter XII, 44, 4, *factae scrobi* sine varietate est. Servius ad Georg. II, 50. Lucanum ait contra artem foemineo genere dixisse scrobem. Idem tamen ad versum 288 Gracchi auctoritatem addit, cui inepte Ciceronis Oeconomica opponit.

Quum quae — desideret) Vulgatum *quumque* Vrsinus, *desiderat* emendavit Gesner. malim tamen ex libris optimis legere: *quando*, *si modo scandit — desiderat*. In libris *quando* fuit transpositum. Nunc video librorum Editorum principum et Codd. lectionem: *sit, si modo, quando scandit excelsius, plus alimenti terraeque desiderat*, unice probandam esse. — Hanc lectionem recepi. Schneider. ipse edidit: *stab. sit: et, si modo scandit*. T.

Minorem tripedanea) Ita recte Sang. Vulgo *bipedanea*. Vrsinus verum iam olim viderat.

Caeterum illa parum prosunt) Libri optimi habent: *parum prudens agricolarum studio praecipua esse commoda*. Sed ne sic quidem locum persanatum puto. Manifestum est novum Attici argumentum proponi et refelli. Forte fuit *prudenter* sc. praecipit Atticus, inserto deinceps *esse*. — *Caeterum*

sitionis, quod et celeriter adolescant semina, quae non fatigentur multo soli pressa pondere, fiantque[n] uberiora, quae leviter[o] suspensa sint.[p] Nam utraque ista Iulii Attici ratio convincitur[q] exemplo arbustivae positionis, quae scilicet multo validiorem fertilioremque stirpem reddit; quod non facerent, si[r] laborarent
7 altius demersa[s] semina. Quid,[t] quod repastinata humus, dum est recens soluta laxataque,[v] velut fermento quodam intumescit? quum deinde[x] non longissimam cepit[y] vetustatem, condensata subsidit,[z] ac velut innatantes radices vitium summo solo[a] destituit? Hoc autem minus accidit nostrae sationi,[b] in[c] qua maiore mensura vitis demittitur. Nam quod in profundo semina frigore
8 laborare dicuntur, nos quoque non[d] diffitemur. Sed non est dupondii[e] et dodrantis altitudo, quae istud efficere possit; quum praesertim, quod paulo ante retulimus,[f] depressior arbustivae vitis satio tamen effugiat praedictum incommodum.

(n) *fiant quae* P. (o) *leniter* Goes. Gr. *libenter* Lips. (p) Ita pro *sunt* I. B. Br. R. S. *fit* L. (q) *comminatur* I. B. Br. R. (r) Vulgo additur *non*. (s) *demersae* P. (t) *Quicquid repastinati* I. B. Br: R. (v) Ita pro *laxaque* I. B. Br. R. Goes. Sang. (x) *dein denuo* Goes. (y) *coepit* I. B. R. *congelavit* Lips. (z) *subsidii* I. B. Br. R. (a) *sole* Eaed. *innatantis radicis* Br. (b) *sacioni* Iunt. (c) *in* om. I. B. Br. R. L. Sang. *dimittitur* Br. (d) *non* om. I. B. Br. R. L. Sang. (e) *dipondii* I. B. Br. R. *dupundii* P. (f) *tulimus* I. B. Br. R. Vulgo etiam *paullo*.

illa parum prudenter — praecipua esse mecum coniicit Pontedera ex scriptura Edd. pr. Polit. Caesen. Tromb. et sui libri.

Fatigentur) Ita recte Sang. pro *fatigantur*. Et deinceps *suspensa sint* pro *sunt* posui ex libris optimis.

Si laborarent) Vulgo insertum *non* deleri iusserunt Vrsinus, Broukhus. et Pontedera. Ex Sang. *facere* pro *facerent* annotavit Gronovius.

Innatantes) Quinctilianus X, 7, 28: *innatans illa verborum facilitas in altum reducetur, sicut rustici proximas vitis radices amputant, quae illam in summum solum ducant, ut inferiores penitus descendendo firmentur.* Idem VII, 1, 45: *quibus cura in proximo est, haec velut innatantia videbunt*. ubi recte Burmann et Gesner graecum ἐπιπολάζειν compararunt.

Dupondii et dodrantis) Puto fuisse *et semissis*. Nam eam altitudinem scrobium in plano esse vult Columella.

II. Alterum illud, quod minori impensa[a] duos palos unius seminis flagellis[b] censent maritari, falsissimum[c] est. Sive enim caput ipsum demortuum est, duo viduantur[d] statumina, et mox[e] viviradices totidem substituendae[f] sunt, quae numero suo rationem cultoris onerant: sive vivit,[g] et ut saepe evenit,[h] vel nigri est generis vel parum fertilis, non in uno, sed in pluribus pedamentis fructus claudicat. quanquam etiam generosae[i] stirpis vitem sic in duos palos divisam rerum rusticarum prudentiores existimant minus fertilem fore; quia[k] cratem factura[l] sit. Et idcirco[m] veteres 2
vineas mergis propagare potius, quam totas sternere, idem ipse Atticus praecipit: quoniam[n] mergi mox facile radicantur,[o] ita ut quaeque[p] vitis suis radicibus

Cap. II. (a) *pensa* L. P. (b) *unius flagellissent* L. *flagelliscent maritari* P. *materiis* Cod. Vatic. ap. Ponted. (c) Ita pro *falsum* I. B. Br. R. L. Sang. (d) *induantur* I. B. Br. R. *videantur* sphalma Gr. (e) *vox* I. B. R. recte Br. (f) *substituenda* I. B. R. recte Br. (g) *lenit* I. B. Br. R. *linit.* L. *tenuit* Goes. S. (h) Ita pro *venit* Goes. S. (i) *genera* I. B. R. Br. (k) *qui* I. B. R. Br. (l) *fractura* I. B. R. Br. (m) *iccirco* I. B. Br. R. I. I. H. A. (n) Ita pro *quod* Saogerm. (o) *religentur* Br. *redigentur* Sang.

Vide supra III, 15, 2. Contra in acclivibus in dupondium et dodrantem ibidem scrobem deprimi iubet. De acclivi vero h. l. sermo non est. Ceterum Geoponica V, 12, quatuor pedum altitudinem in scrobibus probaot ideo, quod sol usque ad eam altitudinem modo penetret, nisi terra sit rimosa.

Cap. II. *Falsissimum*) Ita libri optimi, et deinceps *est* omittunt I. B. Br. R. Lips.

Viduantur) Primus ita emendavit Beroaldus vulgatam olim lectionem *induantur*.

Viviradices totidem) Quoniam experimento admonitus errorem corriget agricola, nec una porro viviradice ad duos palos diducta periclitabitur. Haec recte monuit Gesner.

Evenit) Ita recte Goes. pro *venit* quod emendari iusserat etiam Pontedera. Paulo antea pro *vivit* Sang. *tenuit* cum Goes. unice id probante Pontedera. Alii libri *lenit* seu *liniit.* in qua varietate quid lateat, nondum coniiciendo potui assequi; nec omnino intelligo, quid in vite nigra culpetur; etsi video, Palladium V, 6, 9, nigras vites repudiare et in provincias relegare; et supra noster III, 20, 6, paucis agricolis contigisse ait, ut nigri vini stirpe careant, etsi sedulo eam per vindemias annuas selegerint. Igitur eandem observationem etiam h. l. accommodandam esse puto.

tanquam propriis fundamentis innitatur. Haec autem,
quae toto est[q] prostrata corpore, quum inferius so-
lum quasi cancellavit[r] atque irretivit, cratem facit,
et pluribus radicibus inter se connexis angitur,[s] nec
3 aliter quam si[t] multis palmitibus gravata deficit. Quare
per omnia praetulerim duobus potius seminibus de-
positis, quam unico periclitari, nec id velut compen-
dium consectari, quod in utramque[v] partem longe
maius afferre possit dispendium. Sed iam prioris libri
disputatio repetit a nobis promissum sequentis exor-
dium.

III. In omni genere impensarum, sicut ait Graecinus, plerique nova opera fortius auspicantur, quam tuentur perfecta. Quidam,[u] inquit, ab inchoato domos

(p) *quae* P. (q) *est* ex Saug. addidi. (r) *congelavit* I. B. Br. R. (s) *an igitur* P. (t) *fit* coniicit Vrsinus. (v) *utranque* Br. Ald.

Cap. III. (u) *quidam ab inhoato* I. B. R. *inchoato* Br. *incohato* Ald. Iunt.

Cancellavit) Expressit Theophrasti καρκινοῦσθαι de radicum fibris multis et expansis, quod Plinius XVIII, c. 7, multis radicari fibris seu ramis interpretatus est, recte monente Scaligero ad Theophrastum p. 455.

Cratem facit) Palladius I, 6, 17, *cratem facere*, id est, stratum; iterum *prati cratem* Sept. X, 4, *favorum crates* Iunio VII, 1, baccarum alternae Novembr. XXII, 4. Graece Theophrastus hoc fibrarum implexarum radicis stratum ταῤῥὸν et ταῤῥοῦσθαι dixit. Quo non animadverso Gesner ineptissime cratem h. l. interpretatus est. Ceterum rationem intelliges, recordatus duo vitis crura multo plus alimenti ex aere attrahere atque inspirare, quam simplex, eoque radices mirum in modum augeri, ita, ut tandem fibris minutis implicatis cratem faciant seque ipsae angant.

Angitur) Palladius III, 16. *nam, ut ait Columella, quum totae stratae sunt, plurimis radicibus totius corporis fatigantur.*

Duobus potius seminibus) Plinius 17, s. 35, no. 4: *nec minus quam duos surculos integi oportet, et proximam attingi terram, eodem paxillo deprimi et spissari.* Postrema verba non intelligo. Brotier interpretatur, surculos non in media fossa et vacuo spacio seri, sed terram attingere. Malim huc trahere Columellae *iuxta latera erigi scrobis*.

Vtramque partem) *Vtraque parte* Sangerm.

Cap. III. *inchoato*) Edd. Iunt. G. *incohato*. Ita scilicet antiqui scribebant, non *inchoato*. Vide Gesneri Thes. L. L. Similis varietas in *cohors* et *chors*, de qua ad Varronem I, 13. Infra libro XII, c. 50 Bruschiana similiter habet *incohavimus*. Eadem XI, 2, 3, *incohabit*, et sect. 38 *incohatur*. ubi nullam

exstruunt, nec peraedificatis cultum adhibent. Nonnulli strenue fabricant navigia, nec consummata[b] perinde instruunt[c] armamentis ministrisque. Quosdam emacitas in armentis, quosdam exercet in comparandis[d] mancipiis: de[e] tuendis nulla cura tangit. Multi[f] 2
etiam beneficia quae in amicos contulerunt, levitate destruunt. Ac ne ista, Silvine, miremur, liberos suos nonnulli nuptiis votisque quaesitos avare nutriunt, nec disciplinis aut caeteris corporis excolunt[g] instrumentis. Quid iis[h] colligitur? scilicet plerumque simili genere peccari etiam ab agricolis, qui pulcherrime positas vineas, antequam pubescant, variis ex causis destituunt: alii sumptum annuum refugientes, et hunc 3
primum reditum certissimum existimantes, impendere nihil; quasi plane fuerit necesse vineas facere, quas[i] mox avaritia desererent. Nonnulli magna potius quam culta vineta possidere pulchrum esse ducunt. Cognovi iam plurimos, qui persuasum haberent, agrum bonis ac malis rationibus[k] colendum.[l] At ego, quum omne 4
genus ruris, nisi diligenti[m] cura sciteque[n] exerceatur, fructuosum[o] esse non posse iudicem, tum vel maxime vineas. Res enim est tenera, infirma, iniuriae maxime impatiens, quae plerumque[p] nimia laboret[q] ubertate;

G. Vulgo est: Nam quidam, ut *inquit*. Mecum L. P. Saog. (b) *consumata* I. B. Br. R. Iuol. (c) *instruuntur* P. *ut* addit L. (d) *comperandis* Br. (e) Ita pro *sed iisdem tuendis* I. B. Br. R. (f) *multa* Eaed. (g) *ut* add. P. Voluit *excoluntur*. (h) *his* I. B. Br. R. (i) *quam me* oescio uode Gesner laudat. *avaricia* Br. eadem postea *dicunt* pro *ducunt*. (k) *sationibus* Goes. (l) *esse* add. I. B. Br. R. (m) *diligentis* P. (o) *aeque* I. B. Br. R. (o) *fructui* Goes. I. B. R. Sang. *fructuosum* Br. Deinde *Rest est enim* Saog. (p) *plerumque* om. B. Br. R. (q) Vulgo *nimio labore et ubertate consumitur peritque*. Mecum Goes. et Saug. oisi qood ex Goes. laudatur *consumitur enim peritque* Lips. etiam *consumitur enim* omisso *peritque*, quod varietatem ex Edd. primis annotavit Gesner. Io Palladio I, 6, 15 Brusch. similiter *incohctur* habet. De *cohercere* vide ad Varroo. I, 17.

Iis colligitur) Edd. primae *his*. Malim *hinc*.

consumitur enim, si modum non adhibeas,[r] foecunditate sua. Quum tamen aliquatenus se confirmavit, et veluti iuvenile robur accepit, negligentiam sustinet.
5 Novella vero, dum adolescit,[s] nisi omnia iusta perceperit, ad ultimam redigitur maciem, et sic intabescit, ut nullis deinceps impensis recreari[t] possit. Igitur summa cura ponenda sunt quasi fundamenta, et ut membra infantium a primo statim die consitionis formanda: quod nisi fecerimus, omnis impensa in cassum recidat, nec praetermissa cuiusque rei tempestivitas revocari queat. Experto mihi crede, Silvine, bene positam vineam bonique generis et bono cultore nunquam non cum magno foenore gratiam reddidisse.
6 Idque[v] non solum ratione, sed etiam[x] exemplo nobis idem Graecinus declarat eo libro, quem de vineis scripsit, quum refert ex patre suo saepe se audire solitum, Paridium[y] quendam Veterensem vicinum suum[z] duas filias et vineis consitum habuisse fundum; cuius partem tertiam nubenti maiori filiae dedisse in dotem, ac nihilo minus aeque magnos fructus ex duabus partibus eiusdem fundi percipere solitum. minorem deinde filiam nuptum[a] collocasse in dimidia parte reliqui agri, nec sic ex pristino reditu detraxisse. Quod[b] quid convincit?[c] melius scilicet postea cultam

deesl eliam in I. B. Br. R. (r) *habeas* Sang. (s) *adulescit* I. B. Br. R. Lips. (t) *recitari* L. (v) *Ideoque* I. B. R. recte Br. (x) *etiam* om. I. B. Br. R. (y) *Papirum* L. *Papirum* Pol. *Parisium* Goes. *Paririum* Sang. (z) *sibi* P. (a) Vulgo *nuptui* est *nuptu* B. R. *nuptam* P. *nuptum conlocasse* Sang. (b) Ita pro *Quo quid coniicit? nisi* L. Goes. S. (c) Vulgo

Paridium) Libri variant inter *Papirium*, *Paririum* et *Parisium*. Possis *Pacidium* scribere; sed utrumque nomen hic positum aliunde ignoro.

Eo libro — scripsit) Haec verba omittit Sang. liber.

Nuptum) Hanc Sang. lectionem pro *nuptui* probavit et illustravit Drakenb. ad Livium T. I, p. 201. In Iustino 43, c. 3, pro *nuptum* tradere. Vincentii Spec. histor. III, c. 111, habet *nuptui*.

esse tertiam illam fundi partem,[d] quam antea universam.[e]

IV. Et nos igitur, Publi[a] Silvine, magno animo
vineas ponamus, ac maiore studio colamus. quarum
consitionis sola illa commodissima ratio est, quam
priore tradidimus exordio, ut facta in pastinato scrobe,[b] vitis a media fere parte sulci prosternatur, et ad
frontem eius ab imo usque recta materies exigatur,[c]
calamoque applicetur. id enim praecipue observandum
est, ne similis sit alveo scrobis, sed ut expressis angulis velut ad perpendiculum frontes eius dirigantur.
Nam vitis supina, et[d] velut recumbens[e] in alveo depo- 2
sita, postea[f] quum ablaqueatur, vulneribus obnoxia
est. Nam[g] dum exaltare fortius[h] orbem ablaqueationis

additum *nisi* om. etiam I. B. Br. R. (d) *partem* om. Eaed. (e) *universa sunt* Eaed. et Sang.

Cap. IV. (a) *Silvine* om. I. B. Br. R. L. Saug. *Publi* om. Goes. (b) Vulgo additum *tota* om. I. B. Br. R. Goes. Sang. (c) Ita pro *erigatur* P. Goes. Saog. deinde *scrobs* vulgatum ex Saog. correxi. (d) *et velut recumbens* om. I. B. Br. R. Saog. (e) *recubans* P. (f) Ita pro *quam* Gesneriaoa. (g) *Quom* P. *quoniam* Saog. (h) *fortius* omitt. P. Goes.

Cap IV. *Scrobe, vites*) Iotermedium *tota* in vulgatis libris damnatum a Pootedera et libris optimis omisi. Totam eoim vitem sterni vetat noster cap. 2, 2, et libro III, 15, 2, nbi haec eadem ad verbum exstant, vocabulum *tota* recte omissum est.

Recta — exigatur) Ita ex libris optimis pro *erigatur* scribere iussit Pontedera, ioterpretatus recta extrahatur, in summum perducatur; etsi supra III, 15, et infra IV, 16, s. 21, *erigere* sioe varietate legitur.

Angulis) Palladius II, 10: *Latera scrobibus aequaliter incisa sint, ne obliqua vitis sauciatur alte nitentibus ferramentis quum fossor incumbet*. Vulgatum h. l. *scrobs* emendavi ex Sang. Alveatos vitibus sulcos facit Cato c. 43, 1. Contra Plioius 17, s. 35, no. 7: *scrobes qui longiores sunt, ut vites binas accipiant ex diverso, alvei vocabantur*. Sed is diversa notione dixit alveum. Vinitores Suevi scrobes alveatos probant. Vide Sprengerum p. 252. Ceterum Sang. etiam hic *derigantur* habet.

Exaltare fortius) Cum libris duobus *fortius* omitti aut *altius* legi maluit Pontedera. Neutrum probo, ob locum Palladii paulo antea positùm. Orbem ablaqueationis recte Gesner defendit cootra Vrsioum emeodantem *scrobem*, comparato loco nostri V, 9, 17, ubi est *altis gyris ablaqueari oleas*. Ita scilicet expressit graecum γυρὸς, γυ-

fossor studet, obliquam vitem plerumque sauciat,[i] et nonnunquam praecidit.[k] Meminerimus ergo usque ab imo scrobis solo rectum adminiculo sarmentum applicare, et ita in summum perducere. Tum caetera, ut priore libro praecepimus. Ac[l] deinde duabus gemmis super exstantibus terram coaequare. Deinde malleolo inter ordines posito crebris fossionibus pastinatum
3 resolvere[m] atque in pulverem redigere. Sic enim optime[n] et viviradices et reliqua semina, quae deposuerimus, convalescent, simul[o] ac tenera humus nullis herbis[p] irrepentibus humorem stirpibus praebuerit: nec duritia[q] soli novellas adhuc plantas velut arcto[r] vinculo compresserit.

V. Numerus autem vertendi soli bidentibus, ut verum fatear, definiendus non est, quum quanto crebrior sit, plus prodesse fossionem conveniat. Sed quoniam[a] impensarum ratio modum postulat, satis plerisque visum est, ex Calendis Martiis usque in Octobres[b]

(i) *Sautiat* B. R. (k) *praecedit* I. B. R. recte Br. deinde *solo scrobis* Br. (l) *Et duabus* I. B. Br. R. *coequare* Br. *maleolo* eadem. (m) *persolvere* I. B. Br. R. (n) Ita pro *malleoli* Goes. Sang. *optimi* I. B. Br. R. *motum* Lips. *Sic enim optimi* Edd. pr. Polit. lacuna est in Tromb. *motum* Lips. et liber Pontederae, qui *optime* praefert, ac postea ex Lips. et Ambros. *si mollis simul ac tenera.* (o) Ita pro *si mollis* P. Sang. *si mollis simulat* Lips. (p) *hereus* add. L. P. (q) *duricia* I. B. Br. R. (r) *arto* Eaed. *arto alto* Lips. *alto* Sang.

Cap. V. (a) *cum* I. B. Br. R. deinde *Martii* Br. (b) *Octobrem* I. B.

ῥῶσαι φυτά, quod de ablaqueatione arborum et lacusculis in circulum effossis dici recte monuit Gesner.

Optime et viviradices) Ita ex libris scribi voluit etiam Pontedera. Vulgo *malleoli et viviradices.*

Simul ac tenera) Ita libri optimi. Vulgo *si mollis ac tenera.* Plinius 17, s. 35, no. 4: *surculi seruntur et in scrobe et in sulco longiore, super quos tenerrima ingeritur terra.* Pontedera tamen malebat legi. *si mollis simul ac tenera.*

Cap. V. *Calendis Martiis*) Palladius Martio 7: *hoc mense novella vinea incipiat pulverari quod nunc ac deinceps per omnes Calendas usque ad Octobres faciendum est, non solum propter herbas, sed ne tenera adhuc semina solidata terra constringat. Graminum radices, quae plurimum vitibus nocent, exstirpandae sunt.* Vbi vides, *pulverari* dixisse Palladium simpliciter pro *fodi*

trigesimo[c] quoque die novella vineta confodere, omnesque herbas et praecipue gramina exstirpare, quae nisi manu eliguntur,[d] et in summum[e] reiiciuntur, quantulacunque[f] parte adobruta[g] sunt, reviviscunt, et vitium semina ita perurunt, ut scabra atque retorrida[h] efficiant.

VI. Ea porro sive malleolos[a] seu viviradices deposuimus, optimum est ab initio sic formare, ut frequenti pampinatione supervacua detrahamus; nec patiamur plusquam in unam materiam vires et omne alimentum conferre. primo tamen bini pampini submittuntur, ut sit alter subsidio, si alter forte deciderit. Quum deinde 2
paulum induruere[b] virgae, tum deteriores[c] singulae detrahuntur. Ac ne[d] quae relictae sunt, procellis ventorum decutiantur, molli et laxo vinculo adsurgentes[e] subsequi conveniet, dum claviculis suis quasi quibusdam manibus adminicula[f] comprehendant. Hoc si ope- 3

Br. R. (c) *tricesimo* I. B. R. *triges.* Br. (d) *leguntur* corrig. Vrsinus. (e) *fundum* Lips. (f) *quantum ad cunque* P. (g) *obruta* I. B. Br. R. (h) *torrida* Ened.

Cap. VI. Novum caput non facit Br. (a) Ita pro *malleolo seu viviradice* scripsi. deinde *detrahamur* Polit. Voluit quod dedi pro *detrahantur*. Postea *summittuntur* Br. (b) *induere* P. (c) *deteriores* om. Goes. I. B. Br. R. S. cum Codd. pr. Polit Tromb. et suo Codice recte damnat Pontedera. (d) *neque* P. (e) *adsurgentis* I. B. Br. R. (f) *adminicula* I. B.

minute, ut pulvis excitetur. Cato c. 43 semel in mense sulcos sarrire iubet.

Eliguntur) Heinsius ad Virgilium I, p. 342, laudatum nescio ex qua editione *eligentur* mutabat in *exigentur*. — *Eligantur* — *reiiciantur* ex Codice suo corrigit Pontedera.

Cap. VI. *Supervacua*) Palladius Maio 2: *nunc consideremus novellae vitis sarmenta, quae protulit, et ei pauca et solida relinquamus et adminiculis firmemus, donec brachia prolata durescant. non autem amplius resectae et pullulanti viticulae quam duae vel tres materiae relinquantur, et alligentur propter iniuriam venti. Ideo autem tres materias dixi debere dimitti, ne dissipantibus ventis nulla remaneat, si in primordio reliqueris pauciores.* Vitis perfectae et adultae κλάσιν καὶ βλαστολογίαν, i. e. pampinationem Graecis usitatam copiose enarrat Theophrastus C. P. III, 19, 20, 21. Pampinationem ita definit Varro I, 32: *vites pampinari, sed a sciente. nam id, quam putare maius, neque in arbusto, sed in vinea fieri.*

rarum penuria facere prohibet[g] in malleolo, quem et ipsum pampinare[h] censemus: at certe in ordinariis vitibus utique obtinendum[i] est, ne pluribus flagellis emacientur, nisi si propaginibus futuris prospiciemus:[k] sed ut singulis materiis serviant, quarum incrementa elicere[l] debemus,[m] applicato longiore adminiculo, per quod prorepant in tantum, ut sequentis anni iugum
4 exsuperent, et in fructum curvari possint. Ad quam mensuram quum increverint,[n] cacumina infringenda sunt, ut potius crassitudine convalescant, quam supervacua longitudine attenuentur. Idem tamen sarmentum, quod in materiam submittimus, ab imo[o] usque in tres pedes et semissem pampinabimus, et omnes eius intra id spatium nepotes enatos saepius

R. Gesner forte *amminicula* dare voluit. A verbis *Hoc si* novum caput orditur Brusch. (g) *proibet* Br. *prohibebit* P. S. (h) *pampinari* coniic. Broukh. (i) *optin* I. Br. (k) *efficiemus* P. S. *prospiciemus efficiemus* Lips. (l) Ita pro *eligere* cum Vrsino Gesner. (m) Ita pro *debebimus* Br. et Pol. Postea *exuperent* Br. (n) *excreverint* P. *increverint cacumina: infringendi* I. B. Br. R. (o) *uno* Eaed. Verba *ab imo — pampinabimus* omitt. Sang.

Pampinare est ex sarmento coles, qui nati sunt, de iis, qui plurimum valent, primum ac secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare succum. Ab arbusto pampinationem videtur Varro excludere, ex antiquo scilicet romanorum agricolarum more. In ipsa vinea novella quidem pampinatio peragit, quae deinde putatio in perfecta et vetere. Nostri pampinationem tribus vocabulis explicant; unde patet, latissime sensum huius vocabuli patere. Vocant scilicet *Verbrechen* (alii *Geitzen, Zwicken*) deinde *ausbrechen*, i. e. nepotes praecipue defringere, quos Suevi vocant *Aberzaehne, Eberzaehne, Afterzaehne*; quidam etiam in hac opera simul folia detrahunt viti, tertiam operam appellant *verhaven, überhaven, abgifeln*, i. e. decacuminare. Haec singula pampinationis opera accuratissime explicuit Sprenger in Cult. Vinear. p. 296—307.

Sequentis anni iugum) Recte Gesner emendabat *sequenti anno*, aut intelligi debere monebat, ordinaria cultura sequenti demum anno ad iugum adiungi vitem.

Crassitudine convalescant) Geoponica V, 3, de vitiario: *τὰς δὲ καλουμένας προοφθαλμίδας καὶ τὸ περισσὸν τοῦ αὐξηθέντος ἀφαιρείσθω, ἵνα εἰς πάχος τὴν αὔξησιν λάβῃ· τῇ δὲ χειρὶ τὴν ἀφαίρεσιν χρὴ ποιεῖσθαι μὴ σιδήρῳ. ναρκᾷν γὰρ τὴν νεαρὰν ἄμπελον ποιεῖ ἡ τοῦ σιδήρου θῖξις.* ubi Varronis locum I, 31, 2, posuit Niclas: *In vitiario primitus quum exit vitis tota*

decerpemus.[p] Quidquid deinde[q] supra germinaverit, 3
intactum relinqui[r] oportebit. Magis enim convenit proximo autumno falce deputari superiorem partem, quam aestivo tempore pampinari, quoniam[s] ex eo loco, unde nepotem ademeris, confestim alterum fundit: quo enato, nullus relinquitur oculus in ipsa materia, qui sequenti[t] anno cum fructu germinet.

VII. Omnis autem pampinationis [ea[a]] est tempestivitas, dum adeo teneri palmites sunt, ut levi tactu digiti decutiantur. Nam si vehementius induruerint, aut maiore nisu[b] convellendi sunt, aut falce deputandi; quod utrumque vitandum est. alterum, quia lacerat matrem, si revellere coneris: alterum, quia sauciat, quod in viridi et adhuc stirpe immatura fieri noxium
est. Neque enim eatenus plaga consistit,[c] qua vesti- 2
gium fecit acies: sed aestivis caloribus falce vulnus penitus impressum[d] latius inarescit ita, ut non minimam partem de ipso matris corpore enecet.[e] Atque ideo si iam caulibus duris falcem adhiberi[f] necesse est,

(p) *discerpimus* I. B. Br. B. *descerpemus* P. *discerpemus* Sang. Deinde *Quicquid* Br. (q) *inde* P. (r) *relicto portavit* P. deinde *conveniet* Br. (s) *cum* I. B. Br. R. (t) *sequente* Eaedem Sang.

Cap. VII. (a) *ea* om. Sang. deinde *induruerunt* I. B. Br. R. (b) *nixu* Eaed. (c) *constitit* Eaed. Deinceps *fixit* Cod. Arundel. teste Wasse ad Sallust. Fragm. pag. 292. (d) *impressum: et laxius inhaerescit: ita non* P. *impressum: et lamis inhaerescit* I. B. Br. R. (e) *necet* I. B. Br. R.

resecari solet, ut firmiore sarmento e terra exeat, atque in pariendis colibus vires habeat maiores.

Nepotem) Vide notam ad cap. 24, secl. 18.

Cap. VII. *Tempestivitas*) Palladius Maiu 2: *Hoc mense pampinari convenit. sed tunc est opportuna pampinatio, quum teneri rami digitis stringentibus crepabunt sine difficultate carpentis. haec res uvas efficit pinguiores et maturitati consulit solis admissu.* De pampinationis tempore iterum infra cap. 27 et 28. Ceterum inclusum *ea* deesse in Sangerm. testatur Gronovius.

Si revellere coneris) Haec veluti supervacua et spuria deleri voluit Ursinus, inclusit Gesner.

Inarescit) Ursinum, *increscit* legentem, recte Gesner refellit. Reseces sunt, qui alibi pollices. Ceterum a verbis *sed aestivis* novum exorditur caput Bruschiana. — *etiam latius inarescit* ex Edd. pr. lectione efficit Pont.

[ii[g]] paulum ab ipsa matre recedendum est,[h] et velut reseces relinquendi sunt, qui caloris excipiant iniuriam, eatenus qua[i] nascuntur a latere palmites.[k] ultra
3 enim non serpit vaporis violentia. In malleolo similis ratio est pampinandi, et in longitudinem eliciendi[l] materiam, si eo velimus anniculo[m] uti, quod ego saepe feci. sed si propositum est utique recidere, ut bimo[n] potius utamur, quum ad unum pampinum iam redegeris, et is[o] ipse excesserit pedalem longitudinem,

(f) Ita pro *adhibere* I. B. Br. R. Saog. (g) *id* I. B. Br. R. L. *paullulum* vulgatum ex Br. correxi. Verba *ii paul.* — *reseces* om. Saog. (h) Ita pro *recidendum est* I. B. Br. R. Lips. scripsi. Vulgo *recidendi*. (i) *quae* P. (k) *palmitis* post I. B. Br. R. (l) *eligendi* I. B. R. Br. (m) *anniculo* L. P. Goes. S. *adminiculo* al. ante Geso. (n) *bino* omn. ante Gesn. *bimo* Goes. L. S. (o) *si* interpon. P. S. sed *is* ex Sang. Gronovius. Deinde

Paulum a matre recidendi) Hanc vulgarem lectionem nec suspectam quisquam adhuc habuit, nec qui interpretaretur, repertus a me est. Scio quid sit recidere a matre, sed quid sit paulum recidere a matre, ignoro. Certe latine non dicitur ita, quod locus et sententia postulat, prope a corpore matris palmitem novum esse recidendum instar resicis. Igitur ad Edd. primas regressus verae lectionis vestigia haec reperi: *adhiberi necesse est, id paulum ab ipsa matre recidendum est*. Scilicet parva cum mutatione, omisso tamen pronomine inutili *id*, legendum esse putavi *necesse est, paulum a matre recedendum est*. Reliqua emendatione non habent opus, potius interpretatione sunt adiuvanda. Videlicet palmites recisi parva a corpore matris distantia instar resecum habebunt, itaque veluti reseces relinquuntur. Similem corruptelam in eodem verbo indicabo ex cap. VI, s. 2: *nam sive prope truncum defigitur palus pedali tamen spatio recedendum est*. ubi Edd. primae quum Sang. *recidendus est* exhibent perquam inepte. Non dubitavi igitur antiquam lectionem restituere, incluso tamen pronomine. Infra cap. 8, sect. 2: *recedere ab ipso codice instar unius digiti spatio conveniet* dedit Gesner, ubi libri omnes *recidere* exhibebant inepte scriptum. Cap. XI, s. 3: *quum a terra recideris*. niale est in Edd. primis et Sang. quum esse deberet *ad terram*, quod ipse Columella antea dixerat *solo tenus*.

Palmites) Recte hanc antiquam lectionem revocavit Gesner. Vulgo *palmitis*.

Anniculo) Ita ex libris pro *adminiculo* et deinceps *bimo* pro *bino* scripsit Gesner. In vulgata *adminiculo* Pontedera volebat addi *si in eo velimus adminiculo uti*. Geoponica V, 3, de vitiario: τινὲς δὲ τῷ δευτέρῳ ἔτει ἢ τῷ τρίτῳ μεταφυτεύουσιν. ἔσται γὰρ γενναιότερα τὰ φυτὰ τριετῆ μεταφυτευθέντα. Trimam eximit vitem Cato c. 47.

decacuminare conveniet, ut in[p] cervicem potius confirmetur, et sit robustior. Atque haec positorum seminum prima cultura est.

VIII. Sequens deinde tempus, ut prodidit[a] Celsus et Atticus, quos iure[b] maxime nostra aetas probavit, post Idus Octobris ampliorem curam deposcit. Nam prius quam frigora invadunt, vitis ablaqueanda est. quod opus adapertas[d] ostendit aestivas radiculas, easque prudens[e] agricola ferro decidit. Nam si passus est convalescere, inferiores deficiunt, atque evenit ut vinea summa parte terreni radices agat, quae et frigore infestentur et caloribus maiorem in modum aestuent, ac vehementer[f] sitire matrem in ortu caninulae[g] cogant. Quare quicquid intra[h] sesquipedem 2

recacuminare Sang. (p) *inter vitem* P. Goes. S. *conveniet cervicem, ut inter vitem* Lips.

Cap. VIII. (a) *prodit* I. B. R. (b) Ita pro *in re rustica* habent I. B. R. L. Goes. Sang. Br. (c) Ita verba collocant Pol. et Sang. Vulgo sic: *probavit ampliorem curam deposcit. Nam post Idus.* in quo ordine Edd. I. B. R. Br. verba *ampliorem curam deposcit. Nam* omittere notatum est a Gesnero. Scilicet et illae voluerunt verba translocari eo ordine, quem posui. (d) Ita ex Goes. Pol. Sang. dedi pro *adopertas.* (e) *frondes* Lips. Sang. *frundens* Polit. (f) *ventu ementur* P. (g) *ortum* inters. P. *caniculae*

Cap. VIII. *Quos iure maxime*) Hanc librorum optimorum lectionem vulgatae *quos in re rustica maxime* praefert mecum Pontedera.

Post idus) Palladius Octobri 5: *post Idus Octobris ablaqueanda est omnis novella vinea, seu in pastino, seu in scrobibus aut sulcis, ut amputentur radices supervacuae, quas produxit aestate; quae si convaluerint, inferiores radices faciunt interire, et ita remanebit vitis in summitate suspensa; quae res eam frigori obnoxiam faciet et calori. Sed hae radiculae non ad siccum debent recidi, ne aut plures inde nascantur, aut nova plaga corporis vitis impressa, vi secuturi algoris uratur. recidemus autem relicto digiti spatio: etsi placida ibi hiems est, apertas relinquemus radices: si violenta ante Decembres Idus operiemus: si praefrigida, aliquantum columbini stercoris sub ipsa hieme circa viticularum vestigia largiemur, quod contra frigus nimium Columella dicit toto faciendum esse quinquennio.* ubi magnam lectionis varietatem ex Crescentio et Vincentio apposui, quam comparabis, etsi nihil inde ad crisin nostri loci pertinere videtur.

Aestivas) Nostri vocant *Tauwurzein, Thauwurzein.* In locis tamen humidis,

natum est, quum ablaqueaveris, recidendum est. Sed huius non eadem ratio est[i] amputandi, quae traditur in superiori[k] parte vitis. Nam minime adlevanda[l] plaga est, minimeque applicandum ferramentum ipsi matri; quoniam[m] si iuxta truncum radicem praecideris, aut ex cicatrice plures enascentur,[n] aut hiemalis, quae[o] ex pluviis consistit in lacusculis ablaqueationis aqua, brumae congelationibus nova vulnera peruret, et ad medullam[p] penetrabit.[q] quod ne fiat, recedere[r] ab ipso codice[s] instar unius[t] digiti spatio conveniet, atque ita[v] radiculas praecidere; quae sic ademptae non amplius pullulant,[x] et[y] a caetera noxa truncum defendunt. Hoc opere consummato,[z] si est hiems in
3 ea regione placida, patens vitis relinquenda est: sin

ortu Br. (h) *in sesquipede* I. B. Br. R. *intra sesquipede* P. (i) *quae* add. post I. B. Br. R. omisit eum L. et Saug. etiam Gesner. (k) *superiore* Br. S. (l) *ablaqueanda* I. B. Br. B. Goes. S. deinde *adlevandum ferramentum* Sang. (m) *cum* I. B. Br. R. (n) *nascentur* Eaed. el Lips. *pube nascentur* S. (o) *quae expl. cons. in lacusc.* om. I. B. Br. R. Goes. Saug. (p) *medulam* B. (q) *penetravit* I. B. R. rectè Br. (r) *recidere* ante Gesner. (s) *codicem statuimus dig. spatio*: *conu.* I. B. Br. R. (t) *imus* P. (v) *ita* om. Goes. Sang. (x) *pululant* I. B. Br. R. (y) *ea caetera* P. (z) *con-*

ubi radices altius penetrare nequeunt, radiculas has relinquendas esse et polius in latitudinem explicandas recte monent Geoponica V, 21. Cf. od Caton. cap. 61, el nostrum XI, 2. 19.

Adlevanda plaga) non propius codicem adradendam esse dixit Arbor. c. 5, s. 3. In reliquis scilicet arboribus usque ad truncum putationem adhibemus et plagam laevigamus; contra fieri iubet in radicibus praecidendis Columella. Itaque malim transpositis verbis legere: *minime applicandum ferramentum ipsi matri, minimeque adlevanda plaga est.* Sangerm. liber verba *ablaqueanda* (pro *adlevanda*) et *applicandum* permutavit loco.

Si iuxta truncum) Hinc patet, in Palladio legi debere: *sed hae radiculae non ad truncum debent recidi.* ubi pro *siccum* vulgato Vincentius *situm* alibi *surcum* habet. Crescentius *stipitem.* Deinde verba *ex pluviis* ut superflua damnat cum Edd. pr.

Recedere) Ita cum Vrsino scripsit Gesner. Palladius: *recidemus autem relicto digiti spatio.* Ita infra IV, 16, 2: *pedali spatio recedendum est.* Colum. Arbor. V: *ne codicem laedas, sed potius instar digiti unius a matre relinquas et ita radicem reseces.*

violentior id [a] facere nos [b] prohibet, ante Idus Decembris praedicti lacusculi coaequandi [c] sunt. Si vero etiam praegelida frigora regionis eius suspecta erunt, aliquid fimi, vel, quod [d] est commodius, columbini stercoris, [e] aut in hunc usum praeparatae veteris urinae senos sestarios, antequam vitem adobruas, [f] radicibus superfundes. [g] Sed ablaqueare omnibus autumnis 4
oportebit primo quinquennio, dum vitis convalescat: ubi vero [h] truncus [i] adoleverit, fere triennio intermittendus [k] est [eius operis] labor. Nam et minus ferro crura vitium [l] laeduntur, nec tam celeriter radiculae inveterato [m] iam [n] codice [o] enascuntur.

IX. Ablaqueationem deinde sequitur talis putatio,

sumato I. B. Br. R. A. Iunt. H. (a) *hic* P. (b) *nos* addidi ex Br. Ald (c) Ita pro *oequandi* I. B. Br. R. Lips. Goes. Saug. (d) Ita pro *si* J. B. Br. R. *quod incommodius* Lips. (e) *sterceris* Sang. (f) *obruas* I. B. Br. R. (g) *superfundas* Eaed. (h) *intermittendum esset operis* interponit P. Sang. (i) *vitis* Lips. (k) *interm. est eius operis* om. P. Saug. (l) *vertius* P. (m) *in vetsrano* Ieus. Pol. *in veterato* Br. B. R. (n) *iam* om. I. B. Br. R. (o) *cortice enascentur* I. B. Br. R. forte rectius.

Coaequandi) Ita ex libris scripsi pro *oequandi*. Palladius *operienus* dixit. Noster Arb. 5: *ante aequinoctium vernum, quod est octavo Cal. April. ablaqueationem adaequato*. Coaequare scrobem dixit Palladius III, 10, 3. quod Columella Arbor. VII, 6, complere, ubi Magonis de scrobe complenda traditur sententia.

Radicibus superfundes) *sub ipsa hieme circa viticularum vestigia largiemur* Palladius. Noster Arbor. e. 5: *Peracta oblaqueatione ante brumam tertio quoque anno macerati stercoris, ne minus sextarios binos ad radices vitium potuisse conveniet, praeterquam columbinum, quo si quid amplius quam heminam posueris, viti nocebit*. unde apparet *senos sestarios* h. l. esse redigendos ad *binos*. Sed ecce nostrum XI, 2, 87: *vineis ablaqueatis columbinum stercus ad singulas vites, quod sit instar unius sextarii, vel urinae hominis congios; vel alterius generis quaternos sextarios stercoris infundere*. Ceterum miraberis mecum a Gesnero h. l. *sestarios* alibi in *sextarios* mutatos. Ita supra cap. 1, s. 2, *duricie* dedit cum Victorio, in reliquis locis *duritie*.

Eius operis labor) Inclusi *eius operis* quia hanc Sang. lectionem a Gronovio relatam reperi: *Operis dum vitis convalescat, ubi vero truncus adoleverit fere triennio labor intermittendus esset*. Aliter tamen Ernestiana Collatio. Scilicet spurium vocabulum primum in margine positum deinde in alienum locum illatum est.

ut ex praecepto veterum auctorum[a] vitis ad unam virgulam[b] revocetur,[c] duabus gemmis iuxta terram relictis. Quae putatio non debet secundum articulum fieri, ne reformidet oculus, sed medio fere internodio ea plaga obliqua[d] falce fit; ne si transversa fuerit cicatrix, caelestem superincidentem[e] aquam contineat.

Cap. IX. (a) *authorum* A. H. *autorum* G. Gr. (b) *virgam* Sang. (c) Vulgo addita *caque recidatur* om. Goes. Sang. (d) *ob falce* R. (e) *super-*

Cap. IX. *Transversa eicatrix*) Palladius III, 12, 6: *plaga non iuxta gemmam, sed aliquanto superius fiat, et avertatur a gemma propter lacrimam defluentem.* Plinius 17, s. 35, no. 19: *plagam omnem obliquam fieri, ut facile decidant imbres: et ad terram verti quam levissima cicatrice acies falcis exacta, plagaque conlaevata. Recidi autem semper inter duas gemmas, ne sit vulnus oculis in recisa parte.* ubi rectius vetus Codex *ne sit vulneratus oculus.* Idem sect. 37, no. 7: *Vitibus praeter vermiculationem et siderationem morbus peculiaris articulatio, tribus de causis: una vi tempestatum germinibus ablatis, altera, ut notavit Theophrastus, in supinum excisis, tertia culturae imperitia laesis. Omnes enim earum iniuriae in articulis sentiuntur.* Quae Theophrastus IV, 16: ὅταν ὑπὸ πνευμάτων βλαστοκοπηθῇ ἢ ὅταν τῇ ἐργασίᾳ συμπάθῃ ἢ τρίτον ὑπτία τμηθῇ. Deinde Plinius de simili malo: *aegrotant et cum alsere laesis uredine attonsarum oculis. et calore hoc evenit intempestivo, quoniam omnia modo constat certoque temperamento.* Quae sic Theophrastus l. c. ἔνια δὲ καὶ ῥιγώσαντα νοσεῖ καθάπερ ἡ ἄμπελος. ἀμβλοῦνται γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς πρωτοτρόμου (vitis mature putatae) καὶ πάλιν ὑποθερμανθέντα. ζητεῖ γὰρ καὶ τούτων τὴν συμμετρίαν ὥσπερ τῆς τροφῆς. Est ergo haec uredo, quum in vite vere primo putata oculi insequente gelu postea vero solis ardore caecantur. Articulatio vero fit, cum supina putatione, quam Columella traosversam dicit, humor consisteos articulum putrescere facit. σιμοτομεῖν Geoponic. V, 17, 6, non est oblique putare, sed anguste, si locus vitio caret Nomen morbi τραγᾶν, quod habet Theophrastus, Plinius articulationem interpretatus est, ab initio mihi videbatur vitiosum, quod Aristoteles τραγᾶν hircire ait vites, quum foliis et palmitibus luxuriant. Nunc vero aliter sentio, postquam legi in Polluce VII, 152, et X, 101, in vite dici ἐπιτράγους θυμάλωπας. Hoc posterius vocabulum carbones seminstos significat. Videtur igitur τράγος dici morbus seu τραγᾶν vites quum frigore adustis gemmis fructiferis foliis et palmitibus sterilibus luxuriant. Etymologicum magnum ἐπιφυλλίδας interpretatur ἐπιτράγους τὰ πρός τοὺς βότρυς. Videntur igitur folia dici, quae locum gemmarum fructiferarum adustarum frigore occupant, ἐπιφυλλίδας. Furunculum Latini, teste Celso V, 28, 8, dicunt tuberculum acutum cum inflammatione; huic similis gemma, unde germen sine fructu prorumpit, dicitur in vite; nam gemma fructi-

Sed nec ad eam partem, qua est gemma, verum[f] ad 2
posteriorem declinatur, ut in[g] terram potius devexa,
quam in germen[h] delacrumet.[i] Namque depluens[k] humor caecat oculum, nec patitur frondescere.[l]

X. Putandi autem duo sunt tempora: melius autem, ut ait Mago, vernum, antequam surculus progerminet,[a] quoniam humoris plenus facilem plagam et levem et aequalem accipit, nec falci repugnat. Hunc autem secuti sunt Celsus et Atticus. Nobis neque angusta putatione coërcenda semina videntur, nisi si admodum invalida sunt; neque utique verno recidenda. Sed primo quidem anno, quo sunt posita, 2
frequentibus[b] fossionibus omnibus mensibus dum frondent[c] ac pampinationibus adiuvanda sunt, ut robur accipiant, nec[d] plus quam uni[e] materiae serviant. quam ut[f] educaverint, autumno vel vere, si magis competit,[g] adradenda,[h] et nepotibus, quos pampina-

cidentem Sang. (f) *sed* I. B. Br. R. (g) *interdum* I. B. Br. R. Sang. (h) *germine* I. B. Br. R. (i) *deluchrymet* Eaed. A. Iunt. G. H. *lacrimae* Saug. (k) *depluens* pro *defluens* dedit Goes et Sang. teste etiam Heinsio ad Ovid. Metam. I, 573. (l) *erescere* I. B. Br. R. Goes. Sang.

Cap. X. (a) *progemet* P. *pergemet* Lips. lineola literae *m* superposita utroque loco. (b) *frequentius* P. Sang. *possessionibus* P. (c) *frondet* I. B. R. (d) *ne* Pol. (e) *unae* Saog. (f) *quam educaveraat* Lips. *quam aeducaverint* Saug. (g) *competent* L. P. S. (h) Ita pro *abradenda* L.

fera amplior et minus acuta est. Forte igitur tales gemmas et inde prorumpentis germina Graeci Ͽυμᾶλωπας, ἐπιτράγους et ἐπιφυλλίδας disere.

Vt in terram potius) Edd. pr. scripturam: *interdum potius* egregie *in tergum*, id est in posteriorem partem, interpretatur Pontedera. Denique extremum *frondescere* recte damnat et antiquum Edd. pr. Ambr. et sui Codicis *crescere* restituit. Aute enim quam frondescat, gemma erescit.

Depluens) Ita recte libri optimi pro *defluens*. Palladius I, 6, 9: *omnis incisura sarmenti avertatur a gemma ne eam stilla, quae fluere consuevit, extinguat.*

Caecat) Eadem metaphora satis argute usus est Palladius I, 6, 11. Graecum ἐκτυφλοῦν Geoponic. V, 22, comparavit Gesner. Sed antiquiores Graeci agricolae ἀμβλύσκειν de vitis oculo caecato proprie dicebant, teste Hesychio h. v.

Cap. X. *Nisi si*) Sangerm. liber *si* omittit. Deinceps idem omittere dicitur *sunt*; nescio post *in valida* an post *quo (sunt) posita*.

tor[l] in superiore parte omiserat, liberanda censemus, atque ita in iugum imponenda. Ea enim levis[k] et recta sine cicatrice vinea est, quae se primi anni flagello supra iugum extulit, quod tamen apud paucos agricolas et raro contingit. Ideoque praedicti auctores
3 primitias[l] vitis resecare censuerunt.[m] Sed nec utique verna[n] omnibus regionibus melior putatio est. nam[o] ubi coelum frigidum est, ea sine dubio eligenda est. ubi vero aprica loca sunt, mollesque hiemes, optima et maxime naturalis est autumnalis: quo tempore divina quadam lege et aeterna fructum cum fronde stirpes deponunt.

XI. Hoc facere, sive viviradicem sive malleolum conseveris,[a] censeo. nam illam veterem opinionem damnavit usus, non esse ferro tangendos[b] anniculos malleolos, quoniam[c] reformident. quod frustra Virgilius et[d] Saserna Stolonesque et Catones timuerunt:[e] qui non solum in eo errabant, quod primi anni ca-

Sang. (i) *pampinatione* I. B. Br. R. Sang. sed ex Saug. Gronovius *pampinatum in superiorem partem* annotavit. (k) *lenis* I. B. Br. R. (l) *primicias* Eaed. (m) *consueverunt* adscripsit Gesner nescio unde; *resecandas* Abr. Gronov. (n) Ita pro *verno* Goes. Saog. Tromb. probante Pont. ex suo cod. (o) Verba *nam — eligenda est* omis. Gesneriana.

Cap. XI. (a) *conseverimus* P. L. (b) *frangendos* I. B. Br. R. S. (c) Ita Sang. *cum reformident* I. B. Br. R. Vulgo *quod aciem ref.* (d) *etiam* P.

Verna) Ita scribi voluit etiam Morgagni, addicentibus libris. Palladius III, 12, 7: *pars vinearum quae septentrionem spectat, verno putetur, alia pars adversa clementioribus plagis, recidatur autumno.* Ceterum in Gesneriana verba *nam ubi — eligenda est* exciderant, restituta a me ex Brusch. et Aldina.

Cap. XI. *Quoniam reformident*) Ita libri optimi pro *quod aciem reformident.* Vsum loquendi docebit Index. Geoponica V, 3, ubi malleoli in vitiario cura traditur, eandem opinionem ita tradunt: νεκρὰν γὰρ τὴν νεκρὰν ἄμπελον ποιεῖ ἡ τοῦ σιδήρου θίξις. Quintilianus II, 4, 11: *Quod etiam rusticis notum est, qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem quia reformidare ferrum videntur et cicatricem nondum pati posse,*

Timuerunt) Virgilii locus Georg. II, 362; Catonis cap. 33, 2; quibus adde Varronem I, 31: *Ideo in vitiario primitus quum exit vitis, tota resecari solet, ut firmiore sarmento e terra exeat*

pillamenta seminum intacta patiebantur, sed et [f] post biennium, quum viviradix recidenda erat, omnem superficiem amputabant solo tenus iuxta ipsum articulum, ut e duro pullularet.[h] Nos autem magister 2
artium docuit usus, primi anni malleolorum formare [i] incrementa, nec pati vitem supervacuis frondibus luxuriantem silvescere; nec rursus in tantum coërcere, quantum antiqui praecipiebant,[k] ut totam superficiem amputemus. nam id quidem rationi [l] maxime [m] contrarium est. Primum quod quum ad [n] terram decideris, semina, velut intolerabili affecta vulnere, pleraque intereunt,[o] nonnulla etiam, quae pertinaciter vixerunt, minus foecundas materias afferunt: siquidem e duro quae pullulant, omnium confessione

(e) *timuerint* I. *timuerim* P. (f) *et* abest I. B. R. Be. (g) *articolum* P. (h) *pulularet* I. B. Br. (i) *forme* P. (k) *praecipienda* P. (l) *rationi* ins. Goes. (m) *maximum* I. B. R. Br. (n) *a terra* I. B. Br. R. S. (o)

et in pariendis colibus vires habeat maiores. Veterem rationem sequitur Plinius VI, cap. 22: *viviradix posita in vinea post annum resecatur usque ad terram, ut unus tantum emineat oculus, adminiculo iuxta affixo et fimo addito. Simili modo et secundo anno reciditur viresque concipit et intra se pascit suffecturas oneri; alias festinatione pariendi gracilis atque ciuneida, ni cohibeatur castigatione tali, in foetum exeat tota.*

Formare) Male Vrsinus corrigebat *firmare*, recte monente Gesnero. Palladius Febr. 15: *novellam vitem Columella dicit a primo anno ad unam materiam esse formandam, nec recidendam totam, sicut Italiae consuetudo est, anno secundo expleto; quia vel intereant vites in totum recisae, vel infoecunda sarmenta producant, quae amputato capite velut pampinaria de duro coguntur exire: quare iuxta ipsam commissuram veteris sarmenti unam vel duas gemmas relinquendas: quod est merito in viticula fortiore servandum, et sane excipiendam calamis novellam, vel exiguis palis, ut tertio anno robustiores possit accipere.*

Silvescere) Cato apud Ciceronem de Senectute cap. 15: *ferro amputans coërcet ars agricolarum ne silvescat sarmentis et in omnes partes nimia fundatur.* Vide ad Caton. cap. 33, 2.

Rationi contrarium) Addidi ex Goesiano vocabulum, quod pluribus in locis Columella omisit.

Ad terram) i. e. solo tenus, ut antea dixit. Male igitur *a terra* Edd. primae cum Saug. Nec omnino dici possunt malleoli recidi vel decidi a terra, sed a duro, a radicibus reciduntur. Vide ad cap. 7, sect. 2.

4 pampinaria saepissime fructu carent. Media igitur ratio sequenda est, ut neque solo tenus malleolum recidamus, nec rursus in longiorem materiam[p] provocemus: sed adnodato[q] superioris anni pollice, supra[r] ipsam commissuram veteris sarmenti unam vel duas gemmas relinquemus, ex quibus germinet.

XII. Putationem sequitur iam pedandae vineae cura: verum hic annus nondum vehementem palum aut ridicam[a] desiderat: notatum[b] est enim a me, plerumque teneram[c] vineam melius adminiculo modico quam vehementi palo[d] adquiescere. itaque aut veteres, ne novae radicem agant, arundines[e] singulis viticulis[f] applicabimus binas,[g] aut si regionis conditio permittit, de vepribus[h] hastilia, quibus adnectantur[i] singulae

Vulgo intersertum *et* deest I. B. Br. R. S. (p) *materiem* B. R. (q) Ita pro *annotato* Sang. (r) *iuxta* I. B. Br. R. Sang. *super* P.

Cap. XII. (a) *ridicam* Iens. *rigidam* Sang. (b) *notandum* I. B. R. L. (c) *terram* P. (d) *palo* om. Saug. (e) *harundines* I. B. Br. R. deinc. positum vulgo *binas* om. Br. Pol. (f) Ita pro *vitibus* ex Sang. scripsi probante Pont. *Singulis vitulietis adplicabumus vineas aut si P. agant harum singulis binas applicavimus singulis vitientis* Sang. sed *applicabimus* an notavit Gronovius. (g) *binas* h. l. collocant Br. Pol. (h) Ita Sang. Tromb. prob. Pont. Vulgo *vetera deponemus.* ubi *vetera* om. I. B. Br. R. *devepriis* vel *de veteribus* P. *de veteribus* Lips. (i) *adnectuntur* I. B. Br. R. (k) Ita

Adnodato pollice) Ex Sang. libro hanc lectionem annotaverat Gronovius. Vulgo *annotato*, quod non miror vulgares Interpretes omisisse, quum verba magis quam culturam vitis in legendo et explicando Columella sequerentur. Quid sit adnodare pollicem vel resecem in putanda vite, satis iam ex superioribus constabit lectori.

Supra) Ita recte Iucundus vulgatam *iuxta* correxit; et in Polit. libro est *super*. In antiquis vinitoribus reprehendebat antea Columella hoc ipsum, quod malleoli superficiem solo tenus iuxta ipsum articulum recidebant; ipse igitur *supra* articulum resecat, duabus aut una gemma relicta. Ceterum *relinquamus* legi deinceps debere, recte admonuit Vrsinus.

Cap. XII. *De vepribus hastilia*) Ita egregie Sang. pro *vetera deponemus hastilia*. Plinius 17, s. 35, no. 27: *gracilitate singulorum* (vitium) *firmata circumligatis hastilibus*. Virgilius Georg. II, 358, de vinea: *tum laeves calamos et rasae hastilia virgae fraxineasque aptare sudes furcasque valentes: viribus eniti quarum et contemnere ventos adsuescant, summasque sequi tabulata per ulmos.*

Paulum infra) Sang. *palum infra*.

transversae perticae in unam[k] partem ordinis: quod 2
genus iugi canterium vocant rustici: plurimum id refert esse, quod paulum infra curvationem vitis prorepens pampinus statim apprehendat,[l] et in transversa potius se fundat, quam in edita, ventosque facilius sustineat subnixus[m] canterio. Idque iugum intra quartum pedem convenit[n] allevari, dum se vinea corroboret.[o]

XIII. Impedationem[a] deinde sequitur alligator.[b] cuius officium est, ut rectam vitem producat in iugum. quae sive iuxta palum est posita, ut[c] quibusdam placuit auctoribus, observare debebit, qui adnectit, ne in alliganda materia flexum pali, si forte curvus est, sequendum putet; nam ea res uncam vitem facit: sive ut Attico, et nonnullis aliis agricolis visum est, inter vitem et palum spatium relinquitur,[d] quod nec mihi

pro *imam* I. B. Br. R. L. Goes. Polit. Pouted. (l) *adprehendant* P. (m) *subnexus* Sang. (n) Ita pro *conveniet* Sang. (o) *comprobaret* P. Sic supra *robustae* in *probatae* transiit. Post *corroboret* ante Gesn. addebant *in pedationem*. quod ad sequens Caput pertinet.

Cap. XIII. (a) *in pedationem* in fine capitis praec. ponunt omnes. (b) *adlegator* P. (c) *ut quibusdam placuit auctoribus* absunt I. B. Br. R. S. (d) *relinquendum est* P. *relinquitur* I. B. Br. R. S. Vulgo *relinquetur*. S.

In unam partem) Restitui lectionem antiquam. Vulgata *imam* contraria est sententiae Columellae; is enim statim subiicit: *idque iugum intra quartum pedem convenit allevari* Ita enim altitudo iugi definita est, quae non convenit cum ima parte ordinis. Sed *unam* partem ordinis dixit, quod iugum simplex dicere volebat, seu canterium. Noster V, cap. 4, sect. 1: *quae pedaminibus adnixae singulis iugis imponuntur, eas rustici canteriatas appellant*. Varro I, 8, iugationem directam vocat, cui compluviatam opponit, seu iugatam in longitudinem et latitudinem. Canterius igitur in unam partem ordinis dirigitur, in quatuor compluviatum iugum.

Intra quartum pedum) At cap. 14 sequitur de malleolis: *Iis, ut dixi, canterius propius a terra quam vitibus ordinariis submittendus est: neque enim editior esse debet pedali altitudine*. Numerus igitur pedum mihi suspectus est de vitio in hoc nostro loco.

Corroboret) De varietate lectionis vide infra ad V, 5, 6. Ceterum prima capitis sequentis verba recte cum Vrsino distinxit Gesner.

Cap. XIII. *Qui adnectit*) Haec verba cum Vrsino spuria censuit et inclusit Gesner.

displicet, recta arundo[e] adiungenda stirpi est, et ita per crebra retinacula in iugum perducenda. Vinculi genus quale sit, quo religantur semina,[f] plurimum
2 refert. Nam dum novella vinea est, quam[g] mollissimo nectenda est: quia si viminibus salicis aut ulmi ligaveris, increscens vitis se ipsa[h] praecidit. Optima est ergo genista, vel paludibus desectus iuncus, aut ulva. non pessime tamen in umbra siccata faciunt in[i] hunc usum arundinum[k] quoque folia.

XIV. Sed et malleolorum similis cura agenda est, ut ad unam aut[a] duas gemmas deputati[b] autumno vel vere, prius quam germinent, iugentur.[c] Iis, ut dixi, canterius propius a terra, quam vitibus ordinariis submittendus est: neque enim editior[d] esse debet pedali altitudine, ut sit quem[e] teneri adhuc pampini[f] capreo-

(e) *harundo* I. B. Br. R. (f) *religatur plurima seminum* Sang. (g) *quammollissimo* iunct. I. I. A. *quam molissimo* I. B. R. (h) *seipsa procidit* P. S. vulgo *seipsam*. (i) *ad* P. (k) *harundinum* I. B. R. L. quidem semper fere.

Cap XIV. (a) *vel* P. (b) *deputatis* post I. B. Br. R. ante Gesner. (c) Ita ex A. Iunt. Gesn. *iungentur* aliae, *iuncentur* P. Deinceps vulgatum *Is* cum Gesnero correxi. (d) *oeditior* H. (e) Ita pro *quo* P. S. *quae* I. B. Br. R. (f) Vulgo additur *se*. I. B. Br. R. *capulis suis prolixius illigent*,

Desectus iuncus) Pontedera malebat *delectus*, quoniam non quodvis iunci in paludibus crescentis genus utile sit vinculo. De vario vinculorum genere vide et infra ad cap. 31, s. 1. Plinius 17, s. 35, no. 26: *Quin imo etiam quibus salices superant, molliore hoc vinculo facere malunt, herbaque, Siculi quam vocant ampelodesmon, Graecia vero universa iunco, cypero ulva.* Siculam herbam sub nomine arundinis ampelodesmi descripsit et pinxit in tab. XII, Fasciculi II Plantarum rariorum Neapolitani regni anno 1788 editi Dom. Cyrilli. Ex ea hodie in Sicilia cribra, retia funesque nectunt, vitibusque eandem alligandis adhibent.

Cap. XIV. *Iis, ut dixi*) Ita legendum esse pro *Is* monuit Gesner.

Vt sit quem) Vulgo *quo*. Deinceps I. B. Br. R. *capulis suis prolixius illigent, nec ventis*. Sangerm. solum *nec ventis* habet. Sed Polit. *capreolis suis causa proleissius inligent, nec ventis.* ubi in varietate mira scripturae latet vocis *capulis* varietas *capreolis*. Varronis Etymologia I, 31, s. 4, a capiundo ducta capreoli manifeste ducit ad *capulum*, quem sequior aetas mutavit in *capreolum*. Fuit igitur h. l. olim scriptum *capulis suis* (in aliis *capreo-*

lis illigent suis, ne ventis explantentur. Insequitur deinde fossor, qui crebris bidentibus aequaliter et minutim soli terga comminuat.[g] Hanc planam fossu- 2
ram maxime nos probamus. nam illa,[h] quam in Hispania hibernam appellant, quum terra vitibus detrahitur, et in media spatia[i] interordiniorum confertur, supervacua nobis videtur: quia iam praecessit autumnalis[k] ablaqueatio, quae[l] nudavit summas, et ad inferiores radiculas[m] hibernos transmisit[n] imbres.[o] Numerus autem fossionis aut idem esse[p] debet qui primi anni, aut una minus.[q] nam utique frequenter solum exercendum est,[r] dum id incremento suo vites inumbrent, nec patiantur herbam subcrescere. Pampina- 3
tionis eadem debet esse ratio huius anni,[s] atque[t] prioris. adhuc enim compescenda quasi pueritia seminum est, nec plus quam in unum flagellum[v] est submittenda: tanto quidem magis, quod tenera eius aetas non sustinet[x] et foetu et materiis onerari.

XV. Sed quum annicula mensiumque[a] sex ad vindemiam perducta est, sublato fructu protinus frequentanda est, et praesidiarii malleoli propagandi

nec ventis. P. *capreolis suis causa proleissius inligent; nec.* (g) Ita pro *convertat* I. B. Br. R. (h) *illam* Br. (i) *spacin* B. *internodiorum* I. B. R. recte Br. (k) Vulgo additum *et* om. I. B. Br. R. *nuduabit* P. (l) Vulgo additum *pervenit* (Br. *perveniet*) om. Lips. (m) *et* vulgo additum om. L. *et hibernos* om. P. *et hib. transm. imbres* om. Saog. (o) *transmittet* I. B. Br. R. (o) *hiberes* P. voluit *himbres.* (p) *debet esse* Br. (q) *minus. nam* om. I. B. Br. R. (r) *est* om. Eaed. *nam* addit Pol. (s) *anni* deest I. B. R. *pampinationibus* Br. deinde *puericia* Br. (t) *antiquae* P. (v) *frugellum* ut saepe L. deinde *actas eius* Br. (x) *substinet* R. et saepe L.

lis suis) *illigent*. Inepte Iucundos edidit *quo — pampini se capreolis illigent suis*. Ex Sang. laudat Gronovius scripturam hanc: *quem t. a. p. capreolis suis illigent, nec. — Vt sit quem*) Sic etiam Ponted. ex Tromb. et suo, omisso sequenti *se*. Deinceps *prolixius* interpretatur admodum large, copiose, cumulate, de vitio nihil suspicatus. Idem extremum *comminuat* mecum ex Edd. pr. Polit. Ambr. et suo restituit, et *minutim* cum Polit. Tromb. et suo Codice in *minute* mutat.

sunt, qui in hunc usum fuerant depositi; vel,[b] si ne hi quidem sunt, ex ordinaria vite in alterum palum mergus est attrahendus. nam plurimum interest adhuc nova consitione pedamen omne vestiri; nec mox vineam tum subseri, quum[d] fructus capiendus
2 est. Mergi genus est, ubi supra terram iuxta suum[e] adminiculum vitis curvatur, atque ex alto scrobe submersa[f] perducitur ad vacantem palum: tum ex arcu vehementer citat materiam, quae protinus applicata
3 suo pedamento ad iugum evocatur. Sequente deinde anno insecatur superior pars curvaturae usque ad medullam,[g] ne totas vires matris propagatum flagellum in se trahat, et ut paulatim condiscat suis radicibus[h] ali. Bima deinde praeciditur proxime palmam,

Cap. XV. (a) *et mensium* L. I. B. R. Br. (b) *vel si* abs. P. (c) *sive hi* I. B. Br. R. Deinde *paulum* pro *palum* Saug. (d) *tum* I. B. R. (e) *suum* ius. ex Gors. L. a. V. (f) *summersus* I. B. R. Br. (g) *medulam* B. (h) *radicibus: a bima* I. B. R. *Ab ima* Br. deiude *summissa* Br. (i) Ita

Cap. XV. *Nec mox vineam tum*) Recte Vrsinus emendabal: *mox vinetum subseri.*

Mergi genus) Palladius Febr. 16: *mergum dicimus, quoties velut arcus supra terram relinquitur, alia parte vitis infossa.* Geoponica IV, 3, vocanl ἐμβροχάδα mergum. Sed eadem V, 18, ἀπώρυγα vocanl, et tertio anno transferunl mergum.

Exarcucitat) Infra cap. 20, 3: *curvatura iuxta vinculum materiam exprimit*; el cap. 24, 13, infra *vinculum deflexarum materias exprimes.*

Inseratur) Ita el Plinius loco deinde laudando. Hunc morem Bithyniae etiam agricolis fuisse testalur Didymus Geoponic. IV, 3, alii praesecabanl totum mergum altero anno.

Bima) Palladius III, 18: *mergi vero post biennium reciduntur in ea parte, quae supra est, et in loco iustas vites relinquunt. Sed ut agricolae asserunt post biennium si recidas, plerumque infirmas habent radices et repente simul pereunt.* ubi posl *biennium* insere ex h. l. *vere.* Idem Novembri 2: *ante Idus nunc mergus, hoc est, propaginis curvatura post triennium, quam pressa fuerat, recidetur a vite.* ubi legendum esl *biennium.* Plinius 17, s. 35, no. 23, de propagatione in arbusto: *Post annum propago inciditur ad medullam, ut paulatim radicibus suis assuescat; caulis a capite ad duas gemmas reciditur; tertio totus mergus abscinditur reponiturque altius in terram, ne ex reciso frondeat. Tolli viviradix a vindemia protinus debet.* Denique hunc nostrum locum expressit Palladius Octobri 6: *hoc tempore idcirco locis, quibus dixi, propagatio melior est, quia firmandis radicibus*

quae ex arcu submissa est. et id quod a matre abscissum recessit,[i] confestim alte[k] circumfoditur, et scrobiculo facto ad imum solum praeciditur, adobruiturque, ut et radices deorsum agat, nec ex propinquo negligenter in summa terra resectum[l] progerminet.
Tempus autem non aliud magis idoneum est hunc 4
mergum amputandi, quam ab Idibus Octob. in Idus Novemb. ut hibernis mensibus suas[m] radices confirmet. nam si vere id fecerimus, quo gemmare palmites incipiunt, matris alimentis subito destitutus[n] languescit.

XVI. Eadem ratio est[a] in transferendo malleolo. nam [in[b]] secundo autumno, si caeli et loci qualitas patitur, commodissime post Idus Octobris exemptus conseritur:[c] sin autem aliqua terrae vel aëris repugnat iniuria, tempestivitas eius in proximum ver differtur. neque diutius in vineis relinquendus est, ne[d] soli[e] vires absumat, et ordinaria semina infestet: quae quanto celerius liberata[f] sunt consortio viviradicum,[g] tanto facilius convalescunt. at in seminario licet trimam atque etiam quadrimam vitem resectam vel anguste putatam custodire: quoniam non consulitur
vindemiae. Quum mensem trigesimum[h] excessit[i] po- 2
sita vinea, id est tertio autumno, vehementioribus statuminibus statim[k] impedanda[l] est, idque non ut

pro *recens erit* I. B. Br. R. Sang. *recessor confestim altere circumf.* Lips. (k) *a latere* I. B. Br. R. *altere* L. P. (l) *resecta* I. B. Br. R. Sang. (m) *sibi* add. Goes. (n) *destituta* I. B. Br. R. Sang.

Cap. XVI (a) *est* defic. H. (b) *in* om. P. Goes. S. *nam* omitt. S. annot. Ernesti. (c) *consequitur* Sang. *consequetur* I. B. Br. R. (d) *nec socii vires absumant* P. *socii -- absumam* Goes. (e) *soli* om. I. B. R. Br. (f) *librata* G. (g) *viviradicium* P. (h) *tricesimum* I. B. R. *tricensimus* P. Paulo antea *quia* Sang. (i) Ita pro *excesserit* I. B. Br. R. S. (k) *statum*

vitis incumbit, quum proferendi palmitis eam cura non permovet.

Ad imum solum) Scilicet scrobiculi; opponitur summae terrae.

libet aut fortuito faciendum. nam sive prope truncum
defigitur[m] palus, pedali tamen spatio[n] recedendum[o]
est, ne aut premat radicem aut[p] vulneret, et ut fossor
3 tamen[q] ab omni parte semina circumfodiat; isque pa-
lus sic[r] ponendus est, ut frigorum et Aquilonum ex-
cipiat violentiam, vitemque protegat: sive medio in-
terordinio pangetur, vel defodiendus[s] est, vel prius
paxillo[t] perforato solo, altius adigendus,[v] quo facilius
et iugum et fructum sustineat. Nam quanto[x] propius
truncum[y] ridica statuitur, etiam leviter[z] defixa sta-
bilior est: quoniam contingens[a] vitem mutua vice
4 sustinetur et sustinet. Statuminibus deinde firmiora
iuga sunt alliganda,[b] eaque vel saligneis perticis vel

P. (l) *impedienda* I. B. Br. R. deinceps *ita* pro *idque* Sang. et Br. (m) *deponitur* L. I B. Br. R. S. (n) *spacio* B. R. (o) *recidendus* I. B. Br. R. S. (p) Ita pro *premat, aut radicem* Goes. (q) *tamen* inserui ex I. B. Br. R. L. S. (r) *sic* abest I. B. R. Br. (s) *deponendus* L. I. B. R. Br. S. (t) *baxillo ferrorato* P. *taxillo* Goes. S. *faxillo forforato* L. (v) *est* adiic. I. B. Br. R. *adfigendum est* P. *adfigendus* S. (x) *quando* Goes. (y) *truncus cum ridica* omnes edili ante Gesnerum. *ridiga* Saug. *truncus relica* L. nobiscum P. (z) *leniter* I. B. R. Br. (a) *constringens* Goes. I. B. Br. R. S. (b) *illiganda* I. B. Br. R. L. *alligamenta* P. *inligamenda* ex Saug.

CAP. XVI. *Pedali*) Plinius 17, s. 35, no. 19: *Pedamentum quidam inter duas vites* (medio interordinio noster) *utilius putant statui: et facilius ablaqueantur ita — in quadripartita quam proximum oneri adminiculum esse debet, ne tamen impedimentum sentiat ablaqueatio, cubito abesse non amplius.*

Aquilonum) Varro I, 26: *in omni vinea diligenter observant, ut ridica vitis ad septentrionem versus figatur.* Contra Plinius 17, s. 2, cuius locum supra posui ad III, 12, 5. Palladius Martio 7: *Palus maioribus vitibus solidus, minoribus ponatur exilis. Propter umbrae molestiam statuatur ab Aquilone et plaga frigida, spatio quatuor digitorum vel semipedis remotus a vite, ut possit ab omni parte circumfodi.* ubi Vincentius bis habet *violentiam* pro molestiam. Igitur etiam ex Palladio, ut ex loco Plinii supra posito suspiceris quaedam in hoc Columellae loco esse vitiosa; nisi uterque sua aliunde duxerit, quod tamen in vitium cultura non fecisse videtur Palladius. Geoponica V, 22: *ἔστω δὲ μὴ λεπτοτέρα καλάμου τοῦ γενναιοτάτου, ὅπως μηδὲ βαρύνοι μήτε σκιάζοι τὸ φυτόν*; et palum probant decorticatum, propter insectorum insidentium rimas corticis noxam.

Propius truncum) Ita vulgatam *truncus cum radica* monente Vrsino et confirmante libro Polit. emendavit

compluribus quasi fasciculis arundinum connectuntur, ut rigorem habeant, nec pandentur[c] onere fructuum. nam binae[d] iam materiae singulis seminibus submittendae erunt:[e] nisi si tamen gracilitas vitis alicuius angustiorem putationem desiderabit, cuius unus palmes atque idem paucorum oculorum erit relinquendus.[f]

XVII. Perticae[a] iugum firmius faciunt, minusque operosum. Arundines pluribus operis iugantur,[b] quoniam[c] et pluribus locis nectuntur. eaeque[d] inter se conversis cacuminibus vinciendae[e] sunt, ut aequalis crassitudo totius iugi sit. nam si cacumina in unum competunt, imbecillitas eius partis gravata pondere iam maturum fructum prosternit, et canibus ferisque
reddit obnoxium. At quum iugum in fascem pluribus 2
arundinibus alterna[f] cacuminum vice ordinatum est, fere quinquenn[illegible] praebet usum. Neque enim est[g] alia ratio putationis aut caeterae culturae, quam quae

Gronovius. (c) *pandantur* aute Gesn. (d) *vineae* iam *maturae* I. B. Br. R. L. (e) *sunt* I. B. R. *summittendae sunt* Br. (f) *relinquendus perticae: iugum fortius minusque onerosugi est. Arundines* I. B. R. L. *relinquendus perticae* → *onerosum est.* Deinceps novum caput ordilur Br. *fortius minusque onerusum arundines* cx Saug. posuit Gronovius, et capilis distinctionem abesse monet.

Cap. XVII. (a) *perticum* P. S. deinde *fortius* I. B. Br. R. S. omisso *faciunt* et postea *onerosum est* habeut. (b) *iungantur* I. B. Br. R. (c) *enim* Br. (d) *eae aequae* Br. *eae aeque* I. B. R. *aeque* P. *eque* Saug. (e) *vincendae* Ieus. Br. (f) *ternae* P. (g) *est* om. I. B. Br. R. *est alia* om. P.

Gesner. Eidem Vrsino paruit Gesner *pandantur* mulans in *pandentur*.

Cuius unus palmes) Infra Arbor. c. 5: *tertio anno vitem inquam formam voles, componito. Si iugatam eris facturus, unam materiam submittito, ita, ut duas gemmas, quae sunt proximae a terra, falce acuta radas — deinde tres sequentes relinquas.* ubi Pontedera ex Edd. primis legi malebat *ima* et hoc nostro in loco similiter *imus*. Sed de nostro loco falsus esse videtur vir doctus; et de altero testatur locus Geoponic. V, 22, nihil esse mutandum; ibi enim eadem traduntur.

Cap. XVII. *Arundines — iugantur*) Recte monuit Gesner, non iugari arundines, sed vites. Igitur legi malebat *arundine* vel *arundinibus*.

Neque enim) Gesner monet legendum potius esse *neque vero*.

primi biennii. nam et autumnalis ablaqueatio sedulo facienda, nec minus vacantibus palis propagines applicandae. hoc enim opus nunquam intermittendum
3 est, quin omnibus instauretur[h] annis. Neque enim ea quae seruntur a nobis, immortalia esse possunt. attamen aeternitati eorum sic consulimus, ut demortuis seminibus alia substituamus: nec ad occidionem universum genus perduci patimur[i] complurium[k] annorum negligentia. Quin etiam crebrae fossiones dandae, quamvis una possit detrahi culturae prioris anni.
4 Pampinationes quoque saepe adhibendae.[l] neque enim satis est semel aut iterum tota aestate viti detrahere frondem supervacuam. Praecipue autem decutienda sunt omniá, quae infra trunci caput egerminaverint.[m] item si oculi singuli sub iugo binos pampinos emiserint,[n] quamvis largos fructus ostendant, detrahendi sunt[o] singuli palmites, quo laetior, quae superest materia consurgat, et reliquum[p] melius educet fructum. Post quadragesimum et alterum mensem per-

(h) *insaturetur* Goes. Pol. (i) *patiamur* Iuot. (k) *cum plurium* I. B. Br. R. (l) *adivendae* P. hic annotata erant a Polit. sequentia: *fere liber Nicolai se habet, ut hic impressus, ubi emendatur. In priore autem scriptura sicut antiquus; et nos ergo, quando emendamus, nisi inducatur Scriptura, nihil mutatum volumus.* (m) *egerminavērunt* I. B. R. Br. (o) *emiserunt* I. B. R. Br. (o) Vulgo intersertum *eis* om. Goes. I. B. Br. R. S. (p) *re-*

Canibus ferisque) Ao legendum *ventis ferisque* ex cap. 20, 4, aut *vulpibus ferisque* sc. aliis ex Varrone I, 8? Vitium animadvertit etiam Gesner. Sed ecce Crescentius IV, 17: In quibusdam etiam locis nimias hominum et canum patiuntur insidias, quas diligenter die noctuque maturitatis tempore custodiri oportet etc. ubi plantari iubet species vitium sapore uvarum ingratas veluti *gnii arestam* et *gmaroiñm*, quas idem c. 4 Gnaarestam et *gimnaremum* vocat addens: et haec *non comeditur uva ab avibus vel canibus nec libenter ab hominibus* etc. Ipse etiam in vinea, quam ab aestate soleo habitare, canem vinitoris depraedantem saepe vidi uvas.

Quinquennii) Plinius 17, s. 35, no. 10: *saluberrima in iugo arundo connexa fasciculis, durat quinis annis.*

Patimur) Praefero librorum quorundam lectionem *patiamur*, etsi vulgata potest defendi.

cepta vindemia sic instituenda est putatio, ut submissis
pluribus flagellis vitis in[q] stellam dividatur. Sed pu- 5
tatoris officium est pedali fere spatio[r] citra[s] iugum
vitem compescere, ut e capite, quicquid teneri[t] est,
per brachia emissum[v] provocetur, et per iugum in-
flexum praecipitetur ad eam mensuram, quae terram
non possit contingere. Sed modus pro viribus trunci 6
servandus est, ne plures palmites[x] submittantur quam
quibus vitis sufficere queat. fere autem praedicta aetas

liquo Goes. I. B. Br. R. Deinceps *percepta* dedi ex Sang. pro *perfecto*. (q) *in* om. P. (r) *spacio* B. R. (s) Vulgo *circo*. Br. et Sang. *contra*. (t) Ita pro *tenerum* I. B. Br. R. Sang. (v) *emisi umbros hiemis simi provocetur* Lips. (x) *palme* P. Postea *quattuor* Br. et *partis* Br. (y) *debet* I. B.

Stellam) De stellata seu quadrata forma vide infra ad cap. 26, s. 3. — *Vineae iugum quadratum, quadripluviatum, in stellam decussatum* de uno eodemque modo dici, monui ad Varronem p. 276, et ad Colum. p. 212. Illustris Comes *de' Caronelli* comparat Mediolanensium modum *a banchetta* dictum, quem ita describit pag. 31: *consiste nel piantare un filare d' alberi verdi al piede di ciascun de' quali sta piantata una vite. Da una parte e dall' altra di questi alberi si piantano due file di pali morti, e i capi della vite dall' albero vivente si stendono ai pali laterali, e così pure da un palo all' altro della medesima fila e formano una specie di pergolato. I capi della vite si dipartono dall' albero vivente all' altezza di mezzo uomo, sicchè formano un declivio come il tetto di una casa, con questa differenza, che la parte più elevata qui è ai lati, e la minor altezza sta nel mezzo all' albero vivente.*

Citro iugum) Ita recte Vrsinus, pro *circa* scribi voluit. Vide infra cap. 24, s. 11. Item cap. 21: *ut caput trunci pedali fere spatio sit inferius iugo, quaternisque brachiis, dividatur in totidem partes.*

Per brachio emissum) Vulgatum *tenerum* ex libris optimis correxi. Deinde interpunctionem post *emissum* vulgo positam sustuli et post *teneri est* posui. Sententia est haec: ut quicquid e capite enatum est teneri, in modum brachiorum emittatur, provocetur et dividatur in totidem partes. In Lips. est: *emisi umbras hiemissimi provocetur*. Forte *umbrae* natae sunt ex *humeris*, ut altero etiam loco infra V, 10, 7. Sexenni etiam viti putationem volunt Geoponica V, 22 ita adhiberi, ut viti pro viribus tres aut quatuor humeri (ὦμοι) relinquantur et singulis palmitibus adiungantur pali; quos ὠμοχάρακας appellant.

Palmites submittantur) In Pal. est *palmae*. Quare si mecum ex Lips. legeris *per humeros et brachia emissum provocetur — ne plures palmae* etc. Columella in metaphora permanebit. A palma enim palmites ducti sunt.

Praedicta aetas laeto solo) Palladius Febr. 15: *nam quadrima novella, ubi laetum solum est, tres materias*

laeto solo truncoque tres materias, raro quatuor desiderat, quae per totidem partes ab alligatore dividi debent.[y] nihil enim refert iugum in stellam decussari[z] atque diduci,[a] nisi et[b] palmites adiungentur.[c] quam tamen formam non omnes agricolae probaverunt: nam multi simplici ordine fuere contenti. verum stabilior est vinea et oneri sarmentorum et fructui ferendo, quae ex utraque parte iugo devincta pari
7 libramento velut ancoris[d] quibusdam[e] distinetur.[f] tum etiam per plura brachia materias diffundit, et facilius eas explicat undique[g] subnixa, quam[h] quae in simplici canterio frequentibus palmitibus stipatur.[i] potest tamen, si vel parum late disposita vinea[k] vel parum fructuosa caelumque non turbidum nec procellosum[l] habeat, uno iugo contenta[m] esse. nam ubi magna vis
8 et incursus est pluviarum procellarumque, ubi frequentibus aquis vitis labefactatur, ubi praecipitibus clivis velut pendens plurima[n] praesidia desiderat: ibi quasi quadrato circumfirmanda. est agmine. calidis vero et siccioribus locis in omnem partem iugum

Br. R. (z) *decusari* I. B. R. *decussari* Br. (a) *deduci* I. B. Br. R. (b) *et* om. Eaed. (c) *adiungantur* Eaed. *adiungentur* Commel. (d) *anchoris* praeter Comm. omnes ante Gesn. (e) *placidioresque* L. (f) *distenditur* I. B Br. R. L. Sang. (g) *vindemia quae subnixa* I. B. Br. R. S. *subnexa* P. omittit Lips. (h) *quaque* Br. (i) *stypatur* A. Iunt. H. (k) *vencta* I. B. Br. R. S. (l) *procelosum* Bc. *procelsum* Pol. S. (m) *contentus* I. B. Br. R. (n) *plura* Eaed. S. (o) *firmanda* sine *circum* Eaed. et Sang. (p)

merito nutrire cogetur. Mihi vulgatum h. l. *truncoque* vitiosum esse videtur, aut supervacuum.

Distinetur) Libri optimi *distenditur*. Ita VI, 19, 3: *corpus temonibus distentum obligatur*. Sed praefero librorum scriptorum optimorum lectionem; etsi infra cap. 21, 2, in simili fere re: *quae supra hunc modum materiis distenditur*.

Vno iugo) Plinius 17, s. 35, no. 19: *Pedamentum quidam inter duas vites utilius putant statui: et facilius ablaqueantur ita meliusque est uni iugae vineae, si tamen et ipsi iugo sint vires, nec flatu infesta regio. In quadripartita quam proximum oneri adminiculum esse debet; ne tamen impedimentum sentiat ablaqueatio, cubito*

porrigendum est, ut prorepentes undique pampini iungantur, et condensati[p] camerae[q] more, terram sitientem[r] obumbrent, contra pluviis[s] et frigidis[t] et pruinosis regionibus simplices ordines instituendi: nam et sic facilius insolatur humus, et fructus percoquitur, perflatumque salubriorem habet: fossores quoque liberius et aptius iactant bidentes,[v] meliusque perspicitur a custodibus fructus, et commodius legitur a vindemiatore.[x]

XVIII. Sed quoquo[a] vineta placuerit ordinare, centenae stirpes per singulos hortos semitis distinguantur: vel, ut quibusdam[b] placet, in semiiugera omnis modus dirimatur. quae distinctio praeter illud commodum, quod plus solis et venti vitibus praebet, tum etiam oculos et vestigia domini, res agro saluberrimas,[c] facilius admittit, certamque aestimationem in exi-

condensentur I. B. Br. R. (q) *camarae* P. S. (r) *scitientem* R. (s) *pluviis et* addidi ex L. Goes. Sang. (t) *et pruin. et frigidis* I. B. Br. R. *pluviis et fr. et pruin.* P. Saug. *pluviis frigidis* et cet. Iunt. (v) *bidentis* Br. deinde *fossoresque* Sang. (x) *vindemitore* Pol.

Cap. XVIII. (a) Ita pro *quando* Sang. *quomodo* Br. (b) *cuidam* I. B. Br. R. (c) Ita pro *saluberrima* ex iisdem et Goes. Gesner. deinceps *certe*

abesse non amplius: ablaqueari autem prius, quam putari iubent.

Vt prorepentes undique) *Vt prorepentes undique pampini iungantur et condensati camerae more terram sitientem obumbrent.* Hoc genus iugi simile esse arbusto Mediolanensi, ubi vitis asserta arbori vivae et ad hominis staturam ascendens distenditur humeris suis ad palos, arbori in circulum circumpositos quasi diradiatur, palmitibus a palo in palum coniugatis, ita, ut contextus duramentorum et palmitum speciem fiscellae exhibeat, unde hic modus vinea *a gabbiolo* dicitur, monet Comes *de' Caronelli* de Cultu Vinear. p. 30.

Pampini iungantur) Vrsinus legi voluit *iniugentur.* Infra cap. 21, 2: *est singulis brachiis licebit bina iniungere flagella.* ubi antea erat *iungere.* Malim itaque etiam h. l. *iniungantur.* Paulo antea etiam pro *adiungentur* Edd. I. B. R. *adiungantur* habent.

Pluviis) Ex libris optimis addidi vocabulum, suadente etiam Pontedera, ut siccis pluviae regiones opponantur.

Cap. XVIII. *Saluberrimas*) Antiquam lectionem monente etiam Pontedera restituit Gesner. Respexit Columella sententiam Lybici hominis ap. Aristot. Oeconom. 1, 6: ποία κόπρος ἀρίστη; τὰ τοῦ δεσπότου ἴχνη.

gen lis operibus praebet. neque enim falli possumus
2 per paria intervalla iugeribus divisis. Quinetiam ipsa hortulorum descriptio quanto est minoribus modulis concisa,[d] fatigationem veluti minuit, exstimulatque[e] eos qui opera moliuntur, et[f] ad festinandum invitat. nam fere vastitas instantis[g] laboris animos debilitat. Non nihil etiam prodest vires et proventum cuiusque
3 partis vinearum nosse, ut aestimemus, quae magis aut[h] minus colenda sint. Vindemiatoribus quoque hae semitae et iugum pedamentaque sarcientibus[i] opportunam laxitatem praebent, per quam vel fructus vel statumina portentur.

XIX. De positione iugi, quatenus a terra levandum sit, hoc dixisse abunde[a] est: humillimam[b] esse quatuor pedum, celsissimam septem. quae tamen in novellis seminibus vitanda est. Neque enim haec prima constitutio vinearum esse debet, sed per annorum longam seriem ad hanc altitudinem[c] vitis perducenda
2 est. Caeterum quanto[d] humidius est solum et caelum, placidioresque[e] venti, tanto est altius attollendum

quae Sang. idem *praebent.* (d) Ita pro *consita* Gesn. ex iisdem Iunt. L. Goes. Sang. (e) Ita pro *et simul* scripsi. *exstimulantque* P. et *stimulant os* Iunt. et *exstimulant eos* Lips. *exstimulque* Sang. (f) *et* addidi ex I. B. Br. R. S. Iunt. (g) *inscisa* P. *instisa* Sang. forte *indivisa* voluerunt. (h) *ut* Gr. deinde *sit* 4. B. Br. R. A. Iunt. Postea *vindemitoribus* Br. et Sang. (i) *sartientibus* Iens. Br. *sarientibus* B. R. *sarrientibus*, aliae praeter Gesn. *oportunam* Br.

Cap. XIX. (a) *habunde* B. R. (b) *humilimam* B. G. Gr. *quattuor* Br. (c) *latitud.* L. (d) *quam* P. (e) *humidioresque* vulgatum ex Lips. corra-

Sarcientibus) Vrsino admonente vulgatum *sarrientibus* correxit Gesner.

Cap. XIX. *Quatenus — levandum sit*) Haec ex glossa orta esse suspicabatur Vrsinus.

Annorum longum) Palladius I, 6, 10: *Vitis, quae ad iugum colitur, per aetates ad hoc perducenda est, ut locis molestioribus quatuor pedibus a terra, placidioribus vero septem summitas eius insurgat.*

Placidioresque) Ita ex Lips. emendarunt Schoettgen et Gesner, approbante Palladio. Vulgo *humidioresque.*

iugum. Nam laetitia vitium patitur[f] celsius evocari,[g] fructusque[h] submotus a terra minus putrescit: et hoc uno modo perflatur ventis, [i]qui nebulam et rorem pestiferum celeriter adsiccant, multumque ad deflorescendum et ad bonitatem vini conferunt. Rursus 3
exilis terra et acclivis torrensque aestu, vel quae vehementibus procellis obnoxia est, humilius iugum poscit. At si cuncta competunt voto, iusta est altitudo vineae pedum quinque: nec tamen dubium, quin vites tanto melioris saporis praebeant[k] mustum, quanto in editiora iuga consurgunt.[l]

XX. Pedatam vineam iugatamque sequitur alligatoris cura, cui antiquissimum esse debet, ut supra[a] dixi, rectam[b] conservare stirpem, nec flexum[c] ridicae persequi, ne[d] pravitas statuminum ad similitudinem sui vitem configuret. Id non solum ad speciem plurimum refert, sed ad ubertatem[e] et[f] firmitatem, perpetuitatemque. Nam rectus truncus similem sui medul- 2
lam gerit, per quam velut quodam itinere sine flexu atque[g] impedimento facilius terrae matris alimenta meant,[h] et ad[i] summum perveniunt. at quae curvae

xit Gesner assentiente Sang. (f) *partitur* P. deinceps vulgo additum *se* oio. I. B. Br. R. (g) Ita pro *evagari* scripsi. *evacari* P. (h) *fructus* Sang. (i) *vites* om. I. B. Br. R. Sang. (k) *praebeat* I. B. R. *praebeant* Br. (l) *consurgant* I. B. Br. R. S. Ceterum novi capitis distinctionem deinceps non habet Broschiana.

Cap. XX. (a) *supra deficit* I. B. Br. R. (b) *recte* P. (c) *plexum* P. S. (d) *nec* I. B. Br. R. *nec pravitas statuminis insidi ad* L. (e) *firmitatem et ad ubertatem* I. B. R. Br. *firmitatem et — libertatem* P. Goes. *firmitatem et libertatem, perpet.* Sang. (f) *ad* inserunt I. I. H. A. Gr. G. St. (g) *sine* I. B. R. Br. (h) *manant* L. I. B. Br. R. S. (i) *in summa* I. B. Br. R. S. *in*

Evocari) Vitium vulgatae senserat etiam Schoettgen; recte igitur *evagari* mutari voluit in id verbum, quod posui, monstrante Pol. veram lectionem. Palladius III, 12: *in locis laetis et clementioribus altius vitem licebit expandere* Sed male is usus est verbo *expandere*. Ceterum etiam hic Palladii locus lectionem *placidioresque* firmat.

Acclivis) Palladius: *in exilibus aut aestuosis aut declivibus aut procellosis humilior est habenda.*

sunt et distortae, non aequaliter alliduntur[k] inhibentibus nodis, et[l] ipso flexu cursum terreni humoris
3 veluti salebris[m] retardante. Quare quum ad summum palum recta vitis extenta est, capistro constringitur, ne foetu gravata subsidat curveturque. tum ex eo loco quod proximum iugo ligatum[n] est, brachia disponuntur in diversas partes,[o] palmaeque superpositae deorsum versus[p] curvantur[q] vinculo. itaque[r] id quod iugo depen-

summam Sang. ann. Ernesti. (k) *adliduntur* P. Goes. *alligantur* alii. *quae sunt distortae — alliduntur* Sang. (l) *et in ipso flexu cursum* I. B. Br. R. *cursum* etiam Sang. vulgo *incursum*. (m) *salubris* L. S. *salebras* I. B. Br. R. (n) *lignum* I. B. R. Br. (o) *partis* Br. (p) circulo *curvantur* Goes. et Saug. *curventur*. *A vinculo itaque id* A. Inut. G. H. (q) *atque vinculo* ex Saug. posuit Ernesti, sed Gronovius pro verbis Aldinae lectionis o *vinculo itaque* esse in Saug. annotavit: *atque*. Igitur *vinculo itaque* omittuntur. Etiam Lips. *vinculo* omittit. (r) *ita id* I. B. R. *atque id* Br. Ald. et Saug.

Cap. XX. *Alliduntur*) Ita ex libris optimis dedit Gesner pro *olliguntur*, et comparavit locum Plinii 26, s. 22: *ubi alluit unda*. Ante Gelenium enim legebatur ibi *allidit undo*. In definitione litoris Aquiliana apud Ciceronem Topic. c. 7, et Quintil. V, 14, 34: *litus est qua fluctus eludit* meliores Codices habere monet *allidit* vel *elidit*. In Cicerone de N. D. II, 39, malebat etiam Gesner.: *mare terram appetens litoribus allidit* vel *elidit*, quam quod editur *eludit*. Denique annotat in editione Isidori 1472 et 1489 Libro IV, 8 legi: *dictum litus quia fluctu eliditur, vel quod aqua alluitur. Cicero in Topicis: litus est aqua, quam fluctus eludit.*

Salebris) Beroaldus malebat *salebra*, Vrsinus *salebrae retardant*.

Quod proximum iugo) Vitium in structura verborum vidit etiam Gesner, et emendabat legendo *quo*. Sed ne sic quidem locus sanus erit. Quid enim ligatum esse dicitur? Vitis. Igitur debebat esse *ligata*. Vbi deinceps ligata fuit vitis? in summo palo. Quaeritur nunc, ex quo loco vitis brachia sint in iugum appositum diducenda, postquam ipsum corpus summo palo fuit alligatum. Quod quaerimus, latet in vitiosis verbis. Edd. primae habent *proximum iugo lignum*, quod Iucundus inepte in *ligatum* mutavit. In summo enim palo vitis ligatur; brachia ab eo loco diducenda sunt, qua proximum iugum attingunt, igitur inferiore vitis parte. Caput vitis citra iugum pedali spatio compescere iubet supra cap. 17, sect. 5, et cap. 21: *ut caput trunci pedali fere spatio sit inferius iugo, quaternisque brachiis dividatur in totidem partes*. Ita etiam noster cap. 24, sect. 11. Quare h. l. malim: *ex eo loco, qui proximus iugo est, ligata brachia disponuntur in diversas partes.*

Curvantur) Vitium loci arguit mira lectionis varietas. Hoc in aperto est, Aldinam lectionem praeferendam esse, hac fere ratione ordinatam: *curvantur; atque id, quod o vinculo de-*

det, fructu[s] impletur: rususque[t] curvatura[v] iuxta vinculum materiam exprimit. Quidam eam partem, quam nos praecipitamus, supra iugum porrigunt, et crebris viminibus innexis continent; quos ego minime probandos puto. Nam dependentibus palmitibus neque[x] pluviae neque pruinae[y] grandinesve tantum nocent, quantum religatis, et quasi tempestatibus oppositis. iidem tamen palmites prius quam fructus mitescant, variantibus adhuc et acerbis uvis, religari debent, quo minus roribus queant putrescere, aut ventis ferisve[z] vastentur. Iuxta decumanum atque semitas palmites[a] intrinsecus flectendi[b] sunt, ne praetereuntium incursu laedantur.[c] Et hac quidem ratione tempestiva vitis perducitur[d] ad iugum. Nam quae vel infirma vel brevis est, ad duas gemmas recidenda est, quo[e] vehementiorem fundat materiam, quae protinus emicet[f] in iugum.

XXI. Quinquennis vineae non alia est putatio, quam ut figuretur, quemadmodum institui[a] dicere

annotante Gronovio. (s) *fructus* I. B. Br. R. (t) *rursus* Eaedem. (v) *curvaturae iuncta* Goes. P. (x) *nec* I. B. Br. R. *neque pluviae* om. P. *pluviae neque* om. Saog. (y) *ruinae* P. (z) Ita Sang. pro *ferisque devastentur.* (a) *palmes* P. (b) *plectendi* P. S. (c) *ledantur* B. (d) Ita Br. et Saug. pro *ad iug. perd.* (e) *quo* I. B. Br. R. (f) *emittet* I. B. Br. R. deinde *in iugum* om. P.

Cap. XXI. (a) Ita I. B. Br. R. Polit. Ponted. quod probat pro *supra*

pendet iugo. Palmites enim antequam deorsum curventur, alligandae sunt in iugo. Deinceps malim: *rursus curvatura infra vinculum materiem exprimit.* Noster infra cap. 24, s. 13: *ubi palmas ligaveris et in terram spectantes deflexeris, infra vinculum materies exprimes.* Plinius 17, s. 35, no. 13: *Palmes duas tresve gemmas sub iugo habere debet, ex quibus materia nascatur: tunc per iugum mergi alligarique — vinculo non adstrictus a tertia gemma alligari; quoniam et sic coercetur impetus materiae, densioresque citra pampini exsultant; cacumen religari vetant. Natura haec est: deiecta pars aut praeligata fructum dat, plurimumque ipsa curvatura. Quod citra est, materiem mittit, offensante, credo, spiritu, et illa, quam diximus medulla. Quae ita emicuerit materia, fructum dabit anno sequente.* Ita recte Brotier dedit ex Codd. et editione principe, ubi Harduinus dederat *crebro spiritu.*

supra, neve supervagetur; sed ut caput trunci pedali fere spatio sit inferius iugo, quaternisque brachiis, quae duramenta quidam vocant, dividatur in totidem partes.[b] Haec brachia sat erit interim[c] singulis palmitibus in fructum submitti, donec vineae iusti sint roboris. quum[d] aliquot deinde annis,[e] quasi iuvenilem aetatem ceperint,[f] quot palmites relinqui debeant.
2 incertum est. Nam loci laetitia[g] plures, exilitas pauciores desiderat. siquidem luxuriosa vitis nisi fructu compescitur, male deflorescit, et in materiam frondemque effunditur: infirma[h] rursus, quum onerata est, affligitur. Itaque pingui terra singulis brachiis licebit bina iniungere[i] flagella, nec tamen numerosius[k] onerare, quam ut una vitis octo serviat palmitibus; nisi si admodum nimia ubertas plureis postulabit. illa enim pergulae magis, quam[m] vineae figuram obtinet,
3 quae supra hunc modum materiis distenditur. Nec debemus committere, ut brachia pleniora trunco sint: verum assidue, quum modo[n] e lateribus eorum flagella licuerit submittere, amputanda erunt superiora duramenta, ne iugum excedant: sed novellis palmis

instituimus, neve. P. *superstitui dicere.* Lips. *dicere* etiam L. et Goes. *instit…* *dicere* Sang. *instituimus dicere* Tromb. (b) *partis* Br. (c) *interius submitti* L. P. S. Goes. *summitti* Br. (d) *Cum quod aliquod* P. *deinde* postea om. I. B. Br. R. (e) *annis et* Eaed. (f) *coeperunt* Eaed. *coeperint* A. Iunt. H. (g) *laeticia* I. R. (h) *in infirma* I. B. Br. R. *in prima* P. (i) Ita pro *iungere* I. B. Br. R. L. Goes. S. (k) *numerius* P. deinde *pluris postulavit* Br. (l) *iam* Goes. (m) *quam v fig.* om. P. *optinet* Br. (n) *quom*

Cap. XXI. *Haec brachia — submitti*) Debebat esse *His brachiis — singulos palmites submitti.* Nam brachia ipsa diriguntur, eisque deinde palmites *submittuntur, dimittuntur, immittuntur, iniunguntur.*

Iniungere) Palladius III, 12: *locis pinguibus singulis brachiis vitium bina flagella dimitte — plus quam octo palmites habere non debet.* ad quem locum, in reliquis verbis mire vitiosum, vide notam.

Admodum nimia) Forte excidit vocabulum aliquod inter *admodum* et *nimia.*

semper [o] vitis renovetur. quae si satis excreverint, iugo superponantur: [p] sin aliqua earum vel praefracta, [q] vel parum procera fuerit locumque idoneum obtinebit, unde vitis anno sequenti renovari [r] debeat, in pollicem tondeatur, quem quidam custodem, alii resecem, nonnulli praesidiarium appellant, id est, sarmentum gemmarum duarum vel trium, ex quo quum processere [s] frugiferae materiae, quicquid est supra vetusti [t] brachii amputatur, [v] et ita ex novello palmite vitis pullulascit. [x] Atque [y] haec ratio bene institutarum vinearum in perpetuum custodienda erit.

Br. *commodo* L. G. *modo* ex Sang. addidi; *summittere* Br. (o) *semper* om. I. B. Br. R. (p) *superponatur* Esed. (q) Ita pro *perfr.* scripsi. *fracta* I. B. Br. R. deinde *optinebit* Br. (r) *revocari* I. B. Br. R. Iunt. S. (s) Ita pro *fructiferae* I. B. Br. R. Sang. (t) *vetusta brachia* I. B. Br. R. *vetustatem* L. *vetustiti brachil* P. (v) *amputetur* I. B. Br. R. (x) *pullescit* B. Br. R. I. I. S. (y) *At hanc* P.

Pergulae) Proprie dicebatur pars aedium proiecta in viam, ubi magistrorum scholae publicae erant. Vide praeter Gesneri Thes. L. L. Valesii Emendat. p. 56. Hinc vitis pergulana dicitur.

Praefracta) Vulgatum *perfracta* correxi. Saepius in his libris hae duae voces permutatae reperiuntur.

Pollicem) Breviorem materiam ita resectam in spem futuri anni furunculum appellabant. Vocabulo eodem de ulmo putanda arbustiva usus est noster V, 6, sect. 16: *in frondatione cavendum ne aut prolixiores pollices fiant, qui ex amputatis virgis relinquuntur, aut rursus ita alleventur, ut truncus ipse laedatur.* Simile aliquid faciunt vinitores Suevi et Rhenani, qui vitis sarmenta in arcus curvare solent. Sarmenta enim alia in arcum submittuntur longiora; praeterea palmites alii submittuntur et resecantur in variam longitudinem, quibus uti possint sequentibus annis in arcum, aut plane resecare. Eiusmodi palmites praesidiarios longiores, qui plus quam 4 gemmas habent, vocant *Kunkel*, i. e. colum, alii *Flaschenträger*, i. e. lagenifórum; cui quatuor aut tres gemmas relinquunt, appellant *Hinterzapfen*, vel *Zapfen*, i. e. conum, quasi epistomium; brevissimum unius aut duarum gemmarum vocant, *Stift*, *Steft*, i. e. ligulam vel cavillam *(cheville)*. Omnes vero eiusmodi reseces palmites communi nomine complectuntur *Schnitte*, i. e. sectiones, seu *Zapfen*. Vide Sprengeri Cult. Vinear. p. 332.

Vetusti brachii) Vrsinus malebat: *vetusta brachia*. Sed recte vulgatam defendit Gesner.

Pullulascit) Qui infra sect. 5, Cap. XXII, reliquit *repullescant* Victorius, nescio qui h. l. damnare potuerit antiquum *pullescit*. Iterum cap. XXIV, s. 4, est *sobolem repullescentem*.

XXII. Si vero aliter formatas acceperimus vineas,[a] et multorum annorum negligentia[b] supervenerint[c] iugum, considerandum erit, cuius longitudinis sint duramina, quae[d] excedant[e] praedictam mensuram. Nam si duorum pedum aut paulo amplius fuerint,[f] poterit adhuc universa vinea sub iugum mitti,[g] si tamen[h] pa-
2 lus trunco est applicitus. is[i] enim a vite submovetur, et in medio spatio[k] duorum ordinum[l] ad lineam pangitur: transversa deinde vitis ad[m] statumen perducitur, atque ita iugo subiicitur. At si duramenta eius longius excesserint,[n] ut in quartum aut[o] etiam in quintum statumen prorepserint, maiore sumptu restituetur.[p] mergis namque, qui[q] nobis maxime placent,[r] propagata ce-
3 lerrime provenit. Hoc tamen si vetus et exesa[*] est

Cap. XXII. (a) *vineas* om. I. B. Br. R. Saug. deinceps *et a multorum* Eaed. *etiam multor.* Saug. (b) *negligentibus* P. (c) *supervenerit* I. B. Br. R. Iunt. Gnes. (d) *quia* G. Gr. (e) *excedant* I. B. Br. R. Sang. (f) *fuerit* I. B. Br. R. deinceps *poterunt* Polit. (g) Hic interpungunt omnes ante Gesn. excepto Br. (h) Ita pro *autem* Gesner ex I. B. Br. R. Lips. *iam* ex. Sang. Gronov. annotavit. (i) *Sis enim* B. uul. *Si enim* P. nov. Br. *is a vite* alige ante Gesn. (k) *spacio* B. R. (l) Ita pro *duraminum* I. B. Br. L. Saug. (m) *astatumen subiungitur* Lips. (n) *excesserunt* I. B. Br. R. deinceps *ut* pro *aut* dedi ex I. B. Br. R. Iunt. (o) *aut quintum* I. B. Br. R. *aut etiam in* Iunt. P. Saug. Vulgo est *vel.* (p) Ita pro *restiturntur* dedi I. B. R. Br. *restituitur. Mergis nanque.* Iens. *restituentur.* Iunt. Lips. *Mergis namque.* Saug. *restituitur.* Vulgo erat *mergis. his namque.* (b) Ita pro *quod* I. B. Br. R. Iunt. (r) Ita pro *placet* Eaedem.

Cap. XXII. *Si tamen palus*) Ita vulgatam *sub iugum mitti. Si autem* (vel *tamen*) *palus trunco est applicitus, is a vite submovetur* correxit et distinxit Gesner. In Sangerm. est: *si iam palus.*

Exesa) Palladius Febr. 16: *sed vetus et exesa vinea, cuius duramenta longe processerunt, ut Columella dicit, mergis melius reparabitur, quam si infossione totius corporis obruatur, quod agricolis certum est displicere.* Celerum Theophrastus H. P. IV, 15, memorat rationem vineae veteris restituendae, quam h. l. ponam, etsi satis eam non intelligo ὅταν ἤδη δοκῇ καταφέρεσθαι (quum incipit degenerare) κλήματά τε ἐπιβάλλειν (sarmenta immitti debere), καὶ καρποῦσθαι ἐνιαυτόν. et fructum unius anni percipiendum), μετὰ δὲ ταῦτα κατασκάψαντα ἐπὶ θάτερα τῆς ἀμπέλου περικαθῆραι πάσας τὰς ῥίζας. (Deinde alteram vitis partem (alterum crus) defodere, radi-

superficies trunci;[a] at si robusta et integra, minorem
operam desiderat. Quippe hiberno tempore ablaqueata
fimo satiatur, angusteque deputatur, et inter quartum
ac[b] tertium pedem a terra viridissima parte corticis
acuto mucrone ferramenti vulneratur. Frequentibus
deinde fossuris terra permiscetur, ut incitari vitis
possit, et[c] ab ea maxime parte, quae vulnerata est,
pampinum fundere. Plerumque autem germen de ci- 4
catrice procedit, quod sive longius prosiluerit, in
flagellum submittitur;[d] sive brevius, in pollicem; sive
admodum exiguum, in furunculum: is ex quolibet
vel[e] minimo capillamento fieri potest. Nam ubi unius
aut alterius folii pampinus prorepsit e duro, dummodo
ad maturitatem perveniat, sequente vere si non ad-
nodatus[f] neque adrasus[g] est, vehementem fundit ma-

(s) *ex ossa* Lips. (t) Vulgo additum *maiorem* om. I. B. Br. R. Iunt. Lips. (h) *et* Br. (c) *et* om I. B. Br. R. Sang. (d) *summititur* Br: (e) *et* Br. (f) *adnotatus* I. B. Br. R. L. *abnodatus* Gr. Vulgo *abnodatus*. (g)

cibus omnibus purgatis). εἶτ' ἐμπλῆσαι φρυγάνων καὶ ἐπαμήσασθαι τὴν γῆν. (deinde virgultis ingestis (scrobi puto) terram adaggerare). τούτῳ μὲν οὖν τῷ ἔτει κακῶς φέρειν σφόδρα, τῷ δ' ὕστερον βέλτιον. τῷ δὲ τρίτῳ καὶ τετάρτῳ καθίστασθαι καὶ φέρειν πολλοὺς καὶ καλούς. ὥστε μηδὲν διαφέρειν ἢ ὅτι ἤκμαζεν. (Illo quidem anno male admodum ferre aiunt; altero melius; tertio et quarto convalescere ferreque multas et bonas uvas, ut non alio modo se habeat, quam quum vigebat). Deinde quum iterum languescere incipit, partem alteram suffodiendam et similiter curandam esse, atque ita semper durare affirmant. Id autem decimo quoque anno fieri debere; ita non opus esse vitem recidere, sed eosdem caudices per multas hominum aetates durare. Videtur omnino Theophrastus vitis arbustivae sternendae atque ita renovandae rationem docere, quam Galli hodieque frequentant, et in Germania revocavit Gaupp. Vide Sprengerum p. 203, et 419.

Vitis possit) Palladius Nov. 3: *vinea vetus quae in iugo est, si robusta et integro trunco sit, oblaqueata fimo satietur, et angustius putata inter quartum et tertium pedem a terra viridissima parte corticis acuto ferramenti mucrone feriatur, ac fossa frequentius incitetur. Nam, sicut asserit Columella, ex eo loco germen plerumque producit, et veniente vere fundit materiam, qua vitis reparetur antiqua.* ubi Crescent. recte habet *intra quartum* quod et h. l. restituere malim.

Abnodatus) Varietas eadem est in-

teriam: quae quum convaluit et quasi brachium fecit,
licet tunc[h] supervagatam partem duramenti recidere,
5 et ita reliquam iugo subiicere. Multi sequentes compendium temporis, tales[i] vineas supra quartum pedem
detruncant, nihil reformidantes eiusmodi[k] resectionem:
quoniam[l] fere plurimarum stirpium natura sic se commodat, ut iuxta cicatricem novellis frondibus repullescant.[m] Sed haec quidem ratio minime nobis placet.
siquidem vastior plaga nisi habeat superpositam valentem materiam, qua[n] possit inolescere, solis halitu
torretur: mox deinde roribus et imbribus[o] putrescit.
6 Attamen[p] quum est utique vinea recidenda, prius ablaqueare, deinde paulum infra terram convenit amputare, ut superiecta humus vim solis arceat, et e[q]
radicibus novellos prorumpentes caules transmittat,
qui[r] possint vel sua maritare statumina, vel siqua sunt
7 vidua in propinquo, propaginibus vestire.[s] Haec autem ita fieri debebunt, si vineae altius positae nec in
summo labantes[t] radices habebunt, et si boni generis
erunt. namque aliter incassum dependitur[v] opera. quo-

Ita pro *abrasus* Lips. *adprassus* P. (h) *tum* I. B. Br. R. (i) *talis* Br (k) *huiusmodi* I. B. Br. R. (l) *cum* Eaed. (m) *repullulescant* A. Iunt. G. Gr. H. St. (n) *quae* I. B. Br. R. S. (o) Ita pro *putr. et imbribus* Br. S. (p) *Hac tamen* I. B. Br. R. (q) *et* om. Eaed. *prorumpentis* Br. (r) *quae* I. B. Br. R. (s) *pervestire* P. (t) *labantis* I. B. Br. R. *labentes* aliae ante Gesn. *labanteis* Goes. deinde *nanque* Br. (v) *dependent* I. B. Br. R.

fra cap. 24, s. 13: *adnodari*, *annodari* et *abnodari* libri offerunt.

Supra quartum) Palladius Martio 7, 3: *vineas veteres nunc aliqui a terra altius truncant, studentes reparationi. sed vitiosum est; nam plerumque vastior plaga sole putrescit et roribus. Quare hoc genere reparetur. Prius ablaqueabitur altius, donec eius nodus appareat; deinde infra terram supra nodum recidatur, ut operta de frigore et sole nihil timeat. Hoc faciendum, si optimi generis vitis sit, et alte posita; alioquin generosis melius erit inserenda sarmentis.* ubi postrema sunt repetita ex libro de Arbor. VI, sect. 4.

Labantes) Ita dedit Gesner; ego malim *natantes*. Arbor. cap. 6: *veterem vineam si in summo radices habebit, resecare nolito; alioquin etiam novella vinea, quae ex resectione renata fuerit, vim inutilem habebit, prima*

niam[x] degeneres[y] etiam renovatae pristinum servabunt ingenium; at[z]quae summa parte terrae, vix adhaerebunt, et[a] deficient ante quam convalescant. Altera ergo[b] 8 vinea fructuosis potius surculis inserenda erit, altera funditus exstirpanda et reserenda, si modo soli bonitas suadebit. Cuius[c] quum vitio consenuit, nullo modo restituendam censemus. Loci porro vitia sunt, quae fere ad internicionem[d] vineta perducunt, macies et sterilitas terrae,[e] salsa vel amara uligo, praeceps et praerupta positio, nimium opaca et soli aversa vallis,[f] arenosus etiam tofus, vel[g] plus iusto ieiunus sabulo,

dependerent operum L. (x) *cum* I. B. Br. R. (y) *degeneris it viam* P. (z) *atque* ante Gesn. (a) Gesner *eae* scripsit. (b) *vero* I. B. Br. R. (c) Ita pro *At si cum eius vitio* Ened. Iuut. L. S. Goes. *consevit* P. (d) *internecionem* I. B. Br. R. Goes. *internitionem* A. Iunt. G. H. (e) Vulgo est: *sterilitas, terra salsa* et cet. In Edd. I. B. R. Br. *terrae salsae vel amarae.* (f) Vulgo ext: *aversa, valles arenosae.* Sed Saugerm. recte omittit *arenosas.* I. B. Br. R. *harenosae.* Contra eaedem Edd. omittuut sequens *arenosus*, ubi Saugerm. *harenosus* habet. (g) Ita P. et S. Vulgo *et*, quod

parte terrae natantibus radicibus. quamobrem neque fructum uberem percipies, et nihilominus celeriter consenescet.

Atquae) Ita eum Pontedera scripsit Gesner pro *atque*. Quod deinceps idem ediderat *eae deficient*, minus necessaria mihi videbatur emendatio. Itaque veterem lectionem restitui. Videntur tamen quaedam excidisse, quod suspicor ex loco de Arboribus supra posito.

Loci porro — nuda glarea) Haec ita constituit Pontedera in Curis post. prout ego item eum ex Edd. pr. et Codd. exscripsi, nisi quod *terrae salsae vel amarae; uligo; praeceps* et cet. probavit. In Palladii loco, hinc expresso I, cap. 5, sect. 4, *solida* mecum mutat in *soli aversa.*

Sterilitas terrae) Ita emendandum esse h. l. vidit Vrsinus. Vulgo erat: *sterilitas, terra salsa vel amara, uligo.* Recte comparavit vir doctus locum II, 9: *solet autem salsam nonnunquam et amaram uliginem vomere terra.* Similiter III, 4, salsum et amarum terrae humorem radicibus noxium memorat.

Vallis, arenosus) Ita h. l. correxi adiuvantibus libris optimis ex Palladii loco I, 5: *in terris quaerenda foecunditas: ne alba et nuda sit gleba, ne macer sabulo sine admistione terreni, ne creta sola, ne arenae squalentes, ne ieiuna glarea, ne aurosi pulveris lapidosa macies, ne salsa vel amara, ne uliginosa terra, ne tofus arenosus atque ieiunus, ne vallis nimis opaca et solida, sed gleba putris* etc. ubi Crescentius habet *squalida* pro *solida*, probante Pontedera. Columella XII, 50, 13, a ventis aversum; a sole XII, 44, ab amoribus XI, 4, 14, contubernio XII, 4, 2 dixit, et Gesneri Index h. l. laudat *sole aversus*, quod restitui ma-

nec minus terreno carens ac nuda[h] glarea, et siqua
9 est proprietas similis, quae vitem non alit. Caeterum si vacat his[i] et horum similibus incommodis, potest ea ratione fieri rostibilis vinea, quam[k] priore libro praecepimus. Illa rursus mali generis vineta, quae quamvis robusta sint,[l] propter sterilitatem fructu carent, ut diximus, emendantur[m] insitione facta, de qua suo loco disseremus, quum ad eam[n] disputationem pervenerimus.

XXIII. Nunc quoniam[a] parum videmur de putatione vinearum locuti, maxime necessariam partem propositi operis diligentius persequemur. Placet ergo, si mitis ac temperata permittit in ea regione, quam colimus, caeli clementia, facta vindemia secundum Idus Octobris auspicari putationem: quum tamen aequinoctiales pluviae praecesserint, et sarmenta instam[b] maturitatem ceperint.[c] nam siccitas seriorem putatio-

omittunt I. B. R. Br. (h) *da* Pol. (i) Ita pro *iis* scripsi ex I. B. R. Br. (k) *qua* I. B. R. Br. (l) *sunt* P. (m) *emendentur* I. B. R. Br. Verba *emendantur — disseremus* om. P. et Sangerm. (n) *eandem* P. *cum eadem* Sangerm.

Cap. XXIII. (a) *quia* I. B. Br. R. Sang. *quod* Pol. (b) *iuxta maturit* Lips. (c) *coeperint* I. B. R. A. G. Gr. H. (d) *denunciat* I. B. R. Iunt. H.

lim. admissario adscendenti se avertere est VI, 37, 10.

Illa rursus mali) Eadem de Arboribus c. 6, s. 5.

Cap. XXIII. *Mitis*) Verba *mitis ac temperata*, ut superflua deleri volebat Vrsinus. Plinius 17, s. 35, no. 19: *Protinus hanc a vindemia, ubi coeli tepor indulget, adoriuntur. Sed hoc fieri numquam debet ratione naturae ante Aquilae exortum — immo vero Favonio, quoniam anceps culpa sit praeproperae festinationis. Si saucias recenti medicina mordeat quaedam hiemis ruminatio, certum est gemmas earum frigore hebetari plagasque findi, et coeli vitio exuri oculos lacryma destillante. Nam gelu fragiles fieri, quis nescit. Operarum ista computatio est in latifundiis, non legitima naturae festinatio. Quo maturius putantur aptis diebus, eo plus materiae fundunt; quo serius, eo fructum uberiorem. Quare macras prius conveniat putare, validas novissime.* ubi male editio romana et aliae *in latifundiis vero*: quod temere probavit Pintianus. Palladius I, 6: *Vitem si maturius putes, plura sarmenta, si serius, fructus plurimos consequeris.* Eadem de putatione autumnali et verna promittunt Geoponica III, 14.

nem facit. Sin autem caeli status frigidus et pruinosus 2
hiemis violentiam denuntiat,[d] in Idus Febr. hanc curam differemus. Atque id licebit facere, si erit exiguus possessionis modus. nam ubi ruris vastitas electionem nobis temporis negat, valentissimam quamque partem vineti frigoribus,[e] macerrimam vere vel autumno, quin etiam per brumam[f] meridiano axi oppositas vites,[g] aquiloni per ver[h] et autumnum deputari conveniet.
Nec dubium, quin sit horum virgultorum natura[i] talis, 3
ut quanto maturius detonsa sint, plus materiae, quanto serius, plus fructus afferant.

XXIV. Quandoque[a] igitur vinitor hoc opus obibit, tria praecipue custodiat. Primum, ut quam maxime fructui consulat. deinde, ut in annum sequentem quam laetissimas iam hinc eligat[b] materias; tum etiam, ut quam longissimam perennitatem[c] stirpi acquirat. Nam quicquid ex his omittitur, magnum affert domino di-
spendium. Vitis autem quum sit per quatuor divisa 2
parteis, totidem caeli regiones aspicit. Quae declinationes quum contrarias inter se qualitates habeant, variam quoque postulant ordinationem pro conditione suae positionis[d] in partibus vitium. Igitur ea[e] brachia,

(e) *frigoris* P. (f) *pruinam* P. (g) *vitis* Br. (h) *veruerct* P. deinceps *deputare* Sang. (i) *naturalis* P.

Cap. XXIV. (a) Ita pro *Quandocunque* P. Sang. *Quando* I. B. Br. S. (b) *eligat* om. P. *hinc iam materias eligat* Br. (c) *pernitatem* P. postea *divisa partis* Br. (d) Vulgo: *constitutionis a parte*. I. B. Br. Goes. *compositionis in partibus*. Nostra lectio est Sang. (e) *in* I. B. Br. R. Sang.

Idus Februar.) Palladius III, 12: *hoc mense locis frigidis aliquatenus et temperatis vitium iusta putatio est. Sed ubi multae sunt vineae, dividantur; et pars earum quae septentrionem respiciet, verno putetur; alia pars adversa clementioribus plagis recidatur autumno.*

Cap. XXIV. (*Quandoque*) Ita hic et supra II, 10, 16 pro *quandocunque* habet cum alia Sangerm. liber, ut testatur Drakenb. ad Livium T. I, p. 131. In collatione edita ab Ernestio varietas haec h. l. omissa fuit.

Tria) Palladius I, 6, 3: *in vitibus putandis tria consideranda sunt, fructuum spes, successura materies, locus qui servet ac revocet.*

In partibus vitium) Lectionem quam

quae septentrionibus obiecta sunt, paucissimas plagas accipere debent, et magis si putabuntur [f] ingruentibus [g]
3 [iam] frigoribus, quibus cicatrices inuruntur. Itaque una tantummodo materia iugo proxima, et unus infra eam custos erit submittendus, [h] qui vitem mox in annum renovet. At e contrario per meridiem plures palmites submittantur, qui laborantem matrem fervoribus aestivis opacent, nec patiantur ante maturitatem fructum inarescere. [i] Orientis atque Occidentis haud sane [k] magna est in putatione differentia, quoniam solem pari horarum numero sub utroque axe vitis
4 accipit. Modus itaque materiarum is erit, quem dictabit [l] humi atque ipsius stirpis laetitia. Haec in universum: illa per parteis custodienda sunt. Nam ut ab una [m] vite quasi a quibusdam fundamentis incipiam, semper circa crus dolabella dimovenda [n] terra est. et si soboles, quam rustici suffraginem vocant, radicibus adhaeret, diligenter explantanda [o] ferroque allevanda est, ut hibernas aquas respuat. Nam praestat ex vulnere sobolem repullescentem vellere, quam nodosam et scabram plagam relinquere. Hoc enim modo celeriter cica-
5 tricem ducit, illo cavatur atque putrescit. Percuratis [p] deinde quasi pedibus crura ipsa truncique circumspi-

(f) *putantur* Eaed Edd. (g) *ingredientibus* Eaed. Goes. Sang. Sequens *iam* omissum in Br. Sang. inclusi. (h) *summittendus* Br. (i) *humo urescere* I. B. Br. R. *urescere legere orientis* Lips. *humu legere* P. *humum legere* S. (k) *sana* P. deinde *cum* pro *quoniam* Br. (l) *ditavit* P. *laeticia* Br. eadem deinde *partis*. (m) *una* ante Gesn. qui ex P. S. correxit. (n) *demovenda* I. B. Br. R. S. (o) *explanida* P. postea verba *sobol. rep. vellere* omittit ex Sang. dedi, probavit etiam Pontedera.

Inarescere) Ex mira librorum inprimis Sang. varietate Heinsius Advers. III, p. 395, efficiebat *fructum immucescere*, vel ex vulgata corrigit *marcescere* vel *inacescere* Verum non cogitabat vir sagacissimus, caloribus uvas nec acescere nec mucescere, sed frigore vel potius humore, vel humida soli conditione. Igitur aliud quid latere videtur in illa varietate felicioribus ingeniis indagandum.

Crura ipsa) Palladius III, 12: *Circa*

ciendi[q] sunt, ne aut pampinarius palmes internatus aut verucae[r] similis furunculus[s] relinquatur: nisi si iugo[t] superiecta vitis desiderabit[v] ab inferiore parte revocari. Si vero trunci pars secta[x] solis afflatu peraruit, aut aquis noxiisve[y] animalibus, quae per medullas irrepunt, cavata vitis est, dolabella conveniet expurgare quicquid emortuum est: deinde falce eradi[z] vivo tenus, ut a viridi cortice[a] ducat cicatricem. Ne- 6
que est difficile mox allevatas plagas terra, quam prius amurca[b] madefeceris, linere. nam et teredinem formicamque prohibet, solem etiam et pluviam[c] arcet eiusmodi litura, propter quae celerius coalescit, et fru-

Sang. (p) *percurvatis* P. *curvatis* I. B. Br. R. (q) *circumspicienda* I. B. Br. R. (r) *verruces similis surculus fur.* L. *verrucae* I. B. Br. R. H. Gr. (s) *runculus* P. (t) *iugum* L. *iugum super secta* I. B. Br. R. S. (v) *ab* defic. I. B. Br. R. (x) *senecta* P. *evecta* Lips. (y) *noxiisque* Br. Sang. (z) *radi* I. B. Br. R. *adi* Sang. (a) Ita prn *codice* I. B. Br. R. (b) *amurga deficeris* Polit. deinceps vulgatum *linire* ex Sang. correxi. *lenire* I. B. R.

crus quidquid nascitur amputandum est, si non desideret vinea revocari. ubi Cresc. *vitis renovari*. Vincentius etiam *renovari*. Noster infra sect. 44: *ut sic recisa vitis ac renovata intra iugum contineatur.* ubi libri alii *revocata*. Nostro in loco praefero *renovari*.

Nisi si iugum super secta — renovari ex Edd. pr. Polit. et suo probat; aut *super evecta* quod in Lips. esse suspicatur Pontedera in Curis post., quia sequente versu *secta* habet is Codex.

Trunci pars) Palladius: *quod si truncus vitis sole aut pluviis aut noxiis animalibus est cavatus, purgamus quidquid est mortuum, plagasque eas amurca linimus et terra: quod proderit adversum praedicta.* ubi Vincentius habet *amurca, alumine et terra replemus.* Pro *secta* in Pol. est *senecta*, in Lips. *evecta*; unde Pontedera malebat legi *senecta* vel *solis*. Gesner *secta*.

Viridi cortice) Ineptissime Iucundus *codice* posuit. Codex est ima trunci pars terrae plerumque immersa. At Columella nunc post pedes de cruribus vitis loquitur. Deinde in ipso trunco pars aliqua esse debet, unde cicatricem adduci vult Columella, quae est cortex viridis sub vetere secto et exeso latens. Supra etiam cap. 22, s. 3, viridissima corticis parte trunci germen elicit per factum vulnus.

Neque est difficile) Haec verba mihi spuria videbantur et ex alieno loco huc immigrasse. Quae enim difficultas esse potest in iis, quae deinceps memorat Columella? et si esset aliqua difficultas, tamen omitti omnino non possunt in hoc opere. Igitur emtinuabis superiora: *ducat cicatricem: mox allevatas plagas — lire.*

Coalescit) quid? litura? at hoc ineptum! Igitur plaga, vulnus exci-

ctum viridem conservat. Cortex quoque aridus fissusque per summa trunci dependens, corpore tenus delibrandus[d] est. quod et melius vitis quasi sordibus liberata convalescit, et minus vino faecis affert. Iam vero muscus, qui more[e] compedis crura vitium devincta comprimit, situque[f] et veterno macerat, ferro destringendus et eradendus est. Atque[g] haec in ima parte[h] vitis. Nec minus ea, quae in capite servanda sint, deinceps praecipiantur.[i] Plagae,[k] quas in duro vitis accipit, obliquae rotundaeque fieri debent. nam citius coalescunt,[l] et quamdiu cicatricem non obduxerunt,[m] commodius aquam fundunt: transversae plus humoris et recipiunt[n] et continent. eam culpam maxime vinitor fugito. Sarmenta lata, vetera, male nata, contorta, deorsum spectantia recidito;[o] novella, et fructuaria

Br. (c) *pluvias* ab Aldina usque vulgo. (d) *deliberondus* A. H. (e) *umore concedit* P. *more comprendis* Lips. (f) *situ veterno* Sang. Sequens *destrinxi* dedi ex Saug. cum Heinsio Adv. III, 397. Vulgo *distr.* (g) *Quae* P. (h) *crate* P. Sang. (i) *praecipiuntur* I. B. Br. R. Saug. (k) *Plagas* P. (l) Ita pro *convalescunt* I. B. Br. R. Goes Sang. Polit. Ambr. Tromb. prob. Pont. (m) Ita pro *obduxerint* I. B. Br. R. Pol. prob. Pont. (n) *percipiunt* I. B. Br. R. *recipiunt* P. Sang. Vulgo est *excipiunt.* (o) *decidito* I. B. Br.

dit. Vitium arguit etiam sequens *fructum viridem* quem in *truncum* mutari voluit Gesner. At non truncus totus, sed cortex trunci viridis servari debet. Vides igitur, totum hunc locum mire vitiosum esse.

Cortex) Palladius: *cortex etiam recisus et pendens a vite tollatur: quae res minorem faecem reddit in vino.*

Muscus) Palladius: *muscus radatur ubicunque repertus.*

Ima parte) Sang. *crate* Heinsius interpretabatur de parte, ubi vitis divaricari incipit. Sed fortasse voluit *imo crure.*

In duro) Palladius: *Sed plagae, quas in duro vitis accipiet, obliquae et rotundae esse debebunt.*

Contorta) Palladius III, 12: *auferenda sunt lata, intorta, debilia malis locis nata sarmenta.* ubi libri variant inter *lenta* et *laeta.* Idem paulo post: *Decisis, sicut supra dixi, male natis omnibus et veteribus, novellos et fructuarios serva.* Vides, etiam Palladium *recta* omisisse; igitur auctoribus libris optimis inclusi. Sed *lata*, nec rotunda, πλατύτερον πλῆμα tolli iubent etiam Geopon. V, 8, 2. Quae sint lata sarmenta docui ex Pontedera in Tabulae tertiae interpretatione.

[recta[p]] submittito.[q] Brachia tenera et viridia servato; arida[r] et vetera falce amputato. Vngues custodum[s] annotinos resecato. In quatuor ferme pedes supra[t] 8 terram vitem elatam totidem brachiis componito, quorum singula spectent[v] decussati iugi partes. tum singulis[x] vel unum flagellum, si macrior vitis erit, vel duo, si pinguior,[y] brachio cuique submittito, eaque iugo superposita praecipitato. Sed meminisse oporte- 9 bit, ne in eadem linea unoque latere brachii esse duas materias pluresve patiamur. namque id[z] maxime vitem infestat, ubi non omnis pars brachii pari vice laborat, neque aequa portione succum proli suae dispensat: sed ab uno latere exsugitur.[a] quo fit ut ea vena, cuius omnis humor absumitur, velut icta ful-

R. Goes. Sang. (p) *recta* omissum in I. B. Br. R. Sang. inclusi. (q) *summittito brachia. Tenera* I. B. Br. R. (r) *aridia* I. R. R. (s) *custodito annotenos resecato* Lips. (t) *super* Br. (v) *spectant* I. B. Br. R. S. om. P. deinde *decusati* I. B. Br. R. S. postea *partis* Br. (x) *singulis* addidi ex Goes. qui *singulas* habet. (y) *ab pinguior* margo Lips. Vulgo *plenior*, deinde *summ*. Br. (z) *ita* Br. deinceps. vulgo *atque aequo*. In Sang. est *quae aequa*. (a) *exugitur* Br. deinceps vulgatum *assumitur* correxi cum

Arida et vetera) Palladius: *Vngues etiam custodum siccos et annotinos recide et omnia quae vetera vel scabra reperies*. Legit ergo *siccos et annotinos*, deinde *scabra* pro *arida*. Ceterum diversa notione σκορόδων ὄνυχας dixit Aetius, quos Galenus nucleos. De rosarum unguibus vide ad Palladii VI, 13.

Quatuor pedum) Palladius: *illae quae altius coluntur, ut in iugo vel pergula, ubi quatuor pedibus supra terram levatae steterint, quaterna brachia habeant*.

Spectent decussati) Vitiosa haec esse censeo et sic corrigenda: *decussata iugo quatuor coeli partes*. Infra V, c. 5, sect. 9, de brachiata vite: *in quatuor brachia dividere, ita, ut omnem partem coeli singula aspiciant*. supra cap. 21: *quaternisque brachiis dividatur in totidem partes*.

Singulis vel) Vulgo deest *singulis*. Goes. *singulas*. Palladius: *Si macra vitis erit, in singulis brachiis singula flagella dimittimus: si pinguis, bina*. qui locus comprobat lectionem Lips. *pinguior* pro vulgato *plenior*. Pinguitudinem focanei habet idem Palladius III, 12, 2.

Meminisse) Palladius: *sed providendum, ne in una parte sint sarmenta, quae servas; quod quum fit, vitis, tamquam si fulgure tangatur, arescit*.

Humor assumitur) Recte Abr. Gronovius corrigit *absumitur*. Deinceps

10 gure[b] arescat. Vocatur[c] etiam focaneus palmes, qui solet in bifurco medius prorepere, et idcirco eum praedicto vocabulo rustici appellant. quod inter duo brachia, qua se dividit vitis, enatus velut fauces obsidet, atque utriusque[d] duramenti trahens[e] alimenta praeripit.[f] Hunc ergo tanquam aemulum diligenter iidem[g] amputant, et adnodant,[h] priusquam corroboretur. Si tamen ita praevaluit, ut alterutrum brachium afflixerit,[i] id quod imbecillius est, tollitur, et ipse
11 focaneus submittitur.[k] Reciso[l] enim brachio, aequaliter utrique parti vires mater subministrat. Igitur caput vitis[m] pede[n] infra iugum constituito,[o] unde se pandant quatuor (ut dixi) brachia, in quibus quotannis vitis renovetur, amputatis veteribus, et submissis novis palmis,[p] quarum delectus scite faciendus est.[q] Nam ubi

Abr. Gronovio. (b) *pulgere* P. *fulgere* G. (c) *Videtur* I. B. Br. R. deinde *bifurcho* Br. *iccirco* Br. (d) *utrisque* Gr. (e) *trahans* add. I. B. Br. R. L. Sang. (f) *prorepit* I. B. Br. R. (g) *idem amputant* Eaed. (h) Ita pro *abnodant* Sang. *abundant* P. *adnotant* L. *annectant* I. B. Br. R. (i) *affixerit* I. B. Br. R. Sang. deinceps *imbecilius* Br. (k) *summitur* I. B. Br. R. i. e. summittitur. (l) *resciso* Herv. deinceps *suministrat* Br. (m) *vitis* om. P. (n) *pede* I. B. Br. R. Pol. *pedum* Sang. *pendens* aliae a. Gesner (o) *constet: retunde* P. *constet at retunda* Sang. (p) Ita pro *palmitibus* I. B. Br. R. Sang. *palmis, quorum* Lips. (q) *est* om. I. B. Br. R. Sang. (r)

pulgere pro *fulgure* liber Polit. Fulgeratorem Ionem annotavit Gesneri Thes. L. L. A φλὸξ est *fulx*, *fulgis*, *fulger*, *fulgor*, *fulgur* et antiqua scriptura *pulger*, *pulgor*, *pulgur*. Sic ex graeco πλέκω antiqui *plectere* deinde *flectere* dicebant. *Plexum* et *plectere* in Columella servavit liber Polit. et Sangerm.

Vocatur etiam focaneus) *Videtur etiam focaneus* cum Edd. pr. Polit. et suo praefert Pontedera in Curis postumis, supplens: duramenti vires exhaurire. Sane in sequentibus sunt, quae verbum *vocatur* damnent, sed *videtur* incommodam habet interpretationem.

Focaneus) Palladius III, 12: *Focaneus etiam, qui inter duo brachia mediis nascitur, debet abradi: qui si pinguitudine sua brachium quodcunque proximum debilitaverit, illi deciso ipse succedat.* Vides igitur pro *adnodare* Palladium dixisse *adradere*.

Pede infra) Ita recte Gesner scripsit ex libris pro *pendens*. Ita supra IV, 17, 5: *putatoris est pedali fere spatio citra iugum vitem compescere*, et c. 21. Pro *constituto* ex varietate libri Pol. et Sangerm. efficio *constituitur*.

magna materiarum facultas est, putator custodire debet, ne aut proximas duro, id est a[r] trunco et[s] capite vitis relinquat, aut rursus extremas. nam illae minimum vindemiae conferunt, quoniam[t] exiguum fructum praebent, similes[v] scilicet pampinariis: hae vitem exhauriunt,[x] quia nimio foetu onerant, et usque in alterum ac tertium palum, quod vitiosum esse diximus,
se[y] extendunt.[z] Quare medio in brachio commodissime 12
palmae submittentur, quae nec spem vindemiae destituant, nec emacient stirpem suam. Non nulli fructus avidius eliciunt, extrema et media flagella submittendo, nec minus proximum duro sarmentum in custodem resecando: quod faciendum, nisi permittentibus soli et trunci viribus, minime censeo. Nam ita se induunt uvis, ut nequeant[a] maturitatem capere,[b] si benignitas[c]
terrae atque ipsius trunci laetitia non adsit.[d] Subsidia- 13
rius idemque custos in pollicem resecari non debet,[e] quum palmae, ex quibus proximi fructus sperantur, idoneo loco sitae sunt.[f] nam ubi ligaveris eas, et in terram spectantes deflexeris,[g] infra vinculum materias exprimes.[h] At si longius, quam ritus agricolarum permittit,[i] a capite vitis emicuerit, et brachiis in aliena

ab I. B. Br. R. Iunt. *ante* Lips. (s) *et* om. I. B. R. Pol. ant. (t) *quo* Goes. Vulgo *cum*. Mecum Sang. (v) *simile* I. B. Br. R. (x) *exhariunt* I. B. R. (y) *se* om. I. B. Br. R. Lips. (z) *ostendunt* Lips. (a) *neque ante* I. B. Br. R. (b) *facere* Eaed. et Sang. (c) *benignitas* I. B. R. (d) *adsit: subsidiarius* I. B. Br. R. *adsit*, [illegible] A. G. Gr. H. (e) *debent* P. S. (f) *sint* Br. (g) *depresseris* L. *sp*[illegible]*ntis* Br. (h) *exprimis* I. B. Br. R. (i)

Proximas duro) Palladius: *relinquenda sunt sarmenta neque circa durum, neque in summo; quia haec velut pampinaria minus afferunt, illa vitem nimietate fructus onerant, et longius ducunt. Quare in medio loco servanda sunt, quae tuemur.*

Medio in brachio) Sang. *mediae in brachio*, annotante Gronovio.

Idemque custos) Quoniam in P. et Sang. libris deinceps est *debent*, Gronovius suspicabatur h. l. legendum esse *itemque custos*. Sed vide supra cap. 21, *s*. 3.

iugorum compluvia[k] perrepserit,[l] custodem[m] validum et quam maximum[n] iuxta truncum[o] duorum articulorum vel trium relinquemus, ex quo quasi pollice proximo anno citata materia formetur in[p] brachium: ut[q] sic recisa[r] vitis ac renovata[s] intra[t] iugum contineatur.
15 Sed in submittendo custode[v] haec maxime sunt observanda. Primum[x] ne resupina caelum, sed prona potius plaga terram spectet: sic enim et gelicidiis ipsa se protegit, et ab sole obumbratur.[y] deinde ne sagittae, sed nec[z] ungulae quidem similis fiat resectio: nam illa celerius et latius emoritur, haec tardius et angustius reformidat. Quodque etiam usurpari vitiosissime animadverto, maxime vitandum est. nam dum serviunt decori, quo sit brevior custos, et similis pollici,[a] iuxta
16 articulum sarmentum recidunt. Id autem plurimum officit, quoniam[b] secundum plagam posita gemma pruinis et frigore, tum deinde aestu laborat. Optimum est

et vulgo additum cum Sang. omisi *ante cap.* Lips. (k) *quam pluvia* Lips. (l) *perrepserint* I. B. R. *parepserint* Br. (m) *costodem* Gr. (n) *quam maxime* I. B. R. S. *qua maxime* Br. (o) *truncus* I. B. Br. R. (p) *in* om. P. (q) *ut* om. I. B. Br. R. (r) *rescisa* II. (s) *revocata* I. B. Br. R. S. (t) *in* iidem libri. (v) *custodem* Br. (x) *Prominere supina* P. (y) *umbraretur* P. (z) *nec ungulae similis* I. B. R. *ne ungulae* Br. *sed ne ungulis simile* Lips. quidem om. etiam Sang. Vulgo *ungulis*. (a) *polli* P. (b) *cum* Br.

Compluvia) Vide infra ad cap. 26, sect. 3.

Et gelicidiis) Malim *a gelicidiis*, et sic laudat h. l. Index Gesnerianus.

Sed nec ungulis) Ita Edd. I. B. R. etsi *ungulae* in iis legitur. In Lips. est: *ne ungulis simili*. Sang. liber omittit *quidem*. Modum medium inter plagam nimis oblongam et nimis angustam improbare videtur, etsi ungulae similitudinem non satis intelligo. An plagam planam et obliquam voluit significare? Plagam resupinam et pronam ipse deinceps Columella sect. 16 interpretatur devexam post gemmam resectionem. Plaga oblonga et obliqua latius emoritur, quam rotunda et fere plana. Sic supra c. 7, s. 2: *vulnus latius inarescit*. Plagam obli[illegible] et rotundam citius coalescere [illegible]at hoc ipso capite sect. 7. Rotundae igitur credo opponi oblongam, sagittae similem.

Post gemmam) Palladius III, 12: *plaga non iuxta gemmam, sed aliquanto superius fiat, et avertatur a gemma, propter lacrymam defluentem.*

Si resecis) Ex Sang. *resicis* annotavit Gronovius; quam formam saepius indidem attuli.

igitur[c] medio fere internodio[d] subsidiarium tondere palmitem, devexamque resectionem facere post gemmam, ne, ut [iam[e]] antea[f] diximus, superlacrymet[g] et gemmantem caecet oculum. Si[h] resecis facultas non 17
erit, circumspiciendus est furunculus, qui, quamvis angustissime praecisus[i] in modum verrucae,[k] proximo vere materiam exigat, quam vel in brachium[l] vel in fructuarium remittamus. Si neque is reperiatur, sau-

(c) *erga* I. B. Br. R. (d) *intermedio* Sang. deinceps *tendere* Sang. (e) *iam* om. I. B. Br. R. (f) *ante* Eaed. (g) *superlachrymet* I. B. Br. R. Iunt. A. G. *superlachrimet* H. (h) Ita pro *Sed si* I. B. Br. R. Sang. (i) *percisus* P. (k) *verneae* I. B. Br. R. A. Iunt. G. deinceps *qua vel* Br. (l) *focaneum* I. B. Br. R. *forchium vel in fructum* P. *fachium vel in fru-*

Angustissime praecisus) Supra s. 5: *crura ipsa truncique circumspiciendi sunt, ne aut pampinarius palmes internatus aut verrucae similis furunculus relinquatur: nisi si iugo superiecta vitis desiderabit ab inferiore parte revocari.* Et c. 22, 4: *plerumque germen de cicatrice procedit, quod sive longius prosiluerit, in flagellum submittitur, sive brevius, in pollicem, sive admodum exiguum, in furunculum: is ex quolibet vel minimo capillamento fieri potest. Nam ubi unius aut alterius folii pampinus prorepsit e duro, dummodo ad maturitatem perveniat, sequente vere si non adnodatus neque adrasus est, vehementem fundit materiam: quae quum convaluit, et quasi brachium fecit, licet tunc supervagatam partem duramenti recidere, et ita reliquam iugo subiicere.* Denique infra V, 18: *iacenti viti breviores materiae debent submitti, reseces quoque angustius in modum furunculorum relinqui.* Accedat nunc Plinius 17, s. 35, no. 13: *Relinquitur sub iugo et qui vocatur custos. Hic est novellus palmes, non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, si vitis luxuriosa se consumserit. Et alius iuxta eum, verruce magnitudine, qui furunculus appellatur, si forte custos fallat.* Haec vero loca comparavi, ut de emendatione Pontederae iudicarem, qui *praesectus* mutari voluit in *percitus*; quoniam in Polit. libro est *percisus*. Sed *perfrigidus*, *praefrigidus* et similia vocabula in libris scriptis saepe permutantur. Igitur haec talis varietas vitium non arguit. Deinde Pontedera furunculum interpretatur gemmam, eamque praecidi negat. Sed fallitur vir eruditissimus. Est germen brevissimum unius vel duorum foliorum, quod submitti vel recidi potest, et a brevitate verrucae recisum habet nomen furunculi, ut pollex a longitudine pollicis. Miror talia viro botanices inprimis gnaro excidisse!

Fructuarium remittamus) Libri Pol. et Sang. recte *fructum* praeferunt. Sed et sequens *remittamus* videtur esse vitiosum. Nusquam enim hoc verbo Columella usus reperitur, sed immittere et summittere dicere solet. Quid si in *fructuarium* syllaba extrema pertinet ad *submittamus*?

cianda[m] ferro est atque exulceranda vitis in ea parte, qua pampinum studemus elicere.[n] Iam vero ipsos palmites, quos vindemiae praeparamus, claviculis ac
48 nepotibus liberandos magnopere censeo. Sed in iis[o] recidendis alia conditio est, atque alia in iis, quae procedunt e trunco. nam quicquid est, quod e duro prominet,[p] vehementius applicata[q] falce adnodatur[r] et eraditur, quo celerius obducat cicatricem. rursus quicquid e tenero processit, sicut nepos, parcius[s] detondetur:[t] quoniam fere coniunctam gerit ab latere gemmam, cui consulendum[u] est, ne falce destringatur. pressius enim si[v] adnodes[x] applicato[y] ferro, aut tota tollitur, aut convulneratur. propter quod palmes, quem mox in germinatione citaverit, imbecillis ac minus fructuosus erit, tum etiam magis obnoxius ventis;
49 scilicet qui[z] infirmus de cicatrice prorepserit. Ipsius autem materiae, quam submittemus,[a] longitudini modum difficile est imponere. Plerique tamen in tantum

ctum Sang. (m) *saucienda* H. (n) *eligere* I. B. Br. R. Lips. (o) *his* I. B. Br. R. (p) *progeminet* I. B. Br. R. *prominet* P. *prohiemet* S. (q) *applicita* Gors. Sang. (r) *adnotatur* I. B. Br. R. Vulgo *abnodatur atque*. Lips. P. Sang. *adnodatur*, Sang. et Br. *et* dedit. (s) *partius* B. R. (t) *detundetur* I. B. Br. R. deinceps *cum* Br. (v) *ne* P. Sang. (x) Ita pro *abnodes* P. *annodes* I. B. Br. R. L. Sang. (y) *adplicito* Lips. *applicato* I. B. Br. R. Sang. (z)

Nepotibus) Inter folium et sarmentum natos nepotes Suevi vocant *Eberzähne*, *Asterzähne*.

Magnopere) In Sang. esse *magno opere* hic et III, 10, monet Drakenb. ad Livium T. I, p. 614.

Duro prominet) Antecedens et sequens *procedere* satis docet *progerminat* esse legendum.

A latere gemmam) Scilicet plurimae arbores et frutices gemmas, id est, rudimenta fructuum et foliorum sequentis anni inter folium et surculum, aut iuxta assidentem habeut; paucae in summitate annolinorum foliorum, veluti populi. Audi etiam Albertum de Vegetab. pag. 458: *est vitis proprium quod botrum semper ex opposito pampini emittit, et aliquando loco botri facit ancham, eo quod ancha est velut botrus incompletus, ad quem cum natura deficit complendo, convertit ipsum ad usum manuum tenentium vitem onustam. — Sola vitis profert ex opposito aut botri aut anchae pampinum suum — ancha plus habet de sapore vini quam alia pars praeter uvam*.

provocant, ut curvata et praecipitata per iugum ne-
queat terram contingere. Nos subtilius dispicienda[b]
illa censemus: primum vitis habitum; nam si robusta
est, ampliores materias sustinet:[c] deinde soli quoque
pinguitudinem; quae nisi adest, quamvis validissimam
vitem celeriter necabimus procerioribus emaciatam[d]
flagellis. Sed longi palmites non mensura, verum gem- 20
marum numero aestimantur.[e] nam ubi maiora sunt spa-
tia inter articulos, licet cousque materiam producere,
dum pene terram contingat: nihilo minus enim paucis
frondescet pampinis. at ubi spissa internodia frequen-
tesque oculi sunt, quamvis breve sarmentum multis
palmitibus virescit, et[f] numeroso foetu exuberat. quare
modus talis generis necessario[g] maxime est adhiben-
dus, ne procerioribus fructuariis oneretur.[h] Et ut con-
sideret vinitor, proximi[i] anni magna necne fuerit vin-
demia; nam post largos fructus parcendum est vitibus, 21
et ideo anguste putandum: post exiguos, imperandum.
Super caetera illud etiam censemus, ut duris[k] tenuis-
simisque[l] et acutissimis ferramentis totum istud opus
exsequamur. obtusa enim et hebes et mollis falx puta-
torem moratur, eoque minus operis efficit, et plus
laboris affert vinitori. nam sive curvatur acies, quod
accidit molli; sive tardius penetrat, quod evenit in
retuso et crasso ferramento; maiore nisu[m] est opus.

Ita pro *quia* Br. (a) *summittimus* Br. (b) *despic.* I. B. Br. R. (c) *sustineat* I. B. Br. R. (d) *remaciatam* Pol. (e) *existim.* I. B. Br. R. *estimantur* P. (f) *ac* P. *at universo* L. (g) *necessarie* I. B. Br. R. S. (h) *oneret* I. B. R. recte Br. (i) *proxime* I. B. R. recte Br. (k) *duris* om. I. B. Br. R. (l) *tenuissimus* Eaed. (m) *vi opus est* I. B. Br. R. (n) *plerunque* Br. (o)

Imperandum) Palladius I, 6, 4: *post bonam vindemiam strictius, post exiguam latius puta.* ubi Vincentius cum duobus libris scriptis *largius* habet. Graeci dicunt μακροτομεῖν et βραχυτομεῖν.

Curvatur acies) Graecis ferrum dicitur διπλοῦσθαι, duplicari, et hinc διπλόη vitium ferri mollis, annotante Timaeo in Glossis Platonicis, cuius locum esplicui in Analectis ad histor. rei metallicae Veterum.

tum etiam plagae asperae atque inaequales vites lacerant. neque enim uno, sed saepius repetito ictu res
22 transigitur. quo plerumque[n] fit, ut quod praecidi debeat, praefringatur,[o] et sic vitis laniata scabrataque putrescat humoribus, nec plagae consanentur. Quare magnopere monendus[p] putator est, ut prolixet aciem ferramenti, et quantum possit novaculae similem reddat. Nec ignoret in quaqua re qua parte falcis utendum sit. nam plurimos per hanc inscitiam vastare vineta comperi.

XXV. Est autem sic disposita vinitoriae falcis figura, ut capulo pars[a] proxima, quae rectam gerit aciem, culter ob similitudinem nominetur; quae flectitur, sinus; quae[b] a flexu procurrit, scalprum; quae[c] deinde adunca[d] est, rostrum appellatur; cui superposita semiformis Lunae species securis dicitur. eiusque velut apex pronus imminens mucro vocatur.[e] Harum partium quaeque suis muneribus fungitur,

Ita pro *perfr.* Br. Goes. *prefrigatur* I. B. R. L. (p) *movenda* leus. Br.
CAP. XXV. (a) *par* I. I. (b) *quia fl.* I. B. Br. R. *sinusque a* P. (c) *quod* I. B. R. Br. (d) *aduncum* I. B. R. Br. (e) *appellatur* I. B. R. Br.

Praefringatur) Ex Sang. *praefingatur* annotavit Gronovius.

CAP. XXV. *Vinitoriae figura*) Eadem est quae falcis illius, qua vinitores Sueviei palos eircumcidunt et exaenunt, *Pfahlhappe* vocant, monente Sprenger in Cultura Vitium pag. 122. Ceterum figuram falcis in multis editionibus propositam verbis Columellae non convenire, recte monuit Morgagni. Securim enim forma trianguli apponunt. Aldina securim rostro non superponit, sed supponit. Iuntinam igitur figuram solam veram esse censet Morgagni. Verum Aldina figura, cuius Iucundus architectus fuit, bene habet, nisi quod operarum errore inversa fuit, quod lectori, quamvis leviter attendenti animum, statim fit manifestum. Ab ea Iuntina, quam repetiit Gesnerus, eo differt, quod securis nimis prope assidet mucroni, nec aciem a capulo ad rostrum rectam gerit, neutra deinde mucronem pronum, sed rectum posuit; Gesneriana denique securis formam non semilunatam habet, sed semilunam cavam. Igitur figuram aliam apposui Tabulae I, Fig. VI.

Eiusque velut apex) Refertur *eius* ad falcem, non ad postremam securim, a quo remotus apex primam cultri partem occupat.

si modo vinitor gnarus est iis utendi.[f] Nam[g] quum 2 in adversum pressa manu desecare quid debet, cultro utitur: quum[h] retrahere, sinu: quum allevare, scalpro: quum incavare,[i] rostro: quum ictu caedere, securi: quum[k] in angusto aliquid expurgare, mucrone. Maior autem pars operis in vinea[*] ductim potius quam caesim facienda est. nam ea plaga quae[l] sic efficitur, uno[m] vestigio allevatur. prius enim putator applicat ferrum, atque ita quae destinavit praecidit. qui caesim vitem petit, si frustratus est, quod saepe 3 evenit, pluribus ictibus stirpem vulnerat. Tutior igitur, et utilior putatio est, quae, ut retuli, ductu falcis non ictu conficitur.[n]

XXVI. Hac[a] peracta, sequitur, ut ante iam diximus, adminiculandae[b] iugandaeque vineae cura, cui stabiliendae melior est ridica palo, neque ea quaelibet: nam est praecipua cuneis fissa olea,[c] quercus et suber, ac si qua sunt similia robora: tertium ob-

(f) *iis utendi* Goes. *iis utendis* interseril Sangerm. (g) *eum* interser. P. (h) Vulgo intersertum *autem* omisi cum Sangerm. *retrahere autem, sinu* I. B. Br. R. *retrahere aut sinum* P. (i) *incurvare* I. B. R. Br. (k) Ita pro *vineam* Goes. (l) *quaeque* I. B. R. Br. (m) *imo* I. B. R. Br. deinde *rettuli* Br. (n) figura falcis vinitoriae abest L. I. B. R. Br.

Cap. XXVI. (a) Ita pro *His peractis* I. B. Br. R. S. (b) *adminiculandaeque* Br. (c) *oleum getum* L. *olea gotum* Sang. (d) *optinet* Br. (e) *pe-*

Cap. XXVI. *Olea*) Lips. *oleumgetum.* Sang. *oleagotum.* Vinearum caussa seruntur et caeduntur robur, esculus, castanea, fraxinus, cupressus, laurus, olea, populus; es quibus arboribus quae lateat in corrupta lectione, exputent alii. — *Olea oleam gotum* Polit. *oleragotum* Tromb. *oleangotum* Caesen. *olea getus* liber Pontederae, qui hinc locum redintegrat: *nam est praecipua cuneis fissa olea iugo. Tum quercus* etc. In qua emendatione probaverim praecipue illud, quod ita secundus locus apparet: contra improbo, quod *iugum* immiscetur, ubi de pedamine, ridica et palo sermo est. De iugo demum sect. 2 incipit tradere. Si *oleago* alibi exstaret (unde tamen *oleaginus* et *oleagineus* derivantur), probarem Sangerm. libri *oleago: tum quercus.*

Suber) Veteres dixerunt *suberies* pro *suber*, teste Festo, et ex eo Isidoro 17, 4. Vincent. Sp. nat. 12, 105. Ex graeco ὕπεαρ factum latinum nomen suspicor. Contra ex eo dictum censet Isidorus, quod fructus sit suum cibus, quasi *subedies.*

tinet[d] locum pedamen[e] teres, idque maxime probatur[f]
ex iunipero, tum ex[g] lauru et cupressu. recte etiam
faciunt ad eam rem silvestres pinus,[h] atque etiam sam-
buci[i] probabiles[k] usu statuminis. Haec eorumque
similia pedamenta post putationem retractanda sunt,
2 partesque eorum putres dedolandae acuendaeque;[l]
atque alia convertenda, quae proceritatem[m] habent:
alia submovenda, quae[n] vel[o] cariosa vel iusto brevio-

damenta res I. B. Br. R. *pedamente es* P. (f) *proditur* I. B. Br. R. *prodatur* P. S. (g) *tum ex* P. Goes. S. Vulgo *et lauru*. (h) *pinus* [om. P. in Saog. est *ab uvis*. deiode *etiam* om. Saog. (i) *sabuci* P. (k) Vulgo *probabilis usus tamen in his haec*. sed I. B. Br. R. *usus. tantum in his eorumque*. Mecum Goes. (l) Vulgo *acuendaeque* deest Saog. *acuendaeque accidendaeque* Goes. *dedolandae. Quae atque* P. (m) Ita pro *sinceritatem* I. B. Br. R. *ceritatem* P. (o) *quum* B. R. (o) *vel* om. I. B. Br. R. (p) *struenda* Eaed.

Tertium locum) *Alterum locum* recte corrigit Pontedera. Palus enim oon est diversus a pedamine terete. Ridica est palus angulosus ex ligno fisso.

Lauru) Geoponica XI, 3: καὶ εἰς φραγμοὺς ἀμπέλων ἐπιτήδειόν ἐστιν. Alias ipsa arbor vitem laedit, auctore Theophrasto H. P. IV, 20, et Plioio 17, 24. De cupresso satis ad Catonem et Varronem dixi. Laurum quum inaruit trunco, recisam etiam laetius fructicare ait Plinius 16, sect. 56, et sect. 90.

Probabiles usu statuminis. Haec) Hanc Goesiani lectionem merito probabat Gesner, recipere tamen non ausus. Pro *sambuci* Polit. liber *sabuci*, ut in Plioius 17, *s.* 35, oo. 10, ubi cum iunipero nominatur sabucus, laburnum et cypressus. Ao fuit olim h. l. laburoum pro lauro? In Plinio tameo Codex Chifflet. babet *alburno*. Nunc video Heinsium ad Virgilium I, p. 121, ex Sang. libro laodare: *silvestres abvius atque etiam sabuci probabiles usu statum iis*. unde ipse efficiebat eandem lectionem, quam posui, nisi quod deioceps malebat: *haec horumque — dedolandae acuendaeque*. In Collatiooe Ernestiaoa ponitur ex Saog. *ab uvis atque sambuci*.

Dedolandae) In suo libro *dimovendae* reperit Pontedera; deioceps *ceritatem* cum Polit. liber Pootederae.

Acuendaeque) Ex libris optimis ioserui cum Heinsio. Plinius l. c. *pali e iunipero — laburno, sabuco. Reliquorum generum sudes omnibus annis reciduntur*. ubi Dalecamp. emend. *et reliquorum generum sudes, quae omnibus*. De pino Columellae dubito, quam etiam Polit. liber omisit; in lectione *ab uvis* vel *ab uius* forte latet *arbutus* vel *laburnum*. Ex Sang. *abuius* annotavit etiam Gronovius.

Proceritatem) Hanc ex libris optimis substitui *sinceritati*. Nam si converti debent, opus est proceritate iusta; etsi sioceritatem defendi posse video ex sequenti: *quae vel cariosa sunt*

ra sunt, eorumque in vicem idonea reponenda, iacentia statuenda,[p] declinata corrigenda. Iugo, si non erit opus novo,[q] sarturae recentia vincula inserantur: si restituendum[r] videbitur, ante quam vitis palo applicetur, perticis vel arundinibus connectatur, ac[s] tum demum, sicut in novella praecipimus,[t] vitem iuxta caput, infraque[v] brachia colligemus[x] cum ridica: idque facere non oportebit omnibus annis eodem loco, ne vinculum incidat, et truncum strangulet. Brachia 3
deinde sub stella quadripartito locabimus, tenerosque palmites super iugum ligabimus nihil repugnantes[y] naturae, sed ut quisquis obsequetur, leviter[z] curvabitur, ne deflexus[a] frangatur, neve iam tumentes gemmae detergeantur. atque ubi duae materiae per unam partem iugi mittentur, media[b] pertica interveniat, diremptaeque[c] palmae per iugorum complu-

(q) *novo sartore* I. B. R. *novo satore* Br. *novo: sarture: ex crentia* R. *novo sartura* Saug. Vulgo erat *nova sartura*. (r) *restituenda* I. B. Br. R. (s) *At tum* Br. (t) *praecepimus* Br. (v) *infraque—colligemus* om. I. B. Br. R. (x) *vitem iuxta caput* repetit P. (y) *repugnantis naturae est*: *ut* I. B. Br. R. (z) *leniter* I. B. Br. R. *curabitur* Br. (a) Ita pro *deflexu* I. B. Br. R. S. (b) *in ea pertica media* J. B. Br. R. *in ea pert. intern.* Goes. Pol. Sang.

Novo, sarturae) Ita liber Polit. et *novo* pro *nova* legendum esse vidit Broukhusius. Sartura est vetus iugum, quod sartura renovatur. Vulgata *nova sartura* ineptissima erat.

Sub stella) Supra IV, 17, 4, vitem in stellam dividere, decussare et diducere dixit, eandemque formam sect. 7 ibidem cum quadrato agmine comparat; eum camera comparat eam formam, ubi pampini prorepentes undique iunguntur, et iugum in omnem partem porrectum terram obumbrat. Locus est elegans Manilii V, 238: *et te, Bacche, tuas nubentem iunget ad ulmos, disponetve iugis, Amitatus fronde choreas, robore vel proprio fidentem in brachia ducet, teque tibi credet: Semeleve a matre resectum adiunget palis, segetemque interseret uvis, quoeque alia innumeri cultus est forma per orbem pro regione colet.* Ita correxit Bentley; sed ex vulgata „*semper quin*," vel ut libri scripti habent *qui matre* lege *semperque a matre resectum* vel *stirpemque a matre resectam*.

Diremtaeque) Scilic. interveniente pertica. Quare vulgatum *directaeque* ex libris correxi.

Compluvia) Eadem supra dixit c. 24, s. 14, compluviatam iugationem Varro I, 8, 2, ubi vide notam.

via[d] decurrant, et velut mersae cacuminibus in terram despiciant.[e]
4 Id ut scite fiat, meminerit alligator, ne torqueat[f] sarmentum, sed tantum inflexum devinciat, et[g] ut omnis[h] materia, quae nondum[i] potest praecipitari, iugo superponatur, ut potius innixa[k] perticae, quam e vinculo dependeat.[l] Saepe enim notavi[m] per imprudentiam rusticos subiicere iugo palmam, et ita colligare, ut solo vimine suspendant.[n] quae vinea quum accipit pampini et uvarum pondus, infringitur.

XXVII. Sic deinde ordinata vineta festinabimus[a] emundare, sarmentisque et calamentis[b] liberare.[c]

(c) Ita pro *directaeque* I. B. Br. R. S. *diremque* P. (d) *calpurina* L. (e) *despiceant* Steph. (f) Ita pro *retorqueat* I. B. R. Br. Goes. Sang. (g) *sed* I. B. Br. R. Sang. (h) *omni materie* P. Sang. (i) ante Gesnerum erat *nihil*, ipse dedit *modo* ex I. B. Br. R. Lips. *mundo* P. et Sang. (k) *innexa* I. B. Br. R. (l) Ita pro *pendeat* P. Goes. (m) *mutavi* P. (n) Ita pro *suppendeat* scripsi. *Suspendeat* I. B. R. Goes. Sang. Br.

CAP. XXVII. (a) *festinavimus* P. (b) Vulgo *calametis*. *calmetis* I. B. Br. R. *calamitis* P. *calamentis* L. ·II. (c) *librare* sphalma C. St. (d) *loco*

Quae nondum) Plinius 17, s. 35, no. 13: *Palmes duas tresve gemmas sub iugo habere debet, ex quibus materia nascatur. tunc per iugum mergi alligarique, ut sustineatur iugo non pendeat. Vinculo mox a tertia gemma adstrictus alligari: quoniam et sic coërcetur impetus materiae densioresque citra pampini exsultant: cacumen religari vetant.* Ceterum monente Pontedera Gesner vulgatam antea lectionem *quae nihil* permutaverat cum antiqua Edd. primarum *quae modo*. Sed sententia eam lectionem respuit, igitur posui, quod offerunt etsi vitiatum Polit. liber et Sang. ubi exstat *mundo*.

Innixa) Si firmitatem spectavit, haec erit probanda lectio; sed quoniam cum *dependeat* iungitur, malim es Edd. primis *innexa*.

Suspendant) Ex lectione optimorum librorum *suspendeat* effeci *suspendant*, substituique vulgato *suppendeat*.

Quae vinea) Vocabulum *vinea* spurium censeo; quae respicit ad *palmam*.

CAP. XXVII. *Calamentis*) Gesner vulgatum *calametis* interpretatur fragmina calamorum et arundinum. Inepte, quum sarmentis iungantur. Intelliguntur partes siccae vitis; igitur calamenta dicuntur ab antiquo *cala*, quod lignum aridum, focaneum significabat. Lucilius: *scinde puer calam, ut caleas.* Graecum est κᾶλον, lignum a κάειν ardendo dictum. Palladius Febr. 15: *statim post putationem sarmenta decisa a vineis et rubi et impedimentum fossoris omne tolla-*

Quae sicco tamen solo[d] legenda sunt, ne lutosa humus inculcata maiorem fossori laborem praebeat, qui protinus adhuc[e] silentibus vineis inducendus[f] est. Nam si palmis incientibus[g] progemmantibusque fossorem immiseris,[h] magnam partem vindemiae decusserit.[i] Igitur ante quam germinent,[k] per divortium[l] veris atque hiemis quam altissime fodiendae vineae sunt, quo laetius atque[m] hilarius pullulent,[n] eaeque[o] ubi se frondibus [et uvis] vestierint,[p] teneris caulibus nec dum adultis modus adhibendus[q] est Idemque vinitor, qui 2
ante ferro, nunc manu decutiet,[r] umbrasque compescet,[s] ac supervacuos pampinos deturbabit.[t] nam id plurimum refert non inscite[v] facere, siquidem vel magis pampinatio,[x] quam putatio vitibus consulit. nam illa quamvis multum iuvat, sauciat[y] tamen et resecat:[z] haec clementius[a] sine vulnere medetur: et

I. B. R. (e) *ad id ut* inlerser. P. *velut* L. pro *adhuc* ex Sang. *ad id* Gronov. (f) *indicendus* P. *indulgendus* L. (g) Vulgo *incipientibus* legitur *inicientibus* P. (h) *miseris* P. S. *immiseris* R. (i) Ita pro *decusseris* L. I. B. Br. R. S. (k) Ita pro *gemment* L. I. B. Br. R. S. (l) *divertium* P. *devertium* Sang. (m) *et* I. B. Br. R. S. (n) *pullente* P. *pullent* Sang. (o) *aeque* I. B. R. Br. *Aeque uvis effodibus* P. (p) *evestierint* I. B. Br. R. *et uvis* omitt. Sang. (q) *habendus* Goes. S. I. B. R. Br. (r) *depentet* L. (s) *compescat* I. B. R. Br. (t) *deturbet* I. B. Br. R. *decurtabit* coni. Broukh. (v) *insite Scite* P. (x) *pampinationi quam putationi consulit* I. B. Br. R. S.

tur. Vnde alii forte veriorem eruent lectionem. Cato 50: *ubi vineam deputaveris acervum lignorum virgarumque facito.*

Lutosa) Plinius 17, cap. 22. Vide ad librum de Arboribus c. 12.

Incientibus) Ita mecum Pontedera emendat vulgatum *incipientibus*. Plinius 17, c. 22: *Plerique aestate tota post singulos rores, confodi iubent vineam: alii vetant gemmantem: decuti enim oculos tractuque intrantium deteri: et ob id arcendum procul omne quidem pecus, sed maxime lanatum, quoniam facillime auferat gemmas. Inimicos et pubescente uva rastros.* ubi Vincentius habet *germinantem—tactu.*

Magis pampinatio) De Arboribus cap. 11: *vineam quam bene putare, tam diligenter pampinare utile est. nam et materiae, quae fructum habent, melius convalescunt, et putatio sequentis anni expeditior, tum etiam vitis minus cicatricosa fit: quoniam quod viride et tenerum decerpitur, protinus convalescit. super haec quoque melius uvae maturescunt.* quae sunt minus integra.

3 anni sequentis expeditiorem putationem facit. tum
etiam vitem minus cicatricosam reddit. quoniam id
ex quo viride[b] et tenerum decerptum[c] est, celeriter
consanescit.[d] Super haec[e] materiae, quae fructum ha-
bent, melius convalescunt, et uvae commodius[f] inso-
4 latae percoquuntur.[g] Quare prudentis est, ac[h] ma-
xime callentis[i] vinitoris aestimare[k] ac dispicere, quibus
locis in annum debeat materias submittere; nec orbos
tantum detrahere palmites, verum etiam frugiferos,
si[l] supra modum se[m] numerus eorum profuderit. si-
quidem evenit, ut quidam oculi trigeminis palmis
egerminent, quibus binos detrahere oportet, quo
5 commodius singulos alumnos educent. Est enim sa-
pientis rustici reputare, num maiore fructu vitis se in-
duerit, quam ut perferre eum possit. Itaque non solum
frondem supervacuam debet[n] decerpere, quod sem-
per faciendum est, verum interdum partem aliquam
foetus decutere, ut ubere[o] suo gravatam vitem levet.
Idque[p] faciet variis de causis pampinator industrius,
etiam si non erit maior fructus, quam ut maturescere
queat. Si autem continuis superioribus annis da-

(y) *sautiat* R. (z) *regat* P. (a) *claementius* I. (b) *viridem* P. (c) *detentum* I. B. Br. R. *deceptum* P. (d) *consenescit* L. I. B. R. (e) *hanc* I. B. R. Br. (f) *melius in sole percoquatur* L. (g) *percoquantur* P. (h) *et* I. B. R. Br. (i) *calentis* R. (k) *estimare* P. *existimare ac despicere* I. B. R. Br. (l) *si* abest P. I. B. R. Br. (m) *si* I. B. R. Br (n) *nolet* I. B. Br. *nollet* R. *volet* P. L. (o) *uberi* I. B. R. Br. (p) *Inque* P. (q) *dactyli* (*facili*

Binos) Ex vetere Codice Vrsinus emendat *binas*.

Frondem supervacuam) Infra: *quidquid supervacui enatum fuerit, tollito*. Meminisse oportet etiam hic frondem Columellae esse virgam*, germen frondosum; ne quis putet pampinationem esse, quum frons decerpitur vitis. Pampinatio *coles*, *pampinos*, *palmas*, *palmites*, *sarmenta* detrahit supervacua. Graeci κλαδεύειν et βλαστολογεῖν dixerunt. Attici κλᾶν, κλᾶσαι, quoniam germina defringebantur. Sed de pampinatione dixi supra ad cap. 6.

Aliquam foetus) Geoponica III, 11, 4, vitibus novellis feracibusque partem etiam fructus auferre iubent, ne palmites graciliores et uvae inutiles fiant

psili[q] proventu fatigata vitis fuerit, requiescere ac refici par[r] erit, et[s] sic[t] futurae materiae consulendum. Nam cacumina flagellorum confringere[v] luxuriae comprimendae causa,[x] vel[y] dura parte trunci sitos[z] pampinos submovere, nisi ad renovandam vitem unus atque alter servandus est, tum e capite[a] quicquid inter brachia viret explantare, atque eos, qui per ipsa duramenta steriles[b] nequicquam matrem opacant,[c] palmites detergere,[d] cuiuslibet vel pueri est officium.

XXVIII. Tempus autem pampinationis ante, quam florem vitis ostendat, maxime est eligendum:[a] sed et

Goes.) *probentur: religatam vitem quiescere (requiescere* P). *ac etc.* P. I. B. Br. R. Goes. *dapsilis prov. fatigatam vitem req. ac ref. patitur* L. (r) *paruerit* P. (s) *et* om. I. B. R. Br. (t) *si* I. B. R. Br. (v) *defringe* I. B. R. Br. (x) *crura* P. (y) Vulgo intersertum *e* omittit I. B. R. Br. (z) Vulgo est: *vel e dura parte aut a trunco surgentes. pampinos submovere oportebit.* Contra *vel runci suos pampinos removerent: nisi* I. B. R. *trunci si post pampinos summoverent: si* P. *vel dum parte trunci sitos pamp. summoverent nisi* L. (a) *tum capite* Sang. (b) *similes* Pol. (c) Vulgo *occupant* legitur. *optant* I. B. Br. R. *opacant* P. Goes. L. S. (d) *detegere* I. B. Br. R.

Requiescere) Malim addito verbo ex Edd. primis legere: *religatam quiescere ac refici par erit.* Sic enim eadem vitis deposito fructu solet religari, ut requiescat.

Confringere) Ex Edd. primis malim *defringere*; nam confringitur, quod in vite relinquitur, defringitur, quod demitur simul.

Cacumina) Infra: *cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato.* Reliqua deinceps ex libris cum Pontedera correxi. Vulgo male *e dura parte aut a trunco surgentes.* Nam dura pars est truncus, aut brachia; primum docèt de trunco; deinde de brachiis.

Inter brachia) Infra: *quod in cacumine aut in brachiis natum erit, decerpito, duntaxat quae uvam non habebunt.* Plinius 17, c. 22: *in pampinatione non hos detrahere pampinos, qui cum uva sint; id enim uvas supplantat, praeterquam in novella vinea. Inutiles iudicantur in latere nati, non ab oculo: quippe etiam uva, quae nascatur e duro, rigescente, ut nisi ferro detrahi non possit.*

Cap. XXVIII. *Quam florem*) Infra Arbor. c. 11: *ante dies decem quam vinea florere incipit, pampinatam habeto.* Plinius 17, cap. 22: *pampinatio verna in confesso est, ab Idibus Maiis intra dies X, utique antequam florere incipiat, et eam debere infra iugum fieri. De sequenti variant sententiae. Quum defloruerit, aliqui pampinandam putant, alii sub ipsa maturitate.* Palladius Maio 2: *tunc est opportuna pampinatio, quum teneri rami digitis stringentibus crepabunt sine difficultate*

postea licet eandem repetere. Medium igitur eorum dierum spatium, quo acini[b] formantur, vinearum nobis aditum negat. quippe florentem fructum movere non expedit: pubescentem vero, et[c] quasi adolescentem[d] convenit religare, foliisque omnibus nudare, tum et crebris fossionibus implere: nam fit uberior pul-

Cap. XXVIII. (a) *legendum* B. R. (b) *accini* R. (c) *et* def. I. B. Br. R. S. *et q. ad* om. L. (d) *adulescentem* I. B. Br. R. Deinde verba *tum et carpentis.* De altera pampinatione Palladius Aug. 3. Pampinationem docent Geoponica III, 11, 4; V, 28 et 29.

Pubescentem) Diversa igitur a flore pubertas vitis. Pubescentes vineas dixit etiam supra IV, 3, 2. Scilicet florem vitis Theophrastus H. P. I, 21, χνοώδη, i. e. lanuginosum esse monuit. Sed eam pubem non voluit intelligi Columella, sed metaphorice uvas adolescentes dixit. Ita Plinius 17, c. 23: *inimicos et pubescente uva rastros*; et cap 9: *sunt qui pulvere quoque ali uvas putent, pubescentesque pulverent.* ubi Theophrastus II, 8, habet: τρέφειν δὲ δοκεῖ καὶ ὁ κονιορτὸς καὶ θάλλειν ποιεῖν οἷον τὸν βότρυν. ubi ipse deinde Philosophus variantem se uvam (περκάζοντα) dixit et a nigrescente distinxit. Bene monuit de hoc usu loquendi Bodaeus p. 134. Sed debebat addere, Latinos hac in locutione imitatos esse graecos scriptores. qui ficum, variantem se, ὀργῶσαν, oleam βρύουσαν, uvam ἡβῶσαν dixere, auctore Polluce I, 237. Ficum σῦκον ὀργῶν habet Theophrastus. In Theophrasto H. P. III, 6, iterum Plinius βότρυν περκάζοντα vertit uvam pubescentem XIII, c. 22.

Tum et — pulverationibus) Haec verba omittit Saug. Vide mihi locum Arbor. 12 de tertia fossura: *post meridiem fodito, pulveremque excitato. ea res et a sole, et a nebula maxime uvam defendit.* et in fine capitis: *quanto saepius foderis, tanto uberiorem fructum reperies.* Ita et Plinius 17, c. 22: *fossione pulverem excitatum contra soles nebulasque prodesse.* Noster XI, 2, 60: *frigidioribus regionibus pulverationem faciunt, quam vocant rustici occationem, quum omnis gleba in vineis refringitur, et resolvitur in pulverem.* Plinius 17, s. 5: *sunt qui pulvere quoque uvas ali iudicent pubescentesque pulverent, et vitium arborumque radicibus aspergant. Quod certum est Narbonensi provinciae et vindemias certius sic eo coqui, quia plus pulvis ibi quam sol confert.* ubi Vincentius habet *citius sicco coqui*. Plures etiam libri *citius* habent; lectio a Pintiano prolata sic habet *quod certum est Narbonensis provinciae et vindemias certius sic coqui, plusque pulvis ibi quam sol confert.* ubi si *citius* legeris pro *certius*, habebis sinceram Plinii lectionem. Palladius Martio 7: *omnibus mensibus vult pulverari novellam vineam, non solum propter herbas, sed ne tenera adhuc semina solidata terra constringat.* Idem Iulio 1: *nunc et novellae vites mane et vespere iam calore deposito effodi debent, et averso gramine pulverari.* ubi Cresc. habet: *effodi et omni herba et gramine dili-*

veratiōnibus. Nec infitior[e] plerosque ante me rusticarum rerum magistros tribus fossuris contentos fuisse. 2
ex quibus Graecinus,[f] qui sic refert: potest videri satis esse constitutam vineam ter[g] fodere. Celsus quoque et Atticus consentiunt, tres esse motus in vite seu potius in omni surculo naturales: unum,[h] quo

— *pulverationibus* omitt. Sang. (e) *inficior* ante Commel. omnes. (f) *Graecinum quid si* P. (g) *perfoders* P. S. (h) *utrium* P. (i) *confloreat*

genter extirpato radicitus. Vides igitur Palladium pulverationem dixisse simpliciter pro occatione. Theophrastus H. P. II, 8: *τρέφειν δὲ δοκεῖ καὶ ὁ κονιορτός ἔνια καὶ θάλλειν ποιεῖν οἷον τὸν βότρυν. διὸ καὶ ὑποκονιοῦσι πολλάκις — τὴν δὲ ἄμπελον οὔ φασι δεῖν ἢ ὑποκονιοῦν ἢ ὅλως ἅπτεσθαι περκάζοντος τοῦ βότρυος* (i. e. variante uva) *ἀλλ' εἴπερ, ὅταν ἀπομελανθῇ. οἱ δὲ τὸ ὅλον μηδὲ τότε, πλὴν ὅσον ὑποτίλαι τὴν βοτάνην.* Ex quibus omnibus locis apparet, de fossura et pulveratione non satis constitisse inter auctores, quo tempore sit adhibenda, quemque usum habeat ad ipsas uvas augendas. Hoc nostro in loco manifestum est, pulverationem dici simpliciter pro occatione. Sed ex Theophrasto C. P. III, 21, disco, tertiam fossionem vitium dici pulverationem *ὑποκόνισιν*, adolescente fructu, reliquas duas *σκαπάνην*, *σκαπητόν*. Atque eundem loquendi usum videntur etiam scriptores latini secuti fuisse.

Tribus fossuris) Accuratius haec Plinius 17, c. 22 ex Graecino: *Satisque esse vineam ter anno confodi; ab aequinoctio verno: ad vergiliarum exortum et canis ortum, nigrescente acino. Quidam ita determinant: veterem semel a vindemia ante brumam, quum alii ablaqueare et stercorare satis putent. Iterum ab Idibus Aprilis, antequam concipiat: hoc est, in VI Idus Maias. Deinde prius quam florere incipiat, et quum defloruerit et variante se uva.* ubi Vincentius habet *canis ortu et nigrescente acino.* Palladius V, 2: *Aprili ante Idus vineas fodi iubet locis frigidissimis.*

Surculo) Omnem arborem ex surculo surgentem intelligi monet Pontedera. Ex loco Plinii paulo antea posito suspicor, Atticum et Celsum doctrinam Theophrasti accuratius expressisse, cuius locus dignus est quem huc apponam C. P. III, 21. Germina defringenda esse ait (*βλαστολογεῖν*) statim quum vitis fructum ostendere coeperit; deinde fodere vitem statim dum fructus et germina nova crescere nituntur. Postea iterum germina defringere, antequam vitis floreat, oportere; interim enim cirrhos seu claviculos crescere, dum acina fuerint formata. Quum vitis defloruit, tum cirrhos non amplius crescere, acina vero formari et adolescere. Mediam fossionem iusto tempore cum pampinatione inprimis esse reddendam viti, et maturam; vitem enim tunc incitari ad incrementum fructuum hornotinorum, et germinum eorum, quibus futuri anni fructus parturit. Fossione igitur altera incitatam, bene concipere fructum. Gemmas agere futuri fructus usque ad caniculae ortum; postea sole exsiccante incrementum gemmarum et conceptus consi-

germinet; alterum, quo floreat;[i] tertium, quo maturescat. Hos ergo motus censent fossionibus concitari. Non enim natura quod vult satis efficit, nisi eam labore cum studio iuveris. Atque haec colendarum vinearum cura[k] finitur[l] vindemia.[m]

XXIX. Redeo[a] nunc ad eam partem disputationis, qua sum professus vitium inserendarum tuendarumque insitionum praecepta. Tempus inserendi[b] Iulius Atticus tradidit ex Calend. Novemb. in Calendas Iunias, quoad posse custodiri surculum sine[c] germine affirmat. Eoque debemus intelligere nullam partem anni excipi, si sit sarmenti[d] silentis facultas. Id porro in aliis stirpium generibus, quae firmioris[e] et succo-
2 sioris libri sunt, posse fieri sane concesserim. In vitibus nimis temere tot mensium rusticis insitionem[f] per-

I. B. Br. R. S. (k) Valgo interserta *est*, *quae* om. L. I. B. Br. R. I. I. S. (l) *fruitur* L. (m) *vindemiare* P.

Cap. XXIX. (a) *Rideo* P. (b) *insertionis* L. (c) *sive gemmam* vulgatum ex Iunt. L. P. S. correxit Gesner. (d) *sarmentum si sentis* L. nobiscum I. I. et Sang. *sarmentis alendis* rel. (e) *firmioribus* P. (f) *incisionem* L.

stere et absolvi. Abhinc enim fructum perfici; nisi si qua vitis in locis opacis et humidis posita solem diutius ferat et germinationem longius continuet. Pulverationem (seu tertiam fossionem) admovendam esse, quum uva variari coeperit, et antequam maturentur; alias motum vitium, ad maturandas uvas incitatarum, fossione intempestiva avocari. Ideo nec herbas quidem evellendas esse per id tempus. Vides igitur, in tribus fossuris plane cum Theophrasto sentire Atticum, deinde etiam in tribus vitis motibus, quos Graecus ὁρμὰς, ὁρμᾶν dixit. Idem H. P. III, 6: τρεῖς ὁρμὰς εἶναι καὶ τρεῖς ἀφιέναι βλαστοὺς ait in δρυῒ, ἐλάτῃ et πεύκῃ; postea c. 7: αἱ δὲ βλαστήσεις ἐπὶ κυνὶ καὶ ἀρκτούρῳ γινόμεναι μετὰ τὴν ἐαρινὴν σχεδὸν κοιναὶ πάντων, εὔδηλοι δὲ μᾶλλον ἐν τοῖς ἡμέροις καὶ τούτων μάλιστα συκῇ καὶ ἀμπέλῳ καὶ ῥοιᾷ.

Cap. XXIX. *Atticus*) Vnde Plinius XVII, s. 25: *Vitibus inserendis tempus dedere ab aequinoctio autumnali ad germinationis initia.*

Sarmenti silentis) i. e. gemma nondum incitata. Ita silentem florem libro XI multis in locis dixit. Graece sunt κλήματα μεμυκότα. Scilicet surculorum gemmae debent esse clausae et silentes, arboris contra inserendae ad partum incitatae. Praeterea recrastinari sarmenta iubent Geoponica X, 75, addita ratione. Vulgatam *sarmentis alendis* recte correxit Gesner.

missam dissimulare non est fidei meae: non[g] quod[h]
ignorem, brumae temporibus aliquando insitam vitem
comprehendere. sed non quid[i] in uno vel altero expe-
rimento casu fiat, verum quid certa ratione plerum-
que proveniat, discentibus praecipere[k] debemus.[l] Ete-
nim si exiguo numero periclitandum sit, in quo maior
cura temeritati medetur, possum aliquatenus conni-
vere.[m] quum vero vastitas operis etiam diligentissimi 3
agricolae curam distendit,[n] omnem scrupulum submo-
vere debemus. Est enim contrarium,[o] quod Atticus
praecipit. nam idem per brumam negat recte putari
vineam. quae res quamvis minus laedat[p] vitem, merito
tamen fieri prohibetur, quod frigoribus omnis surcu-
lus rigore torpet: nec propter gelicidia[q] corticem
movet, ut cicatricem consanet. Atqui[r] idem Atticus 4
non prohibet eodem ipso tempore inserere;[s] quod ta-
men totius obtruncatione vitis et cum eiusdem rese-
ctionis fissura praecipit fieri. Verior itaque ratio est
inserendi tepentibus iam diebus post hiemem, quum
et gemma se[t] et cortex[v] naturaliter movet,[x] nec frigus
ingruit, quod possit aut surculum insitum aut fissurae
plagam inurere.[y] Permiserim[z] tamen festinantibus au- 5

(g) *nec* I. B. R. Br. (h) *quid* B. R. Br. *qui nigriore* P. (i) *quidem* G. (k) *permiscere* P. S. (l) *debeamus* I. B. Br. R. S. (m) Ita pro *convenire* ex A. Iunt. G. Gr. H. St. et Cod. Lips. dedi, probante Gesnero. *me contueri* I. B. Br. R. *meri contueri* Polit. (m) Ita pro *destendat* cum I. B. Br. R. Gesner. *distendit atque impedit* Lips. deinceps *sumovere* Br. (o) *contrarius* P. (p) *dedit* P. (q) *gelicidiam* L. (r) *Atqui* coni. Brkh. (s) *propter quod cum* I. B. Br. R. (t) Ita pro *gemmas et corticem* Goes. Saug. (v) *cortex* etiam I. B. Br. R. (x) Ita pro *movent* I. B. Br. R. Goes.

Maior cura) Pontedera ad minorem numerum referri putans curam etiam minorem emendari volebat: *minor cura*. Sed in minore numero maior cura adhiberi atque ita variis neglegentiae vitiis mederi potest.

Contrarium) Forte fuit: *est etiam sibi contrarium*.

Atque idem) Recte Broukh. emendavit *Atqui*. Deinceps recte Gesner monuit legi debere, *quod tamen totius*. Possis etiam: *quod cum totius*.— Emendationes recepi. Vulgo: *quod tum et totius* etc. T.

tumno vitem inserere: quia non dissimilis est eius aëris[a] qualitas vernae. Sed quocunque quis tempore destinaverit inserere, non aliam sciat esse curam surculis explorandis, quam quae tradita est priore libro, quum de malleolis eligendis praecepimus. quos ubi generosos et foecundos et quam maturissimos viti detraxit, diem quoque tepidum silentemque a ventis
6 eligat. Tum consideret surculum teretem solidique corporis, nec fungosae[b] medullae. crebris etiam gemmis et brevibus internodiis, nam plurimum interest non esse longum sarmentum, quod inseratur; et rursus plures[c] oculos, quibus egerminet, inesse. Itaque si sunt longa internodia, necesse est[d] ad unam vel summum duas gemmas recidere surculum, [ne[e] prôceriorem faciamus, quam] ut tempestates [et[f]] ven-

Sang. (y) *inire* Lips. (z) *permiserit* Br. (a) *roris* L. (b) *rugosae* I. B. Br. R. *frigosae* L. (c) *pluris surculos* Br. (d) *erit* Br. et Sang. (e) *ne*

Silentem a ventis) In libro de Arbor. c. 8: *optimi generis sarmenta fructuaria, tum quum gemmas agere incipient, vento Austro a matre praecidito. Sarmentum, quod inseris, de summa vite sit, rotundum, bonis crebrisque nodis. tres deinde nodos integerrimos relinquito, infra tertiam gemmam ex utraque parte*, et reliqua quae deinceps poenemus. Inserere austro flante iubet Theophrastus de Causis III, 5, et Geoponica X, 75. Contra Cato 41 austrum cavet. ubi vide.

Teretem) Palladius Martio 1: *surculi inserendi sint solidi, rotundi, gemmis spissis et pluribus oculati.* Ceterum fungosam viti medullam seu potius naturam interius esse ait Plinius 17, sect. 35. Theophrastus H. P. I, c. 9, viti fico ferulae medullam carnosam (σαρκώδη) dixit. Hoc loco fungosa dicitur in vitio; sed Edd. primae *rugosae* habent, quam scripturam veriorem putabam, sed postea vidi Geoponicorum V, 8: κλῆμα πλατύτερον καὶ ναρθηκῶδες, quod improbetur, recte comparari ibi cum h. l. fungosa medulla a Niclasio.

Recidere surculum) Plinius 17, s. 25: *ut gemmascere incipiens legatur calamus, nec plus quam binis ab insito emineret oculis.*

Ne proceriorem) Liber Sang. cum Edd. primis multo brevius sic: *ut tempestatis ventos immobilis pati possit.* Quam tamen scripturam recipere dubitavi ob locum Palladii Martio 1, ubi de eadem re: *tegumento quoque surculum aliquo a ventis et a sole defendi ne hi quatiant, hic adurat.* Quanquam fateor, longitudinem surculi parum referre ad periculum, quod illis timendum ab imbribus. Igitur praefero alteram lectionem.

tos,[g] et imbres immobilis pati possit. Inseritur autem 7 vitis vel recisa[h] vel integra perforata terebra. sed illa frequentior et pene omnibus agricolis cognita insitio; haec rarior et paucis usurpata. de ea igitur prius disseram,[i] quae magis in consuetudine est. Reciditur vitis plerumque supra[k] terram, nonnunquam tamen et infra, quo loco magis[l] solida est atque enodis. quum

pr. quam om. I. B. Br. R. Sang. (f) *et* om. I. B. Br. R. (g) *ventos immobiles* P.' *tempestatis ventos immobilis* Sang. (h) Ita pro *rescissa* I. B. Br. R. Goes. *rescisa* Sang. (i) *dixeram* Br. (k) *iuxta* P. (l) *maxime*

Inseritur vitis vel recisa vel integra perforata terebra.) Hic modus Italis *a succhiello*, Lombardis *trivella*, ille Italis *a spaccatura* et *a fesso*, Lombardis *a mignolo* vocatur, teste Comite *de' Caronelli* de Cultu Vinearum p. 70.

Et infra) Palladius Martio 1: *aliqui infra terram semipedis spatio effossae viti surculos inserunt et beneficio congestionis accumulant, ut hoc quoque novis sarmentis praeter nutricis alimenta subveniat. Nonnulli circa terras melius asserunt inserendum, quia in altiori difficilius comprehendunt.* Seneca Ep. 112: *Itaque solemus supra terram praecidere, ut, si non responderit, tentari possit secunda fortuna, et iterum repetita infra terram inseratur.*

Enodis) Geoponica IV, 12, sect. 4, in alto inserere iubent, ubi capitis vitis laevitas vetat infra terram id facere διὰ τὸ ἐν βάθει εἶναι λειότητα. Scilicet ubique nodus desideratur, qui fissuram, longius procedentem, impediat atque alliget, ut ait ipse Columella. Palladius Martio VII, 3, ubi vineas reparare docet: *prius ablaqueabitur altius donec eius nodus appareat; deinde infra terram supra modum recidatur, ut operta de frigore et sole nil timeat.* ubi pessime nodum radices interpretatus est Gesner in Indice. Nodi sunt, qui alibi internodia in frumento genicula et nodi a nostro II, 12, 10, dicuntur, quorum naturam ita explicat Plinius 17, sect. 35: *Vitium surculis et quarundam arborum, quibus fungosior intus natura est, geniculati scaporum nodi intersepiunt medullam. Ferulae ipsae breves et ad summa breviores, articulis utique duobus internodia includunt. Medulla, sive illa vitalis anima est, ante se tendit longitudinem impellens, quamdiu nodi pervia patet fistula. Quum vero concreti ademere transitum, repercussa erumpit ab ima sui parte iuxta priorem nodum, alternis laterum semper inguinibus, ut dictum est in arundine et ferula; quorum dextrum ab imo intelligitur articulo laevum in proximo, atque ita per vices. Hoc vocatur in vite gemma, quum ita cespitem fecit. Ante vero, quam faciat, in concavo oculus, et in cacumine ipso germen. Sic palmites, nepotes, uvae, folia pampini gignuntur; mirumque firmiora esse in dextra parte genita.* Addit observationem, quam miror a Columella neglectam: *Hos ergo in surculis nodos quum seruntur, medios secare oportet, ita ne profluat medulla.* ubi Vincentius *quando seruntur sive inseruntur* habet scriptum. De insitione loqui Plinium arguit vo-

supra[m] terram insita est, surculus[n] adobruitur[o] cacumine tenus: at quum editior[p] a terra est, fissura[q] diligenter subacto luto linitur,[r] atque superposito musco ligatur,[s] quod et calores et pluvias arceat. Temperatur ita surculus, ut calamo non

I. B. Br. R. (m) Ita pro *iuxta* I. B. Br. R. antea *nodis* Sang. (n) *surculi* P. (o) *obruitur* I. B. Br. R. *adruitur* Pol. (p) Ita pro *editior est a terra* I. B. Br. R. Sang. (q) *ipsum* I. B. R. Sang. Forte *fissum* voluerunt. (r) *linito: et* I. B. Br. R. *et* etiam Sang. (s) *ligato* I. B. Br. R. *subposito*

cabulum *surculi* additum; et Geoponica IV, 12, s. 9, de insitione vitis: *βεβαιότερον δὲ συμφυήσεται τὰ νέα κλήματα ἔχοντα περυσινοῦ κλήματος μέρος.* ubi pars veteris sarmenti adhaerens ad nodum referenda est. In malleolo pangendo Columella III, 17, 3, hunc morem ab antiquis adhibitum memorat et damnat. Ceterum in Plinii loco *Fistulae ipsae breves* recte corrigebat Dalecampius.

Adobruitur) Edd. primae *obruitur.* Polit. *adruitur.* In Varrone I, 35, est *terra adruenda.* In Columella II, 11, 10, pro *adobruunt* Pol. et Sangerm. Codd. *adruunt* scriptum habent.

Vt calamo non absimilis — coagmentet fissuram) Multum diuque in hoc loco extricando laboravi, nescio an frustra. Interpretes enim tacuerunt. Surculus calamo non absimilis temperatur; cui calamo? Non eidem, qui postea inseritur viti; esset enim inepta tautologia et sine sensu. Surculus fortasse dicitur nunc, qui cunei vicem gerit et fissuram aperit in reliquarum arborum insitione. Cf. Columella V, cap. 11, sect. 7. Sed vitium materia longe diversa et mollior non desiderat cuneum istum, sed potius vinculum supra nodum; qui fissuram, scalpro factam alliget. Inepta igitur vel ob hanc caussam lectio Lips. libri, qui *augmentet fissuram* habet. Verum antequam de significatione verbi *coagmentare* videamus, explicandum est, quis calamus sit, is, quem Columella nominat, ex cuius similitudine pendet usus surculi ad eam temperati. Succurrit locus Geopon. IV, 12, in hac ipsa insitione vitium ita tradens: *τὸ δὲ ἐντιθέμενον κλῆμα μέχρι μήκους δύο ἢ ἥμισυ δακτύλων ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρους ξέειν χρὴ, ὥσπερ ὁρῶμεν τοὺς γλυφομένους καλάμους ἐν οἷς γράφομεν. ὥστε ἀπὸ ἑνὸς μέρους τὴν ἐντεριώνην φαίνεσθαι ἀσινῆ, κατὰ δὲ τὸ ἕτερον τὸν φλοιόν.* Calamus igitur scriptorius intelligitur, aut potius vocabulum excidisse videtur aliquod, quo significarat Columella calami istius similitudinem. Statim enim calamus sequitur pro surculo vitis dictus. At quomodo surculus ad calami scriptorii instar uno ex latere derasus fissuram dici potest *coagmentare*, id est, coniungere fissae vitis partem utramque? Infra sect. 19 est surculum insitum *contingere debere utrinque fissuram*, cortice nempe surculi coniuncto cum cortice vitis. et sect. 17 est: *si modo tum mediocris est crassitudo trunci, ut incrementum insiti* (surculi) *plagam possit contingere.* In primis Edd. legitur *absimilis ut coagmentet.* In Sang. libro monstrosa exstat lectio: *absimulis est purgamentum habens ad fissuram.* in qua non dubito veram latere abscon-

absimilis[t] coagmentet fissuram, sub qua nodus in vite desideratur, qui quasi alliget eam fissuram, nec rimam patiatur ultra procedere. Is nodus etiam 9
si quatuor digitis a refectione[v] abfuerit, illigari tamen eum prius, quam vitis findatur, conveniet, ne, quum scalpro factum fuerit iter surculo, plus iusto plaga hiet. Calamus adradi[x] non amplius tribus digitis

Sang. (t) *ut* repeluni I. B. Br. R. deinecps *augmentet fixuram* Lips. *absim est purgamentum habens ad fissuram* Sang. (v) *resectionibus fuerit* I. B Br. R. Sang. Deinceps *Et calamus* Pol. pro *hiet. Calamus.* (x) Vulgatam ditam el vitiatam; sed eam equidem pervidere non possum — *non absimilis: est purgamentum habens ad fissuram* Polit. Tromb. Sang. *absimilis purgamentum habens ad fissuram.* Ambr. *absimilis sit coagmentum habens ad fissuram.* Caesen. *absimilis sit purgamentum habens ad fissuram* in suo Pontedera legit, qui Caesen. scripturam probat.

Non amplius tribus digitis debet allevari) Insitionem eandem liber de Arbor. c. 8, in quibusdam aliter, certe quaedam accuratius docet: *tres deinde nodos integerrimos relinquito: infra tertiam gemmam ex utraque parte duorum digitorum spatium in modum cunei tenuissimo scalpello acuito, ita, ne medullam laedas — surculos in fissuram demittito catenus qua adrasi sunt, ita, ut cortex surculi corticem vitis aequaliter contingat.* Palladius Martio 4: *tres tamen oculi in insitione sufficient. Radendum est ergo sarmentum ad mensuram digitorum duorum, ut ab una parte sit cortex. Aliqui non patiuntur nudare medullam, sed leviter radunt, ut incisura sensim possit in acumen exire et ut corticata pars cortici novae matris aptetur.* Palladius igitur aliunde sua quam ex Columella duxit, nam corticem *ab una parte* relinquit; liber de Arboribus utrumque latus usque ad medullam adradit; hic vero Columella in altero latere paulo ultra corticem destringit surculum. Geoponica cum Palladio faciunt. Cato cap. 41, s. 2, surculos praeacutos artit, et medullam cum medulla componit. Nunc videamus, quomodo Columellae conveniat cum se ipso. Primum *allevari* iubet calamum non amplius tribus digitis, ut sit parte ea qua raditur levis, deinde rasuram nominat eamque ex utroque latere deducit inaequaliter. Inepte igitur *allevatur* surculus antea quam raditur. Sed vitium latens arguit Pol. el Sang. lectio: *Calamus ut rarior amplius*, vel ut ex Sang. laudavit Gronovius: *Calamus aut rarior.* Vnde efficio: *Calamus adradi non ampl. tr. debet.* omisso deinceps *allevari*, quod accessit, postquam *adradi non* fuerat monstrose vitiatum. Sequitur vulgo: *aequaliter ex ea parte, qua raditur, ut sit levis.* quam lectionem ipse adeo Gesnerus ineptiarum condemnavit cum Pontedera, quem secutus scripturam Edd. primarum restitui. Sequentia difficultatem aliam habent. Rasura male distringi dicitur ultra corticem paulo. Quid si fuit: *paulum ultra corticem?*

debet: [allevari] atque is ab[y] ea parte, qua raditur, ut sit levis. eaque rasura ita deducitur, ut medullam contingat uno latere, atque altero paulo ultra corticem destringatur,[z] figureturque in speciem cunei, sic ut ab ima[a] parte acutus surculus, latere altero sit tenuior, atque[b] altero plenior: perque tenuiorem partem insertus eo latere arctetur[c] quo est plenior, et utrinque contingat fissuram. nam[d] nisi cortex cortici sic applicetur,[e] ut nullo loco transluceat, nequit[f] coa-

scripturam: *Calamus autem non amplius* ita ex lectione P. et Sang. *Cal. ut rarior*, seu quod ex Sang. laudat Grouovius *Cal. aut rarior*, *amplius* correxi, incluso paulo post vulgato *allevari*. (y) Ita pro *aequaliter ex ea parte* I. B. Br. R. *Atque is ex ea*, *ab ea* Pol. *atque is ex ea p. q. r. ut sit ab ea parte levis* Lips. Goes. *atque is ex ea qua raditur parte*, *ut sit ab ea parte levis* Sang. (z) *distr.* A. Iunt. G. Gr. H. St. (a) *una parte su. artas* I. B. Br. R. *artus* etiam Sang. (b) *atque — plenior* om. Sang. (c) *artetur* I. B. Br. R. (d) *nec* Eaedem S. *Nam* (*Nec*) *nec* P. *nisi* om. Sang. (e) *applicatur* I. B. Br. R. Sang. *appellatur* P. (f) *ne quid patiatur*

Transluceat, nequit plaga) Ex vitiosa Edd. primarum Pol. et Sang, lectione: *ne quid patiatur coalescere* effeci veram hanc scripturam. Desideratur enim in vulgata vocabulum, quod quia ex vitio Edd. primarum elicere non potuit Iucundus, omittere plane *patiatur* maluit. Ceterum Plinius 17, a. 24 nimis breviter: *ne fissura in nodo fiat; repudiat quippe advenam inhospitalis duritia; ut in parte nitidissima; ne longior multo tribus digitis, ne obliqua, ne translucens.— Spei favet medulla calami commissurae, si in matre ligni corticisque iungatur. id enim satius, quam foris cortici aequari.* Geoponica l. c. καταθετέον δὲ τὸ κλῆμα μέχρι παντὸς τοῦ ἐξεσμένου, ὥστε μὴ διαχαίνειν τὸ μεταξὺ τοῦ πρέμνου καὶ τοῦ κλήματος. Ceterum ad loci pertinet intellectum monere, obscure esse traditam surculi apparandi disciplinam a Columella. Distinguenda sunt quatuor in surculo latera; quorum duo utrinque ad medullam usque adraduntur rasura obliqua, ita, ut tertium latus crassius relinquatur, extrorsum cortice trunci cortici aequandum; quartum paulum ultra corticem siccum abraditur, crassiori contrarium; idque tum fit inprimis quum duo surculi trunco inseruntur, ut fit in Geopon. IV, 12, sect. 1. Surculus ita inseritur, ut crassius latus extrorsum trunco arcte immissum collocetur, infraque appositum apicem veluti rostrum calami scriptorii fissurae infimae insinuet; latus tenuius introrsum vertitur, alteriusque surculi, si duo simul inseruntur trunco, lateri tenuiori oppositum gerit. Ideo autem paulo ultra corticem abraditur, ne cortex siccus plagae moram inferat, quominus bene coalescat. Reliqua duo surculi latera oblique et aequaliter usque ad medullam adraduntur, ut in reliquarum arborum surculis, qui trunco fisso inseruntur. Quibus haec

lescere. Vinculi genus ad insitionem non unum est. 10
alii viminibus obstringunt; nonnulli circumdant[g] libro
fissuram; plurimi ligant iunco,[h] quod est[i] aptissimum.
nam vimen, quum inaruit, penetrat et insecat corti-
cem. propter quod molliora vincula magis probamus,
quae quum circumvenere truncum, adactis[k] arundi-
neis cuneolis arctantur.[l] Sed antiquissimum est, et ante
haec ablaquear vitem, radicesque summas vel soboles
amputari; et post haec adobrui truncum. isque quum
comprehendit, aliam rursus exigit[m] curam. nam sae- 11
pius pampinandus[n] est, quum germinat, frequentius-
que detrahendae[o] sunt soboles, quae a[p] lateribus ra-
dicibusque prorepunt. tum quod ex[q] insito profundit[r]
subligandum, ne vento surculus [motus[s]] labefactetur,
aut explantetur tener pampinus. qui quum excrevit,
nepotibus orbandus[t] est, nisi si propter penuriam et

coalescere I. B. Br. R. Sang. (g) *circundant* Br. (h) *iugo* I. B. R. recte Br. (i) *est* addidi ex Br. Ald. (k) *adactis sit arundines* P. (l) *artantur* I. B. Br. R. (m) *eligit* L. (n) *pampinandum* I. B. Br. R. (o) *debrachutendae suboles* P. *sunt* om. etiam Sang. (p) *a* om. I. B. Br. R. (q) *in exitio* P. (r) *profudit* I. B. Br. R. S. (s) *motus* om. Eaed. et Sang. teste etiam Heinsio ad Ovidii Metam. III, 729. (t) *ordinandus* P. S. (v)

interpretatio non satis fecerit lectoribus, illos moneo, ut a vinitore aut hortulano sibi figuram surculi, insitioni parati, petant commonstratam.

Vinculi) De Arbor. cap. 8: *quicquid inserueris vimine vel ulmi libro diligenter ligato, atque luto subacto paleato oblinito plagam et alligato ne aqua ventusve penetrare possit: deinde supra lutum muscum imponito et ita religato: ea res praebet humorem nec marescere sinit.*

Adactis) Plinius 17, s. 24: *Incolume cuneo adactum utilissime adstringitur.* ubi vulgo erat *incolumi cuneo*, praeterea Vincent. *adstringit.* Inepte interpretatur haec Harduinus. Lego ex h. l. *Vinculum cuneo adacto utilissime adstringitur.* Forte etiam *arundineo* addendum.

Sed antiquissimum) Pro his aliam posuit cautelam libro de Arboribus c. 8: *Infra insitionem et alligaturam falce acuta leviter vitem vulnerato ex utraque parte, ut ex his potius plagis humor defluat, quam ex insitione ipsa abundet. nocet enim nimius humor, nec patitur surculos insertos comprehendere.* Eandem habet Plinius 17, s. 25: *ulmeo vimine alligatus binaque circumciderctur acie a duabus partibus, ut inde potius distillaret mucor, qui maxime vites infestat.*

calvitium loci submittitur[x] in propagines. Autumnus deinde falcem maturis palmitibus admovet. sed putationis[x] custoditur ea ratio, ut ubi nulla desideratur propago, unus surculus evocetur in iugum; alter ita recidatur, ut adaequetur plaga trunco, sic tamen, ne
22 quid radatur[y] e duro. Pampinandum non aliter est,

sumitur vulgatum ex Goes. correxit Gesn. *summittuntur* Sang. (x) Vulgo additum sequebatur *insitis*, quod cum I. B. Br. R. omisimus. (y) *radatur. Nam e duro pampinandum* I. B. Br. R. Saog. *duro*, *pamp.* H. *duro*: *pamp.* G. Gr. *aratur* Pol. Post verba *radatur e duro.* exciderunt quae infra sect. 17 leguntur: *Neque est ulla eius* et quae sequuntur ad finem usque ca-

Calvitium) Eadem similitudine Svevi vinearum loca vitibus orba dicunt *Platten*, teste Spreogero p. 401.

Submittitur in propagines. Autumnus) Haec ita editiones quaedam et legebant et distinguebant: *sumitur in propagines autumnus. deinde.* quae vitiosa esse nemo non videt. Igitur Pontedera emendabat haec ita: *sumitur in propagines alumnus deinde.* (In Curis post. ita ex Codice suo scribit: *Vinitor manum deinde maturis palmitibus admovet*). Verum ita sequentia *falcem — admovet — custoditur* vitiosa supersunt, quae quomodo essent corrigenda non dixit Pontedera. Igitur recte ex libro Goesiano Gesnerus *submittitur* recepit, et antiquarum Editionum distinctionem restituit. In libro Sang. est *submittuntur*, quae lectio et ipsa bona est, et refertur ad nepotes. Hanc probatam cum reliquis ita connecti volebat Heinsius ad Ovidii Heroid. IV, 111: *Pampinus quum excrevit — submittuntur in propagines autumnus.* Deinde sequentia, ne vitiosa superessent, ita emendabat: *deinde — admove — custodiatur*. Contra Gesneri rationem Pontedera in Curis secundis monuit, autumno maturos palmitos non posse putari, quando insita in hiemem differunt maturitatem et ver exspectare iubent. Quod vero addit ex cap. 23. Columellae argumentum, ubi circa Idus Octobres putari iubet sarmenta, quum iustam maturitatem ceperint, vereor, ut id contra Gesneri emendationem valeat. Contra eandem egregie comprobare mihi videtur. In ratione Pontederae tempus putandi plane omittitur, quod fieri non debebat ab accurato insitionis magistro. Igitur Pontedera subiratus Gesnero aberrasse per iniquitatem videtur a vero.

E duro) Excidisse quaedam suspicor ex verbis *ubi nulla desideratur propago.* et paulo antea: *nisi si propter penuria et calvitium loci submittitur in propagines.* Hanc enim alteram conditionem, ubi desideratur propago, non attigit, uti debebat. At infra sect. 17 rediit ad hanc insitionem alieno loco post terebrationem, ubi verba, in quibus interpretandis interpretes hucusque frustra laborarunt, huc retrahenda sunt: *Neque est ulla eius propagandi necessitas, si modo tam mediocris est crassitudo trunci, ut incrementum insiti plagam possit contegere*; *nisi tamen* et quae

quam in novella viviradice; putandum vero sic, ut[z] usque in quartum annum parcius imperetur, dum plaga trunci ducat[a] cicatricem. Atque haec per fissuram insitarum est ordinatio. In[b] illa autem, quae fit 13
per terebrationem, primum ex[c] vicino fructuosissimam oportet[d] considerare vitem, ex qua velut traducem inhaerentem matri palmitem attrahas, et per foramen transmittas.[e] haec enim tutior[f] et certior est insitio, quoniam,[g] etsi proximo vere non comprehendit, sequente certe, quum increvit, coniungi[h] cogitur, et mox a matre reciditur, atque ipsa[i] superficies insitae vitis[k] usque ad receptum surculum obtruncatur. Huius 14
traducis si non est facultas, tum[l] detractum viti quam recentissimum eligitur sarmentum, et leviter circumrasum, ut cortex tantum detrahatur, aptatur foramini, atque ita luto[m] circumlinitur resecta vitis, ut totus[n] truncus alienigenis surculis serviat. quod quidem[o] non

pitis. (z) *ut* om. I. B. Br. R. (a) *ducit* P. Sang. (b) *Illa fit per* I. B. Br. R. *in* omitt. etiam Sang. (c) Ita pro *de* I. B. Br. R. (d) *oportet* om. Eaed. (e) *tramittas* Pol. (f) *putatior* Pol. (g) *cum* Br. (h) *coniugem* P. (i) *ipsa* P. S. Vulgo *ita*. (k) *viter* P. (l) *cum tractum* P. S. (m) *lato* P. (n) *ut alieni generis viti ulceratus surculus serviat* I. B. Br. R. In lens. omitti *totus* ail Gesner. *ultratus* P. S. *alienigenis surculis* ex Sang. dedi pro *alieni generis viti serviat*. sed Gronovius ex Sang. *ut totus surculus* annotavit. (o) *quidam sit* P. S. (p) *quia mat.* I. B. Br. R. Goes.

sequuntur usque ad finem capitis. ubi vide notam.

In illa autem, quae fit) *Illa sic per terebrationem: primum* (*est* intellige) *ex vicino — considerare* Polit. Tromb. probat Pontedera.

Superficies) i. e. truncus, supra surculum exstans. Sic supra cap. 11, 1 et 2. De Arborib. 10, 2, et Plinius 17, s. 24: *aufertur terra aequaliter superficies, laevigatur falce truncus.*

Circumlinitur resecta vitis) *Circumlinitur ut resecetae vitis ulceratus surculus serviat* Pontederae Codex, unde in antecedentibus *artatur* malebat, quod est etiam in Polit.; deinceps corrigit: *circumlinitur, resecta vite, ut alieni generis viti ulceratus* (i. e. resectus) *trunculus serviat.*

Alienigenis surculis) Vulgatam *ut totus truncus alieni generis viti serviat* inepte esse a Iucundo fictam, docet ipsa varietas lectionis, quam tamen non recte annotaverat ex Edd. primis Gesnerus, ita, ut putares ibi exstare: *ut ulceratus surculus truncus alieni ge-*

fit in traduce, qui[p] a materno sustinetur ubere, dum
15 inolescat. Sed aliud est ferramentum, quo[q] priores vitem perforabant, aliud quod[r] ipse usu nunc magis[s] aptum comperi. Nam antiqua terebra, quam solam veteres agricolae noverant, scobem[t] faciebat, perurebatque[v] eam partem, quam perforaverat. deusta[x] porro raro[y] revirescebat, vel cum priore coalescebat, [in[z] eaque] nec[a] insitus surculus comprehendebat. tum etiam scobis nunquam sic eximebatur, ut non inhaereret foramini. ea[b] porro interventu suo prohibebat
16 corpus surculi corpori vitis applicari. Nos terebram, quam Gallicam dicimus, ad hanc insitionem commenti

probante Pontedera. (q) *quod prioris* P. (r) *quo* Br. deinde *in se usu* P. *ipse usus — comperit* Lips. (s) *matris* P. (t) *scrobem* P. Goes. et Lips. hic et p. p. (v) *perferebatque* P. Goes *perferebat* Sang. (x) *devineta* P. S. (y) *raro rev. vel* om. I. B. Br. R. *porro cum rore convalescebat et in* Sang. *convalescebat* etiam I. B. Br. R. (z) *in eaque* om. I. B. Br. R. (a) *et* P. (b) *et proprio intern.* I. B. Br. R. *et* etiam Sang. (c) *vacat* P.

neris viti serviat, quum in B. Br. R. sit scriptum: *ut alieni generis viti ulceratus surculus serviat.* Hinc mihi quidem fit probabile, in Sang. non esse *alienigenis surculis*, quam lectionem inde retulit Ernesti, sed *ut totus surculus.* quam scripturam annotavit ita Gronovius, ut pro *truncus* in Sang. esse *surculus* tantum admoneret. Quiequid sit, lectionem eam posui, quae ferri et intelligi potest, dum verior ex antiquarum Edd. lectione eruatur. Deinceps ex Sangerm. *cum inolescat* annotavit Gronovius.

Deusta porro) *Deusta* (*devincta* Polit. *de vinea* liber Pontedera) *porro cum priore* (*prore* Polit. *cum reconvales.* Ponted.) *convalescebat*: *nec* (*et* Polit. Tromb. Ponted.) *insitus surculus comprendebat. Tum etiam* Edd. pr. et Codd. unde Pontedera corrigit: *deusta porro cum perraro convalescebat, et insertus surculus comprendebat, tum etiam scobis nunquam sic eximebatur.*

Commenti) Palladius III, 17: *Quartum genus Columella sic retulit. Gallica terebra usque ad medullam arborem perforandam, plaga interius leviter inclinata. ibi educta omni scobe vitem vel ramum ad modum foraminis impressi delibratum, succidum tamen et humentem stricte imprimi, una aut duabus gemmis foris relictis. tunc argilla et musco locum diligenter operiri. ita et vites in ulmo inseri posse commissus.* Noster de Arborib. cap. 8: (*Quibusdam antiquorum terebrari vitem placet, atque ita leviter adrasos surculos demitti; sed nos meliore ratione hoc idem fecimus. nam antiqua terebra scobem facit, et propter hoc urit eam partem, quam perforat. perustantem perraro* (libri optimi *praeusta autem*

longe habiliorem utilioremque comperimus: nam sic excavat[c] truncum, ne foramen inurat. quippe non scobem sed ramenta[d] facit, quibus exemptis[e] plaga levis relinquitur,[f] quae facilius omni parte sedentem surculum contingat, nulla interveniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra. [Igitur secundum 17
vernum aequinoctium perfectam vitium insitionem habeto,[g] locisque aridis et siccis nigram vitem inserito,

(d) *tramenta* P. *scrobem sed tramenta* Sang. *rasamenta* Lips. (e) Ita pro *exemtis* Br. Ald. *exemplis* G. (f) *relinqui* P. (g) *habito* P. *habet.* I. B.

pars raro) *unquam comprehendit surculos. Nos rursus terebram, quam Gallicam dicimus, huic insitioni aptavimus: ea excavat* (libri *exsiccat*) *nec urit, quia non scobem, sed ramenta facit. Itaque cavatum foramen quum purgavimus, undique adrasos surculos inserimus atque ita circumlinimus. Talis insitio facillime convalescit.* Vides, in his duobus locis Columellae nullam fieri mentionem plagae, seu foraminis interius leviter inclinati, nec ulmum vile insitam memorari. Quare mancos censere debemus vulgatos libros, eo quidem magis, quod Cato etiam, ubi hoc genus describit, c. 41, oblique terebrari vitem iubet, ut medulla surculi medullam vitis contingere possit. Plinius 17, sect. 25: *nostra aetas correxit, ut Gallica uteretur terebra, quae excavat, nec urit, quoniam adustio omnis hebetat.* Gallicam terebram in eadem re nominant Geoponica IV, 13. Crescentius, qui eandem rationem VIII, cap. 6, docuit, Palladium sequi non videtur magis quam Columellam. Is igitur vitem ita ait inseri ceraso, vel alii cuivis arbori iuxta positae. Sed idem IV, 11. Inseritur autem in arbore ulmi et forsan in quibusdam aliis, secundum Columellam, ut truncus arboris gallicâ usque ad medullam perforetur terebra, ibique affigatur surculus vitis etc.

Igitur secundum) Haec usque ad *neque est ulla necessitas* ex libro de Arboribus cap. 8 huc in locum alienum translata esse, ut lacunam explerent, vel hic eadem de causa conficta, ut ibi, censet Pontedera. Barbara enim esse et falsa, quae de discrimine uvarum tradautur; neque quemquam hoc discrimen servare pro discrimine terrarum. nam in uliginosis locis melius nigras uvas seri, quam albas; quippe albam propter teneritudinem facile putrescere, in siccis locis utrasque. Ergo his verbis omissis locum ita concinnat ex libro de Arbor. *itaque cavatum foramen quum purgavimus, undique adrasos surculos inserimus, atque ita circumlinimus. Talis insitio facillime coalescit, neque est ulla eius propagandi necessitas.* Facile lector quilibet agnescet, verba haec ab huius loci sententia plane aliena esse; igitur inclusi. Vnde translata sint huc et in librum de Arboribus, atque an vera sint, alia est disputatio. Genserus haec putabat esse contraria iis,

humidis albam.] Neque est ulla eius [h] propagandi necessitas, si modo tam mediocris est crassitudo trunci, ut incrementum insiti [i] plagam possit contingere; [k] [et]

Br. R. Ceterum verba inclusa ab hoc loco sunt aliena. (h) *eius* omissum in I. B. Br. R. incluserat Gesner. Sed haec omnia verba *Neque est* usque ad finem capitis pertinent ad sect. 12, inserenda post *radatur a duro*. (i) *insita* I. B. Br. R. Goes. (k) Ita pro *contegere* Br. Sang. Sequens *et*

quae supra III, 4, 4, docentur; verum ibi nihil est de insitione, aut de differentia albarum nigrarumque uvarum, quanquam ad illum locum olim pertinuisse suspicor. Vide ad VIII, 4, sect. 5.

Nulla eius) Gesner *eius* cum Edd. primis omitti volebat; sententiam interpretatus: ubi insitione res transigi possit, propagatione, quippe laboriosiore, non opus esse. Sed Pontedera in Curis sec. retinet *eius*, interpretatus: quoniam insita propagantur, quae imbecillitatem ostendunt, aut quae tarde et difficulter coalescunt.

Insiti) Ex Goesiano *insita* Broukhus. efficiebat *insitam* probante Schoettgen. Sed de totius loci huius sententia quaeritur. Quam sic coniectura assecutus ex loci vitiis explicavit Gesner: Moderatus docere voluit, quando opus sit duos surculos viti recisae imponere. Non opus est, ubi truncum non nimis crassum incremento unius surculi insiti contegi posse et brevi coalescere, spes est; opus contra est duobus in uno trunco semiuibus, ubi is vastior est, quam ut coire brevi tempore totus cum imposito uno sarmento queat, aut ubi, demortuo in vicinia capite, opus est illud propagine suppleri: Igitur rediisse Columella dicendus est ad priorem inserendi rationem, quum terebrationem tradidisset. Sed veram tandem difficillimi loci explicationem mihi reperisse videor, comparata sectione 12, ubi post verba *ne quid radatur e duro* inserenda sunt omnia, quae hic leguntur ad finem capitis. Ibi enim desideratur ratio altera, ubi surculus, alter, ex insito scilicet subnatus, propagandus est in loci calvitium, quam hic traditam videmus alieno loco. Igitur servato pronomine *eius* recte omnia illuc transposita procedent verba: *Neque est ulla eius propagandi necessitas.*

Incrementum insiti — contingere) Ita recte cum Br. Sang. quum vulgatum *contegere* plane sit ineptum, quasi incrementum insiti sit: vitis insita crescens. Contra insiti surculi magnitudo talis esse debet, ut utrinque insitus contingat fissuram, ut est supra sect. 9. Quod ex antiqua lectione *insita* coniiciebat Broukh. *insitam*, plane est a loci sententia alienum, quanquam Schoettgenio non improbatum. Ceterum hic addere lubet ex Plinio genus insitionis omissum a Columella. Ille igitur XVII, s. 16, ubi de emplastratione: *Quidam huic generi miscuere fissuram in vitibus, exempta corticí tessella, surculo a latere plano adigendo*. Idem paulo post: *Vitis non recipit emplastra, nec quibus tenuis ac caducus rimosusque cortex*. Quem modum Harduinus interpretatur sic: *vites inse-*

nisi tamen vacuus locus demortui capitis vitem reposcit. quod quum ita est, alter ex duobus surculis mergitur, alter eductus ad iugum in fructum submittitur.[1] Neque inutile est ex ea vite, quam merseris, enascentes in arcu propaginis pampinos educare, quos possis mox, si ita competet, vel propagare vel ad fructum relinquere.

XXX. Quoniam[a] constituendis colendisque vineis, quae videbantur utiliter praecipi posse, disseruimus;[b] pedaminum iugorumque et viminum prospiciendorum tradenda ratio est. haec enim quasi quaedam dotes vineis ante praeparantur. quibus si deficitur agricola, causam faciendi vineta non habet, quum omnia, quae sunt necessaria, extra fundum quaerenda sint: nec emptionis tantum (sicut ait Atticus) pretium onerat vitis[c] rationem, sed est etiam comparatio molestissima. convehenda[d] sunt enim tempore iniquissimo[e] hiber- 2

ante *nisi* inclosi. (l) *summitur* I. B. R. *summittur* Br. Sequens est ex Goes. Saog. addidi. Deinceps *enascentis* Br.

CAP. XXX. (a) *Cum* I. B. Br. R. deinde *colendisque* om. Br. (b) *disseruerimus* I. B. Br. R. (c) *vicis* P. *vitici* Goes. *rustici* Iunt. H. Lips. (d) *Convehendam* P. (e) *nequissimo* L. (f) *hiberni* Br. *hyberni* A. Iunt. H.

ruere gemina ratione, primum fisso cortice in tessellae modum, quae emplastratio est; et praeterea terebrato trunci latere, insertoque surculo. Quae sunt oppido inepta! Nec rectius Dalecampius: *Vites inserunt et ramo simul fisso et emplastro.* Emplastrum enim vitis non recipit. Igitur praeter fissuram vitis trunci insitionemque quidam simul gemmam vel palmitem novellum cum corticis tessella et ligni esciderunt, vitique alienigenae per sinum aequalem imposuerunt. Tessellam ligni corticisque palmiti adhaerentem surculum planum vocare videtur Plinius.

CAP. XXX. *Vitis rationem*) Libri quidam *rustici*, Goes. *vitici*. Malim *vinitoris* aut *vineaticam rationem*.

Dotes) Eleganter. Vitis enim maritatur ulmis iuncta; alligatur vimine, palatur pertica, iugatur arundine.

Hiberno) Hanc vocem spuriam censuit esse Vrsinus: forte quia hibernum tempus otiosissimum esse putabat. At iniquissimum hibernum tempus convehendae huic materiae videtur, quoniam tunc ea maxime opus est praeparata; per hiemem enim vitis colitur, pedatur, iugaturque.

no.[f] Quare[g] salices[h] viminales atque arundineta vulgarèsque[i] silvae, vel consulto consitae [e] castaneis,[k] prius facienda sunt. Salicum[m] viminalium (ut Atticus putat) singula iugerá sufficere possunt[n] quinis et vigenis[o] iugeribus ligandae vineae: arundineti singula iugera vigenis[o] iugandis: castaneti[p] iugerum totidem
3 palandis,[q] quot[r] arundineti[s] iugandis. Salicem vel riguus ager vel uliginosus[t] optime, nec incommode[v] tamen alit planus et pinguis. atque is[x] debet converti bipalio; ita enim praecipiunt veteres, in duos pedes[y] et semissem pastinare[z] salicto destinatum solum. nec refert cuius generis vimen[a] seras, dum sit lentissi-
4 mum. putant tamen tria esse genera praecipue[b] sali-

S. (g) *quali et* I. B. Br. R. *qunle* P. S. (h) Ita pro *radices* Br. Ald. Commel. (i) *vulgares vel* P. (k) *consitae. Castaneis* I. B. Br. R. L. S. Idem Lips. interponit lemma *de castaneis ponendis*. (l) *faciendae* Goes. S. (m) Vulgo *Salicum* deest: *sunt*: *licet viminalibus Att.* I. B. Br. R. Sang. *licet ut vimin.* Lips. (o) *posse* I. B. Br. R. Saog. (o) *vicenis* I. B. R. *vig.* Br. deioceps *arundinetis* Br. et Saog. (p) *castaneae et* I. B. Br. R. (q) *palmulis* Eaed. (r) *quod vel* P. (s) *arundinetis iugandi salicem*: *vel* I. B. Br. R. *arundinetis* etiam Sang. (t) *uliginis abundans optime* P. S. (v) *id arundineti*: *nec incommode* I. B. Br. R. *id arundineti* om. P. (x) *is* om. I. B. Br. R. (y) *pedes* om. Eaedem. (z) *pastinare* addidi ex iisdem Iunt. L. Sang. et cum sequentibus iunxi. Vulgo erat *semissem*. (*salicto — solum*. (a) *summerseras* Lips. (b) *praecipue* Iunt. *salicis* post

Quare radices viminales) Ineptissime radicea viminales dicuntur, ubi debebant nominari *salices viminales*. Libri scripti obscura verae lectionis vestigia habent; manifestiora paulo deinceps, ubi legitur in iis: *sunt licet viminalium*. ubi legendum est: *Salicum viminalium*. Vimen enim pro ipsa salice dicitur infra; viminalia pro salicibus dicta non memini legere. Quod deinde in Brusch. et Aldina reperi *salices viminales* sine haesitatione restitui.

Sufficere possunt) Ex lectione librorum scriptorum suspicor legendum esse: *Salicum viminalium Atticus putat singula iugera sufficere posse*.

Salicto destinatum solum) Haec verba auctoritate Broukhusii et Pontederae confisus incluserat veluti spuria Gesnerus; equidem cum Edd. I. B. R. et libris scriptis inserui *pastinare*, et reliqua cum antecedentibus copulavi. Ita nihil abundat, aut glossae auspicionem movebit.

Tria) Plinius XVI, s. 68: *salicis plura genera. Namque et in proceritatem magnam emittunt iugis vinearum perticas. pariuntque balteo corticis vincula: et aliae virgas sequacis ad vin-*

cis, Graecae, Gallicae, Sabinae, quam plurimi vocant Amerinam. Graeca flavi coloris est;[c] Gallica obsoleti purpurei, et tenuissimi; Amerina salix [d] gracilem[e] virgam [f] et rutilam gerit. Atque hae vel [g] cacuminibus vel taleis deponuntur. Pe ticae cacuminum modicae plenitudinis, quae tamen dipondiarii [h] orbiculi cras-

Sabinae ponit Br. (c) *et* I. B. Br. R. Sang. postea *sed tenuissimi* Sang. (d) *salius* P. (e) *vocant* add. P. *Amerina secus gracilem vocant virgam* Sang. (f) *quo* add. P. *vo et rutilam* Sang. (g) *cum* add. I. B. Br. R. *Atque haec* Br. deinceps. *planitudinis* Sang. (h(*dipandiarii* P. *depond*. G.

cturas lentitiae. Aliae praetenues viminibus texendis spectabili subtilitate; rursus aliae firmiores corbibus, ac plurimae agricolarum supellectili: candidiores ablato cortice lenique tractatu, vilioribus vasis, quam ut e corio fiant: atque etiam supinarum in delicias cathedrarum aptissimae. Caedua salici fertilitas, densior tonsura, ex brevi pugno verius quam ramo: non, ut remur, in novissimis curanda arbore. Nullius quippe tutior est reditus, minorisve impendii, aut tempestatum securior. ubi in libris scriptis aliquot est *melioribus vasis*. Vincentius habet *mollioribus* et deinceps in *deliciis*. Pergit Plinius: *Finditur graeca rubens: candidior Amerina, sed paulo fragilior, ideo solido ligat nexu. In Asia tria genera observant; nigram utiliorem viminibus; candidam agricolarum usibus; tertiam, quae brevissima est, helicem vocant. Apud nos quoque multi totidem generibus nomina imponunt; vimineam vocant, eandemque purpuream. Alteram nitelinam a colore, quae sit tenuior; tertiam gallicam, quae sit tenuissima.* ubi recte Vincentius legit *viminalem*; idem habet *vitellinam* pro *nitelinam*, a colore vitelli ovi. Theophrastus H. P. III, 13, nigram cortice nigro et purpureo virgas ad opera vitilia utiliores habere ait, albam cortice albo densiores virgas praebere; Arcades salicem appellare helicem. — Pro *praecipue* malim *praecipua*. Graecam salicem Matthiolus angustifoliam purpuream seu nigram Botanicorum, contra *Bradley* p. 296 eam interpretatur, quae Britannis audit *Dutch Willow*; gallicam eandem viminalem esse ait, quae Theophrasto corticem nigrum habere dicitur; tertiam Sabinam vel Amerinam esse Botanicorum Salicem aquaticam humilem, *the common Osier*, quod apud Lugdunenses Galliae hodieque *Amerine* audiat. Servius ad Georg. I, 265: *genus salicis dispari colore a caetera salice. nam est rubra et ad connectendum aptior, quia praeter morem lenta est; quae nunc quoque amerina a rusticis dicitur.* Amerinae corbulae Cato XI.

Plenitudinis) Sangerm. *planitudinis*. Plinius XVII, s. 32; *Principatum in iis (quae propter alias seruntur, ac vineas maxime, caeduo ligno), obtinent salices, quarum satio fit loco madido, tamen refosso duos pedes et semipedem, talea sesquipedali, vel pertica, quae utilior, quo plenior. Intervallo esse debent pedes seni. Trimae pedibus binis a terra putatione coërcentur, ut se in latitudinem fundant, ac sine scalis tondeantur. Salix enim*

situdinem non excedat,[i] optime panguntur eousque
5 dum ad solidum demittantur.[k] Taleae sesquipedales[l]
terreno immersae paululum obruuntur. Riguus locus spatia laxiora desiderat, eaque senum pedum per quincuncem recte faciunt; siccaneus spissiora, sic ut sit facilis accessus colentibus ea. quinum pedum interordinia esse abunde est, ut tamen in ipsa linea consitionis alterna vacuis intermissis bipedaneis spatiis
6 consistant semina. Satio est eorum priusquam germinent, dum silent virgae, quas arboribus detrahi[m] siccas convenit. nam[n] roscidas[o] si recideris, parum prospere[p] proveniunt. ideo[q] pluvii dies in exputanda salice vitantur. Fodienda[r] sunt primo triennio

(i) Ita pro *excedant* P.* (k) *dimittatur* I. B. Br. R. (l) *sexquip.* Eaed. A. Iunl. G. H. *tale est qui pedalem* L. deinceps. *paulum* Sang. (m) *detrahis* P. deinde vulgatum *conveniet* ex Saug. correxi. (n) *Nam* om. P. (o) *abroscidas* I. B. Br. R. Sang. Vulgo *rosidas*. (p) *commode conveniunt* I. B. R. Br. *commode* etiam Sang. (q) *Itaque* I. B. Br. R. *ideoque* Saug.

foecundior est, quo terrae propior. Has quoque omnibus annis confodi iubent mense Aprili. Haec est vimiualium cultura. Perticalis et virga et talea seritur, fossura eadem. Perticas ex ea caedi iustum est quarto fere anno. Et eae autem senescentium propagine resarciunt locum, pertica immersa ac post annum recisa. Salicis viminalis iugera singula sufficiunt XXV vineae iugeribus. Quae quidem Plinius ex ipso Attico paulo integriora traduxisse videtur, in aliis librarii errorem suspicari licet. Ceterum alii ex libris scriptis Plinii legunt: *configi iubent mense Aprili.* Vincentius habet *confodi vel configi.* Pro verbo *resarciunt* Vincentius habet *praesarciunt*, quod ex libris scriptis et editione principe restituit Brotier, nescio quam bene. De arundineto verbum *sarcire* infra ex Palladio afferam, ubi vulgo male *sarrire* legitur. Geoponica X, 3: ἀπὸ δὲ κλάδων καὶ πασσάλου μόνον φυτεύεται (ἀδύνατον δὲ ἐκ παραστάδων διὰ τὸ μηδὲ παραβάλλειν ἐκ τῶν ῥιζῶν μοσχεύματα) ταῦτα· ἄμπελος, ἰτέα, πύξος, κύτισος. Eadem XI, 13: φυτεύεται φευρουαρίῳ μηνὶ ἐκ κορύνης καὶ πασσαλίσκων. Denique III, 6, ante Idus Februarii καλαμῶνας καὶ ἰτεῶνας circumfodi eadem iubent.

Excedat) Ita ex vestigiis libri Polit. emendavi vulgatum *excedant*. refertur enim ad plenitudinem.

Ad solidum) Gesnerus interpretabatur eo usque imprimenda cacumina, dum solum aequent, nullaque adeo eorum sit superficies. Equidem *ad solidum* ita dici vix credo; igitur malo interpretari, dum ad solum durum perveniat pertica. Solidum ita opponitur resoluto et molli solo.

salicta crebrius,[s] ut novella vineta. quum deinde[t] convaluerint, tribus fossuris contenta sunt; aliter culta celeriter deficiunt. Nam quamvis adhibeatur cura, 7
plurimae salices intereunt. quarum in locum[v] ex propinquo mergi[x] propagari debent, curvatis[y] et defossis cacuminibus, quibus restituatur quicquid intercidit. anniculus deinde mergus decidatur[z] a stirpe, ut suis radicibus tanquam vitis ali[a] possit.[b]

XXXI. Perarida loca, quae genus id virgultorum non recipiunt, genistam[a] postulant. eius[b] quum sit satis firmum, tum etiam lentissimum est vinculum. Seritur[c] autem semine, quod quum est natum, vel de-

(r) *Facienda* Eaed. Goes. S. (s) *id est* add. Eaed. et Sang. (t) *inde* I. B. Br. R. (v) Ita pro *loco* Goes. S. (x) Ita pro *mergis* I. B. Br. R. (y) *curvata et defossa cacumina* Eaed. L. at Sang. Deinde *intercidat* Br. S. (z) *incidatur* I. B. Br. R. (a) *ali* om. Eaed. et Sang. (b) *prosit* Eaed. at Sangerm.

Cap. XXXI. (a) *genestam* L. (b) *quae plus cum* I. B. Br. R. *plus* etiam Sang. pro *eius*. Postea vulgatum *lyetissimum* correxi ex Br. at Ald. (c) *se-*

Mergi) Quam restitui lectionem confirmat etiam Plinii locus, qui tamen male ad perticalem haec transtulit.

Cap. XXXI. *Perarida*) Columella Arbor. 29: *Salicem et genistam crescente luna vere circa Calendas Martias serito. Salix humida loca desiderat genista etiam sicca, utraque tamen circa vineam opportune seruntur, quoniam palmitibus idonea praebent vincula.* ubi recte Pontedera emendabat *genista autem sicca.*

Genistam) Plinius iterum XXIV, sect. 40: *Genista quoque vinculi usum praestat.* Dubitat is an haec sit, quam Graeci auctores spartum appellaverint; sed de Asia testatur Galenus Simpl. Medic. Facult. VIII, sparto vites alligari. Genistae plantas obrui iubet Februario Palladius 33. Ad spartii genus Linnaeanum pertinet haec genista. Altinates genistas ut hastilibus aptas nominat Gratius Cyneg. 430, sed illae plane diversae esse videntur.

Defertur bima viviradix) Id est, transfertur. Gesnerus tamen malebat *differtur*. Viviradicem in spartn vix intelligo, proprie quidem dictam, utique si bima postulatur. Arborum viviradices novi, sed neque in iis aetas certa ad plantandum definiri solet. Spartium vero ad frutices humiles seu potius virgulta pertinet. Quare cum libris scriptis duobus malim *radix* legere; nisi forte radices cum ipso frutice exemtae at divisae dicuntur viviradices. Hodie Galliae quaedam partes spartium iunceum Linnaei in locis peraridis ad usum vestimentorum serunt, plantamque trimam demetunt. Spartium Hispa-

fertur bima[d] viviradix,[e] vel relicta quum id[f] tempus
excessit, omnibus annis more segetis iuxta terram de-
meti potest: caetera vincula, qualia sunt ex rubo,
maiorem operam, sed in egeno tamen necessariam
2 exigunt. Perticalis fere salix eundem agrum, quem
viminalis,[g] desiderat; melior tamen riguo provenit;
atque ea taleis conseritur, et quum germinavit, ad
unam perticam submittitur, crebroque foditur, atque
exherbatur, nec minus quam vinea pampinatur, ut
in longitudinem [ramorum[h]] potius quam in latitu-
dinem evocetur.[i] sic culta quarto demum anno cae-
3 ditur. Nam[k] quae vinculis praeparatur, potest anni-
cula praecidi ad semissem supra[l] duos pedes, ut e
trunco fruticet, et[m] in brachia velut humilis vinea
disponatur; si tamen siccior fuerit ager, bima potius
resecabitur.

XXXII. Arundo minus alte[a] pastinato,[b] melius ta-

runtur P. (d) *bima* om. I. B. Br. R. (e) *radix* Goes. Sang. (f) *huc* P. (g) *vimalis* H.. (h) *ramorum* omitt. P. S. (*i*) *evocatur* P. (k) *Namque vinc.* I. B. R. Br. (l) *super* I. B. Br. R. S. (m) *sed* I. B. R. Br.

Cap. XXXII. (a) *alto* P. (b) Ita pro *pastinatur* I. B. R. Br. (c) *dumis*

nicum Botanicorum intelligi monuit etiam *Bradley* p. 295.

Rubo) Plinius XVI, sect. 69: *siquidem et genistae et populi et ulmi et sanguinei frutices, et betulae et arundo fissa et arundinum folia, ut in Liguria, et vitis ipsa, et recisis aculeis rubi alligant et intorta corylus.* Vide supra cap. 13.

Exherbatur) De ipsa pertica mihi durum videtur verbum. Ager exherbatur Colum. XI, 3, 44. Videant doctiores num quod aliud verbum lateat in vulgato corruptum. Ceterum Sang. *crebreque* habet, teste Gronovio.

Longitudinem ramorum) Vocabulum *ramorum* cum libris scriptis duobus omitti vult Pontedera; ramum enim esse arboris latitudinem. Cui equidem assentior; hinc inclusi. Sed in Brusch. transpositum legitur vocabulum id post *latitudinem*, quem eundem forte ordinem habuerunt libri scripti antea memorati.

Cap. XXXII. *Arundo*) Plinius XVII, sect. 33: *arundo etiamnum dilutiore, quam haec, solo gaudet. Seritur bulbo radicis, quem alii oculum vocant, dodrantali scrobe, intervallo duum pedum et semipedis, reficiturque ex sese vetere arundineto exstirpato, quod utilius repertum, quam castrare sicut antea. Namque inter se radices serpunt mutuoque concursu necantur. Tempus con-*

men bipalio seritur. ea quum sit vivacissima, nec recuset ullum locum, prosperius resoluto, quam denso;

serendi antequam oculi arundinum intumescant, ante Calendas Martias. Crescit ad brumam usque, desinitque, quum durescere incipit. Hoc signum tempestivam habet caesuram. Et hanc autem quoties et vineam fodiendam putant. Seritur et transversa, non alte terra condita; erumpuntque e singulis oculis totidem plantae. Seritur et deplantata pedali sulco binis obrutis gemmis, ut tertius nodus terram attingat: prono cacumine, ne rores concipiat. Caeditur decrescente luna. Vineis anno siccata utilior, quam viridis. Cannam ab arundine distinguit Columella, eandem fecit Palladius; disponit enim circa vites Februar. 11, et de cannetis ponendis ad usum vineae tradit ibid. cap. 23. Cato VI, 3: *arundinetum hoc modo serito: bipalio vortito, ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio serito. Ibi corrudam serito, unde asparagi fiant. Nam convenit arundinetum cum corruda, eo quod foditur et inceditur et umbram per tempus habet. Salicem graecam circum arundinetum serito, uti siet, qui vineam alliges.* Inepte vulgo haec in cap. 47, initio posita leguntur: *arundinem sic serito: ternos pedes oculos disponito.* quae plane sunt eiicienda, ut alii iam monuerunt. Catonis locum repetiit Varro I, 24, et Plinius XVI, s. 67. Geoponica III, 53, docent arundines (καλάμους) gaudere locis apricis, ali ventis, plantari optime bulbis, transversam etiam stratam facile germinare; sterni altitudine digitorum trium aut quatuor, ita, ut unus alterve oculus exstet. Quae contra recta plantetur, duo genicula habeat, oportere, et ad 12 digitorum profunditatem plantetur. Tempus plantationis esse vere, quoniam a glacia facile laedantur et frigore; ideo locis frigidis circa autumnum esse plantandam. Eodem anno caedi post brumam; eo enim usque crescere. Denique addunt fumo exsiccatas arundines commendari a quibusdam ad vineam, quoniam insectum viti noxium ibi non generent, utpote ex putrescentibus arundinibus enasci creditum. Eadem Geoponica III, 2, calamos plantari iubent Februario antequam germinent: cap. 3, Martio etiam mense plantari iubent, utique ante aequinoctium. In loco Plinii Vincentius habet *dulciore — solo — duorum pedum et semis — discursu coecantur.* Postrema haec lectio optima et vera est. In libris scriptis reperit Harduinus *decursu necantur*, ea quo emendabat: *decussi necantur.* Quod vero vineis siccatam anno utiliorem ait esse quam viridem Plinius, ex Geoponicorum loco allato interpretandum de insectorum noxa cavenda, nisi forte *fumo* pro *anno* legendum fuerit. Palladius Febr. 23: *Tempore hoc canneta ponenda sunt factis brevissimis scrobibus, et oculis cannarum per singulas scrobes obrutis, qui semipedis spatio inter se distare debebunt. Si calidae et siccae provinciae studemus, valles humidas vel irriguas opus est deputare cannetis; si frigida regio est, locis mediis instituantur, sed succo villarum subditis. Inter haec asparagorum etiam semina spargere possumus, ut mista nascantur, quia et asparagi coluntur et incenduntur eo more quo cannae. Sed si sunt antiqua canneta, hoc tempore sarrientur, recisis quae in radice purganda sunt, id*

humido quam sicco; vallibus quam clivis;[c] fluminum
ripis, et limitibus ac vepretis[d] commodius quam me-
2 diis agris deponitur. Seritur bulbus radicis, [seritur[e]]
et talea calami, nec minus toto[f] prosternitur corpore.
bulbus tripedaneis intervacantibus spatiis[g] obrutus
anno celerius maturam perticam praebet. talea,[h] et tota
arundo serius praedicto tempore evenit. sed sive recisa
in dupondium[i] et semissem talea, sive totae[k] arundi-
nes prostratae deponantur,[l] exstent earum cacumina
oportet:[m] quod[n] si obruta sunt, totae putrescunt.
3 Sed cultus arundinetis primo triennio non alius est,

P. (d) *vepribus* Goes. I. B. Br. R. S. (e) *seritur* om. Br. et Sang. (f) *toto* om. P. (g) *satis obruitur* P. (h) *Taleae tota* I. S. Br. R. (i) *dipond.* Eaed. *dupund.* P. (k) *tota prostratae* P. *tota prostrata* S. (l) *deponentur* I. B. Br. R. *deponeretur* P. S. (m) *oportet* om. I. B. Br. R. L. S. (n) *vel*

est, putribus, male porrectis et si qua gignendi oculos non habebunt. Vides, pro *corruda* Palladium dixisse semina asparagi et repetiisse asparagorum hanc mixtionem cum arundine ex Catone, unde et Varro et Plinius; omisit tamen nescio qua de causa Columella. Praeterea ex Palladio, Varrone et Plinio cognoscitur, verba in Catonis loco haec: *et umbram per tempus habet*: spuria aut aliunde temere illuc translata esse; quod viderunt etiam alii. Postea intervallum semipedis inter bulbos nimis angustum est, forte vitio scripturae. Deinde pro *sarrientur* Crescentius habet *sarcientur*, quod fortasse melius quam illud vocabulum. Ceterum Palladius alium auctorem secutus est quam Columellam, Catoni propior; Columella Atticum videtur exscripsisse, unde Plinius quaedam accuratius paulo posuit. De arundineto incenso, quo laetius renascatur iterum Plinius ex Catone c. 164 libro XIX, sect. 42, et XVII, s. 47. Inulam ut arundinem oculis ex radice excisis seri ait XIX, sect. 29. Palladius Febr. 24: *Seritur inula oculis, sicut calami.* Arundinem non nisi impendente pluvia seri iubent quidem apud Plinium XVII, s. 78. Colum. Arbor. c. 29: *arundo optime seritur, quas alii bulbos, alii oculos vocant. simulatque terram bipalio repastinaveris radicem arundinis acuta falce praesectam impendenti pluvia disponito.* — Ceterum *e pastinato* reposui probante Pontedera pro *pastinatur.*

Seritur bulbus) Alterum *seritur* omittit Sang. liber. Colum. Arbor. 29: *Sunt qui arundines integras sternant, quoniam ex omnibus nodis strata arundo emittit. Sed fere hoc genus evanidam exilemque et humilem arundinem affert. melior itaque satio ea est, quam prius demonstravimus. Placet autem omnibus annis, simulac arundinem occideris locum alte et ac-*

quam caeteris. quum deinde consenuit, repastinandum est. ea est autem senectus, quum vel exaruit situ et inertia plurium annorum, vel ita densatum[o] est, ut gracilis et cannae similis arundo prodeat. Sed 4
illud de integro refodi debet; hoc potest intercidi et disrarari,[p] quod opus rustici stipationem[q] vocant: quae tamen resectio arundineti caeca est, quia non apparet in terra, quid aut tollendum sit aut relinquendum: tolerabilius tamen arundo castratur ante quam caeditur: quatenus[r] calami velut indices demonstrant, quid eruendum sit. Tempus repastinandi et conseren- 5
di est prius quam oculi[s] arundinum egerminent. caeditur deinde post brumam: nam usque in id tempus

I. B. Br. R. S. (o) *desensatum* P. (p) *durari* I. B. Br. R. *dirarart* Gues. P. *diradari* H. *disarari* L. (q) *stipationem* I. B. Br. R. Sang. quod in *restipationem* mutabat Ponted. in Curis post. Vulgo *castrationem* deinde *vocari* P. *Tollerabilius* postea Br. (r) *quod aliquatenus velud* Lips. *quat.*

qualiter confodere atque ita rigare. Theophrastus H. P. II, 2: φύεται δέ τις καὶ κάλαμος ἐὰν τις διατέμνῃ τὰς ἠλακάτας πλαγίας ἢ καὶ κατακρύψῃ κόπρῳ καὶ γῇ. ubi quas ille ἠλακάτας, Columella calamos appellat. Ratione vineae arundine iugandae docet Varro 1, 8, 4, ubi vide. Arundn characias intelligitur. Vide ad V, 4.

Densatum est) radicibus et calamis. Theophrastus H. P. II, 12, arundinem characiam nasci ait ἐν ταῖς χώμασι; ita vero appellari, ubi densata et radicibus implexa arundo fuerit terrae bonitate et pinguedine.

Disrarari — castrationem) Edd. 1. B. R. *durari*. Ita infra V, 6, 36, pro *diradiare* eaedem habent *durare*. Pro *castrationem* eaedem cum Sang. libro habent *stipationem*, ex quo efficere liceret stirpationem, si aevo Columellae familiaris fuisset hic usus verbi pro exstirpatione. Ex sequiore aevo exempla habet Cangius.

Quatenus calami) i. e. quia, ut saepe apud Tacitum et Plinium. Quod quum ignoraret librarius Codicis Lips. scriptor, corrupit lectionem vulgatam. Ceterum intelligi Botanicorum arundinem donacem, Britannorum suorum *Spanish Reed* monet *Bradley* Survey p. 294. Graecam harundinem hanc dixit Vitruvius, eique palustrem tenuem, minus rigidam et longam opposuit, quam Columella degenerem et cannam vocavit. Cf. ad Pallad. 1, 43. In Vegetio scriptum legitur saepe *quatinus*; atque ita pro quoniam scribi voluerunt cum Festo grammatici veteres. Cf. Drakenborch ad Livium II, 55, 9. Similis varietas est in *protinus* et *protenus*. Dixerunt etiam *protinum* et *protinis*.

incrementum capit. ac[t] tum compescitur,[v] quum obriguit[x] hiberno frigore. Fodiendum quoties et vineta.[y] sed [et[z]] macies eius cinere vel alio stercore iuvanda est, propter quod caesum plerique incendunt arundinetum.

XXXIII. Castanea roboribus proxima est, et ideo stabiliendis vineis habilis.[a] tum in repastinato nux[b]

velut Indices calami Br. *erudiendum* deinde Br. (s) *oculis* P. (t) *At* I. B. Br. R. (v) *conficitur* Eaed. (x) *obrigant* A. G. Gr. H. St. (y) *vinea* I. B. Br. R. *vineam* P. *quotiens* Br. (z) *et* om. I. B. Br. R.

Cap. XXXIII. (a) *habilis* omisso *tum in* I. B. Br. R. *tum* etiam L. Gaes. P. Sang. *tum ex* Lips. Vulg*a eius enim*. (b) *nan* P. (c) *salictis* P. *sali-*

Compescitur — obriguit) Vulgatum *obrigant* emendari iussit Vrsinus et Margagni, quibus absecutus est Gesnerus. Pro *compescitur* in edit. I. B. R. est *conficitur*. Forte valuit *conciditur*. Ita tamen Columella compescere umbras IV, 27, ramos ferro compescere V, 6, 11, dixit.

Incendunt) Theophrastus H. P. IV, 12: ἅπας δὲ κάλαμος εὔζωος, καὶ τεμνόμενος καὶ ἐπικαιόμενος κάλλιον βλαστάνει.

Cap. XXXIII. *Castanea*) Plinius XVII, s. 34: *castanea pedamentis omnibus praefertur facilitate tractatus, perdurandi pervicacia, regerminatione caedua vel salice laetior. Quaerit solum facile, nec tamen arenosum. maximeque sabulum humidum aut carbunculum vel tofi etiam farinam, quamlibet opaco septentrionalique et praefrigido situ vel etiam declivi. Recusat eadem glaream, rubricam, cretam omnemque terrae foecunditatem. Seri nuce diximus; sed nisi e maximis, non provenit, nec nisi quinis acervatim positis. Perfringi debet solum supra ex Novembri mense in Februarium, quo solutae sponte cadunt ex arbore atque subnascuntur. Intervalla sint pedalia, undique sulco dodrantali. Ex hoc seminario transferuntur in aliud, bipedali intervallo, plus biennio. Sunt et propagines, nulli quidem faciliores. Nudata enim radice tota in sulco prosternitur; tum ex cacumine supra terram relicta renascitur, et alia a radice. Sed translata nescit hospitari, pavetque novitatem. Biennio fere postea prosilit. Ideo nucibus potius quam viviradicibus plantaria caedua implentur. Cultura non alia quam supra dictis, fodiendis supputandisque per biennium sequens: de cetero ipsa se colit umbra stolones supervacuos enecante. Caeditur intra septimum annum. Sufficiunt pedamenta iugeri unius vicenis vinearum iugeribus, quando etiam ea bifida stirpe fiunt, durantque ultra alteram silvae suae caesuram.* ubi Harduinus vulgatum *nec non arenosum*, quod et Vincentius habet, ex libris scriptis emendavit. Idem *glaream* ex Palladio posuit pro vulgata *gallicam*. Altero tamen loco, XIII, c. 6, Vincentius habet: *nec tamen arenosum*. Deinde in Plinio lego: *bifida ex stir-*

posita celeriter emicat, et post quinquennium caesa
more salicti[c] recreatur, neque[d] in palum formata fere
usque in alteram caesionem perennat. Ea[e] pullam[f]
terram et resolutam desiderat; sabulonem humidum
vel refractum tofum[g] non respuit; opaco et septen-
trionali clivo[h] laetatur; spissum solum[i] et rubricósum[k]
reformidat. Seritur ab Novembri mense per totam 2
hiemem sicca terra et repastinata in altitudinem du-
pondii[l] et semissis. nuces[m] in ordinem semipedalibus;

cis Goes. S (d) Ita pro *atque* P. Sang. et Pont. (e) *et* I. B. Br. R. (f) *pulsa* P. (g) *tophum* I. B. Br. R. (h) *cibo* P. (i) *solum et rubricosum* desunt I. B. Br. R. S. (k) *trubicosum* St. (l) *dipondii* Br. (m) *uncens* I. B. Br. R. deinceps *ordine* Sang. (n) *totius* P. *tutius* L. I. I. S. Vulgo

pe fiunt. et antea ex Columella distingue: *pavetque novitatem biennio fere; postea prosilit.* Reliqua verba deinceps interpretabor.

Post quinquennium) Plinius: *caeditur intra septimum annum.* Scilicet bima transplantatur; deinde post quinquennium caeditur. Nisi Plinius aberravit exscribens Atticum.

Atque in palum) Scripturam Pol. et Sang. *neque in palum* probat Pontedera, nullo alio argumento comprobans nisi loco Columellae, ubi est: *genus fissilis adminiculi manet diutius quam teres palus.* Sed ecce Plinius: *Sufficiunt pedamenta iugeri — quando etiam ea bifida* (lego *ex bifida*) *stirpe fiunt, durantque ultra alteram silvae suae caesuram.* Igitur Pontederae assensus vulgatum *atque in palum* correxi.

Tum in) Vulgatum *eius enim in* ab Aldo proditum suadente etiam Pontedera correxi, ut rationes rectius ederet Columella plures, ob quas Castaneam probaret. Causa enim prioris laudis non continetur iis quas subiunxit Columella, itaque vulgatum *eius enim* est etiam ineptum.

Pullam terram) Palladius Novembri c. 7: *amant solum molle et solutum, non tamen arenosum, in sabulone proveniunt, sed humecto. nigra terra illis apta est, et carbunculus, et tophus diligenter infractus. in spisso agro et rubrica vix provenit: in argilla et glarea non potest nasci. diligit caeli statum frigidum, sed et tepidum non recusat, si humor assenserit. delectatur clivis et opacis regionibus ac maxime in septentrionem versus.* Geoponica longe aliter II, 8: δρύες καὶ καστανέαι ἐν τοῖς συνεχῶς κατομβριζομένοις τόποις κατατιθέσθωσαν. Eadem III, 3, Martio castaneam serunt talea maxime in locis humectis et frigidis; etiam Decembri castaneta (καστανεῶνας) plantari, docent cap. 15.

In ordinem semipedalibus) Plinius: *Intervalla sint pedalia.* Palladius: *pastinari ergo locus debebit, qui huic destinatur arbusto, altitudine pedis unius et semis vel duorum. vel totus aut sulcis in ordinem destinatis, aut certe aratris resolvi hinc inde findentibus qui fimo satiatus ac redactus in pulverem castanearum semen accipiat non

ordines autem quinum pedum spatiis dirimuntur. in altitudinem dodrantis castanea depressis sulcis committitur. qui ubi nucibus sunt consiti, priusquam complanentur, breves arundines ab latere castanearum panguntur, ut per hos sationis indices tutius[n] fodi et
3 runcari possint.[o] simulatque semina stilaverint,[p] etiam bima transferri queunt, intervelluntur, ac bini pedes arbusculis[q] vacui relinquuntur, ne densitas plantas emaciet. spissius[r] autem semen[s] propter varios casus deponitur. nam interdum prius quam enascatur, aut siccitatibus nux inarescit, aut aquarum abundantia putrescit, interdum subterraneis animalibus sicuti[t] muribus et talpis infestatur. propter quae saepe novella castaneta calvescunt; atque ubi frequentanda sunt, melius ex vicino, si[v] competit, mergi[x] more

cautius. (o) *possit* I. B. R. Br. (p) Vulgo *stillaverint.* deinde *et iam* Br. (q) *arbusculus* Br. (r) *Ipsius* I. B. Br. R. (s) *semen* om. P. S. (t) *sicuti muribus* om. P. S. (v) *sic* I. B. Br. R. (x) *merci* P. (y) *atque ubi ra-*

amplius pedis dodrante demersum. Vnicuique semini propter notam surculus debet affigi. ipsa semina singulis locis simul terna vel quina ponantur, et inter se quatuor pedum spatio separentur. ubi Crescentius habet *deputatur — terra aratris — quatuor vel trium pedum spatio separata.* Vides, spatia variare Palladium, qui sua aliunde transtulit quam ex Columella. Ex Attico transtulit Plinius, et quaedam forte errore suo variavit. Sed Columella nunc castaneam in usum vinearum, Palladius ob fructum nucum serit.

Semina stilaverint) Recte ita Gesnerus emendari voluit vulgatum *stillaverint*, surculum tenuem interpretatus. Ita Columella XI, 11, 79: *arbusculas ficorum in seminariis putari et in singulos stilos* (i. e. caules) *redigi* iubet. Iterum V, 10, 27: *semina amygdalarum ad unum stilum rediguntur*. Ita etiam de Arboribus c. II, 5, 2. Semina ergo h. l. germina, plantae sunt. Supra autem *spissius semen* de nuce est. De radice simplice stilum dixit Columella V, 10, 13, qualem nucum genus omne gerit. An igitur de radice intelligendum? Dodrantalem stilum in cupressi translatione dixit Plinius 17, s. 14.

Etiam bima) Haec ita Plinius: *Ex hoc seminario transferuntur in aliud bipedali intervallo plus biennio.* Palladius: *Quibus transferre placuerit, bimas plantas transferre debebunt. Locus tamen deductoria liquoris accipiat, ne humor insidens limo germen exstinguat.*

Calvescunt) Cato cap. 33: *vinea a vite calva.*

pertica declinata propagatur, quam exempta reseritur. 4
haec enim velut immota sua sede vehementer germinat. at[y] quae radicibus exempta et deposita est, biennio reformidat. propter quod compertum est commodius nucibus quam viviradicibus eiusmodi silvas institui. Spatia[z] huiusce sationis, quae supra scripta sunt, capita castanearum recipiunt MMDCCCLXXX,[a] cuius summae, sicut ait Atticus, ex facili iugera singula[b] praebebunt statuminum[c] duodena millia. Etenim taleae[d] propius stirpem recisae[e] quadrifidas[f] plerumque, ac deinde secundae taleae[d] eiusdem arboris bifidas ridicas subministrant:[g] quod genus fissilis adminiculi manet diutius quam teres palus. Cultus idem[h] 5
est [fossionis[i] positionisque] qui vineae. supputari

dicibus I. B. Br. R. *Atque radicibus* P. *radicibus* etiam Goes. Vulgo *radicitus*. (z) *Patria* L. P. (a) LXXX omittunt. I. B. R. habet Br. ∞ ∞ DCCCLXXX Goes. N. ∞ ∞ QCCLXX Sang. (b) *singula* om. Br. (c) *statu in unum* Lips *milia* Br. obiqne. (d) *talaa* R. (e) *rescisae* H. (f) *quadripedas* P. (g) *summin.* Br. at paulo antea *plerunque*. (h) *eiusdem* vulgatum ex L. P. S. correxit Gesner. (i) *fossionis* om. I. B. Br. R. Saug.

Radicibus) Ita recte libri. Vulgo *radicitus*. Pontedera putabat, nihil referre, utram lectionem praeferas, probabat tamen ipse *radicibus* ut antiquiorem. Palladius: *Cui placet, potest castaneae in propaginem ducere ima virgulta, quae in radice nascuntur. Idem paulo antea: Castanea seritur et plantis, quae sponte nascuntur et semine; sed quae plantis seritur ita aegra est, ut biennio de eius vita saepe dubitemus. Serenda est igitur ipsis castaneis, hoc est, seminibus suis mense Novembri et Decembri, item Februario. Pertica* h. l. igitur eodem modo dicitur, ut supra cap. 30, 4, *perticae cacuminum*. Plinius: *Sunt et propagines, nulli quidem faciliores; nudata enim radice tota in sulco prosternitur; tum ex cacumine supra terram relicto renascitur et alia ab radice.* quae quidem verba aut ineptissime sunt ex Attico translata, aut errore librarii vitiata. Nihil enim sani inest illis: *nudata radice tota in sulco prosternitur*. Contra Damogeron Geoponic. X, 63: ἀσφαλέστερος δὲ ὁ διὰ τῶν φυτῶν· μετὰ γὰρ δύο ἔτη καρποφορήσει. addunt gaudere terra arenosa et locis frigidis; nuce et viviradice (ἐνρίζων, παρασπάδων αὐτορίζων), praeterea clavis (σκυταλῶν) et ramis, velut oleam, ab aequinoctio seri; nucem poni parte acuminata sursum spectante.

Cuius summae) Notam numeri, quam libri Goes. et Sangerm. habent, etiam Victorii Codd. exhibuisse, monui ad Varronem I, 40, 2, et miror, eam a Victorio et Gesnero vulgari fuisse posthabitam

debet bima, quin etiam trima: nam bis[k] ferro repetenda est veris[l] principio, ut incitetur eius proceritas. Potest etiam quercus simili ratione seri; verum biennio tardius quam castanea deciditur. propter quod ratio postulat tempus potius lucrari, nisi si[m] dumosi[n] glareosique montes, atque ea genera terrae, quae supra diximus, glandem magis, quam castaneam postulabunt.
6 Haec de vineis Italicis vinearumque instrumentis, quantum reor, non inutiliter et abunde disserui: mox agricolarum provincialium vineaticos nec minus nostratis et Gallici arbusti cultus traditurus.

sed deinceps. *positionisque* om. L. P. *positionis* I. B. Br. R. S. sed *fossionis positionisque* deesse in Sang. annotavit Gronovius; igitur utrumque vocabulum inclusi. (k) *ibi* Eaedem. (l) *verui* L. *verni* S. (m) *si* omit. P. (n) *clivosi* I. B. Br. R.

Quercus — deciditur) Theophrastus H. P. II, 2, ubi de cupresso caedua, de quercu, δρυΐ, addit: *οἱ δὲ καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ στελέχους κοπέντας βλαστάνειν.*

Positionisque) Recte omittunt libri scripti; igitur inclusi. Gesnerus malebat *putationisque* legi, inepte; de putatione enim statim deinceps subiicit. Positionis ratio longe alia in vite quam in castanea. Palladius: *novum castanetum circumfodi debet assidue mense Martio et Septembri. Incrementum maius acquirit, si putationibus adiuvetur.* Ita enim locus ille ex Crescentio distinguendus est. Plinius: *cultura non alia, quam supra dictis fodiendis supputandisque per biennium sequens.*

Quercus) Inter caeduas arbores quercum nominari non memini. Sed de aesculo Plinius l. c. *Esculus similiter provenit, caesuro, triennio senior, minus morosa uasci. In quacunque terra seritur, nascitur e balano, sed non nisi esculi, scrobe dodrantali, intervallis duorum pedum; seritur leviter quater anno. Hoc pedamentum minime putrescit, caesumque maxime fruticat.* ubi legendum puto *foditur leviter, quater anno.* nam vulgatam ineptissime interpretatur Harduinus. Ad glandiferas arbores pertinet esculus, Iovi dicata, hinc quercum dixit Columella. Palladius Novembr. c. 15: *aesculus aedificiis et ridicis apta materies.*

Dumosi glareosique) Ex Palladii loco supra allato suspicor, olim h. l. fuisse *cretosi* aut *argillosi glareosique.* Nam *dumosi* vix locum habet, etsi aliquatenus naturam terrae indicant dumi; satius tamen erat ipsam terrae naturam proprio vocabulo designare. Quod in Edd. I. B. R. est *clivosi* vix sanum est. — Qualitatem terrae aliquam significari, confirmat locus X, 150, ubi *positi dumosis collibus horti* terram siticulosam arguere videntur. Nemo enim sanus in colle dumis obsepto hortum instituit. Ibidem versu 152, ubi oratio de eodem horti situ continuatur, pro *arco* liber Mosquensis *glarea* habet scriptum, quae lectio si vera esset, naturam soli dumosi accuratius indicaret.

DE

ORNITHONE VARRONIS

(MINORE ET ROTVNDO) (1)

AVCTORE I. A. DE SEGNER.

Quae olim, Varronem Gesnerianum perlegenti, de eius Ornithone in mentem venerunt, quaeque deinde ad ea accesserunt, maxime, postquam hortatu Ernestii, viri multis modis venerabilis, ad eas cogitationes reductus sum:, me optime expositurum existimo, si declarationi ipsius constructionis, descriptionem praemisero horologii, atque mensae versatilis, quibus instructum fuit. Subiungam deinde adnotationes aliquas, quibus perpensis, an attigerim sensum scriptoris, prudens lector iudicare possit.

Horologiorum autem, quibus Romani caelo nubilo ac noctu utebantur, ornatiora, inter quae ea fuere, quae Vitruvius Anaporica vocata esse dicit, motu indicis aequabili nitebantur, quemadmodum et nostra; nisi quod eo motu non duodecim, verum viginti quatuor horis, circulus complebatur. Inaequales autem quum essent Romanorum horae, aequabili hoc indicis motu indicandae: peripheriam circuli, quovis anni die ab eius apice describendi, in partes inaequales dividebant, quarum ratio petenda fuit a motu solis, atque a latitudine loci, cui horologium prodesse debebat. Erat enim haec divisio pro partibus terrae, quarum diversa esset latitudo, non minus diversimode instituenda, quam solaria illa, quae in superficiebus describi solent solo adfixis, pro diversa altitudine poli diversa sunt; neque horologia, in quibus ita movebatur index, e loco transferri magis poterant, quam potest maxima pars eorum, in quibus horae per umbram

(1) Picturas, descriptioni adiunctas, omisi, ne haec nova Editio nimio picturarum numero et pretio emtorum studia oneraret vel retardaret. Reperient eas lectores positas in altera horum Scriptorum Editione Lipsiae 1773 prodita. Schn.

solis indicantur. Vtriusque rei modum ex Vitruvio ita exponam, ut simul ad Varronem respiciam.

Pro motu ergo iudicis aequabili parandum fuit castellum A (Tab. I. Fig. I.) atque curandum, ut id ab aqua adfluente semper ad eundem terminum repleretur, quod obtineri poterat apud eum terminum lumine B facto, per quod superfluum elaberetur. Poterat id lumen tubum terminare idonea longitudinis BC, cuius extremum alterum C per parietem castelli ita transiret, ut converti posset, lumine B in ambitu circuli incedente; quo lumen istud B, altitudini aquae limitem ponens, utique vel elevatur vel deprimitur. Describit eius generis verticellum et Vitruvius, sed quantum video, aliis quoque usibus destinatum, de quibus agendi hic locus non est. Nostrum in id solum comparatum est, ut per motum indicis celeriorem vel tardiorem, tempus, quo hic plane revolvitur, contrabi vel extendi possit. Quo melius cognoscatur, schemate secundo (Tab. I.) aliter sectus exhibetur versatilis iste, parieti castelli adhaerens tubus, iisdem ad eius partes litteris adscriptis.

Sperabat Ctesibius, vel quisquis fuit huius generis horologiorum inventor, fore ut aqua ex castello ita comparato per foraminulum D (Fig. I.) aequabiliter efflueret, dummodo nihil in huius D amplitudine mutaretur, quod quo, tempore labente, minus contingeret, foraminulum illud in auro factum est, vel lapillo aliquo duriore. Huic spei si responderet eventus, posset sane per aquam, ex castello effluentem, tempus accurate dividi, et in partes quantumvis parvas. Est autem experientia compertum, licet summo studio altitudo conservetur, maiorem tamen aquae calidae copiam eodem tempore per idem minutum foraminulum effluere, quam frigidae: cuius rei ratio non difficulter redditur. Eo solo clusa sunt alioquin sapienter cogitata: neque enim veteribus, quos inaequalitas haec fluxus non latuit, eam penitus tollere concessum fuit. At nobis, qui in describendis Romanorum horologiis versamur, non in perficiendis, omnis hic error praetermittendus est, atque, sub conditionibus dictis, fluxus aquae, qualis primo credebatur, plane aequabilis supponendus.

Aquam, a foraminulo D defluentem, vas E excepit, tres, quatuor aut plures pedes altum, cui optime convenit figura cylindri recti, ad perpendiculum statuti. Debuit enim eiusdem ubique amplitudinis esse, quo aquae exceptae superficies aequalibus temporibus aequaliter elevaretur. Diametrum autem bas:

maiorem praestitisse minori, deinde videbimus: sufficere tamen potuit pedis dodrans. Idem epistomium habere debuisse apud fundum, quo evacuari posset suo tempore, res ipsa loquitur. Debuit autem et aliud epistomium esse apud summum marginem vasis, per quod idonea aquae copia, quando opus erat, in id celeriter posset immitti.

In vas istud E pondus F dependebat a catenula, quae si non caderet in eius axem, parum tamen ab hoc recederet. Ei ponderi F figura tympani convenit, diametri, quam est amplitudo vasis E, paulo minoris. Materiem praebere potuit res quaelibet, nullam ab aqua mutationem passura, et inter has ipsum marmor, etsi veteres id cavum fecisse videantur. Alteri autem catenulae extremo appendendum sacoma G eius ponderis debuit esse, quod, si catenula directe sursum producta ambiret trochleam I, non pateretur tympanum F in aquam plane immergi, verum efficeret, ut, aliqua sui parte prominens, in hac quasi nataret. Id quod futurum esse, ubi pondus eius aquae, quae succedere potest in locum partis submersae tympani F, aequale est excessui ponderis F supra pondus G, docet hydrostatica: aliter contingere nequit. Elevata ergo superficie aquae vasis E per affluxum novae, quem aequabilem esse ponimus, tympanum quoque F elevabitur, sacoma autem G descendet, idque, nisi quod eo motu pars catenulae ab una parte trochleae I transit in alteram, et ipsum fiet aequabiliter.

Facile fuit hunc catenulae motum etiam in cylindrum K transferre, circa axem suum volubilem, et in indicem ei adhaerentem; potestque eius rei ratio ex delineatione intelligi. Attamen non inutiliter addetur lamella tenuis, ad modum helicis cylindrum ter ambiens, quae partem catenae ad cylindrum accedentem, ab ea, quae recedit, quantum ad impediendum harum partium contactum satis est, removeat.

Indices in horologio Varronis duo fuere, diurnus alter, alter nocturnus, puncta scilicet L, H, quae extrema sunt regulae utrique cuspidatae LH, atque per rectam connectuntur, longitudinis suo loco definiendae. Haec regula horologio ita nectenda erit, ut recta ea LH transeat per punctum M axis, circa quem convertitur cylinder K, in hanc partem producti. Debet autem connexio esse ea, quae permittat regulae motum secundum suam longitudinem, quo alterutra partium ML, MH tantundem augetur, quantum altera fit brevior. Quae quidem partes ML, MH, ubi regula convertitur, semidiametri fiunt circulorum, ab

indicibus L, H descriptorum, perfecto horologio, atque iam munus suum peragente, promota in hanc vel illam partem regula, nisi quotidie velis, quolibet triduo mutandae, vel certe novendio. Eius mutationis legem notae dicent numerorum, partibus regulae, apud quas finitur retinaculum NO, ita inscriptae, ut discerni possint ab oculo, iuxta cylindrum K posito.

Regula HL ita secundum longitudinem suam in hanc vel illam partem promota, locum centri gravitatis eorum, quae firmiter cum axe cylindri K connexa sunt, mutari necesse est; quod nisi in hunc axem cadat, ipsum quoque ab aequalitate motus aliquid detrahit. Est autem cum huius inaequalitatis, tum eius, quam vidimus pendere a translatione catenulae, facile remedium, quod adferrem, si esse putarem aliquem, qui huius generis horologia, vilissimis nostrorum inferiora, velit construere. Multum etiam ad imminutionem cum harum a motu aequabili aberrationum, tum reliquarum omnium, quorum causa est inaequalis resistentia, collaturum esse, si pondus F, cuius figuram fecimus tympanum, latum potius, quam altum sumatur, qui ad hydrostaticam redire voluerit, poterit perspicere. Hoc ad priora addito, omnes a motu aequabili aberrationes, praeter eam, quae ab influxu pendet, adeo imminui posse videntur, ut in sensum cadere vix possint: certe prae illa, cuius caussa est inaequalis ille influxus, contemnendae parvitatis evadant.

Aequabili autem hoc indicis motu, quemadmodum horae Romanae inaequales monstrari potuerint, figura tertia (Tab. I.) declarat, tabulam horologii, qualem fuisse puto Varronis, legitime delineatam exhibens pro gradibus XLII, quibus Romae polus elevatus apparet. Relinqui circa centrum debuit fenestella rotunda, per quam ab ea parte, qua situm est horologium, manus admoveri posset regulae LH, cui adfixi sunt indices; per quam adeo et cylinder cernitur K, quem voluit catenula, et NO, retinaculum indicis. Terminis regulae effigies stellarum L et H affixae sunt, specie vel colore diversae, quarum centra cadunt in regulae apices; ut iam fictae hae stellae, e longiuquo conspicuae, fiant indices, L quidem, quam Varro appellat luciferum, diurnus, H autem, quam hesperum vocat, nocturnus.

Tabulam planam sumsi, quamvis et pars esse possit superficiei sphaerae, et talis fuisse videatur in horologio Varronis, ipse scilicet tholus, qua parte intus videbatur. Est enim ita curvatae tabulae eadem plane ratio, quae planae, neque difficilius illa, quam haec, intelligitur. Tabulae ergo lamina metal-

lica opponatur vel asser, ubi opus est, apud marginem attenuatus, quae eius partem, litteris PQRS notatam, oculo directe inspicienti contegat, ut praeter notas numerorum, atque curvas ab his versus interiora flexas, nihil videatur. Sit autem lamina tabulae ubique parallela, atque ab hac eo intervallo seiuncta, quod regulae LH indices gerenti librum circumeundi spatium concedat. Ita fiet, ut angolari hoc regulae motu una stellarum L oriatur quasi apud marginis partem PQ, dum altera H apud RS occidit: reliquis autem circuitus partibus alterutra tantum appareat, quae si L fuerit, ad diurnas, si vero fuerit H, ad horas nocturnas per easdem lineas indicandas, possit adhiberi. Sequitur id ex natura linearum curvarum *acb*, quae horariarum extremae sunt, atque ad horas duodecimas pertinent, quarum fine, quod idem initium est horarum primarum, sol Romae vel oritur, vel occidit. Cum his enim lineis *acb* margines laminae suo loco positae inter puncta PQ et RS fere videbuntur congruere. Est autem curvarum *acb* delineatio ea, quae sequitur.

Recta AB, destinata horae sextae, in sex partes aequales divisa est, ac per quodlibet huius divisionis punctum, centro M, quod cadit in AB productam, descripta peripheria circuli. Sumto deinde initio apud A, ab extima harum peripheriarum resecta est pars *Aa*, graduum 113, minutorum 3, quot scilicet in latitudine Romae continet arcus semidiurnus diei solstitialis aestivi, quem sol ab horizonte ascendens ad meridianum, vel ab hoc circulo ad horizontem descendens, urbis habitatoribus describere videtur. Ab intima autem peripheria, initio apud B in eadem AB sumto, utrioque pars *Bb* demta est graduum 66, minutorum 57, quos continet arcus semidiurnus solstitii hyemalis: qui quidem numerus, priori additus, gradus 180 conficit, qui insunt in dimidia quavis peripheria; quo fit, ut quodlibet punctum *a*, cum *b* adversae partis, in rectam cadat, per centrum M transeuntem. Erit quoque *Bb* similis arcui seminocturno diei solstitialis aestivi, quem scilicet sol Romae videtur describere ab occaso ad noctis medium, vel ab hoc medio ad ortum; atque *Aa* similis arcui seminocturno solstitii hyemalis.

Eodem modo in peripheria, quae proxima est extremae, ab eadem AB gradus sumti sunt 109, cum minutis 21, atque in ea, quae proxime adiacet intimae, horum supplementum, gradus scilicet 70, minuta 39, eoque pars illius inter rectam AB et curvam *acb* intercepta similis reddita arcui semidiurno cornm

dierum, quibus inter locum solis, atque punctum solstitii aestivi, unum signum interiacet; pars autem huius iisdem lineis interposita, similis arcui semidiurno eorum dierum, quibus sol tantundem distat a puncto solstitii hiberni. Neque aliter partes peripheriarum reliquarum repertae sunt, quae proxime adiacent mediae, quarum maior gradus habet 100, cum minutis 33, altera autem horum supplementum, gradus scilicet 79, minuta 27; suntque ordine suo similes arcubus semidiurnis eorum dierum, quibus inter locum solis ac punctum solstitii proximum duo eclipticae signa intercipiuntur. Denique a peripheria inter omnes media quadrans *Cc* resecari debuit, utpote similis arcui diurno eorum anni dierum, quibus sol in ecliptica tribus signis ab utroque solstitio distat. Hi enim dies aequinoctiales sunt, quibus sol motu diurno aequatorem describere videtur, cuius dimidium supra omnem horizontem cadit, idemque arcui nocturno aequale est. Reperta hoc modo puncta *a*, *b*, *c* cum reliquis, per lineas curvas *a c b* connecti potuere, quarum ea natura est, ut reliquorum etiam anni dierum, qui inter assumtos intercedunt, arcus diurnos atque nocturnos, si non plane accurate, attamen proxime terminent, centro M, intervallo quocunque, quod maius sit quam MB, minus autem quam MA, describendos. Datur id intervallum pro quolibet anni die per distantiam solis, in ecliptica versantis, ab alterutro punctorum solstitialium vel aequinoctialium; vel per gradum signi, quem sol eo die occupat, eo modo, qui ex dictis facile colligitur.

Intervallum inter indices, vel centra stellarum L, H aequale reddi debet diametro *cc* circuli aequinoctialis, idque perpetuo conservari: quo fiet utique, ut alterutro indicum in hanc vel illam curvarum *a c b* locato, index alter cadat in alteram, oriaturque adeo lucifer eo temporis articulo, quo occidit hesperus, et vice versa. Regula autem, cui adhaereut indices, aequabiliter circa M conversa, postquam L descripsit arcum similem diurno alicuius anni dierum, H arcum nocturno eiusdem diei similem percurret. Nam hoc etiam ex constructione curvarum *a c b* sequitur, per quam, quod de extremis arcubus *Aa*, *Bb* observatum est, si nempe alteruter sit semidiurnus, alterum semiuocturno eiusdem nycthemeri similem fore, verum fit et de duobus quibuslibet aliis, qui eodem intervallo ab aequinoctiali *Cc* seiuncti sunt; quod erit, si eorum radii eandem summam confecerint, diametro *cc*, atque intervallo LH aequalem.

Restat ut lineae horarum reliquarum addantur, quod facile

est. Fuerunt enim apud Romanos eiusdem diei vel noctis horae inter se aequales, quamvis aestivae ab hibernis multum recesserint. Dividetur ergo arcuum *Aa*, *Cc*, *Bb* ac reliquorum quilibet in sex partes aequales, atque divisionum puncta per lineas curvas connectentur, quibus horarum numeri adscribendi erunt. Longitudinem autem indicis diurni LM, pro quolibet loco solis in ecliptica, recta AB in sex suas partes divisa dabit, si earum partium quaelibet dividatur in alias inter se itidem aequales, X vel XXX. Ita in partes LX divisa AB si regulae indices fulcienti loco commodo inscripta fuerit, regula una parte secundum longitudinem suam promovebitur, postquam sol tribus gradibus eclipticae in hoc circulo processit; sin AB in CLXXX partes divisa in regulam translata sit, postquam processit uno gradu: opus dirigente ephemeride motus solaris, quae ut sit accuratissima, non requiritur. Minuetur autem longitudo iudicis diurni a solstitio aestivo ad hibernum; ab hoc denuo augebitur, Ceterum, si in modum superficiei sphaericae curvata fuit tabula, regulam curvari debuisse iuxta arcum circuli, res ipsa docet. Hactenus de horologio.

Mensa versatilis, ad quam unus puer pluribus ministrare potuit convivis, eo modo constructa fuisse videtur, quem duae (Tab. I.) figurae reliquae sic declarant, ut in altera cernatur, quod describi in altera non potuit. Columella fuit, in solo firmiter defixa A, quam figura quarta exhibet totam, quinta superiorem tantum eius partem. Ei columellae, amplitudine duorum circiter pollicum secundum mediam longitudinem excavatae, immissus est axis ferreus, duos minimum pedes longus, infima parte in apicem desinens rotundum, patellae metallinae in fundo cavi haerenti insertum. Superior axis pars, reliqua paullo crassior et vere cylindrica, tubo continebatur aeneo B columellae intruso, quo axis, situ ad perpendiculum erecto, converti posset, nullo modo vacillans. Quod supra hunc tubum B eminebat caput axis C, sex radios sustinebat, ad paria intervalla sub angulis rectis ab axe recedentes, ferreos et ipsos, firmos, duos fere pedes longos, quorum in mensa dimidiata duo tantum apparent integri D, cum duobus dissectis E.

Extrema radiorum sursum flexa erant, quo rectius sustinerent sibi impositum orbem ligneum, semidiametri paullo maioris, quam radiorum longitudo est. Is orbis pro mensa fuit, una cum radiis, et axe ferreo, circa centrum suum vi parva mobilis. Radii cavo continebantur, in quo circumire absque offensa

poterant: terminabatur autem id cavum, infra quidem alio orbe pleno, crasso, columellae firmiter annexo G; in ambitu autem, maiori orbe H, intus ita pertuso, ut latitudo eius, quod relinquebatur parte circa centrum demta, pedem uno tantum vel altero pollice excederet; et annulo ligneo I, utrique orbi interposito, cuius, praeterquam quod orbem cavum H fulciebat, et alius usus esse poterat, quem brevi indicabimus. Impositus radiis orbis cavum tegebat, ut nulla eius pars appareret, una cum margine orbis H, radios ambientis. Ita ad mensam illam versatilem, quam orbis radiis impositus, atque ubi opus erat, facile demendus, conficiebat, margo accessit stabilis, super quem orbis ille, praeter id intervallum, quod relinqui debuit ad contactum prohibendum, tota sua crassitie eminebat. Id mihi quidem concinnius esse videtur, quam superficiem utriusque orbis in idem planum ponere velle, quamvis et hoc effici potuerit. Poterat et orbis G, quo fulciebatur cavus H cum eo firmiter connexus, circa columnam A mobilis reddi, dummodo is motus esset paullo difficilior, adderenturque ad eum sufflaminandum repagula. Omnino enim necesse fuit exteriorem mensae partem stabilem fieri, quo locus esset ea apponendi, quibus convivarum quilibet privatim utebatur; vel quae depromsisset ex iis, quae collocata erant in interiore orbe communia omnibus, huius orbis conversione sibi admotis.

Superest aqua, quae et calida et frigida convivis subministranda fuit. Illius vas plenum in medio mensae versatilis poni potuit, loco alioquin inutili; utpote ad quem accumbentium manus non pertingebant. Ab eo vase, cui et carbonem ardentem supponere licuit, si fistula procederet usque ad marginem mensae versatilis, eoque loco epistomio clauderetur: huius sibi admoti conversione, quilibet, ut in poculum calida efflueret, potuit efficere. Suffecit una fistula; poterant autem et plures esse, quae inter patinas procedentes in ambitu mensae positas, tanto minus caloris detrimentum vel patiebantur, vel adferebant. Quo autem et frigida ad convivas afflueret, annulus ligneus I, quem inter orbes G et H interposui, toto suo ambitu eo modo excavabitur, quem figurae apud I fere nigrae indicant. Hoc enim cavo per orbem H tecto, canalis nascetur, latus potius quam profundus, ipsius mensae cavum, in quo sunt radii ferrei D et E, cingens; qui canalis, ut aquam contineat, haud difficulter efficietur. Omnibus perfectis, in ea parte mensae immobilis, cui adstabit minister, vas statuetur idoneae capacitatis,

cuius fundo annexus sit tubus brevis, lumini K in canalem patenti ita insertus, ut nihil aquae, ex vase in eum defluentis, possit elabi. Ita fiet, ut infusa in vas aqua, postquam pars eius per lumen K canalem hactenus undique clausum replevit, haec pondere eius, quae in vase remansit, pressa, per quamlibet viam prosilire conetur. Vnde si, praeter K, et alia lumina L in canalem aperta sint, quorum cuivis insertus sit tubulus erectus, ligneus vel metallicus, clausus epistomio suo; horum epistomiorum aliquo converso, aqua per eius tubulum utique exprimetur, quae ut defluat in poculum appositum, reliqua tubuli forma efficiet. Caeterum tubuli, a superficie mensae surgentes, offendiculo vix erant, statuti prope marginem orbis versatilis; poteratque cuilibet convivae suus tribui. Vas autem, aquam frigidam suffundens in canalem, si unum non suffecerit, locari potuit et alterum, ad alteram servi ministrantis manum.

Magnitudinem mensae suae Varro non expressit. Reliquus autem eius sermo ad duplicem diametrum deducit, quarum hic maiorem sumsi, quae est septem pedum, quia in spatio ita distributo ut locus sit maiori mensae, etiam minorem poni posse, dubium nullum est: atque constructio minoris eius modi mensae multo minus difficultatis habet, quam inest in constructione maioris. Demtis autem a septem pedibus uno vel altero, mensam rotundam diametri quinque vel sex pedum coenae frugali sufficere, atque idoneo convivarum numero locum sat laxum praestare, facile videbit, qui rem vel obiter ad numeros revocare voluerit. Sed haec per adnotationes demum sub finem subiungendas, plano declarabuntur.

Quae fuerit reliquae compositionis atque ipsius structurae ratio, iam non admodum difficulter intelligetur. Digrediemur ab eadem mensa, quam figura quarta exhibet cum reliquis, quae apud solum posita, in ornithona ingredienti directe obversa erant, quasi per medium secta essent, id est, per axem mensae. Columella lignea A defixa est in lapidem M, quem aqua stagni sex pedes lati in orbem circumdat tanquam insulam. In stagnum aditus patet per rivos subterraneos, ex piscinis extrinsecus positis; superficies autem eius margine terminatur pedem unum lato. Reliqua pars soli N plana est, quam in circulum ambit murus O, ea sola parte deficiens, quae pro porta erit, quam iis, quae hic delineata sunt, directe oppositam concipi debere, ex modo dictis planum est. Murus inter O P crassus est supra sex pedes, altus a solo, iuxta P Q, pe-

des tres cum dodrante pedis, quo circulus terminatur, diametri P P vel Q Q, X et VII pedum. In eo muro cavata sunt pro anatibus stabula R, iustae capacitatis. Non autem opus fuit, ut totum muri ambitum occuparent, poteratque maxima muri pars vel solida relinqui, vel in alios usus excavari. Supra hunc murum stabant columnae, tectum ferentes, quae mox describentur. Reliqua eius superficies plana erat, nisi quod lapidi incisae essent parvae quaedam fossae, quibus contineretur aqua huc affluens in usum avicularum, supra id planum conclusarum. Stagnum circumdabat pegma ligneum S T V altum a Q ad S duos pedes, latum ab S ad T pedes quinque, quod sternebatur culcitis, in quibus convivae accumberent, modico inter culcitas et murum spatio relicto, quo suum quisque locum adiret.

Interiori parte locus N, ita superne tectus, itidem septus fuit asseribus, ad ambitum exteriorem marginis stagni erectis. Erant autem in eo septo portae, per quas anates prodibant in stagnum, ex stabulis, in hanc partem itidem patentibus. Totum hoc ligneum pegma Q S T V id esse, quod Varro dicit Falere cum aliis existimo: locum autem N ab eo Navalia dici puto, in quem anates, per marginem declivem ab aqua stagni ascendentes, tanquam naves in siccum, subducebantur.

Alterius dimidii, illi, quod adhuc vidimus, adversi, ichnographia exhibetur, figura sexta (Tab. II). Introitus A a principio lato, in angustiorem desinit semitam, ad mensam ducentem et locum B, in quo puer ministraturus adstabit. Convivae per gradus C ascendent in falere D, et accumbent. E mensae orbis exterior est, iam non movendus, in quo quilibet apponet quod sibi privum est; ubi et lumina sunt F, per quae ex vasis, super ea statutis, per canalem sub mensa factum, ad quemlibet convivam aqua affluet, una cum iis G, quibus tubuli inserentur, epistomiis clausi, quorum conversione ei aquae via dabitur, qua debeat effluere. In medio H orbis interioris versatilis I crater stabit calida plenus, a quo fistula, ad eius orbis marginem protensa, hoc loco et ipsa habebit epistomium, convertendum ab eo, qui calida uti velit. Apud ambitum orbis I patinae ponentur, et reliqua, cum quolibet discumbentium communicanda

Pars ichnographiae reliqua superficie muri absolvitur, lapide strati, qui habitaculo avium pro solo est. Apparent hic vestigia columnarum, omissis aquae rivulis, quorum Varro non memi-

nit (1). Earum columnarum axes in peripherias duorum circulorum cadunt, ad commune centrum descriptos, circa quod et mensa vertitur. In exteriorem harum peripheriarum, cuius diameter continet XXVII pedes, novem columnas posui, crassas, lapideas; in interiorem stylobatas totidem lignearum, collocavi. Necesse enim fuit numerum columnarum cuiusque generis imparem sumere, quo una lignearum, quae ingredienti directe erat obversa, servire posset horologio. Eo factum est, ut in id dimidium, ad quod ichnographia pertinet, octo tantum columnae caderent, quatuor lapideae, quum totidem ligneis, neque columnarum ulla per planum secaretur, supra diametrum KL ad perpendiculum erectum. Inter duas quasvis columnarum exteriorum, praeter eas, inter quas patere debebat aditus, rete contextum est e nervis, quod id spatium avibus impervium reddebat. Eorum nervorum si alii crassiores sumerentur, ac fortius tenderentur aliis, fieri utique poterat, ut rete, arcubus MN in modum superficiei cylindri recti insistens, ab axe cuiusvis columnae curvaretur ad proximum, ad muri instar inter columnas erecti, qui in opere rotundo planus fieri non debuit. Poterant et nervi hi, ubi opus erat, ferro vel ligno fulciri.

Si et inter eas columnas, quae utrinque adstabant ad introitum M et N, rete hoc tensum fuit superiore parte; inferiore, qua deficit murus, ianua exstrui debuit, atque valvis muniri. Verum quum nihil de ianua scribat Varro, totam hanc aedis partem intactam relinquere sum coactus. Id patet, quodcunque horum fuerit, rete aviarium, exteriori illi adnexum, ab eo protendi debuisse ad utrumque latus introitus, atque hinc porro in ambitum interiorem, apud columnas ligneas. Id ita factum fuisse existimo, ut rete hoc, parte infima margini muri OPQ firmiter adhaerens, suprema sua parte cum epistylio columnarum lignearum connecteretur. Ita locus, avibus destinatus, ab omni parte septus fuit, praeter supremam, columnis ligneis eidem cum avibus septo inclusis, intra quod hae, si non integrum circulum, maximam tamen eius partem volando absolvebant, in spatio, nisi qua columnis impeditum erat, V pedes lato, quo intervallo rete interius ab exteriori distabat. Ad utrunque latus introitus gradus feci in muro R, quibus ascenderet ad aves, si cui hoc loco aliquid procurandum esset, alioquin valvis claudendos.

(1) Aquae rivulum memorat Varro. Igitur errore negationem accessisse puto.

Quae porro explicanda sunt, in eo praecipue dimidio, quod ad mensam ingredientibus directe adversum fuit, orthographice expressa exhibet septima figura (Tab. II), ubi interiora seposita sunt, quo locus esset iis quoque designandis, quae ea in figura quarta tegebantur, inter quae sunt portae A, per quas anates ex stabulis prodeunt. Columnae in hac parte decem sunt, quarum tria tantum exhibentur paria, inter quae pone udae erunt reliquae aequalibus intervallis, propterea omissae, quia, si adderentur, claritati obfuturae videbantur. Columnae, eadem altitudine omnes, trabeationem fulciunt intus cavatam in modum fornicis B. Ea fornix B, supra duos pedes lata, locum praebet avibus, in quem se noctu recipient, vel saeviente procella; quam ob rem hic mutuli crebri utriusque ordinis columnis impositi erant, virgas sustinentes, in quibus aves sederent. Ab epistylii interioris ambitu C rete dependebat aviarium, ea tantum parte, qua patebat introitus, ad utrumque huius latus reflexum, illud, quod parte infima margini muri adhaesisse dictum est, ut iam spatium, in quo aves caeteroquin libere vagabantur, ab omni parte clausum esset.

Praeter trabeationem, quae maximam partem lignea fuit, columnae exteriores tectum ferebant, interiores tholum D, ipsum quoque ex asseribus compactum. Neque enim columnis ligneis concameratio lapidea imponi recte potuit. Quod inter tectum atque tholum intercedit spatium E, hominem facile admittit. Necesse autem erat huc accedere horologii praefectum, atque tempori convenientem eius indici longitudinem inducere. Erat enim horologium in hoc spatio positum, supra columnarum lignearum mediam, quo eius index oculis ingredientis occurreret. Ascensus parari potuit supra introitum, per podium, hac parte sola valva constans, quae facile posset elevari. Opus fuit scala, sed non alia, quam quae facile transfertur: nisi forte ea fuit introitus structura, quae stabilem scalam admitteret.

Lineae horarum in ipso tholo pictae sunt, addito ad quamvis suo numero, ea altitudine supra coronidem trabeationis C, qua nulla curvatae huius tabulae pars, oculo a mensa in eam inspicienti, per eam coronidem tegeretur. Id ut commode fieri posset axe horologii ad libellam posito, interiorem tholum omnem feci superficiem sphaerae dimidia maiorem, centro in eadem, ad quam poneudus erat axis, altitudine sumto, qua re tholi orthographicae proiecti centrum F idem evasit cum centro tabulae horologii. Id quanquam sit insolitum, offendere tamen

neminem poterit, qui cogitare velit, quam difficulter superficies curvas visu discernamus, quemque magna pars tholi istius, oculo apud mensam posito, penitus tecta fuerit. Tabulae opposita est lamina G, ipsa quoque secundum superficiem globi curvata, quae unum tantum indicem sinet apparere.

Catenula, cui alligatum est pondus horologii in aqua mergendum, deorsum pendet in canali H I, quo columna perforata est, cum omnibus, quae ei vel imposita sunt vel supposita, ad murum usque; cuius adeo canalis medium ab axe semidiametro cylindri distabit a catenula convertendi, cuius axi adhaerent indices. Ea distantia si nimia videatur, et columnam vitiatura, potest catenula ad axem columnae flecti, trochlea apud locum H, quo in canalem ingreditur, opposita, quae si maiuscula sumatur, bonitati horologii nihil omnino detrahet. Eo facto canalem circa ipsum hunc axem excavare licebit, latiorem etiam, quam opus est. Is autem cylinder I, qui aquam excipit, in quam pondus immergetur catenulae annexum, in specu ponetur K eam in rem sub columna in muro facto, qui deinde tabula occludetur lignea vel lapidea. Raro enim necesse erit hunc specum aperire, dummodo epistomia, in id facta ut imminui possit cylindri aqua vel celeriter augeri, ita ponantur, ut extrinsecus possint converti. Aqua cylindro detracta in stagnum fluet, sub mensa positum.

Castellum pone stylobatam statuetur eiusdem columnae, intra lapideam; quo loco et fistula erit, avibus aquam subministrans, in quarum usum ea quoque cedet, qua castellum abundat. Facile erit castellum tegere adversus quisquilias, atque tubum eius versatilem bacillo instruere, quo attracto vel repulso is tubus deorsum inclinari possit, vel sursum erigi, a manu extra reticulum posita, dummodo castellum firmiter solo alligatum sit.

In indice ventorum, quo praeterea ornithon Varronis instructus fuit, nulla difficultas est. Vexillum metallicum, iis simile, quae videmus in tectis nostris, ita bacillo ferreo, recto atque tereti, adnexum fuit, ut nonnisi cum hoc una posset converti. Convertebatur autem bacillus intra duo foramina rotunda, in laminis metallicis facta, quorum unum M in fastigio tecti, alterum N intra tholum ad huius verticem ita fuit positum, ut utriusque centrum caderet in filum tenue eiusdem perpendiculi. Posterior lamella N etiam bacillum statuebat, ne deorsum caderet; quod qua ratione efficiatur, nemini ignotum est. Tenuior bacilli pars infra foramen indicem R habuit annexum, quo una

cum vexillo et eius bacillo vi venti converso, huius venti nomen utique indicabatur; dummodo ventorum plagae in summo tholo legitime positae essent, et index bacillo recte alligatus. Quia scilicet venti denominantur ab ea parte, a qua veniunt, non ad quam proficiscuntur: plaga meridiei et septentrionis, ut et ortus ac occasus veri aequinoctialis, cum tot intermediis, quot lubebit addere, per arcus a vertice tholi, circa quem movetur index, deorsum tendentes, accurate designatis: index hic vexillo directe opponendus erat.

Haec ergo est imago, quam de ornithonis Varroniani ea parte, in qua praecipue difficultas est, apud me formavi. Reliqua enim, quae ante eam aedem rotundam posita fuere, vel quae eam ambiebant, recte a Gesnero delineata esse existimo. Illa quousque ad verum accedat, ut iudicari possit, repetendus iam erit locus scriptoris, paucis quibusdam adnotationibus additis, postquam reliquas ipsis descriptionibus inserui. Quod ergo Varro libri III, capitis V, articulo 11, dicit, ornithona suum, qua parte rotundus erat, pedes XXVII patuisse, de diametro interpretatus sum circuli, in cuius peripheria stabant axes columnarum lapidearum, et rete e nervis textum. Is enim terminus fuit muri, siquis inter columnas exstruendus esset, ultra quem quod excurrebat, ad aedem proprie non pertinuit. Hic XXVII pedum numerus ita distributus est, initio apud centrum sumto. Semidiameter orbis interioris maioris illius mensae, quam delineavi, paulo minor erat duobus pedibus et dimidio pedis; stabilis autem orbis latitudo pede tantundem fere maior, ut totius mensae semidiameter pedum trium et dimidii pedis esset. Ab hoc termino falere latum erat quinque pedes, ad cuius ambitum suspensum rete interius ab exteriori totidem pedibus distabat. His enim in summam collectis diameter XXVII utique elicitur. Reliqua autem Varronis descriptio, ab articulo capitis 13, est huiusmodi.

Intra tholi columnas exteriores lapideas, et totidem interiores ex abiete tenues, lacus est P. V latus (1). Inter

(1) Haec si ita intelligantur, inter columnam interiorem at exteriorem illi adstantem quamvis, intervallum quinque pedum fuisse: diameter aedis XXVII pedibus maior conficitur. Addita enim columnarum crassitie, latitudo muri ab eius margine interiore ad rete exterius, octo pedibus vix minor prodit, quorum duplo ab XXVII pedibus demto, XI tantum pedes relinquuntur pro diametro circuli interioris, in quo nostro quidem more sedere, non autem mensae accumbere, convivae pote-

columnas exteriores pro pariete (1) reticuli e nervis sunt, ut perspici in silva possit, et quae ibi sunt, neque avis eas transire. Intra interiores columnas pro pariete rete aviarium est obiectum (2). Inter has, et exteriores (3) gradatim substructus ut θεατρίδιον avium (4), mutuli crebri omnibus columnis impositi (5), sedilia avium. Intra retem aves sunt omne genus, maxime cantrices, ut lusciniolae ac merulae quibus aqua ministratur per canaliculam (6), cibus obiicitur sub retem. Subter columnarum stylobatem est lapis a falere pedem et dodrantem alta, ipsum falere ad duos pedes altum a stagno, latum ad quinque, ut in culcitas et columellas convivae pedibus circumire possint (7). Infimo

rant. Puto, Varronem id potius indicare voluisse, qui fuerit locus avium, et quam latus fuerit, quam terminos ponere, intra quos ea latitudo comprehendebatur.

(1) Atqui paries, si inter has columnas extrueretur, ad modum superficiei cylindri recti ab axe cuiusvis columnae ad axim proximae, curvari debebat.

(2) Rete aviarium, obiectum intra interiores columnas, quod esset pro simplici pariete per columnas non interrupto, aliter quam scripsi, suspensum esse vix poterat.

(3) Intelligo quasi scriptum esset: inter utrumque rete.

(4) Hoc parvum quasi theatrum non descripsi, quia non credo reliquis adfixum fuisse, sed ex cuneis constitisse ligneis, mobilibus, quorum quivis in suo intercolumnio locari poterat, ut ex omnibus in circulum positis species quaedam theatri nasceretur, quod et ipsum suos habuit graduum cuneos, in quibus spectatores sedebant. Substructum dicitur fuisse theatrum, id est, in solo positum, a quo removeri debuit ab ancillis, quae vel munditiae causa, vel ut colligerent aves forte mortuas, in hunc locum ingrediebantur.

(5) Dixi quo loco fuerint mutuli isti, nec alio si fuissent, columnis impositi esse poterant. Quia autem in mutulis latis aves incommode sedissent, virgae imponi debuerunt, quae proprie essent sedilia avium. Eae iuxta utrumque fornicis latus protensae, partem mediam vacuam relinquebant.

(6) Credo fluxum perpetuum fuisse, qui facile efficiebatur in loco, ad flumen liquidum et altum posito.

(7) Haec clare exhibentur figurarum nostrarum quarta, ut explicatione, praeter eam, quam dedimus, opus non sit: et ne probatione quidem, si concedatur significatus vocabuli falere, hic assumptus. Verum falere quinque pedes latum quidquid fuit, lectulis tamen discubitoriis locum nullum reliquit. Debebant ergo culcitae, in quibus convivae accumberent, in ipsum falere deponi, quo circumeundi via nulla relinquebatur, praeter aliquam angustam inter culcitas et columellas. Ita enim si legendum non sit, hanc tamen verborum Varronis sententiam esse existimo.

intra falere est stagnum, cum margine pedali (1), et insula in medio parva. Circum falere et navalia sunt excavata anatium stabula (2). In insula est columella, in qua intus axis, qui pro mensa sustinet rotam radiatam, ita, ut ad extremum, ubi orbile solet esse acutum, tabula cavata sit, ut tympanum, in latitudinem duo pedes, et semipedem, in altitudinem palmum (3). Haec ab uno puero, qui ministrat,

(1) Huius stagni diametrum feci sex pedes, asseribus, qui sepiunt eius marginem, retractis; quos quidem asseres id efficere credo, quod Varro dicit suggestum faleris.

(2) Circa falere nihil est, quod cavari potuerit, praeter murum tres pedes cum dodrante altum, cui columnae insistunt. Excavata autem haec anatum stabula, quum et circa navalia fuisse dicantur, hinc quoque ad ea, quae de his navalibus dixi, aliquid probabilitatis accedit.

(3) Hunc locum corruptum esse, fatentur omnes; alii aliter emendant. Mihi non tantum vox *acutum* male posita esse videtur, verum etiam omissa pars descriptionis radiorum, cum principio descriptionis cavi, in quo ii radii, mensa instructa, latebant. Eius rei fidem facit ipse scriptor, qui paulo post de mensa se dixisse ait, quae in primis radiis erat; quae cum hoc loco poni potuerint optime, tamen nuspiam leguntur. Quidquid horum sit, radios eos feci, quibus si apsides adderentur, orbile confecturae, rota plena prodibat: cavum autem, figura tympani vel disci crassi, in quo ii radii convertebantur, altum quidem sumsi pollices tres, ut praescribit Varro, basi autem eius semidiametrum attribui duorum et dimidii pedis, latitudinis vocabulum, quod semidiametrum aeque denotare posse visum est, ac diametrum, quo maior potius quam minor foret mensa, de semidiametro interpretatus. In quo si erravi, sique latitudo non semidiametrum denotat, verum totam diametrum, mensam tamen usui, in quem parabatur, aptam, construi nihilominus potuisse, supra ostensum est. Poterat enim radiis, hac semidiametro non multo brevioribus, pro mensa versatili orbis imponi, cuius diameter esset trium pedum, stabilis autem orbis cavum circumdans, cuius partem interior ille tegebat, latus fieri potuit sesquipedem vel duos pedes. Ita mensa oriebatur diametri quinque vel sex pedum, pauciores fortasse exceptura convivas, verum laxius et commodius. Debebant enim culcitae, in quibus accubituri erant, anteriori parte elevatae esse, quo latus molliter fulcirent, cui rei, manente latitudine faleris, minor mensa plus spatii concedebat, quam maior. Quo magis hanc rem expedirem (Tab. II.), figuram octavum addidi, qua mensa, quam per verba scriptoris potest, maxime imminuta exhibetur. Orbem interiorem versatilem tres tantum pedes latum feci; totius autem mensae diametrum feci quinque pedes, quae eadem et diameter stagni est, circumdati a margine, pedem lato. Hunc marginem, dimidio pedis solo altiorem, exteriori parte contingit suggestum faleris, ut circuli circa mensam cavi diameter nunc quoque septem fieret

ita vertitur, ut omnia una ponantur et ad bibendum et ad edendum, et admoveantur ad omnes convivas. Ex suggestu faleris, ubi solent esse περιπετάσματα, prodeunt anates in stagnum, ac nant, e quo rivus (1) pervenit in duas, quas dixi, piscinas, ac pisciculi ultro ac citro commeant, quum, et aqua calida et frigida ex orbe ligneo mensaque, quam dixi in primis radiis esse, epitoniis versis, ad unumquemque, factum sit, ut fluat in convivam (2). Intrinsecus sub tholo stella lucifer interdiu, noctu hesperus ita circumeunt ad infimum hemisphaerium ac *moventur,* ut indicent, quot sint horae (3). In eodem hemisphaerio medio circum

pedum, neque in reliqua constructione quicquam mutandum esset. Marginem autem circa stagnum, quem pro maiori mensa depresseram, hic propterea supra solum elevavi, quia necesse fuit aliquid comminisci, quo anates ab egressu ex stagno, ea parte arcerentur, qua erat ad mensam aditus. Id quum in maiori mensa absque ullo incommodo effici potuerit per asseres, hac quoque parte ad extremum margini statutos, in hac minori per ipsum marginem intus ad perpendiculum elevatum praestare sum conatus, quem anas, in profundo natans, superare non posse videtur; relictis viis, per quas ex stabulis ad aquam descensus pateret. In eodem margine ministro mensae locum destinavi; in quo et, culcitis remotis, circa mensam circumire, et in faleri, tanquam in scamno, assidere, qui volebant poterant. Altitudinem mensae, de qua nihil certi habeo, illi definient, quibus frequentior est cum veteribus conversatio.

(1) Rivus videtur sub terra abditus fuisse.

(2) Hic locus est, quo Varro se dixisse ait, quae nos nuspiam reperimus, clare autem orbem ligneum exteriorem illum, qui converti non poterat, vel difficulter vertebatur, a mensa distinguit, quae fuit in primis radiis, fulciebaturque horum partibus sursum flexis. Ab utroque horum convivis affluxit aqua, frigida ab orbe, calida a mensa versatili. Exposui modum, quem reperire potui, rei maxime convenientem, quique non tantum electionem aquae permittebat, verum etiam usum glaciei.

(3) Tabulam horologii quam ita posuerim, ut centrum, circa quod indices convertuntur, in circulum caderet, hemisphaerium, quod proprie est tholus, infra terminantem; recte dici posse existimo stellas fictas sub tholo, ad infimam hemisphaerii partem, circumivisse. Putavi aliquando fictas has stellas, vel alias quasdam luciferi atque hesperi imagines, circumivisse in ipsa trabeationis interioris coronide, linea, quae a vertice tholi directe deorsum cadit, pro axe eius motus sumta. Sed ingenti ad efficiendum motum, cuius spatium toto coronidis ambitu constaret, opus fuisset machina; quam lubens seposui, postquam animadverti, non ex verbis scriptoris haustam, sed in eius librum illatam, ac reliquae descriptioni a me quasi assutam eius axis notionem fuisse.

cardinem est orbis ventorum octo (1), ut Athenis in horologio, quod fecit Cyrrhestes, ibique eminens radius a cardine ad orbem ita movetur, ut eum tangat ventum, qui flet, ut intus scire possis.

(1) Hic orbis in ipso tholo pictus fuit. Reliqua vel ex sola delineatione possunt cognosci.

OBSERVATIONS

SUR LA

VOLIÈRE DE VARRON

PAR

M. GOIFFON,

rapportées dans la Traduction Françoise de l'Ouvrage de Varron, T. II, p. 306 et suiv.

(*Pl. III et IV*)

On auroit lieu de s'étonner qu'un auteur tel que Varron, qui le plus souvent en dit plus qu'il en faut, se fût dispensé de tous les détails nécessaires sur un objet qui se trouve annoncé dans son livre, de manière à donner aux Lecteurs la plus grande envie de la connoître, ou qu'il eût été aussi peu jaloux de se faire entendre qu'il le paroît, si l'on ne voyoit clairement que son texte a été mutilé, corrompu et défiguré de mille manières, soit par les anciens Copistes, soit par les Typographes qui leur ont succédé, soit enfin par les Grammairiens qui, sans aucune connaissance des arts, se sont mêlés de corriger des articles, dont l'intelligence fut toujours réservée aux Artistes. Il n'est plus possible aujourd'hui de rétablir le texte dan son premier état, mais nous nons flattons que notre version donnera au Lecteur l'idée la plus approchante de celle que l'Auteur s'est proposé de rendre. Pour la rendre encore plus nette, nous allons examiner le mot de *cavea*, que nous avons rendu par *porte*, ajouter quelque supplément au texte en conséquence de ce mot, et enfin dissiper les doutes que le Lecteur pourroit conserver sur le sens que l'on a donné à quelques autres mots.

Le stylobate qui circonscrivoit le sallon étoit sans doute interrompu dans l'entrecolonne du milieu du côté de la grande Volière, à l'effet de loger un nombre suffisant de marches pour monter, non sur le haut des gradins, c'eût été monter pour redescendre, mais sur ce plein-pied que l'Auteur nomme *lapis*, et qu'il dit clairement être au-dessous du stylobate, *subter columnarum stylobatem*. Ce stylobate, disons-nous, étoit interrompu, si non pour loger les marches indispensablement nécessaires, au moins pour ouvrir un passage, si l'on suppose les marches en perrons extérieurs. Il falloit donc que le filet des cordes de boyaux et de filet ordinaire à prendre des oiseaux fussent ouverts au droit de ce passage: dès-lors ni la volière particulière, ni la grande volière n'auroient plus été closes. Pour rétablir cette clôture et la conserver, on avoit visiblement pris le parti de former en filets convenables les parois et le plafond de chaque passage, et d'en fermer l'entrée et la sortie par des vantaux de porte, dont les panneaux ne fussent que le filets comme le reste. La raison en est claire: ces portes surmontoient de beaucoup le gradin supérieur, c'est-à-dire, la hauteur de stylobate, et cette hauteur avoit été réglée de façon, que du plein-pied général, étant debout, on vit sans gêne par-dessus (ce qui la fixoit à quatre pieds et demi à peu près) et celle du plein-pied, nommé *lapis* dans le texte, fixée à un pied neuf pouces, n'avoit été arrêtée là que pour que les convives couchés sur leurs lits vissent par-dessus le stylobate, et néanmoins ne fussent pas trop élevés au-dessus du bassin. Mais toute autre parois et tous autres ventaux que de filets, auroient fait perdre ces avantages: or de pareils passages tiennent assez de la cage, *cavea*, et l'Auteur qui se montre naturellement porté à jouer sur les mots, a bien pu se servir de celui-là pour désigner des passages fermés de vantaux à l'entrée et à la sortie, à l'effet que la porte que l'on vient de passer soit fermée, avant qu'on ouvre la seconde, et dont les parois, les ventaux et le plafond sont de filets, comme le reste de la clôture.

Il ne sera peut-être pas inutile d'exposer ici l'idée que nous

nous sommes formée de cet édifice somptueux et recherché, quand ce ne seroit que pour répondre à bien des questions, qu'on pourroit élever sur la traduction et même sur l'original.

Comment, par exemple, les oiseaux pouvoient-ils se passer de tout toit dans la grande volière? quelles étoient leurs retraites, lorsqu'il survenoit des orages, principalement des grêles, comment deux morceaux d'architecture, de l'importance du portique droit et du portique circulaire, qui, selon le texte, ne pouvoient pas avoir moins de dix pieds d'entre-colonnes, mesurés d'axe en axe, étoient-ils liés? ou étoient-ils sans liaison convenable, quoique appartenant à la même pièce? etc. Sans répondre à chaque question en particulier, ce qui allongeroit trop cette note, il suffira de répondre à toutes en général.

Le niveau des terrains adjacens, et celui de l'arrassement des fondations, ou de l'allège des stylobates et des piédestaux, étoient le même, celui des eaux étoit de deux pieds plus bas, *ipsum falere ad duo pedes altum a stagno*. La hauteur des stylobates et des piédestaux ne pouvoit pas aller à cinq pieds sans défectuosité, puisqu'ils auroient gêné la vue de ceux qui se promenoient sur le bord du fleuve, et leur auroient intercepté le coup-d'œil des viviers, etc. Par la même raison, le stylobate du sallon étoit au même niveau que celui du portique d'entrée, d'autant plus que priver ceux qui étoient sous celui-ci de la vue du bosquet au travers du second, c'eût été les appeler à un tableau, et le couvrir à leur arrivée. Ces deux portiques étoient donc de même ordre et sur même module, et faisant partie du même tout, ils ne devoient point être sans liaison; nous croyons donc que les deux murs de côté n'étoient point nuds, mais que le stylobate paroissoit sous ces murs comme sous les colonnes des portiques, que l'entablement régnoit sur les uns comme sur les autres, et que tout étoit fidèlement raccordé d'un bout à l'autre: nous croyons même que ces murs étoient décorés d'ornemens saillans et d'ornemens rentrans, comme de niches et même de boulins, mais distribués de façon à faire décoration.

Mais, quoi! les viviers étoient-ils donc à deux pieds au-

dessous du niveau des sentiers ou des allées qui les environnoient? nous ne le pensons pas, nous croyons au contraire que ces allées étoient à fleur d'eau, et que le *falere* qui circonscrivoit l'étang et son sentier, régnoit tout autour de la grande volière, non aussi large qu'autour de l'étang, mais en forme de banquette creusée en loges, comme celles d'autour de l'étang; et que, pour passer de l'entrée principale au sallon, il falloit descendre près de deux pieds, et les remonter au bout du sentier intermédiaire, pour arriver à la première marche de l'escalier qui montoit au sallon.

Le portique du côté du fleuve étoit donc composé de douze colonnes sur deux rangs de six, comptant de chaque côté la terminaison du mur pour une colonne du rang intérieur. Le portique rond étoit composé de douze colonnes extérieures et de pierre, et de douze colonnes de sapin en-dedans: les côtés n'étoient liés à ce second portique que par le stylobate et l'entablement, que l'un et l'autre retournoient d'équerre à la terminaison des murs et de la partie parallélogrammatique de l'édifice, dont ils formoient les deux grands côtés; une nappe de filets fermoit chacune de ces portions d'entre-colonnes. La terminaison des murs latéraux, dont nous venons de parler, répondoit non au centre du sallon, mais de chaque côté à la colonne qui le précédoit, c'est-à-dire, à la troisième en comptant de l'entrée, tant en allant à droite qu'en allant à gauche, de sorte que le centre de la rotonde étoit d'un demi entre-colonne en avant de la ligne du parallélogramme, qui se trouvoit opposée à la principale entrée; c'est par cette raison que la partie, *quâ ad capitulum rotundus est*, est de vingt-sept pieds, quoique le rayon extérieur ne puisse être que d'environ vingt-deux.

Les colonnes intérieures du portique circulaire, celles de sapin, quoique plus grêles que celles de pierre, quoiqu'élevées sur des socles d'un pied et demi, montoient à la même hauteur que celles de pierre, portoient comme elles leur côté d'un sofite, et leur peu de diamètre en raison de leur hauteur ne choquoit pas: vu leur rapprochement du centre général, par rapport à celles de la file extérieure: elles n'étoient con-

ronnées que de l'architrave, de-là s'élançoit la coupole de charpente, mais peinte de manière à la laisser croire de pierre comme les colonnes du dedans.

Voici enfin comment nous distribuons les quarante pieds de diamètre de la rotonde, pris l'axe à axe des colonnes extérieures. 1.° Pour les deux largeurs entre les deux filets du portique circulaire, selon le texte, dix pieds, *locus est p. V latus*; 2° pour deux largeurs du parquet, nommé dans le texte *lapis*, y compris deux demi-diamètres de colonnes à leur ambasement, et même au socle, douze pieds; 3° pour l'étang et son sentir dix-huit pieds, en sorte que ce bassin pouvoit avoir de treize à quatorze pieds de diamètre.

Les lits des convives s'étendoient en encorbellement sur l'étang, et portoient chacun une petite table particulière, puisque l'autre étoit toujours prête à fuir de devant chaque convive, par conséquent la table tournante n'avoit pas sept pieds de diamètre.

Pl. III. A. B. Les deux murs latéraux.

C. Porte principale.

D. D. Portique. E. E. les deux viviers.

F. Sentir. G. Salon en rotonde.

H. H. Intervalle de cinq pieds de large régnant entre les deux files des colonnes.

I. I. I. Gradins. K. K. Assise de pierre, *Lapis*, élevée d'un pied neuf pouces sur le socle, et large de cinq pieds; c'est sur cette surface qu'on dressoit les lits des convives.

L. Bassin. M. Sentier qui l'environne et qui est large d'un pied.

N. Ile qui occupe le centre du bassin; sur le centre de cette ile s'élève l'essieu qui porte la table.

P. Banquette creuse suppléée au texte.

T. Marches suppléées en conséquence.

U. Porte du salon, l'une de celles que l'Auteur nomme *Caveae*.

X. X. Arbrisseaux dans chaque entre-colonne de la file antérieure. Z. Z. Stylobate et piédestaux.

Pl. IV. B. Mur latéral formant le côté gauche.

C. Porte principale. D. Portique. E. Un des deux viviers.

F. Ligne qui borne la surface de l'eau du vivier; elle est censée former celle du sentier.

G. Salon en rotonde.

H. H. Intervalle circulaire régnant entre les deux files des colonnes.

I. I. I. Gradins. K. K. K. Assise de pierre, nommée *Lapsi*.

L. L. Bassin. M. M. Sentier qui l'environne.

N. Ile qui s'élève dans le milieu de ce basain et sur le centre de laquelle s'élève l'essieu de la table.

O. O. Ports pour les canards, *navalia*.

P. P. Banquette suppléée au texte pour racheter la profondeur des eaux relativement au plein-pied : on y suppose les retraites pour les oiseaux comme dans le socle du salon.

Q. Tourillon portant l'aiguille qui marque les vents.

R. Étoile qui en tournant tout autour de l'entablement marque l'heure.

S. Canal souterrain par lequel les viviers communiquent avec le bassin.

T. Marches suppléées. U. Porte du salon, ou, selon l' Auteur, une des *caveae*.

Z. Stylobate et piédestaux.

INTERPRETATIO

TABVLARVM

IN AERE EXPRESSARVM.

Quoniam in secundo volumine et duobus proximis Vitium cultus peculiaribus vocibus, quae ab iis, qui in re rustica minus versati sunt, non ita facile intelligi possunt, praecipitur, operae pretium futurum existimo, nonnullas figuras adiicere, quibus huiusmodi res sub oculos positae explicantur a Pontedera. Hasce vero in duas aereas tabulas digesserat, quibus tertiam ex Antiqq. p. 523, 524 addidi, quas omnes ipse vir doctissimus his verbis explanavit.

TABVLAE PRIMAE EXPLICATIO.

FIGVRA. 1. Vitis florem, quum primum evolvitur, exhibet, in qua per literam *a* petiolus indicatur;

per *bbbbb* quinque calicis *d* partes instar radiorum stellae dispositae, quae circumquaque infimae receptaculi parti *e* uniuntur,

stamina *c* fructumque inter stamina collocatum continentes. Haec porro clarius exponuntur in

FIG. 2. per easdem literas indicatis partibus, nempe per *a* petiolo: per *bbbb* calcycis partibus ab receptaculo *e*, dum stamina *cccc* expanduntur, divulsis, quarum una pars adhuc receptaculo in *e* adhaeret.

Hisce figuris satis plane, ut arbitror, sub oculos ponitur Vitis florem non esse petaloden, ut nonnulli crediderunt, sed apetalum; quod enim dicitur petalum sive petala (nam pluribus petalis componi huiusmodi florem asserit Tournefortius) calyx est in quinque partes divisus, quibus receptaculo affigitur, ad centrum tamen integer: quod in aliis floribus non contingit. Expansis staminibus apicibusque, divellitur ab iisdem de receptaculo calyx, et ad terram decidit, quod non fieret, si petalum esset calyx.

FIG. 3. Vitis flos iam expansus decusso calyce indicatur: *a* petiolus,

bbbbb quinque apices totidem staminibus impositi,

quae receptaculo *d* adhaerent;
c embryo inter stamina apicesque collocatus.

FIG. 4, 4. Embryo sine staminibus apicibusque: *a* petiolus; *b* embryo, *c* tuba, *e* receptaculum.

FIG. 5. Embryo adauctus et maturus: *a* petiolus; *b* receptaculum; c fructus qui *acinus* dicitur.

FIG. 6. Fructus per centrum divisus, in quo *aa* acini corpus; *ce* semina.

FIG. 7. Semina quae γίγαρτα appellantur a Graecis, *vinacea* a Latinis, *vinacciuoli* vernacula lingua.

FIG. 8. *Racemus*, i. e. acinorum *aaaaa* congeries.

Haec porro de Vitis flore fructuque, quo plenius Vitis natura cognosci posset, praemittere inter necessaria esse iudicavi, quae licet a veteribus neglecta, recentiores tamen diligenti admodum cura persecuti sunt.

FIG. 9. *Pampinus* eius partes ostenduntur.

Pampinus autem Vitis sarmentum tenellum dicitur (unde pampinatio, i. e. inutilium pampinorum detractio), quod dum induruit, *materia et palmes* vocatur. Nonnunquam tamen pampinus etiam Vitis folium appellatur. Isid. lib. 17, c. 5: *Pampinus est folium cuius subsidio vitis a frigore vel ardore defenditur, atque adversus omnem iniuriam munitur. Qui ideo alicubi intercisus est, ut solem ad maturitatem fructus admittat, et* (quid si *ne*? G.) *umbram faciat. Et dictus pampinus quod de palmite pendeat.* M. Tullius libr. de senect. *a qua uva oriens sese ostendit, quae et succo terrae et calore solis augescens primo est peracerba gustui, dein maturata dulcescit, vestitaque pampinis nec modico tepore caret, et nimios solis defendit ardores.* Col. l. 3, c. 2, s. 12, *crebram quoque materiam* (vitis *lanata, aminea dicta*) *fundit, atque ideo propter pampini densitatem saepe parum recte deflorescit.* It. sect. 13: *singularis habetur aminea maiori germanae non dissimilis, prima specie pampini, et trunci.* Virgil. Georg I, 449:

Heu male tum mites defendet pampinis uvas.

(De pampini notione plura dixi ad Caton. c. 33, 4; Varr. I, 31; Colum. IV, 6 et 27).

Aa itaque pampinus truncus in *a*.

Bbbbb folium idemque frons;

Cc Cc nepotes. Nepos pampinus est de foliorum alis egrediens, ita dictus, quoniam tertius est a flagello; nam flagellum gignit pampinum, pampinus vero nepotem. De hoc Colum. l. 3, c. 2, ita loquitur: *Si etiam* (vitis) *nepotum fructu gravida est,*

It. l. 4, c. 6, 4: *et omnes eius intra id spatium nepotes enatos saepius decerpemus*;

dddd capreolus itemque *clavicula; Is*, ut ait Varro l. 1, c. 31: *est coliculus viteus intortus, ut cincinnus. Is enim vites ut teneat serpit ad locum capiundum ex quo a capiendo capreolus dictus.* M. Tullius libr. de Senect. *Vitis quidem, quae natura caduca est, et nisi fulta sit, fertur ad terram, eadem ut se erigat claviculis suis quasi manibus quicquid est nacta complectitur.* Colum, l. 4, c. 6, 2: *Dum claviculis suis quasi quibusdam manibus adminicula comprehendant.* Pallad. l. 3, tit. 13: *Putandi autem ratio talis est, ut et vetera sarmenta, quibus primi anni fructus pependit, omnia recidantur, et nova circumcisis capreolis et ramulis inutilibus* (nempe nepotibus) *dimittantur.* Isid. l. 3, c. 3: *Caprioli dicti, quod capiant arbores; sunt enim cincinni sive uncinoli: quibus se innectere vites et suspendere solent arboribus, quo adminiculo freti palmites, ventos ac turbines continere queant, et sine lapsu pediculorum fructus suos sustineant.* (Vide notam ad Varronis locum).

E folium truncum:

F capreolus pariter amputatus.

FIG. 10. Vitis tenella ut adminiculis pedatur putaturque.

aaaa pedamenta duo pro quibus in nonnullis regionibus utuntur arundinibus; *bb* vimina, quibus vitis ad pedamenta firmatur;

cc hornotione materiae pars duabus vel tribus gemmis instructa veteri sarmento *dd* adhaerens;

e gemma s. *oculus.* De gemma haec ap. M. Tullium libro de Senect. leguntur: *Itaque ineunte vere in iis quae relicta sunt, existit tanquam ad articulos sarmentorum ea, quae gemma dicitur, a qua oriens uva sese ostendit.*

Quidquid vero inter *c* superius et *e* gemmam intercedit, ipsa gemma iam in pampinum abeunte, vocatur *unguis. Vngues*, inquit Colum. l. 4, cap. 24, 8, *custodum annotinos resecato.* Id repetit Pallad. l. 3, tit. 12: *Vngues etiam custodum siccos et annotinos recide.*

FIG. 11. Vitis novella ut germinat et pampinatur:

aaaa pedamenta duo;

bb vimina;

cc vetus sarmentum sive vitis caudex;

de hornotina materia relicta in putatione, et amputata in *e*;

e unguis:

fffff folia.

ggg pampinus, qui flagellum evadit;
ooo nepotes;
iii capreoli.

FIG. 12. Vineam iugatam exhibet, eandemque canteriatam, a canterio dictam.

Canterium CC transversa est pertica aut arundo ad pedamenta firmata, quo non tantum in vitibus utuntur agricolae, verum etiam in aliis stirpibus pedandis alligandisque, ut de *cepis* praecepit Colum. l. 11, c. 3, 58: *Deinde quum fecerint caulem, humilioribus quasi canteriolis interpositis rigorem stylorum conservato; nam nisi arundines transversas in modum iugatae vineae crebras disposueris, thalli ceparum ventis prosternentur:*

AAA etc. etc. Vites tres;

BB etc. pedamenta, quae si angulata sint, i. e. si fiant ex taleis cuneo scissis, dicuntur *ridicae*; si vero teretia, *pali*. De huiusmodi pedamentis ita Varro l. 1, c. 8: *Pedamentum item fere quatuor generum, unum robustum quod optimum solet afferri in vineam e quercu vel iunipero, et vocatur ridica: alterum palus e pertica, melior e dura, quod diuturnior.* Planius Colum. l. 4, c. 26, 1: *Sequitur adminiculandae iugandaeque vineae cura, cui stabiliendae melior est ridica palo, neque ea quaelibet: nam praecipua cuneis fissa olea, quercus et suber, ac siqua sunt similia robora.* Et cap. 33, 4: *Etenim taleae propius stirpem recisae quadrifidas plerumque ac deinde secundae taleae eiusdem arboris bifidas ridicas subministrant, quod genus fissilis adminiculi manet diutius quam teres palus.*

aaa iugum;

bbb flagella s. palmae aut palmites eademque *materia.*

ccc etc. *torus*, h. e. ligatura s. vimen, quo Vitis ad pedamenta aut arbusta iungitur, et alligatur, de quo Colum. l. 5, c. 6, 25: *Vitisque novella tribus toris ad arborem religetur, uno, qui est in crure arboris a terra quatuor pedibus distans: altero, qui summa parte vitem capit: tertio, qui mediam vitem complectitur.* Item lib. de Arb. c. 16, 4: *Diutiusque (vitis) perennat, quae firmis toris, et idoneis locis religata est: itaque omnibus annis convenit subsequi putationem, ita, ut tori renoventur.*

d d d etc. pali, quibus materiae in compluvium demissae alligantur. *Compluvium* autem dicuntur palmae ab altiori iugo ad humiliores palos plures descendentes. Colum. l. 4, c. 26, 3: *directaeque palmae per iugorum compluvia decurrant, et veluti mersae cacuminibus in terram despiciant.*

FIG. 13. Differt a fig. 12 quoniam non simplicis compluvii, sed gemini hinc et hinc decurreutibus palmitibus vineam exhibet:

b b b etc. palmites ab una parte demissi atque palis *a a a* etc. annexi;

c c c etc. alii palmites ab altera et opposita parte ad palos *d d d* etc. in compluvium directi.

FIG. 14. Iugatae et compluviatae vineae genus exponit, quod frigidis ac nebulosis locis aptum habetur, quo non in compluvium decurrunt materiae, sed sursum a iugo ad palos feruntur. Hoc genere, aëre et sole facilius admissis, uvarum maturitati atque integritati consulitur:

a a canterium de quo ad alterum canterium *b b* surgunt palmites *d d d* etc.

c c c pali sive perticae quibus altius canterium firmatur.

TABVLAE SECVNDAE EXPLICATIO.

FIG. 2. *Malleolum* sub oculos ponit. Quid vero sit *malleolus*, ipsius Columellae verbis referam: *Malleolus*, inquit l. 3, c. 6, 3, *novellus est palmes, innatus prioris anni flagello, cognominatusque a similitudine rei, quod in ea parte, qua deciditur ex vetere sarmento, prominens utrinque malleoli speciem praebet.* Quem locum ita excerpsit Isidor. l. 17, c. 5: *Malleolus est novellus palmes innatus prioris anni flagello, cognominatusque ob similitudinem rei, quod in ea parte, qua deciditur ex veteri sarmento, prominens utrumque* (lego *utrinque*) *mallei speciem praebeat.*

A pars novi sarmenti; *b b* veteris;

c pars sarmenti summa a malleolo in *d* abscissa, quam vocant *sagittam.* De qua Colum. l. 3, c. 10, 21, haec literis mandavit: *Nam si sagittam, id est, superiorem partem malleoli, vituperandam censebant, quum esset eadem pars surculi frugiferi.* It. c. 17, 2: *Caeterum omnem sagittam repudiaverunt. Sagittam rustici vocant novissimam partem surculi, sive quia longius recessit a matre, et quasi emicuit, atque prosiluit: sive quia cacumine attenuata, praedicti teli speciem gerit.* Quem imitatus Isidor. l. 17, c. 5 haec non absimilia de sagitta memoriae mandavit: *Sagittam rustici vocant novissimam partem surculi: sive quia longius recessit a matri et quasi prosiluit, seu quia acuminis* (an *cacuminis* ut Columella?) *tenuitate teli speciem praefert.*

e e e e gemmae, internodia autem, quae inter gemmas spatia.

* *FIG.* 2. Malleolus ostenditur sine vetere sarmento recisus, ut ab Iulio Attico, et Cornelio Celso traditum est, quem ita

descripsit Palladius l. 3, tit. 9: *Ad pangendum novellus palmes debet eligi, duri in se nihil habens, et veteris sarmenti, quia hoc putrescente saepe corrumpitur.* De eodem loquitur Colum. l. 3, c. 17, 3.

FIG. 3. Vitem exhibet sine adminiculis quo facilius ipsius partes iudicari possint.

a a vitis truncus;

b c b e sarmentum de duro citatum (*pampinarium* vocant, idemque *spadonem* si circa superiorem vitis partem nascatur) quod duorsum curvatur in *c*, terraque ita obruitur, ut in *e b* emicet, id vocatur mergus, quem Colum. l. 4, c. 15, 2 ad hunc modum commemorat: *Mergi genus est, ubi supra terram iuxta suum adminiculum vitis curvatur, atque ex alto scrobe submersa perducitur ad vacantem palum.* Pallad. autem ita l. 3, tit. 16: *Mergum dicimus, quoties velut arcus supra terram relinquitur, alia parte vitis infossa.*

f custos idemque *resex praesidiarius aut subsidiarius pollex vel*. De quo Colum. l. 4, c. 21, 3: *In pollicem tondeatur* (culis) *quem quidam custodem, alii resecem, nonnulli praesidiarium appellant, i. e. sarmentum gemmarum duarum, vel trium, ex quo quum processere fructiferae materiae, quidquid est supra vetusti brachii ampulatur, et ita ex novello palmite vitis pullulascit.* It. Pallad. l. 3, tit. 12: *ita ut conservemus semper in inferrore parte custodem.*

g g g g Vitis brachia eademque *duramina* vel *duramenta*, ut exstat ap. Colum. l. 4, cap. 21, 1: *Quaternisque brachiis, quae duramenta quidem vocant, dividatur in totidem partes.*

h focaneus palmes qui ut idem Colum. l. 4, c. 24, 10 praecepit, *solet in bifurco medius prorepere, et idcirco eum praedicto vocabulo rustici appellant, quod inter duo brachia, qua se dividit vitis, enatus velut fauces obsidet, atque utriusque duramenti alimenta praeripit.* De eodem Pallad. l. 3, tit. 12: *Focaneus etiam, qui inter duo brachia medius nascitur, debet abradi.*

i i i etc. *flagella.*

Huiusmodi porro vitis si per singula duramenta adminiculis firmetur, ac palmites in gyros orbiculososque flectantur, vineae, quam veteres *characatam* dixerunt, praestabit speciem. Hanc ita descripsit Colum. l. 5, c. 4, 1: *Mox* (vineae) *quae defixis arundinibus circummunitae per statumina calamorum materiis ligatis in orbiculos gyrosque flectuntur, eas nonnulli characatas vocant.* Et Pallad l. 3, tit. 11: *aliud genus est, in quo cannis*

pluribus circa dispositis, ipsa vitis per cannas sarmentis ligatis in orbiculos flectitur se sequentes.

FIG. 4. Quum quatuor praecipua vinearum genera sint, *arbustivae*, *iugatae*, *humi proiectae*, ac deinde quartae, quae a terra subrecta sine pedamentis more arborum ipsa consistit, haec nunc ostenditur quam Colum. l. 5, c. 4, 1 hoc modo commemoravit: *Vinearum provincialium plura genera esse comperi. Sed ex iis, quas ipse cognovi maxime probantur, velut arbusculae brevi crure sine adminiculo per se stantes.* Pallad. quoque l. 3, tit 11: *Vineae in provinciis multis generibus fiunt: sed optimum genus est, ubi vitis velut arbuscula stat brevi crure fundata.*

a a truncus sive caudex;

b furunculus, i. e. gemma verucae similis, quae a vineatore relinquitur ad revocandam vitem, si longius processerit, ex qua materia citatur. Colum. l. 4, c. 24, 5: *Ne aut pampinarius palmes, aut verrucae similis furunculus relinquatur.* It. 17: *Sed si resecis facultas non erit, circumspiciendus est furunculus, qui quamvis angustissime praecisus in modum verrucae proximo vere materiam exigat.*

Brachia *c c c*

ex quibus ortae palmae *d d d d d* ad tres quatuorve gemmas reciduntur, ne si longiores relinquantur ad terram vitem trahant.

FIG. 55555 stratae ac per terram proiectae vineae speciem repraesentat, cuius ea est ratio, ut altera vitis alteri per brachia ac per materias innitatur, quo minus humum contingat, ne uva computrescat. Hoc vineae genus describitur a Colum. l. 5, c. 4, 2: *Vltima conditio est stratarum vitium, quae ab enata stirpe confestim velut proiectae per humum porriguntur.* Et Pallad. id repetit l. 3, 11: *ultimae*, ait, *positionis vitis est, quae per terram proiecta discumbit.*

FIG. 6. tribus vinearum generibus expositis nunc quartum quod est *arbustivae vineae* indicatur. Dividitur hoc bifariam in *arbustum Italicum et arbustum Gallicum. arbustum Italicum* paullo altius attollitur quam *Gallicum*. Vtriusque culturam tradidit Col. l. 5; Italici quidem c. 6, ut patet ex ultimo membro: *Atque haec de Italico arbusto satis praecepimus.* Gallici vero c. 7: *Est*, inquit, *et alterum genus arbusti Gallici, quod vocatur rumpotinum.* Id desiderat arborem humilem nec frondosam. Figura itaque 6 Italici arbusti cum suis vitibus formam ostendit, at fig. 7 *a* 7 7o Gallici.

a a igitur fig. 6 vites arbori iunctae ac maritatae;

b b arboris caudex;

d d d d rami, in quos diducitur arbor, qui *tabulata* dicuntur: *hoc enim nomine* (verba sunt Colum. l. 5, c. 6, 11) *usurpant agricolae ramos truncosque prominentes*. De eadem re Virgilius quoque Georg. I, 358 sqq. sic cecinit:

Tum laeves calamos, et rasae hastilia virgae,
Fraxineasque aptare sudes, furcasque bicornes,
Vitibus eniti quarum, et contemnere ventos,
Assuescant, summasque sequi tabulata per ulmos.

c c c c c Vitis duramenta:

e e tori, qui bini tantum in singulis arboribus adhibentur, nam tertius quem veteres apponebant, ut quum primum vites tenellae maritantur, necessarius habetur, ita in adultis plerumque supervacaneus, nisi vitis vitiose detorta (ut fig. 70, in qua tribus toris *a a a* vitis alligatur) eum exigat; idsoque eo priscam aetatem non semper usam ipse testatur Colum. V, 6, 25: *Torum*, inquit, *imum imponi tum oportet, quum vires viti adimit: interdum enim necessarius habetur, quum aut arbor sive ramis truncata est, aut vitis praevalens in luxuriam evagatur.* (sed vide notam ibi.)

FIG. 7 a 7 70. arbustum Gallicum, quod *rumpotinum* vocant, id est, humilioris positionis arbustivam vineam demonstrat;

a a vites;

b b arborum trunci;

c c c c tabulata;

a a a tori;

d d d Vitis brachia;

e fig. 7 *a* ostendit sarmentum quod de tabulato praecipitatur, alligaturque in duro per torum e; nam ex vetere sarmento *f f* materiae oriuntur. Huiusmodi materiae *praecipites palmites* (ut docet Colum. l. 5, c. 6, 33) *dicuntur, qui de hornotinis virgis enati in duro alligantur;*

g g g g traduces de quibus Colum. l. 5, c. 7, 3: *Ut novi traduces omnibus annis inter se ex arboribus proximis connectantur.* Item 4: *si tradux traducem non contingit media virga inter eas deligetur.*

INTERPRETATIO TABVLAE TERTIAE

Figura I. arbustum Italicum adumbrat, quod Columella affabre exprimit, quodque in meis fundis excolendum curavi, quale putator exornat, digestis per tabulata vitium brachiis, et palmitibus in fructum demissis.

Altera figura *latum sarmentum* refert, quod libro IV, 24, 7 viti demendum tanquam inutile Columella praecepit. Id quid sit, quoniam vulgo ignoratur, noscere oportet et qua ratione in latitudinem extensum sic vocetur. Latum igitur sarmentum ex binis plerumque, sed proximis oculis, quum geminus coles sit, per medullam coalescit, ideo non teres, verum compressum et late expansum gignitur, quousque separetur. Nonnunquam ex unica gemma, sed animalculi vulnere laesa protruditur. Hoc tamen, etsi optimum locum teneat, in materiam non submittitur, quoniam sterile et pampinarium habetur, sed deiicitur putando.

Tertia *draconem* ostendit, de quo fit mentio apud Plinium libro XVII, ubi palmes emeritus vocatur, plurimis annis induratus. Porro draco (cuius nomen iam Italis defecit, quamvis usus in agris retineatur), productissimum est sarmentum de extrema palmata excultum, gemmis, capreolis ac nepotibus circumcisis, cacumine tenus, qua parte, quatuor vel quinque gemmis relictis, in totidem capita praelongatur, ex quibus in annum insequentem flagella emittit, quae proximi vacuique arbusti statumina exornant.

Saepenumero, ut etiam memorat Plinius, non per arboris tabulata digeritur, draco, sed ad imum truncum in demortuae vitis locum demittitur, effossaque terra in mergum obruitur, flagellis binas gemmas extollentibus. Hac via ex demersis oculis citissime elicitur radix. Sin autem vetus materia, id est, e draconis corpore, humo tegitur, quoniam de duro non facile citantur radices, corticem deradere et minutissimis ictibus cultri cuspide circumcidere arboratores solent. Sic recisae fibrillae extra materiam elongantur, atque in radicem crescunt.

Draconem in mergum curvatum, et a vite, remota arbore, productum quarto et quinto loco tibi tabella ostendet. Cuius tamen cultus non perinde fit et fieri debet, ac per Plinium, ut in vulgatis est, docetur. Primo enim anno totius draconis alimento propaginem nutriendam relinquunt, altero prope solum draco ad medullam secatur; tertio demum totus draco, tam a mergo quam a vite, unde productus fuerat, deciditur abiiciturque. At Plinium docentem faciunt: *Hunc praecisum quam maxima amplitudine tribus partibus longitudinis deraso cortice, quatenus obruatur, (unde rasilem vocant) deprimere sulco, reliqua parte ad arborem erecta, ocyssimum in vite.* Nam si palmes annotinus et brevis in scrobem depressus matri per duos annos alendus committitur, cur draco tam crassus, oblungus et vetus, plurimis praeterea sarmentis onustus, statim a stirpe distrin-

gitur et separatur? Non scriptum est hoc loco a Plinio, traducem binum praecidi, quum oneratis melius sit donare tempus? Et quid materiae amplitudine gravius laborat, quam draco? Expedit itaque non *praecisum* positum esse a Plinio, sed vel *praecipuum q. m. amplitudine*, vel *praecelsum* vel *praecipitem*, vel quid item quod proposita ratio poscit.

Fig. I. arbustum Italicum exprimit.

a a a a Arbustum.

b b b b b b Tabulata.

c c c c c Vites.

d d d d Tori.

e e e e Duramenta.

f f f f Brachia.

g g g g flagella in fructum demissa.

Fig. II. latum sarmentum ostendit.

Fig III. Arbustum Italicum, quale Fig. I refert.

a a a Draco.

Fig. IV. Vitem arbustivam, remoto arbusto, imitatur.

Fig. V. arbustum remota vite repraesentat.

b b b Draco, qui ad viduatum arbustum.

c c promittitur et in mergum curvatur.

c c c c Flagella dracoois, quae in scrobem hinc et hinc ad arbustum in propaginem homantur.

d d d summa pars flagellorum, quae extra terram attolluntur cum gemmis.

Hucusque Pontedera; qui tamen in priore Italici arbusti imagine describenda a disciplina Columellae aberrasse videtur, hincque novam eiusdem iconem ipse errore suo animadverso subiecisse. Meminit enim in interpretatione statuminum, etiam in icone appositorum, quae nulla sunt in Italico Columellae arbusto. Neque etiam tabulata rite expressit imagine, quae vera exhibet tabula tertia. De sarmenti lati interpretatione non possum viro docto non assentiri, etsi icone ad eam rem non erat opus, praesertim tam minuta et obscura. Superest draco, in cuius interpretatione mihi Pontedera a sententia Plinii iterum aberrasse, eiusque locum correctione sua corrupisse potius quam illustrasse videtur. Locum igitur integrum nunc videamus libro XVII, c. 23, sect. 23: *in arbusto e praedictis sola viviradicum ratio item propaginum, et haec gemina: qualorum in ipso tabulato maxime probata, quoniam a pecore tutissima est: altera deflexa vite vel palmite iuxta suam arborem aut circa proximam coelibem. Quod supra terram est e matre, radi iubetur,*

ne fruticet; in terra non pauciores gemmae quatuor obruuntur ad radicem capiendam; extra in capite binae relinquuntur. Vitis in arbusto quatuor pedes in longo constat omni sulco, tres lato, alto duos cum semipede. Post annum propago inciditur ad medullam ut paulatim radicibus suis assuescat; caulis a capite ad duas gemmas reciditur: tertio totus mergus abscinditur, reponiturque altius in terram, ne ex reciso frondeat. Tolli viviradix a vindemia protinus debet. Hanc geminam rationem viviradicum et propaginum in arbusto memoravit etiam Columella. Viviradicibus enim arbustum maritare docet V, cap. 6, sect. 18, quibus scrobem maiore longitudine praeparat, quam Plinius sulco propaginis destinat. Contra arbustum vetustum rarum et viduatum frequentare propaginibus melius censet Columella quam viviradicibus sect. 37. Vtriusque generis rationem in arbusto consimilem ait esse ei, quam in vineis tradiderit IV, 15, ubi mergus quomodo fieret, docuit. Ab hoc utroque genere, viviradice et propagine seu mergo diversum genus tertium commemorat his verbis: *Nuper repertum draconem serere iuxta arborem. ita appellamus palmitem emeritum pluribusque induratum annis. Hunc praecisum* etc. Diversum a vulgari mergo genus indicat praeter novitatis commendationem additum a Plinio verbum *serere*, quod miror Pontederae non statim occurrisse hodiernum morem cum vetusto hic male comparanti et locum intempestiva correctione depravanti. Non meminerat loci Senecae Ep. 86, ubi olivetum vetus transferri posse docet, decisis arbori ramis et radicum capite, totoque trunco translato in scrobem altum atque per infernam partem raso quo facilius radices citet novas. Addit: *illud etiam nunc vidi vitem ex arbusto suo annosam transferri. Huius capillamenta quoque si fieri potest colligenda sunt, deinde liberalius sternenda vitis, ut etiam ex corpore* (raso scilicet) *radicescat. Et vidi non tantum mense Februario positas, sed etiam Martio exeunte.* Haec igitur ratio post Columellae aetatem vivente tamen adhuc Seneca excogitata fuisse videtur, aut a Columella contemta. Ceterum draconem dici sarmentum ex crure vitis per truncum ad tabulata arbusti perductum docet locus Plinii 14, s. 3: *puroque perducto dracone in palmam* (populi) *eius, inde in subrectis ramorum digitos flagella dispergunt.* In arbusto etiam Gallico draconem nominat Plinius 17, sect. 35, no. 25, ubi traduces significare videtur: *alias utiles toros* (i. e. crassitudinem) *futuri draconis pasci.* Nomen a serpentino reptatu per arboris tabulata duxisse videtur draco hic: vitis dracontia Columellae III, 2, 28, unde duxerit, ignoro.

INDEX EORVM


QVAE IN HOC SECVNDO VOLVMINE
RERVM RVSTICARVM SCRIPTORVM
CONTINENTVR.

In paucis exemplaribus, pag. 591, vs. 2, legendum *calida* pro *callida.*


SECVNDI VOLVMINIS FINIS.

Facultate obtenta.

Ad Colum. 3.7



Ad Colum .3.1.



Ad Colum 3

Fig VII.



Fig V.